Universitäts- und Landesbibliothek Bonn

Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana

In Qua Manuscriptos Codices Syriacos, Arabicos, Persicos, Turcicos, Hebraicos, Samaritanos, Armenicos, Aethiopicos, Graecos, Aegyptiacos, Ibericos, & Malabaricos, Jussu Et Munificentia Clementis XI. Pontificis Maximi Ex Oriente conquisitos, comparatos, avectos, & Bibliothecae Vaticanae addictos

De Scriptoribus Syris Orthodoxis

Assemani, Giuseppe Simone

1719

urn:nbn:de:hbz:5:1-2425

Visual Library

BIBLIOTHECA ORIENTALIS CLEMENTINO-VATICANA

IN QUA

Manuſcriptos Codices Syriacos, Arabicos, Perſicos, Turcicos, Hebraicos, Samaritanos, Armenicos, Æthiopicos, Græcos, Ægyptiacos, Ibericos, & Malabaricos,

JUSSU ET MUNIFICENTIA

CLEMENTIS XI.

PONTIFICIS MAXIMI

Ex Oriente conquiſitos, comparatos, avectos, & Bibliothecæ Vaticanæ addictos

Recenſuit, digeſſit, & genuina ſcripta à ſpuriis ſecrevit,

ADDITA SINGULORUM AUCTORUM VITA,

JOSEPH SIMONIUS ASSEMANUS

SYRUS MARONITA

Sacræ Theologiæ Doctor, atque in eadem Bibliotheca Vaticana linguarum Syriacæ & Arabicæ Scriptor.

TOMUS PRIMUS

De Scriptoribus Syris Orthodoxis.

ROMÆ, MDCCXIX. Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide.

SUPERIORUM FACULTATE.

140

P. 6.

Bibl. Goussen ~~140~~
~~20~~

Goussen 2' 140 (1)

BIBLIOTHECÆ ORIENTALIS CLEMENTINO-VATICANÆ

TOMUS PRIMUS

DE

SCRIPTORIBUS SYRIS ORTHODOXIS.


LIBROS
BIBLIOTHECA

BIBLIOTHECA ORIENTALIS CLEMENTINO-VATICANA

IN QUA

Manuſcriptos Codices Syriacos, Arabicos, Perſicos, Turcicos, Hebraicos, Samaritanos, Armenicos, Æthiopicos, Græcos, Ægyptiacos, Ibericos, & Malabaricos,

JUSSU ET MUNIFICENTIA

CLEMENTIS XI.

PONTIFICIS MAXIMI

Ex Oriente conquiſitos, comparatos, avectos, & Bibliothecæ Vaticanæ addictos

Recenſuit, digeſſit, & genuina ſcripta à ſpuriis ſecrevit,

ADDITA SINGULORUM AUCTORUM VITA,

JOSEPH SIMONIUS ASSEMANUS

SYRUS MARONITA

Sacræ Theologiæ Doctor, atque in eadem Bibliotheca Vaticana linguarum Syriacæ & Arabicæ Scriptor.

TOMUS PRIMUS

De Scriptoribus Syris Orthodoxis.

ROMÆ, MDCCXIX. Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide.

SUPERIORUM FACULTATE.

140

EX BIBLIOTHECA DR. G. GOUSSEN
BONNAE (BIBL. UNIV.)

SANCTISSIMO PATRI

CLEMENTI XI.

PONTIFICI MAXIMO.

JOSEPH SIMONIUS ASSEMANUS

PERPETUAM FELICITATEM.

EA est humanarum rerum conditio, BEATISSIME PATER, *ut diuturnis laboribus ad summum perductæ, mox præcipiti ruina ad infimum relabantur; neque diu-*

tiùs

tiùs illa ipsa consistant, in quibus de parta nominis immortalitate humana sibi temeritas frustrà blanditur. Imperia enim toto orbe celeberrima, & magnificentissima illorum monumenta ita conciderunt, ut vestigia ipsa insignium operum irritâ plerumque curiositate quærantur. Verùm enimverò etsi veterum populorum, Græcorum potissimùm Romanorumque, opes temporum vicissitudo, ac diuturnitas afflixit; literas tamen non abolevit: deletâque primæva Imperii majestate, non potuit sapientia obliterari. Præclaris enim literarum monumentis expressa vivunt adhuc illustrium hominum ingenia, doctrinæque scriptis traditæ ad perennem posteritatis memoriam eruditionemque propagatæ sunt, ac tantorum Regnorum gloria meliore sui parte superavit.

Solas tamen, BEATISSIME PATER, *Syriaci nominis Nationes, (quæ, si ab ora Mediterranei maris ad Tigrin usque, qui Mesopotamiam à Perside dispescit, perpetuo tractu comprehensas censeamus, benè multæ sunt,) ab omni memoria integras excidisse, veteremque illarum fortunam funditùs eversam nulla sui parte superstitem esse dolebamus. Adeò nulla imperii majestas, nullus literarum splendor, nulla religionis dignitas, nulla opum copia usquam apparebat. Quamquam enim vetustissimæ doctissimæque gentis sapientia Scriptorum suorum commentariis consignata mori non poterat; utpote quæ immortalem quandam naturam ab humano animo, unde ipsi genus est, trahit; exundante tamen per Orientis regiones Mahometicæ superstitionis barbarie, veluti erroris stultitiæque commercium perosa, sese in tenebras abdiderat, in quibus plurium sæculorum spatio sepulta delituit.*

Tandem

Tandem verò ex latebris illis tui Sideris, BEATISSIME PATER, *fulgore iter monstrante, egregiarum mentium soboles educta est. Itum est in desertas terras: circumlustrata barbaricis in oris dissita Monachorum Archiva & Bibliothecæ: extracti, velut è tumulis suis, Sapientum Syrorum spirantes adhuc in suis libris vultus: unguentisque delibuti, ut Platonis utar verbis, Poëtæ, Philosophi, Theologi, & coronâ redimiti, non ut Homerum censuit idem Plato tractandum, extra urbem pulsi, sed contra in hanc urbium Reginam novo triumphi genere invecti sunt. Quod non sine aliqua veri significatione fermè accidit sub diebus Natali Salvatoris nostri sacris, quem primi ex gentibus adoravere Chaldæi: ut illorum sapientia per illos ipsos auspicatissimos dies nova quadam nativitate per* TE *revivisceret.*

Similis rerum species animo occursabat aliquando, quum tuis auspiciis, BEATISSIME PATER, *Nilum præternavigarem. Oritur siquidem Nilus incertis toti Antiquitati fontibus, & per immensum longitudinis spatium deserta oberrans, arenis receptus conditur aliquot dierum itinere, rursùsque velut ex alio fonte conceptus editur, & novum alveum intendit: mox iterùm in cuniculos mergitur, inquit Plinius, viginti dierum desertis, atque ubi iterùm senserit hominem, prosilit fonte illo, quem Nigrim vocavere. Non absimilem Syriacæ literaturæ fortunam fuisse, mecum ipse reputabam. Incertis quippè fontibus nata, per mille atque sexcentos annos, quot fermè duravit Assyriorum & Chaldæorum Imperium, magna literarum atque literatorum affluentia excurrit: cujus rei testem locupletem habemus expressam Prophetarum libris, toto-*

que terrarum Orbe vulgatam illius gentis ſapientiam. Perſarum poſteà, & Græcorum armis atque dominatione anguſtioribus coërcita ripis, iter coëgit; donec Romanis, Parthiſque alternante fortuna imperantibus, terram præceps ſubiit. Mox Chriſtianæ religionis favore emerſit, quo tempore floruerunt Archelaus, Jacobus Niſibita, Ephræm, Maruthas, Iſaac, Jacobus Sarugenſis, aliique clariſſimi Scriptores; & Scholæ ſacris literis apertæ, quas Junilius Africanus, Theodorus Lector, & Dionyſius Patriarcha celebrant. Paulò poſt oppreſſa per Saracenos Syrorum libertate, Religio atque bonæ artes in abditos Cœnobitarum & Eremicolarum receſſus atque inhoſpitales terras ſe receperunt; donec felicibus tui Pontificatus annis, Chaldaica eruditio, tuæ Sanctitatis conſiliis, imperio & ope, in hominum frequentiam, atque è tenebris in publicam lucem prodiit. Veluti eum Pontificem expectaſſet, qui & ſapientiſſimus eſset, & ſapientum virorum æquus & juſtus æſtimator, qui literis pretium ponere ſciret, quem omnigenæ eruditionis opes delectarent, quem rursùs afflictiſſimarum Nationum miſericordia caperet, qui demùm miſeros non modò ſublevare, ſed paterno etiam affectu complecti ſoleret.

Et hæc quidem propria Summi Pontificis decora, quem omnium populorum ac gentium amantiſſimum parentem eſſe decet, in Te *uno conjuncta eminere, fama ſub tui Pontificatus initium per omnes Orientis provincias prædicaverat. Sed famæ licet certæ non credebant Syri, genus hominum, ut ait Herodianus, minimè credulum. Verùm pertinacia etiam ingenia, procedente tui auſpicatiſſimi Principatus curſu, beneficiorum, quæ in eas gentes poſteà*

contu-

contulisti, copia atque magnitudo tandem expugnavit. Quum scilicet viderent, Gabrielis Syrorum Maronitarum Patriarchæ pro pallio ab Apostolica Sede impetrando Legatum insolito honore & paterna benevolentia à SANCTITATE TUA *exceptum, & cum donis Pontificiæ liberalitatis testibus in Syriam remissum. Jacobum itidem ejusdem Gabrielis Successorem,* BEATITUDINIS TUÆ *opera, consilio, auctoritate, missa etiam in Phœniciam legatione, propriæ Sedi restitutum, composita inter dissidentes Maronitarum principes pace: honorificis insuper per eam occasionem legationibus cohonestatos Monachos Maronitas. Iberiæ præterea Principem tuæ,* BEATISSIME PATER, *beneficentiæ testem locupletissimum, Apostolicorum Missorum agmine stipatum, in patriam postliminio revertentem. Duos similiter in Assyria & Chaldæa Patriarchas tua auctoritate & providentia constitutos, tuisque auspiciis Catholicam fidem, Nestoriana secta nequidquam oblatrante, reflorescentem. Scholas insuper in Ægypto Coptorum juvenum commoditati apertas, conductis annuo stipendio ejusdem Nationis magistris. Tentatam rursùs in Æthiopiam expeditionem,* TE *Pontifice profectò dignissimam, eamque fortassè omnium, quæ hactenus in eas provincias decretæ fuerunt, felicissimam futuram, si* SANCTITATIS TUÆ *amori atque vigilantiæ, Dioscorianorum in Romanum nomen immane odium minùs obstitisset. Quum legerent Epistolas* SANCTITATIS TUÆ *amoris plenas, quibus Samuelem Alexandrinum Græcorum Patriarcham ad Ecclesiæ Catholicæ sinum, ad communis nempè Parentis, amplexus confugientem, ea qua soles humanitate excipiebas: & geminas ad Cyrillum scriptas, Græcorum Antiochenum*

Patriarcham, quem ut Orthodoxam veritatem agnosceret, agnitamque ex animo susciperet, invitabas. Quum libros percurrerent benè multos, Syriaca, Arabica, & Armena lingua tuis impensis in Urbe typis excusos, & ad Orientis provincias transmissos. Quum audirent Syros advenas ad osculum pedum tuorum cum singularis benignitatis significatione admissos, & sublevatam non modica pecunia Orientalium Nationum in Urbe Seminariorum inopiam. Quum intelligerent instauratas auctasque Ædes, à S. Pio V. Armenorum Hospitio olim destinatas: Præsulum etiam, Sacerdotumque ejusdem Nationis ad Urbem pietatis causa venientium, quos anteà loci angustia excludebat, novis exstructis ædificiis commoditati consultum. Amplum insuper Maronitis Monachis Antonianis Hospitium apud Ecclesiam SS. Marcellini, & Petri apertum: Ejusdem præterea Ordinis Cœnobitis Armenis datas Constitutiones: & peregrinis Mesopotamiæ Episcopis domum & annuos redditus in Urbe constitutos: Demùm ad publica officia, & insignes in Romana Curia dignitates admissos cives suos. Hac itaque beneficiorum multitudine intra paucorum annorum spatium velut in cuneum conglobata expressum est, ut Orientis populi TE *sibi benevolum atque munificum Pontificem crederent.*

At erant alia, ex quibus TE *mirarentur, suæque libertatis futurum quandoque assertorem sperarent. Certissima enim Syrorum Ægyptiorumque testatione mihi compertum est, quod dicam. Expeditionum* SANCTITATIS TUÆ *consilio, auctoritate, auro adversùs Turcas susceptarum magnitudine atque felicitate universum penè Orientem concussum*

con-

contremuiße, ipſamque ferociſſimam Turcarum gentem in Chriſtianos, quibuſcum verſantur, mitiorem factam; vexatione nimirùm dante intellectum. Adeò perculit immaniſſimum populum, biennii ſpatio deletos eße in Hungaria duos florentiſſimos exercitus, erepta totidem munitiſſima opulentiſſimaque oppida, Pannoniæ emporia atque propugnacula. Hæret adhuc eorum animis turpis à Corcyræ obſidione fuga, atque excita ab ultimis Europæ finibus Chriſtianorum Principum arma, & diverſarum gentium ſub uno Crucis vexillo coëuntium claſſibus ferventia maria.

Viciſti ſanè, BEATISSIME PATER, *viciſti rerum magnitudine famam, quam olim Europæi inſtitores per Syriam Ægyptumque vulgaverant: victique ſimul dedere manus Syri, Aſſyrii, Chaldæi, gens alioquin non agreſtis, nec humani moris ignara; puduitque nobiliſſimas Nationes ingratas eſſe, aut videri. At nihil poſt tot clades, & miſerrimam ſervitutem ſupererat, per quod maximo atque amantiſſimo Pontifici animum ſuum teſtarentur. Meminerant, proavos ſuos vagienti in cunis Chriſto aurum, thus, & myrrham attuliſſe: ſuis ſcilicet ex terris erutas, aut ſponte oblatas opes. Excogitarunt aliquid adhuc pretioſius munus offerre* SANCTITATI TUÆ, *quodque ſuum cujuſque maximè eſt: ſui ſcilicet ingenii fœtus, Libros ſuo ſpiritu & mente potiſſimùm vigentes.*

Horum porrò tui, BEATISSIME PATER, *in Orientales Nationes amoris, atque earundem viciſſim in* TE *grati animi teſtium nomina perire nefas exiſtimavi. Quamobrem eorum Indicem collegi, collectumque* SANCTITATI TUÆ *exhibeo: hoc enim monebat officii mei lex, quæ jubet, Domino rerum cre-*

ditarum

ditarum rationem referre. Nam etsi non pauca in hoc scriptum ex aliis Bibliothecis conjeci; scopus tamen mei in hoc præcipuè Tomo laboris fuit, Orientalium Codicum meæ fidei commissorum Syllabum per eam occasionem componere, privatæ Bibliothecæ SANCTITATIS TUÆ *rationibus cessurum. Qua in re illud rogo,* BEATISSIME PATER, *quod sapientibus Chaldæis Dominus, cujus vicariam in terris potestatem geris, non negavit: ut mihi per* TE *liceat, ad demississima pedum oscula humillimè prostrato, me meaque* TUÆ BEATITUDINI *consecrare, cui vitæ florentis tantum adprecor, quoad omnia, quæ ad Orientalium Nationum, Orbisque universi felicitatem cupis & moliris, perfeceris.*

CENSORUM JUDICIA.

BIbliothecæ Orientalis Clementino-Vaticanæ à Viro Clarissimo Josepho Simonio Assemano Maronita elaboratæ priorem Tomum, demandante Reverendissimo P. F. Gregorio Selleri Sacri Palatii Apostolici Magistro, quam potui accuratissime perlegi; neque in eo quidquam offendi, quod catholicæ doctrinæ, aut christianæ pietati adversetur. Susceptum enim pro sacra & literaria republica utilissimi operis consilium, summa fide, diligentia atque eruditione Auctor exequitur, exploratamque linguarum Orientalium, quas apprime doctus est, earumque scriptorum cognitionem ad errores detegendos & confutandos, ac veritatem vindicandam studiosissime confert. Nam non modo Syrorum opera recenset, ea præsertim, quæ ipse Sanctissimi Patris CLEMENTIS XI. auspiciis, mandatis opibusque instructus ex Ægypti Syriæque latebris eruit, comparavit & avexit, quæque idem Sapientissimus Pontifex ad Catholicam Religionem præclaris Christianæ antiquitatis testimoniis confirmandam Apostolicæ huic Bibliothecæ Vaticanæ dono dedit; verum etiam opportunis animadversionibus illustrat, ut partim heterodoxos Syris testibus redarguat, partim chronologicas, geographicas & historicas difficultates explanet, quibus ex solis Græcorum Latinorumque monumentis lux nulla hactenus affulserat. Præterea eruditis viris non indicata modo & patefacta promuntur ignota ad hanc diem præstantissimorum Patrum tam nomina & scripta, quàm ætas resque gestæ, quæ ad eorum temporum historiam maxime conducere visa sunt; sed eximia quoque insignium monumentorum excerpta exhibentur; illis præsertim auctoribus, qui & ipsi magnis Ecclesiæ jactationibus interfuerunt, iisque in regionibus claruerunt, ubi præcipua contra hæreses certamina commissa sunt, ubi celeberrimi Christi Pugiles glorioso martyrio perfuncti, ubi anachoreticæ vitæ parentes, & admiranda Christianarum virtutum exempla floruerunt. Itaque futurum confido, ut quisquis sacræ eruditionis ac religionis amore ducitur, doctissimos quidem Assemani labores collaudet, Sanctissimo autem Pontifici diuturnam à Deo Optimo Maximo incolumitatem optet ac precetur, ut præclarissimos commentarios, quorum literariam historiam in publicam utilitatem manare jussit, aliquando etiam latine versos ad omnium eruditionem consuetæ liberalitatis ope typis excudendos curet & mandet.

Romæ è Vaticana Bibliotheca Idibus Quintilibus MDCCXIX.

Carolus Majellus Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus.

TAm magna, & præclara sunt beneficia, quæ in Literariam Rempublicam Sanctissimus Pater & Dominus Noster CLEMENS XI. contulit, ut ea potius mente concipi, quam verbis possint æquari. Nam quum in tanta temporum, rerumque difficultate, plurimis arduisque negotiis, maximisque cogitationibus distineretur, tamen nihil aliud tota mente, animoque curasse videtur, quam literarum incremento prospicere. Propterea non satis habuit veteres Manuscriptos Codices ex toto Oriente summo studio, maximoque sumptu conquirendos curare, atque eos tineis blattisque ereptos, & ab interitu vindicatos in Vaticanam Bibliothecam inferre, verum etiam præclara Patrum opera vetustate consepulta cum Literario Orbe communicanda constituit. Antequam

quam vero tanta ſuſcipiatur res, optimo conſilio Authorum nomina, ætatem, res geſtas, ſcripta, ac doctrinam, ipſorum libris comprehenſam, recenſeri, atque ſummatim explicari juſſit. Quum igitur Joſeph Simonius Aſſemanus in Libro, qui *Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana* inſcribitur, hæc omnia ſumma diligentia præſtitiſſet, magna animi voluptate illum juſſu Sacræ Congregationis de Propaganda Fide perlegi, atque diligenter excuſſi. Hoc enim in opere nec Authoris eruditio, qua Syriacos, Arabicoſque Scriptores cum Græcis, Latiniſque componit, nec judicium deſideratur, quo pleraque opera, Librariorum oſcitantia confuſa, ſuis Authoribus reſtituit, atque genuina ſcripta à ſpuriis ſecernit. In eo præterea nihil à Catholica Fide alienum, nihil bonis moribus abſonum offendi; ſed potius plura Patrum teſtimonia, ſententiæque ſunt, quibus tum Catholicæ Eccleſiæ dogmata confirmantur, hæreticorumque refelluntur errores, tum Lectorum animi ad Chriſtianas virtutes, pietatemque accenduntur. Quamobrem opus, quo præcipue Eccleſiaſtica, & Literaria hiſtoria mirum illuſtratur in modum, publici juris fieri poſſe arbitror.

Romæ Kalendis Julii Anno MDCCXIX.

Franciſcus Antonius de Simeonibus.

USſu Reverendiſſimi Patris Gregorii Selleri Sac. Apoſtolici Palatii Magiſtri legi librum, cui titulus, *Bibliothecæ Orientalis Clementino-Vaticanæ Tomus I. &c. Auctore Joſepho Simonio Aſſemano*, & in eo quidem, quod fidei Catholicæ, aut Chriſtianæ diſciplinæ adverſetur, offendi planè nihil; multa verò, quæ utramque adversùs Novatorum oppugnationes tueantur & muniant. Sunt præterea in hoc opere, quæ meritò laudent & mirentur eruditi omnes, & pro quibus etiam Auctori ſeſe non vulgari beneficio obſtrictos eſſe fateantur, quum abdita, & hactenus ignota noſtris hominibus rerum Syriacarum arcana benè multa patefaciat, ſublatis multis fortaſſe in hac materia erroribus, quos cùm veterum, tùm recentiorum quorundam inconſulta credulitas genuit. Opus eſt profectò meo judicio publica luce dignum, cui, ut cætera abſint, magna ex novitate laus debetur: nec enim, quod à pleriſque factitari videmus, alienas Auctor colligit, aut oſtentat opes, ſed promit, & offert ſuas: ſuo videlicet ingenio, & exacta variarum linguarum notitia atque multarum gentium conſuetudine acquiſitas. Si qua autem ab aliis inventa in ſuum uſum transfert, novis commentationibus facit ampliora: adeo ille, quod Lactantius Firmianus inter partes boni Scriptoris enumerat, inaudita inveſtigare, & audita perpendere conſuevit. Cæterum quod in gratiam curioſi Lectoris poſtremùm dicendum fuit, Syriacos & Arabicos, & ſi qui alii occurrunt exotici ſermonis textus, cum appoſita latina interpretatione accuratè contuli, omniaque conſtare comperi, & nihil planè deprehendi, quod non ſumma cum fide, & pari elegantia expreſſum ſit. In quorum fidem Romæ ex Domo Profeſſa die 25. Julii 1719.

Petrus Benedetti Soc. Jeſu.

Appro-

Approbationes Virorum Illuſtrium.

GRatulabamur ante biennium, Vaticanæ Bibliothecæ theſaurum auctum fuiſſe Orientalibus copiis, largitate ac beneficentia Sanctiſſimi D. N. CLEMENTIS XI. ſtudioque, atque expeditione Viri Clariſſimi Joſephi Simonii Aſſemani. Hujus laboribus ac vigiliis modò videmus in Bibliotheca Clementino-Vaticana Orientis commercium univerſæ literariæ Reipublicæ liberè reſtitutum; Syrorum, Ægyptiorum, Arabum ſcholas, eruditis Europæis vix de nomine, pridem notas, Romana civitate donari; &, quod caput eſt, Patres Sanctiſſimos, quos in Nitriæ ac Thebaidis ſolitudines non tam perſecutionum immanitas jamdiu relegaverat, quàm ſæculorum barbaries ferme diſperierat, & ſubduxerat ex hominum memoria, poſtliminio reduces nobiſcum colloqui, & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ partem non modicam, Aſceticæ vitæ fontes, Traditionum Apoſtolicarum teſtimonia, Conciliorum decreta, Martyrum Acta ſecum trahere, dignum ad Petri ſolium accedentibus comitatum. Maximas itaque gratias Sanctiſſimo Domino Noſtro ac Mœcenati perſolutum iri non dubito ubique gentium, quas Fides noſtra complectitur, atque ita feliciter ſociat Paſtorum Principis vigilantia. Neque mediocres deberi ſentio clariſſimo Auctori Bibliothecæ, cui placet, etiam diſſociatos linguâ & inſtitutis Scriptores non modò ſacros, ſed etiam prophanos adnectere: ut nihil deſiderent noſtrates ac poſteri ad cumulandum itineris ſui & curarum beneficium. Quantociùs itaque typis committi poſſe ac debere non modò cenſeo, ſed etiam opto opus egregium, & utilitate æquè ac ſingularitate laboris noſtræ ac futuris ætatibus commendandum; ſi Sacri Magiſtratus auctoritas acceſſerit, ad quem jubendi jus pertinet. Dabam ex ædibus ad Quirinalem in Palatio Apoſtolico mihi conceſſis VII. Kalendas Auguſti MDCCXIX.

Franciſcus Blanchinus SS. D. N. ab honore Sacri Cubiculi.

BIbliothecam Orientalem Clementino-Vaticanam raptim licet percurrerim, tamen pretium ejus abunde percepi ex tot Scriptorum laciniis, quibus, ab ſe illuſtratis, eam præclarus Auctor inſtruxit, Orientalium anecdotorum ſpecimen & recenſionem cum erudito orbe communicaturus, quorum magnam vim, undique conquiſitam, Sanctiſſimus Pater & Dominus CLEMENS XI. Pont. Max. in Bibliothecam Eccleſiæ Romanæ, tanquam in arcem rei literariæ, nuper migrare juſſit, ut, deceſſorum exemplo, Religionem & graviora ſtudia locupletaret. Quod ſi Photius Criticorum princeps tantam à poſteris gratiam inivit paucis illis operum Græcorum excerptis, quibus Bibliothecam ſuam conflavit, omnino à ſacris & penitioribus muſis alienus cenſendus erit, qui Domini Joſephi Aſſemani labores & conſilium non probet, eundemque ad cætera edenda & enucleanda non excitet. Ita ſentio.

Dabam ex Quirinali hac die XX. Julii MDCCXIX.

Juſtus Fontaninus ab honorario SS. D. N. Cubiculo.

INter omnes, qui concinnandis Scriptorum Bibliothecis utiliſſimo ſanè labore operam ſuam navarunt, eorum procul dubio longè præſtat ſedulitas, & cum paucis omninò partienda laus eſt, qui mss. exterarum nationum ac gentium codices recenſendos ſuſcipiunt: ſiquidem ea ipſi ſæpenumerò ad communem afferunt fructum, quæ vix, aut ne vix quidem aliunde ſperare licuiſſet. In hoc quidem genere haud poſtremum ſibi locum vindicaverit in lucem modò prodiens *Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana*: cujus digniſſimus auctor Joſeph Simonius Aſſemanus *Manuſcriptos Codices Syriacos*, *Arabicos*, *Perſicos*, *Turcicos*, *Hebraicos*, *Samaritanos*, *Armenicos*, *Æthiopicos*, *Græcos*, *Ægyptiacos*, *Ibericos*, & *Malabaricos* refert, ordinat, & pro ſua eruditione, & orientalium linguarum peritia excutit, atque illuſtrat. Egregii hujus operis beneficium Sapientiſſimi Pont. CLEMENTIS XI. ſingulari, uti in literatos viros, ita in literas ipſas ac ſtudia munificentiæ acceptum referre debemus, eò vel maximè quod impenſioribus ejus curis, magnis ſumptibus, & qua latè pollet auctoritate factum, ut ditiſſima memoratorum codicum merces ab Ægypti uſque, Syriæ, ac reliqui Orientis monaſteriis, archivis, deſertiſque locis, ubi non tam abdita, quàm ſepulta jacebat, in Vaticanæ Bibliothecæ ſinum commigraret. Quod ſi Nicolai Papæ V. laudes, Franciſcus Philelphus, Æneas Sylvius, Petrus Candidus December, Sanctus Antoninus, Odoricus Raynaldus, aliique tum illius, tum recentiorum temporum ſcriptores facto omnes ore celebrarunt, quoniam poſt Conſtantinopolitanum excidium de Græcorum libris recuperandis ſategerat: quantò potiori jure immortalis CLEMENTIS XI. gloria omnium literarum monumentis erit extollenda? quòd tantæ librorum ſupellectili, nedum copia, ſed argumentorum etiam ac linguarum varietate pretioſiſſimæ, maximas per difficultates comparandæ fauſtè feliciterque animum intenderit; idque inter graviſſimas, ſiquæ aliæ unquam, Pontificatus Romani curas, & in ſumma rerum perturbatione: at ideò fortaſſe opportuniori tempore, ut nimirum

tot veteres, probatique auctores ecclesiastici à tenebris & oblivione, quinimo ab interitu propè ipso vindicati, & in conspectum producti, luculentissimis testimoniis impudentiam Novatorum confunderent, & orthodoxæ Fidei assererent veritatem. Ferventibus igitur votis à Deo Optimo Maximo exorandum, ut tantum Pontificem diu incolumem servet, quò magis magisque literariæ ac christianæ rei pergat consulere; ejusque auspiciis, ac munificentia cæteri hujus Bibliothecæ Tomi absolvi, & propediem edi ad publicam queant utilitatem. Dabam Romæ ex Ædibus Quirinalibus Idibus Julii MDCCXIX.

Johannes Bortonius ab intimo SS. D. N. Sacello.

INter necessaria studiorum adjumenta, quibus ad proficiendum in literis maxime indigemus, præcipuum locum jure optimo sibi vindicat literaria historia, ex qua cùm disciplinarum ortus & incrementa, tum verò illorum, per quos singulæ excultæ sunt, nomina, ætas, erudita gesta, ac ingenii monumenta nobis patefiunt. Quamvis autem ad hujusmodi bonarum artium historiam adornandam, quam suo ævo non dum elaboratam in orbe literario desiderari illustris Verulamius in præclaro opere de augmentis scientiarum scripsit, multi postea incubuerint; plurimum tamen adhuc abfuisse, quin omnibus numeris absoluta gentium omnium ac linguarum scriptores complecteretur, exploratum habemus vel ex hoc primo volumine, quod nunc in lucem prodit, Bibliothecæ Orientalis Clementino-Vaticanæ, in quo ex Scriptoribus Syriacis, quos eruditissimus Auctor Josephus Simonius Assemanus, servato temporum ordine, nitidissime recenset, non pauci occurrunt, quorum ne nomina quidem latinis auribus adhuc insonuerant. Quanta autem & in reliquis voluminibus ex Scriptoribus Persicis, Arabicis, Æthiopicis, ac Ibericis rei literariæ accessio fiet, ex apposito ad hujusce calcem universi Operis prospectu intelligi potest. Est igitur cur sæculo nostro gratulemur, non modo quod ejusmodi eruditos viros tulerit, qui suis laboribus ac vigiliis rem literariam augent ac ornant, sed maxime quod Sapientissimum Principem nobis dederit, qui, Reipublicæ bono ac doctrinarum incremento natus, eorum ingenia omni ope ad scribendum allicit, atque excitat: is profecto est CLEMENS XI. cujus collata Orbi literario beneficia cùm futuris Principibus præclaro exemplo, tum posteritati omni admirationi erunt: inter hæc autem ultimo loco habendum non est, quod ejus liberalitate ac munificentia literariis tot mercibus ex Asia & Ægypto in Europam advectis, oblata sit Clarissimo Assemano hujus eruditi Operis elucubrandi occasio: quod quidem non modo disciplinis omnibus, sed etiam religioni utile ac proficuum nemo non judicabit. Dabam Romæ III. Kal. Augusti MDCCXIX.

D. Cœlestinus Galianus è Congregatione Cœlestinorum, Abbas Sancti Georgii Novensis, & in Romano Archigymnasio Ecclesiasticæ Historiæ, ac Sacrorum Dogmatum publicus Professor.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

T. Episcopus Heracleæ Vicesgerens.

IMPRIMATUR,

P. F. Gregorius Selleri Sacri Palatii Apostolici Magister Ordinis Prædicatorum.

PRÆ-

PRÆFATIO TOTIUS OPERIS.

Bibliothecæ Orientalis Clementino-Vaticanæ describendæ occasio, & ordo.

QUUM Libros colligere & Bibliothecas exstruere, Ecclesiæ Catholicæ Pastoribus semper curæ fuerit, ut merito gravis Auctor Panvinius [a] ejusmodi sollicitudinem tùm Episcopalis, tùm Sacerdotalis officii partem esse affirmet, & operosa insuper disputatione id suadere contendat: quod nimirùm ad eos potissimùm sacræ doctrinæ monumenta conquirere & asservare pertineat, qui Christianis institutis & dogmatibus instruere & pascere commissos sibi populos debent: Romani certè Pontifices, quibus universas oves suas in Petro tradidit Christus, quosque Christianæ doctrinæ Custodes instituit, præ cæteris, quibus præsunt Pastoribus, omnem sibi operam eò conferendam esse jure censuerunt, ut apud Apostolicam Sedem, *apud quam inconvulsis radicibus* [b] *vivit antiquitas*, collectis undique Ecclesiasticis commentariis ad Catholicæ doctrinæ disciplinæque integritatem, & Apostolicas Traditiones conservandas, Ecclesiasticam Bibliothecam conderent, conditamque locupletarent.

I. Studium condendæ Bibliothecæ, Episcoporum proprium.

a *Lib. 3. de Sacros. Basilica, Baptisterio, & Patriarchio Lateranensi, c. 14. in Cod. ms. Vaticano, & apud Card. Cæsar. Rasponum pag. 241.*

b *Zosimus Papa epist. 7. tom. 2. Concil.*

Itaque priores illos Romanæ Ecclesiæ Pontifices B. Petri Discipulos ad hoc saluberrimum opus animum appulisse, facilè sibi quisque persuaserit. Ut enim Acta Martyrum per Notarios diligenter conscriberentur & custodirentur, Clemens [c] præcepit. A Notariis conscripta Antherus Papa sollicitè conquisivit, ac in Ecclesia recondidit. Septem Subdiaconos Fabianus Antheri successor Notariis adjunxit, ut scriptas ab his res Martyrum gestas in integrum colligerent. Atque ita consequutos Pontifices, licet acerbissimis persecutionibus pulsarentur, ejusdem tamen studii æmulatores fuisse, argumento esse possunt tùm quæ ad nos pervenerunt posteriorum Martyrum gesta, Latinorumque Patrum opera, quæ nusquam tutiùs, quàm in Romanæ Ecclesiæ scriniis sunt custodita; tùm exemplum minorum Ecclesiarum, Hierosolymitanæ scilicet, & Cæsareensis, ubi Alexandrum Episcopum, &

II. Quid Romani Pontifices ante Constantini Imperium in Apostolicam Bibliothecam contulerint.

c *Anastasius in Vit. Pontificum.*

Pamphilum Presbyterum ac Martyrem Bibliothecas condidisse, narrat[a] Eusebius.

a *Histor. Eccles. lib. 6. cap. 20. & 32.*

III. Bibliothecæ Apostolicæ incrementa post Constantinum.

Dissipato verò persecutionum turbine, redditâque Christiano orbi per Constantinum Magnum pace, quum Romanæ Ecclesiæ opes in dies augerentur, Apostolicam etiam Bibliothecam ad luculentiora incrementa processisse, ex Actionibus Synodi Romanæ sub S. Silvestro celebratæ colligit Panvinius[b]: idque facilè Constantini ipsius exemplum persuadere potest, cujus excellens & indefessum in colligendis describendisque, quos persecutionum tempore Gentiles combusserant, sacris libris studium ab Eusebio[c] commendatur. Silvestri vestigia premens Julius, qui post Marcum ejus successorem sedit, constituit, ut cuncta, quæ ad Christi fidem conservandam propagandamque pertinerent, per Notarios Sacræ Romanæ Ecclesiæ colligerentur, & à Primicerio Notariorum approbata, in Ecclesia reconderentur. Instituit etiam, ut cautiones, instrumenta, donationes, commutationes, & alia hujusmodi ad Ecclesiam, vel ejus ministros spectantia, in ejusdem Ecclesiæ scriniis, seù Archivis, hoc est, Bibliotheca, reponerentur. Sic factum est, ut Summorum Pontificum Epistolæ, Decreta, Homiliæ, Conciliorum Actiones, Sanctorum Patrum Opera, & hæreticorum palinodiæ, vel latæ in eosdem sententiæ, in iisdem scriniis asservatæ ad nostram memoriam subsequentium Pontificum diligentia, Anastasio[d] teste, transmitterentur. Hinc etiam Gelasius Papa, qui sæculo quinto ad exitum vergente floruit, in Concilio Romano confusam Ecclesiasticorum Librorum congeriem examinare, & utilium ab inutilibus, vel etiam perniciosis delectum habere potuit. Hinc demùm ex Oriente, & aliunde sæpè ad Romanam Bibliothecam Patres confugiendum[e] decreverunt, quotiescumque aliquid alibi corruptum suspicabantur. Adeò Pontificia Bibliotheca florebat, etiam dum Italia, & Urbs ipsa sub Barbarorum tyrannide laborarent. Quod multo clarius ex iis constat, quæ S. Gregorius[f] ad Eulogium Alexandrinum scribit, & Cassiodorus[g] non semel insinuat. Ostendunt insuper quæ post Acta Concilii Toletani Septimi[h] leguntur: quæsitum videlicet ab Hispanis Episcopis circa annum 649. librum Moralium S. Gregorii in Romana Bibliotheca, *præ multitudine Codicum facilè nequaquam reperiri potuisse*. Idque demùm clarissimè convincunt illa Anastasii Bibliothecarii verba in Gregorio II. qui anno 714. sedere cœpit: *Hic à parva ætate in Lateranensi Patriarchio sub sanctæ memoriæ Sergio Papa Subdiaconus, atque Sacellarius factus, Bibliothecæ est illi cura commissa &c.* Postquam verò piis Francorum Regum armis, excusso Barbarorum metu, Italia respiravit, floruisse magis Bibliothecam Pontificiam, argumento esse potest Cardinalium Bibliothecariorum nomen, quod in historiis eorum temporum frequenter occurrit: nec credibile est, in tanta rerum affluentia Sanctissimos Pontifices rei literariæ defuisse, qui sub ethnicis Imperatoribus & Barbaris

b *Loc. cit.*

c *Lib. 4. de Vita Constantini cap. 36.*

d *In Vitis Pontificum, Cælestini, Hilari, Gelasii, Bonifacii II. Martini, Leonis II Joannis VI. & Stephani II.*

e *Hieronym. ad Pammach. epist. 52. tom. 2. Rufin. in exposit. Symboli in Præfat. Gregorius Magnus lib. 5. epist. 14. Baronius ad ann 417. & Possevin. in Appar. ad Lector. §. 2.*

f *Lib. 7. epist. 29.*

g *Instit Divin. cap. 8. & 11.*

h *Concil. tom. 14. edit. Reg. p. 670.*

Regi-

TOTIUS OPERIS.

Regibus operam ſuam ea in parte deſiderari haudquaquam paſſi fuerant.

Hic ſtatus Bibliothecæ fuit, donec Romani Pontifices in Laterano permanſerunt. Translata poſtmodùm in Gallias per Clementem V. ſummi Pontificatus Sede, Bibliotheca quoque ex Urbe Avenionem commigravit, & in Palatio Apoſtolico ibidem collocata eſt. Sed ſublato deinde per Martini V. electionem ſchiſmate in Urbem reducta, (paucis tamen voluminibus Avenione relictis, quæ S. Pius V. poſteà recuperavit) nequaquam ampliùs in Laterano, ſed in Palatio Vaticano, ubi Romanus Pontifex ſedem fixerat, recondita fuit. Certum deinde ordinem Libris, & locum Xyſtus IV. attribuit. Xyſtus V. has demùm, quas videmus, ampliſſimas, atque ornatiſſimas Ædes conſtruendas curavit.

IV. Bibliotheca Apoſtolica in Vaticanum tranſlata.

Intereà à Summis Pontificibus, qui Martino V. ſucceſſere, non modicè laboratum eſt, ut eam præſtantiſſimis omnigenæ doctrinæ voluminibus locupletarent. Quo in negotio Caliſti III. inſignis fuit liberalitas & providentia, qui, Barbaris Græciam vaſtantibus, recuperandis ex eo naufragio Græcis Codicibus quadraginta millia aureorum inſumpſiſſe dicitur: quod etiam Nicolaus V. capta à Turcis Conſtantinopoli, pari induſtria anteà præſtiterat, redemptis ære ſuo [a] ex Barbarorum manibus Imperatoriæ Bibliothecæ reliquiis: ſed & doctiſſimos Viros univerſam Europam obire juſſit, qui egregios Codices colligerent, teſte Jannotio Mannetto in ejus vita [a] his verbis: *Multos librarios cùm Græcos, tùm Latinos ad tranſcribendum & intra, & extra Urbem annuis mercedibus conduxit; multos exploratores Doctos homines non per univerſam Italiam ſolam, ſed uſque ad extremos etiam Germaniæ ac Britanniæ angulos ad inveſtigandum indagandumque tranſmiſit; multos inſuper in Græciam ipſam & ante & poſt deplorandam Conſtantinopolis captivitatem, eruditos viros magnis cum ſalariis ingentibuſque emendorum & perferendorum clarorum Codicum commiſſionibus deſtinavit.* Nicolai hac in parte curam imitatus fuit poſtea Pius IV. cujus literas ad Panvinium, & Franciſcum Avanzatum, ut omnigenæ eruditionis libros, Orientalibus etiam linguis editos pro Vaticana Bibliotheca conquirerent, refert Rainaldus in Annalibus [c]. Utriuſque tamen diligentiam propè vicere Xyſtus IV. & Leo X. Pontifices literarum amantiſſimi, quas à prima ætate impensè coluerant. Nec minor Pontificum, qui propè noſtram ætatem vixere, fuit hac in re conatus & diligentia. Ita Paulus V. præter multos manuſcriptos, egregiis quibuſque Codicibus impreſſis Græcis & Latinis Vaticanam Bibliothecam ornavit, eidemque, rogante doctiſſimo Cardinali Baronio Bibliothecario, redditus non exiguos addixit. Vrbanus VIII. amplas manuſcriptorum gazas, ex Palatina Bibliotheca poſt Hidelbergicam victoriam à Maximiliano Bavariæ Duce receptas, & Gregorio XV. olim dono miſſas, Vaticanæ adjunxit. His acceſſere ex liberalitate Alexandri VII. & VIII. egregia manu-

V. Vaticanæ Bibliothecæ collata per poſteriores Pontifices beneficia.

a *Platina, & Ciaconius in Vitis Pontificum.*

b *Exſtat inedita in Cod. ms. Lat. Vatic.*

c *Ad ann. 1564. num. 53.*

manuſcripta Bibliothecæ Urbinatis, & mille nongenti Codices ex Bibliotheca Chriſtinæ Alexandræ Svecorum Reginæ.

VI. Incrementa ejuſdem Bibliothecæ per Sanctiſſimi Pontificis CLEMENTIS XI. liberalitatem.

Hæc ab ultima Apoſtolicæ Bibliothecæ memoria paucis repetenda fuerunt, ut intelligeres, quibus exemplis excitatus, & ſtudiis Romano Pontifice dignis incenſus CLEMENS XI. Pont. Max. totius quidem Reipublicæ Chriſtianæ bono, ſed potiſſimùm literariæ ad Petri Sedem evectus, curas intenderit ad nova, eaque ampliſſima Bibliothecæ Vaticanæ incrementa. Primùm enim non exiguo Græcorum Librorum numero, qui olim ad domeſticam Pii II. Bibliothecam pertinuerant, & in Patrum Theatinorum S. Andreæ de Valle poteſtatem poſt varios caſus devenerant, eandem locupletavit: Deinde comparandis Orientalium gentium ſcriptis curas novas, nec ulli ſuorum Prædeceſſorum ſuſceptas adjecit, effecitque, ut Bibliotheca Apoſtolica, quæ Græcis Latiniſque Codicibus affatim inſtructa videbatur, Hebraicis etiam, Syriacis, Samaritanis, Arabicis, Perſicis, Turcicis, Ægyptiacis, Æthiopicis, Armenicis, Ibericis atque Malabaricis, præter ea quibus anteà donata fuerat, manuſcriptis ornaretur. Videbat enim ſapientiſſimus Pontifex, ampliſſimum Codicum hujuſmodi apparatum non modò ſcientiis omnis generis utilem futurum, ſed (quod potiſſimùm Romano Pontifici par erat in mentem venire,) cogitabat, publica illa populorum Orientalium inſtrumenta perquàm neceſſaria fore ad libranda judicia, quæ de Religione, Ritibus, moribuſque earundem Nationum in Romana Curia frequenter aguntur. Multum enimverò intereſt in hoc negotio, ſi rerum geſtorumque notitia non ex incerta fallacique advenæ alicujus teſtatione, ſed ex teſtimonio Sapientum literis conſignato, & publicis cujuſque gentis tabulis, ut ita dicam, expreſſo capiatur. Quidquòd angebatur animo mitiſſimus Pontifex, intuens Orientales Nationes ad hanc vaſtitatem ſqualoremque miſerabili caſu adductas; ſperabatque, hoc qualicumque literarum commercio Antiquis quidem nomen famamque paratum iri; Præſentibus verò aliquod ſolamen, communis Parentis in ipſos benevolentiam pietatemque ſecum reputantibus; Futuris denique opem, quibus ſuorum Patrum Codices ab Urbe reduces legere, & iis uti Typographicæ artis beneficio licebit. Nimium ſanè pretioſa odia, & conſtantia magno exercent illi, qui inclytarum quondam Nationum faſtum & atroces animos, nulliſque emendatam cladibus ſuperbiam acriùs juſto, & aſſiduè inceſſunt. Nec minore reprehenſione digni ſunt, qui ex præſenti ſtatu illas æſtimantes, aſpernantur. Magnæ cecidere, magnæ jacent; neque magis illæ contemnendæ ſunt, quàm quum Ædium ſacrarum ruinæ calcantur, quas etiam tunc veneramur.

VII. Prioris expeditionis in Ægyptum hiſtoria.

Intereà dum hæc ſapientiſſimus Pontifex animo molitur, & in occaſionem incumbit, ut quæ moliebatur, ad exitum perduceret, eadem peropportuna ſe dedit nihilminus opinanti. Venerat Romam D. Gabriel Eva Maronita, Ordinis S. Antonii Monachus & S. Mauræ in

Monte

TOTIUS OPERIS.

Codices Nitrienses, quos Gabriel Eva, Summo Pontifici indicaverat, ab Elia Auctoris consobrino in Vaticanam Bibliothecam transmittuntur.

Monte Libano Abbas, à Stephano Edenensi tunc Antiocheno Maronitarum Patriarcha ad Limina Apostolorum missus. Gabrielem consequutæ sunt paulò post literæ ab Apostolicis Missis ex urbe Cairo, quibus Joannis Alexandrini Coptorum Patriarchæ ad Catholicam Ecclesiam reditus nunciabatur. Res erat, quæ ampliorem indaginem requirere videbatur. Suspectum erat Ægyptiorum ingenium vafrum, tectumque, & fallax; avitæ præterea superstitionis tenacissimum. Quare visum est Sacræ Congregationi de Propaganda Fide, cui ejus negotii administratio à Summo Pontifice fuerat delegata, D. Gabrielem Cairum in Ægyptum allegare, qui Patriarchæ mentem exploraret, & siquidem sinceram reperisset, vias investigaret opis Coptis Christianis ferendæ. Joannes, qui Europæos Ægyptii moris ignaros fefellerat, Gabrieli homini in vicina Syria nato, quique Hæreticorum patriæ suæ finitimæque Ægypti ingenia, atque dogmata penitùs perspecta habebat, imponere non potuit: deprehensusque, negavit plane, se à patria religione unquam discessurum. Cairi, inquit, carcerem, & compedes, si Dioscorianam sectam abjuraret, sibi paratos esse: & de Orthodoxa Religione se quidem nunquam dubitasse; eam tamen suæ gentis Satrapis non placere; illis autem iratis, aut minùs propitiis, salvam sibi dignitatem suam esse non posse.

Spe itaque sua dejectus, revocandi ad sanam mentem Patriarchæ, Gabriel, lustrata primùm universa Ægypto, suique Ordinis Patriarcharum monumenta, quæ in Nitria & Thebaide monstrantur, veneratus, Romam reversus est anno 1706. Statimque rei statum Pontifici diligenter exposuit, desperatamque timidi & ambitiosi Senis curam esse renunciavit. Deinde quum multa, ut fieri solet, in eo itinere à se visa, & observata intersereret, illud etiam adjecit, Bibliothecas non contemnendas in Nitriæ Cœnobiis exstare, in quibus Syriacos, Arabicos, & Ægyptiacos Codices, nongentorum & ampliùs annorum ætate notatos vidisset, multos inter eos Patrum Græcorum Tractatus in Syriacum olim translatos; multos etiam Syriacè, Arabicè, aut Ægyptiacè à suis primis Auctoribus exaratos, præter sacrorum librorum, puta, Ritualium, & Ecclesiasticorum Officiorum ingentem farraginem.

Et Gabrielem quidem vera nunciasse, posteà ipse cognovi, quum Nitriense desertum peragrarem, ut infrà dicam: sed & pridem noveram ex iis, quæ in Vita C. V. Fabritii Peireskii Gassendus scribit lib. 4. quendam nempè Ægidium Lochiensem è Capucinorum familia ex Ægypto, ubi per annos septem linguis Orientalibus operam navarat, reversum, indicasse ipsi Peireskio, plurimos in variis Monasteriis latitare libros, inter quos visam sibi Bibliothecam octies mille voluminum, quorum pars non exigua Antonii Magni ævo scripta non temerè credebatur. Sceteńse fortassè Cœnobium intelligit, Syris Monachis ab Alexandrinis Coptorum Patriarchis olim concessum, de quo infrà suo loco.

Adde-

Addebat etiam Gabriel, haud dubiam ſpem fore, ut favore Joannis Patriarchæ Alexandrini, cui Monachi illi Nitrienſes parebant, accedente alicujus induſtrii navique hominis opera, pars aliqua eorum Codicum facilè in poteſtatem veniret. Quæ quum libentiſſimè audiſſet Pontifex Maximus probaſſetque, Gabrieli mandat, ut ipſe, vel alius, quem ipſe idoneum judicaret, ea, quæ opportunè ſuggeſſerat, ſtrenuè exequeretur.

Commodum accidit, ut Elias conſobrinus meus, vir doctus, & in literis Orientalibus per totam vitam egregiè verſatus, negotiis, pro quibus Romam à laudato Stephano Patriarcha Antiocheno miſſus fuerat, propè ad exitum perductis, reditum in Syriam agitaret. Hunc tantum virum, Gabriele indicante, nactus Pontifex, ſtatuit, nihil præterea deliberandum eſſe; juſſitque Eliam neceſſario commeatu priùs inſtructum, cum commendatitiis literis ejuſdem Gabrielis ad Joannem Alexandrinum Patriarcham ociùs maturare, ac velis, ut ajunt, remiſque Codicum negotium urgere. Cum hiſce mandatis Elias appetente vere ab Urbe dimiſſus anno 1707. vix æſtate jam adulta Alexandriam tenuit, terra marique curſu minimè ſecundo uſus. Inde Cairum progreſſus, Joannem Patriarcham convenit, ſuſceptique itineris cauſam docuit. Patriarcha, qui à Catholica Eccleſia metu magis Turcici Magiſtratus, quàm ingenio ſuiſque moribus abhorrebat, cætera comis & perhumanus, atque in Europæos optimè affectus, nihil benignitatis aut indulgentiæ in hoſpitem Eliam prætermiſit; attributiſque ſine mora commeatibus, & literis ad Monachos Scetenſes Codicum dominos, perhonorificè dimiſit: Socios inſuper addidit duos, rem maximè neceſſariam in itinere periculoſo, & Hagarenis latronibus ſummoperè infeſto: Alter erat nobilis Coptus Joannes nomine, alter prædicti Monaſterii in ejuſdem Patriarchæ Curia Procurator, & Monachus.

Hiſce cum ſociis per deſerta Nitriæ iter ingreſſus, ad Scetenſe Cœnobium VI. Kal. Julias ejuſdem anni pervenit. Diſtat ab urbe Cairo Scetenſe Cœnobium paſſuum millia circiter octoginta. Eſt Monachorum Orientalium erga hoſpites in tenui etiam fortuna caritas incredibilis. Illos urgebat præterea ſpes captandæ gratiæ Alexandrini Antiſtitis, à quo Elias mittebatur, & ipſius Eliæ ſumma urbanitas, ſermoniſque Arabici peritia, ut in eo nihil peregrinum, nihil moribus ſuis abſonum Ægyptii poſſent deprehendere. Quapropter cum magna benevolentiæ ſignificatione Syrus homo in Syrorum Cœnobio exceptus eſt. Hìc quam terra marique quæſierat Bibliothecam, tandem reperit. Spelæum diceres, Codicibus temerè aggeſtis conſtipatiſque refertum. Codices Arabico, Ægyptiaco, plerique Syriaco ſermone ſcripti legebantur, quos Moſes Niſibenus, ejuſdem Monaſterii olim Præfectus, ex Meſopotamia coëmptos, vel dono oblatos attulerat anno Chriſti 932. ut ex epigraphe ſingulorum ferè Codicum cognitum eſt. Ingemuit verò Elias, vir non agreſtis, nobiliſſimos humani animi fœ-

tus

tus ab imprudentibus dominis tam indignè tractari, ſperavitque fore, ut merces, quas ipſi poſſeſſores, ceù ſibi minimè neceſſarias, imò prorsùs inutiles, tineis conceſſerant, nec multo negotio, nec magno pretio in manus ſuas venirent. Sed contra ſpem accidit: nam ex tanta voluminum farragine, atque copia, vix quadraginta Elias à Monachis ægrè impetravit ſoluto pretio: quorum Indicem infrà dabimus.

Ita utcumque negotio illo confecto, adſcitoque in ſocium ducemque viæ Monacho, ad urbem Cairum cum ſuis libris reditum Elias maturavit. Hìc verò parùm abfuit, quin longo labore parta uno momento cuncta dilaberentur. Nam quum ſuperata Nitriæ ſolitudine, quod reliquum erat viæ, navigio uſus, ſecundo amne conficeret, exortus repentè Africus, qui per æſtatem Ægyptum infeſtare ſolet, naviculam rapuit, disjecitque; quumque nautis remigio deſtitutis in adverſum obnitendi nulla eſſet ratio, cymba diu procellas nequidquam eluctata ceſſit, atque in omnium conſpectu miſerandum in modum fluctibus hauſta eſt: ſubmerſiſque unàcum Elia, & comite Monacho libris, hic miſerè in aquis periit; Elias verò ope alterius navigii, quod opportunè ſupervenit, imminenti fato ereptus, illud etiam à nautis, non modico laboris oblato præmio, facilè impetravit, ut ſubmerſos Codices è cœnoſis Nili vorticibus expiſcarentur. Lætus ob recuperatos Codices Elias, & quod ex præſenti naufragio ſoſpes & incolumis evaſiſſet, multò lætior, debitas Divinæ bonitati primùm gratias egit, quod periculo, quæ ad eam diem adiiſſet, omnium maximo eum liberaſſet. Poſtera die ut Nilus detumuit, collectis ſarcinis, alterique navigio impoſitis, interruptum iter reſumpſit, atque eodem die Cairum incolumis tenuit, curſu uſus pacatiſſimo. Hìc verò à præterito labore pauliſper recreatus, Codices ſuos recenſuit, cœno oblitos terſit, humefactos exſiccavit. Sic ea, qua potuit diligentia reparatos, ipſe in Syriam feſtinans, Romam tranſmittendos curavit; receptique fuere ſub diebus Natalis Domini exeunte anno 1707. & in Bibliothecam Vaticanam illati.

Hìc porrò viſis Codicibus varia fuerunt variorum de illis judicia. Quidam linguas, quibus libros conſcriptos videbant, quum minimè intelligerent, & tamen intelligentes videri vellent, præſidenter pronunciabant, nihil aliud iis contineri, quàm Officia Eccleſiaſtica Syrorum: quiſquilias eſſe, & Monaſticæ Bibliothecæ purgamenta. Alii pro eo, quo in æſtimandis hujuſmodi operibus laborant præjudicio, affirmabant, abolendos potiùs Codices, quàm ſervandos: ex ſuſpectis quippe regionibus advectos: quaſi verò libri perinde atque homines, cœli vitio inficiantur. Alii optimos quidem fuiſſe Codices dictitabant, ſed longo ævo, tineis, & aquis Nili adeò detritos, ut legi omninò nequirent. Non defuere, qui & ſtudium Pontificis, & delectum librorum ab Elia factum pro veritate laudarent; exactiores tamen rerum in Codicibus contentarum Indices meritò deſi-

derarent. Miserat quidem Elias Codicum Catalogum: quum tamen illum post naufragium festinus trepidusque confecisset, pauca quædam in eo de nomine Auctorum, & de ætate manuscriptorum raptim adnotarat: adeò & ipse ex recenti periculo adhuc perturbatus erat, & Codices plerique permisti, atque confusi fuerant.

Sic Eliæ festinatus in patriam reditus, meum interrupit, & à Collegio Maronitarum, unde Theologicis studiis expeditus in Syriam iter parabam, ad Bibliothecam Vaticanam traduxit, Codicum Orientalium curam mihi demandante Optimo Pontifice. Quid autem hìc circa prædictos libros ego pro mea tenuitate præstiterim, suo loco dicam.

VIII. Codices Ecchellenses, Amidenses, & Beræenses Bibliothecæ Vaticanæ addicti.

Intereà dum id genus opes ex Nitriæ montibus effodiuntur & asportantur, alias non minoris fortassè pretii in ipsa Urbe dedit domestica Bibliotheca Josephi Chaldæorum Patriarchæ: itemque C. V. Abrahami Ecchellensis, ejusque in Cathedra Romani Archigymnasii successoris Fausti Naironi musæum, quorum omnium Indicem suo loco atteximus. Et Abrahami quidem, Faustique Codices, vitandæ confusionis causa, *Ecchellenses* appellamus; Patriarchæ verò, ab urbe Amida, unde genus ipse ducebat, & ubi hoc tempore residere solent Orthodoxi Chaldæorum Patriarchæ, *Amidenses* vocare libuit. Ita etiam *Beræenses* nuncupamus, quos supra laudatus Gabriel S. Mauræ Abbas, ad componenda quædam inter Maronitas dissidia à Sanctissimo Pontifice ejusdem Nationis amantissimo missus in Syriam, ex urbe Beræa patria sua (Alepum indigenæ dicunt) Romam reversus importavit.

IX. Item Codices Petri de Valle.

Paucis post annis non modicum incrementum nostræ Bibliothecæ attulere insignes Codices Arabici, Persici, Turcici, Samaritani, Coptici, Æthiopici, Malabarici, & Iberici, seù Georgiani ex privata Bibliotheca Clarissimi Viri Petri de Valle Patricii Romani, quos ipse in suis epistolis ad Amicos summopere laudat: nec immeritò. Illos idem Petrus amicorum, & cognatorum ope, quos in Oriente benè multos sibi conciliarat, non sine delectu comparatos, in Urbem secum aliquot ante annos attulerat, velut confectæ rara cum felicitate peregrinationis tàm ancipitis, tàm longinquæ nobilissimos testes futuros.

X. Codices Arabici ex optimis archetypis descripti: & Græci, quos Abraham Massad Summo Pontifici obtulit.

Accessere per id temporis Codicum Arabicorum descriptiones erudita manu repræsentatæ ex optimis Archetypis, quos suppeditabant insignes in Urbe Bibliothecæ Collegii Urbani de Propaganda Fide, Collegii Maronitarum, & Conventus Patrum Franciscanorum S. Petri in Monte Aureo: sed & Bibliotheca publica Bononiæ, quam Instituti scientiarum vulgò dicunt: atque istis multò pretiosior supellex Codicum Græcorum mss. quos ab Abrahamo Massad nobili Maronita ex Ægypto paucis post annis allatos, sibique oblatos Summus Pontifex eidem Vaticanæ Bibliothecæ dono dedit.

Anno

TOTIUS OPERIS.

XI. Auctoris iter in Orientem, & Codices ab eodem pro Vaticana Bibliotheca comparati.

Anno 1715. visum est novam in Ægyptum excursionem facere. Hanc à Summo Pontifice procurandam susceperat publico literatorum nomine, atque commodo Vir Clarissimus D. Carolus Majellus Vaticanæ tùm Bibliothecæ Præfectus, tùm Basilicæ Canonicus, omni eruditionis genere excultus, & ab Hebraica, Græca, Latinaque literatura Urbi, Italiæ, Europæ commendatissimus. Ita illius opera, atque humanissima, qua me (utinam merentem) dignatur existimatione factum est, ut mihi id negotii Clementissimus Princeps demandaret: contigitque meus ab Urbe discessus pridie Kal. Julias. Alexandriam exeunte Julio ejusdem anni, secundissimo cursu, inde Canopum prætervehor. Distat Alexandria Canopus passuum millia circiter quadraginta: Indigenæ *Rascid* appellant, unde vulgare *Rossetum*: à Rascido Chalipharum Abbasidarum quinto urbi nomen inditum, quòd ab illo vel condita, vel, quod vero propius est, fuerit restaurata, credunt. Vixit autem Rascidus [a] sæculo nono, & Bagdadi in Chaldæa regnavit. Canopo per eum Nili sinum, qui ab eadem urbe Canopicus dicitur, Bulacum progredior. Bulacum abest passuum tria circiter millia ab urbe Cairo, quam novam dicunt, ejusque olim non exigua pars fuit, nunc suburbanus pagus. Inde ipsam Cairum, totius Ægyptiaci regni caput, delabor.

a *Elmacin. hist. Sarac. Par.1.*

Cairum Arabicum nomen est, quod Nicopolim commodè vertes à themate قهر *Cahàr vicit*: hanc enim urbem Saraceni ex manubiis Ægyptiacæ Provinciæ Græcis Imperatoribus olim ereptæ, amplificatam ornatamque, velut perpetuum & immobile victoriæ trophæum erexere. Almoëz-Ledin-Alla [b] Phatemitarum quartus, urbi nomen dedit, quæ olim *Babylon* dicebatur: *Fostata* [c] etiam sub Amro Alhaso Omari Chaliphæ Duce appellata est, ob fixa eo in loco tentoria, & *Fossatum* ad communienda castra factum. Arcem Daherus Soltanus condidit, ut ex inscriptione Arabica comperi: vero propius est, ab illo instauratam dumtaxat. In Arcis medio Cisterna apparet, veteris magnificentiæ mirabile monumentum, ad centum & quinquaginta cubitos, rupis immensæ in sinu, immani labore excavata, atque in tantam amplitudinem undique concamerata, ut non modò hominibus, sed jumentis etiam commodus sit ad ima descensus, marmore durissimo ad cochleæ morem artificiosè conformato. Aquas non pluviales, quæ in Ægypto raræ, & quibusdam annis nullæ sunt, sed à Nilo tria millia passuum fornicibus perductas accipit. Josepho Patriarchæ id operis attribuit indigenarum vulgus, ut cætera Ægypti admirandæ magnificentiæ ædificia.

b *Chron. Orient. editum ab Ecchell.*

c *Severus Asmonæorum Episcopus in Histor. Patriarcharum Alexandriæ apud Renaudot.*

Multa excolendis literis Gymnasia in ea urbe videre est: magnificum præ cæteris, atque Doctorum Auditorumque frequentia celeberrimum est, quod ازهر *Azhar* Arabes appellant, à præfato Almoëzo Chalipha conditum; ut inde intelligas, à Saracenis literarum studia nec fuisse, nec esse usquequaque neglecta, vel (quod falso nonnulli rumo-

re decepti ſcribunt,) propriæ Religioni contraria exiſtimari. Magiſtrorum numerus quinquaginta, Scholaſticorum verò tredecim millia excedere creditur. Illorum porrò Magiſtrorum tanta auctoritas eſt, ut ex eorum ſententia omnes cauſæ, liteſque definiantur. Quamobrem nullus in urbe Cairo *Moſti* ſeù *Definitoris* magiſtratus, cujus in reliquis Imperii Turcici civitatibus magna eſt circa res forenſes dignitas, & poteſtas. Cæterùm ibi præter incredibilem hominum, domorum, officinarumque numerum, nihil occurrit quod mirere. Nulla privatarum Ædium magnificentia: nulla hortorum pulchritudo: nulla villarum frequentia, nulla ſuburbiorum celebritas. In illa verò ſoli vaſtitate, quæ procul à Nili ripis quaquaversùs latiſſimè protenditur, non urbes, non domicilia, non agri, non arbores, ſed deſertum, arena, feræ. *Non tamen hanc terræ partem* (ut Eucherii [a] verbis utar) *inutilem, & inhonoratam dimiſit Deus, quum in primordiis rerum omnia in ſapientia faceret, & ſingula quæque futuris uſibus apta diſtingueret; ſed cuncta non magis præſentis magnificentia, quàm futuri præſcientia creans, venturis, ut arbitror, Sanctis Eremum paravit. Credo, his illam locupletem fructibus voluit, & pro indulgentioris naturæ vice, hanc Sanctorum dare fœcundam, ut ſic pingueſcerent fines deſerti: & quum irrigaret de ſuperioribus ſuis montes, abundarent quoque multiplicata fruge convalles, locorumque damna ſuppleret, quum habitationem ſterilem habitatore ditaret.* Tales habuere incolas deſerta Nitriæ, & Thebaidis, & habent hoc tempore, illis antiquis nec numero, nec religionis integritate quidem comparandos, ſed exteriori Monaſticæ profeſſionis cultu & loco haud abſimiles; adeò ut jure continuæ, nec unquam interruptæ ſucceſſionis, Patrum ſuorum diſciplinæ teſtes maximè idonei à nobis advocari, nec à Novatoribus repelli queant.

[a] *De laudibus Eremi.*

Intereà dum in urbe veteres Amicos requiro, ecce Elias Georgius è Societate Jeſu Sacerdos Maronita, qui me humaniſſimè pro veteri neceſſitudine complexus, ubi ſuſcepti itineris mei cauſam intellexit, ſe apud Patriarcham, & Monachos, ipſi aliundè benevolos, conficiendi negotii interventorem obtulit. Poſtero itaque die Patriarcham ambo ſalutatum adimus, commeatum & epiſtolam ad Monachos petimus, viæque ducem. Omnia affatim dedit benigniſſimus Senex, & Codices Arabicos ex domeſtica Bibliotheca non paucos adjecit. Ita primo poſt Idus Auguſtas die Cairo ſolvimus, comitem atque ducem nacti Philotheum Monachum S. Macarii, & ejuſdem Cœnobii Oeconomi filium: illud enim Cœnobium ante alia inviſere fixum erat. Paſſuum ergo millia circiter quadraginta ſecundo flumine prætervectis, ignobilis occurrit pagus ad Nili ripas poſitus, *Etris* Arabes vocant, Chriſtianis Coptici ritus frequens. Inde ad ſtadia circiter duo, Occaſum versùs progredimur. Hìc verò Nitriæ ſterilis & inculta ſolitudo apparuit. Arenas vapor æſtivi ſolis accendit, quæ ubi flagrare cœpe-

runt,

runt, haud secùs, quàm continenti incendio cuncta torrentur, camporumque non alia, quàm vasti & profundi æquoris species est. In hac inhospitali eremo habitavit S. Macarius: habitant hoc tempore illius instituti alumni, Coptici ritus cœnobitæ. Monachorum domum *Cœnobium S. Macarii* incolæ vocant, sive quod ab ipso Macario conditum fuerit, ut ipsi indigenæ commemorant, sive quod à primis Macarii alumnis atque ejusdem Cœnobii conditoribus illud nomen acceperit: quod lapsa per manus ad posteros fides docet. Omnia certè sacra eremi ædificia, Saracenici Imperii initia antecedunt.

Ab his Monachis Codices Coptico sermone scriptos accepimus optimæ notæ, ut ex subjecto Indice patebit: nec alios habebant, qui hominem etiam cupidum morarentur. Quamobrem ad Monasterium S. Mariæ Syrorum, bonis illis monachis deducentibus, processimus. Scetense cœnobium hoc est, cujus suprà meminimus. Bibliothecam intravimus: ducenti ferè Codices dumtaxat reperti. Librorum numerum, quos octies mille excessisse suprà memoratus Ægidius Peireskio renunciavit, neque hìc, neque alibi in tota Ægypto videre licuit. Fortassè interjecto hoc spatio aliò translati, distractique fuerunt. Repertos Codices recensui, selectos circiter centum petii: sed nullis precibus, præter paucos quosdam, quos tamen ipse selegissem præstantissimos, persoluto pretio à monachis obtinere licuit: videlicet Marutham Tagritensem, Isaac Antiochenum, Jacobum Sarugensem, Joannem Philoponum, Severum Antiochenum, Timotheum Alexandrinum, Dionysium Jacobitarum Patriarcham, vetustissima Orientalium & Occidentalium Martyrum Acta, Chronici Edesseni Auctorem anonymum, aliosque nonnullos.

Actis Patriarchæ ingentibus, ut par erat, gratiis, quoniam in aliis Nitriæ monasteriis nihil repereram, quod me in Syriam properantem moraretur, (sunt autem duo, alterum S. Pisois juxta lacum Nitriæ, S. Mariæ Græcorum alterum, in quo tamen Copticæ nationis monachi habitant,) exeunte Septembri Alexandriâ in insulam Cyprum delabor, transmissoque freto Sidonem Phœniciæ urbem, inde Damascum. Damascus Amiadûm Chalipharum olim sedes, & Saracenici Imperii caput, veterem majestatem atque amplitudinem magna ex parte adhuc retinet. Ex ruinis Cæsareæ, Ptolemaidis, Tyri, Sidonis, & Beryti crevit, oræ maritimæ accolis, Christianarum classium metu, ad mediterranea loca profugientibus: inde populi frequentia, qui quindecim myriadas excedere creditur. Spectabile in primis est in urbis medio à Jazido Chalipha constructum Mahometicæ superstitionis delubrum, amplitudinis admirandæ, & quotquot in Syria & in Ægypto supersunt, Saracenici Imperii monumentorum maximum. Agri suburbani amœnitas & ubertas Arabum Poëtarum carminibus celebratur: & verò tanta est, ut nulla in toto Oriente urbs in hac parte Damasco comparari possit. Plures ex hac urbe præstantissi-

mos

mos Codices olim Michaël Maronita à Federico Cardinali Borromæo missus, asportavit Mediolanum, & in Bibliotheca Ambrosiana recondidit. Pauci ex immenso Scriptorum numero, qui Damasci vixerunt & scripserunt, ad meas manus venêre: Mahometanis Codicum dominis libros suæ sectæ manibus Christianorum pollui existimantibus.

Est in suburbiis Damasci pagus, *Saidnaiam* vocant, ubi celebre Virginum cœnobium ab Imperatore Justiniano, ut fama est, conditum. Ibi magna Christianorum indigenarum religione colitur pervetusta imago Deiparæ, cujus templum positum est in rupe undique impendente. Sed qui nunc pagus, olim civitas fuit, quam frequentia hominum fecit, qui ad Templi religionem concurrentes, in eo saxo consedere. *Sardinellum* corruptè appellat Petrus Silvester Petra Sancta in Thaumasia [a] & subdit: *Hic incolas alios, nisi Christianos perinde non admittit. Cæteris enim est inhospitalis, ac sine infortunio, aut nece neminem patitur*. Rem ita se habere, mihi narrabant incolæ: quod ipse certissimum comperi; neminem enim in eo pago, qui Christianus non esset, inveni. Illuc deducentibus amicis propero. Bibliothecam inquiro: Codices duodecim, quos præ cæteris mihi utiles duxi, soluto pretio accipio, annuente loci Episcopo, viro religiosissimo, & cum Catholica Ecclesia, præter suorum popularium morem, fide & amore conjunctissimo.

[a] *Tom. 3. cap. 1.*

Inde Damascum repeto, Alepum cogitans, alterum Syriæ oculum, & propter eximiam loci opportunitatem, omnium Orientis Nationum, & Syrorum præcipuè Mesopotamenorum Emporium. Sperabam fore ut meorum popularium ope, & Athanasii catholici Græcorum Patriarchæ favore, istius peregrinationis me nunquam pœniteret. Nec spem fefellit eventus: Inde enim complures eosque optimos Codices asportare licuit, amicis negotium strenuè urgentibus, qui & se daturos operam, ut alii ad me transmitterentur, pollicebantur, quos tamen ex Mesopotamia expectare oporteret. Equidem Mesopotamiam adire animus erat. Eapropter Alepi moras nectebam, in omnem excursionis in eam provinciam faciendæ occasionem intentus. Sed partim intempestivis imbribus impeditus, partim amicorum precibus, variis terroribus à proposita peregrinatione me revocare conantium, flexus decrevi, in Italiam quantociùs reversionem facere, præscriptis à Summo Pontifice terminis longiorem in Oriente moram minimè ferentibus. Verùm nulla aderat Alexandretæ, aut in Phœniciæ portubus in Italiam navigandi occasio: Præterea sarcinas meas cum Codicibus in urbe Cairo reliqueram. In Ægyptum ergo renavigandum fuit. Quamobrem Tripolim Syriæ contendo: Inde facilis in Ægyptum trajectus & facultas commeandi quotidiana.

Intereà dum in ea urbe in navigandi occasionem immineo, brevem in vicina Libani juga excursionem facio: Parentes, patriam reviso: Codices aliquot corrogantibus amicis accipio. Ita demùm Pelusium

ſium Tripoli adnavigo, actis Patriarchæ Maronitarum Reverendiſſimo Domino Jacobo Avodio immortalibus gratiis, utpote qui totam iſtam Codicum negotiationem non in Libano dumtaxat, & apud ſuos Maronitas, ſed etiam Damaſci, Alepi, Cairi, ubique apud exteras Nationes, opera, conſilio, auctoritate mirificè juvit.

Peluſio Cairum regredior. Hic quod anteà, quum Nitriæ deſerta luſtrarem, animo cogitaram, Antonii Magni & Pauli primi Eremitæ in Thebaide cœnobia inviſere conſtitui. Abeſt autem utrumque ab urbe Cairo paſſuum millia circiter quadraginta ſuprà centum, Orientem versùs. Quo intellecto doctiſſimus idem & humaniſſimus P. Claudius Sicard è Societate Jeſu Sacerdos, ſe mihi illuc ducem fore promiſit: Thebaidis enim urbes ipſe aliàs luſtraverat, quum novas totius Ægypti Tabulas Geographicas pararet. Septimo die illuc pervenimus. Sed ibi præter ingentem, quam ex præſenti illorum Sanctorum memoria voluptatem hauſimus, ad meum negotium utile repertum eſt nihil. Cauſam narrabant Monachi, quod deſertis ob Arabum incurſiones cœnobiis, Codices cum reliquo Eccleſiæ inſtrumento periiſſent. Idem notatum legeram initio Codicis Evangeliorum Copto-Arabici manu Gabrielis Patriarchæ, qui ipſum per eam occaſionem ex monaſterio S. Antonii diſtractum, ad Eccleſiam S. Mercurii in Cairo vetere pertinere teſtabatur; in Vaticana autem Bibliotheca modò ſervatur. Qui in utroque cœnobio adhùc exſtabant Codices, Vanslebio olim enumerati, nil aliud ferè continebant, quàm Ritualia, Eccleſiaſtica Officia, & nonnullos Sacræ Scripturæ Interpretes. Paucis contentus, Cairum regredior.

Interim Alexandriam oneraria navis Anglica appulerat, & propediem in Italiam profectura dicebatur. Ad quadraginta dies ea ſpes Alexandriæ me defixum continuit. Adfuit demùm dies ſextus decimus ante Kalendas Novembres, qui me ex longa periculoſaque peregrinatione ſoſpitem, in navim reduxit. Duos circiter menſes tenuit navigatio. Ventis ac fluctibus ad ſexdecim dies diù multùmque agitata navis, VIII. Idus Decembris Liburnum lacera, ac valdè laſſa pervenit, quum me quotidiana vitæ diſcrimina, vigiliæque, & cætera maris incommoda penè confeciſſent: Divina ſcilicet Providentia, ea eventuum alternatione, prioris navigationis ſecundiſſimæ voluptatem, hujus poſterioris laboribus ærumniſque temperante. Demùm V. Idus Januar. anni 1717. Romam perveni. Codices eodem menſe exeunte alia via ſunt ſequuti.

XII. Bibliothecæ Orientalis condendæ cauſa.

Hæc noſtræ Bibliothecæ condendæ occaſio fuit. Cauſa verò alia, eaque multiplex. Nam etſi complures noſtri laboris argumentum tetigerint, nullus tamen hactenus exſtitit, qui id operis vel ex profeſſo tractandum ſuſceperit, vel ſuſceptum abſolverit. Primus Hieronymus Syrorum Scriptorum Tatiani, Bardeſanis, Archelai, Ephræmi meminit in Catalogo: cui Gennadius adjecit pauca quædam de Jacobo

bo Nisibeno, Paulino seù Paulona S. Ephræmi Discipulo, Isaac seniore, ejusque cognomine Presbytero Antiocheno, Mochimo, Petro, & Samuele.

Gulielmus Cave Syriaci atque Arabici sermonis ignarus, quæcumque in Abrahami Ecchellensis & Fausti Naironi Scriptis de hoc argumento reperit, (pauca autem sunt,) sine delectu in suum usum transtulit. Nec ferè plura, aut meliora Hottingerus profert in eo opere, quod Bibliothecam Orientalem inscripsit, oppidò quàm fallaci titulo: in eo quippe Arabas quosdam Mahometanos recensuisse contentus, Chaldæos, Syros, aliosque Orientales vix attingit: quos autem attingit, ex Andrea Masio, & ex Catalogo Hebedjesu per Ecchellensem edito ad verbum describit. Eodem titulo Herbelotius, vir in hoc genere multæ lectionis, nec eandem methodum, nec idem argumentum persequutus est in sua Bibliotheca Orientali: non enim in illa de Scriptoribus Orientalibus tractationem instituit, sed quæcumque ad historiam rerum Orientalium pertinerent, Lexici in formam collegit, Bibliothecæ nomen in eo sensu usurpans, quo Apollodorus Grammaticus, & Diodorus Siculus suas historias, ex multis variarum gentium Historicis compilatas, Bibliothecam inscripserunt.

Ea scilicet res erat, quæ ab ipsis Orientalibus peteretur. Id se exhibiturum pollicitus est Abrahamus Ecchellensis Maronita in Præfatione ad Catalogum Hebedjesu pag. 36. scribens: *Quamobrem in studiosorum gratiam brevi, Deo favente, sequetur nostra Orientalis Bibliotheca, quæ ad umbilicum usque perducta est, ubi non solùm Chaldæi Syrique percensentur Scriptores, sed ingenti numero Arabes: nec Ecclesiastici tantùm, sed & profani*. Verùm eruditissimi Viri egregium molimen mors abrupit. Ingentis operis vix specimen nobis relictum est ad calcem *Eutychii Vindicati*, ubi Scriptorum, quos in eo libro ipse Auctor Abrahamus laudaverat, perbrevem notitiam attexuit.

Faustus Naironus Abrahami hæres, & in Cathedra successor, Vir profectò tanto operi par, Abrahami Bibliothecam Orientalem ad umbilicum, ut ille scripserat, jam perductam terminare vel neglexit, vel quod vero propius existimo, aliò distractam non reperit. Nec enim diligentissima perquisitione post ejusdem obitum facta, usquam gentium illud scriptum hucusque apparuit. Quæ autem ipse Naironus in Evoplia de Scriptoribus Orientalibus data occasione commemorat, suomet labore studioque comparavit.

Unus exstitit Hebedjesu Sobensis, qui Syrorum Scriptorum Catalogum confecerit: Opus sanè egregium, pro quo immortales illi habebit gratias universa literaria Respublica. Sed præterquàm quod Catalogus ille, heptasyllabo metro digestus, ut ad metri regulam se accommodet, perspicuitati minus consulit; totus circa nomina Auctorum, atque titulos Codicum versatur: adeò ut nihil in eo libello invenire sit, quàm nominum ac titulorum farraginem.

Oppi-

TOTIUS OPERIS.

Oppidò quàm difficile ſit in re adeò obſcura aliquid ne dicam lauro & Apolline dignum promere, ſed tantùm non inutile, patebit legenti obſervationes Euſebii Renaudotii, Viri de literis Orientalibus meritiſſimi, qui in 2. Part. Liturg. Orient. coactus aliquid proferre de Scriptoribus Syriacarum Anaphorarum ab ipſo collectarum, ſumma cum ingenuitate frequentiſſimè profitetur, Cymmeriis, ut ajunt, tenebris obvolutum ſe nihil videre. Alios recentiores, qui ſuprà commemoratos veterum Scriptorum omnium gentium Cenſores anteceſſere, vel conſequuti ſunt, fruſtra eſt his de rebus conſulere: Iſidorum, inquam, Hiſpalenſem, Ildephonſum Toletanum, Honorium Auguſtodunenſem, Sigebertum Gemblacenſem, Henricum Gandavenſem, Trithemium, Suffridum Petri Leovardienſem, Bellarminum, Labbæum, Antonium Poſſevinum, Aubertum Miræum, Rivetum, Scultetum, Conradum Geſnerum, Joſiam Simlerum, Joannem Jacobum Friſium, Georgium Mathiam Konigium, Dupinium, Tillemontium, & alios in hoc argumento verſatos: quum omnes ad unum eos dumtaxat Orientales Scriptores recenſeant, quos Hieronymus & Gennadius indicarunt.

Jam hoc ſatis erat, ut materiam ab iſtis Auctoribus levi, ut ajunt, brachio tractatam ipſe reſumerem. Additus eſt novus ex ſæculi noſtri moribus guſtuque ſtimulus. Videbam quippè novas quotidie variarum gentium, atque religioſorum Ordinum Bibliothecas prodire in lucem. Hebraicam nuper publicaverat Julius Bartoloccius, & Joannes Henricus Hottingerus: Græcam Jo: Albertus Fabricius, & Joannes Meurſius: Romanam Proſper Mandoſius, & Auguſtinus Oldoinus: Florentinam Michael Pocciantius: Venetam & Patavinam Jacobus Philippus Thomaſinus: Pedemontanam Andreas Roſſottus: Gallicam Scævola Sammarthanus, Claudius Robertus, & Andreas Quercetanus: Hiſpanicam Alphonſus Ferdinandus Matamorus, Andreas Schottus, & Nicolaus Antonius: Belgicam Aubertus Miræus, & Antonius Sanderus: Lugduno-Batavam Fridericus Spanhemius: Germanicam Cornelius Callidius, Michael Hertzius, & Petrus Lambecius: Britannicam Joannes Baleus, Joannes Pitſæus, & Martinus Kempius: Danicam Albertus Bartolinus: Auguſtinianam Dominicus Gandolphus: Benedictinam Arnoldus Wionus: Ciſtercienſem Chryſoſtomus Henriquez: Carthuſianam Petrus Sutor, & Theodorus Petrejus: Cluniacenſem Martinus Marrier: Dominicanam Leander Albertus, Antonius Senenſis, Alphonſus Fernandus, & Ambroſius Altamura: Franciſcanam Henricus Willotius, & Lucas Waddingus: Societatis Jeſu Petrus Ribadeneira, Philippus Alegambe, Nathanael Sotuellus, & Joannes Garnerius: aliorum alii, quos refert Miræus in Auctario. Chaldæorum, Syrorum, Arabumve Bibliothecam nullus uſquam hucuſque edidit. Quidni & iſtorum, ajebam ipſe, qui ſi Nationibus & ſacris Ordinibus ſuprà commemoratis ingenio aut pie-

tatè non præſtant, rerum certè geſtarum magnitudine pares, antiquitate etiam ſuperiores ſunt?

His acceſſere Amicorum & doctiſſimorum virorum vota, quibus ut Bibliothecæ hujuſmodi manum admoverem, urgeri me in dies videbam. Hanc enim, ajebant, non modò in publicum literatorum commodum, inſtar aliarum Bibliothecarum, ceſſuram, ſed etiam perutilem, imò perneceſſariam eſſe, ut collata orbi literario à Clementiſſimo Pontifice beneficia pleniùs innoteſcerent: Orientales ſiquidem linguas, quibus ſupra laudati Codices conſcripti ſunt, Europæis plerumque hominibus invias eſſe & inacceſſas, nec poſſe unumquemque eos libros per ſeipſum conſulere & intelligere: explicandos proinde eſſe & in communem uſum efferendos, ut reconditi in iis theſauri cunctis patefiant, præſertim ubi vel agitatæ inter eruditos controverſiæ elucidari, vel Catholica dogmata contra heterodoxos confirmari poſſint. Nec illud omittebant, curioſitati multorum, Bibliothecæ hujus editione opportunè ſatisfactum iri. Id verò etiam prius me aſſequuturum affirmabant, quàm integra Codicum verſio in publicum prodiret, ſi res in ſingulis Codicibus contentas, addita auctorum ætate & geſtis, in unum volumen redigerem, in quo tamquam in Synopſi quid quiſque Codex complecteretur, nullo negotio lector comprehendere poſſet. Et quidem brevem eorundem Codicum Catalogum jam ipſe deſcripſeram, quem ut publici juris facerem, nonnulli rogabant. Sed hunc eruditorum votis uſquequaque ſatisfacturum, alii merito negabant. Quare condendæ Bibliothecæ, iiſdem auctoribus, animum applicui.

XIII. Ad eandem Bibliothecam Orientalem adornandam ſubſidia ex manuſcriptis & impreſſis Codicibus.

Cæterùm ut quam aliis objectabam, in hac ſparta adornanda inopiam atque paupertatem ipſe utcumque ſupplerem, præſtitere inſignes opes ab ſapientiſſimo atque optimo Pontifice CLEMENTE XI. nuperrimè in Vaticanam Bibliothecam illatæ ea opulentia atque liberalitate, quam ſuprà pro mea tenuitate laudavi. Nihil enim verò certius in hac materia afferri poteſt, quàm quod in ipſis codicibus Scriptorum præſentibus legitur, adnotatur, atque inde decerptum promitur. Suppeditabant præterea nec exigua, nec minùs tuta ſubſidia, qui in eadem Vaticana Bibliotheca aſſervabantur præſtantiſſimi linguarum omnium Orientalium Codices, jam olim à Romanis Pontificibus ſummo ſtudio collecti: ſed & quem ſuprà laudavi, Epiſcopus Sobenſis Chaldæus, Abulbarcatus Ægyptius: Maronitæ, Gabriel Barclajus Epiſcopus Nicoſienſis, Stephanus Edenenſis Patriarcha Antiochenus in ſuis Candelabris, in Vindiciis Maronitarum, & in Chronico, Abraham Ecchellenſis, Fauſtus Naironus, Gabriel Sionita, & quos ſuprà memoravi hujuſce argumenti tractatores.

Multo tamen potiora debeo ipſis Syris, & Arabibus, qui à ſexcentis ad minus annis ſuarum gentium Auctorum nomina, geſta, ſcripta literis conſignarunt, non editis quidem de hac materia libris (nul-

los

los enim præter Sobensem & Abulbarcatum Christianos, atque Haphidum Mahometanum Catalogi Scriptorum Arabum, Persarum, Turcarumque Auctorem reperi,) sed data occasione in Chronicis, & aliis historicis monumentis. Ex hoc censu primus adfuit Dionysius Syrorum Jacobitarum Patriarcha, Europæis nec de nomine hactenus notus, quem pone sequuntur Josue Stylites, Chronici Edesseni Auctor anonymus, Dionysius Barsalibæus, Abulpharagius seu Gregorius Barhebræus non in ea solùm Dynastiarum historia, quam Pocockius edidit, sed in aliis etiam operibus: Eutychius Patricii filius Patriarcha Alexandrinus, Georgius Elmacinus Homaidus, Ebnarrahebus Chronici Orientalis Auctor, Severus Asmonæorum Episcopus, Abu-Isaac Benassalus, Amrus Matthæi, Hamza Ben-Esbat, Gelaleddinus Asiutensis, Abul-Valid Ben-Sciocnæ, Alvardus Abu-Abdalla, aliique Historici cùm Syri, tùm Arabes.

Præter hunc Codicum Orientalium apparatum, quem, ut dixi, ad meos usus promptum ex Bibliotheca Vaticana habere licebat, non modicas hujus generis opes suppetebant aliæ Bibliothecæ in ipsa Urbe. In primis Barberina, beneficio singulari Eminentissimi Principis Francisci Barberini, cujus effusam, insitamque Barberinæ Genti in meos Maronitas benevolentiam atque liberalitatem nunquam satis prædicabo. Bibliothecæ insuper Collegiorum, Urbani de Propaganda Fide, & Maronitarum: nec non Patrum Franciscanorum S. Petri in Monte Aureo, quam suprà laudavi. Alias extra Urbem Bibliothecas ipse lustravi, Mediceam, scilicet, & Bononiensem. Quas verò adire commodum non fuit, quæcumque ad usum meum conferre existimavi, ex vulgatis earum Tabulis indicibus collegi. Qua in re gratias Eminentissimo Cardinali Josepho Renato Imperiali profiteor immortales, cujus eximia munificentia singulares in Italia mei argumenti Codices impressos consulere licuit, & quod summæ juxta ac raræ benignitatis fuit, eosdem Codices auferre domum, & quoad vellem retinere est datum: adhibitis præsertim Clarissimi Viri Francisci Antonii de Simeonibus humanissimis officiis, cui in hujus Bibliothecæ editione plurimum me debere non inficior.

XIV. Bibliothecæ Orientalis ordo, & prospectus.

Quod spectat ad nostras in eandem Bibliothecam exercitationes & scholia, ordinem ejusdem Bibliothecæ sequimur. In quatuor autem classes illa dividitur. Prima Auctores Syros Orthodoxos, Jacobitas, & Nestorianos, sive ii Syriacè primùm scripserint, seù ex aliis linguis in Syriacum sermonem translati fuerint, complectitur. Altera Arabas tùm Christianos, tùm Mahometanos. Tertia Coptorum & Æthiopum libros: nec non Persarum Turcarumque præcipua ingenii monumenta. Quarta sacros Syrorum Codices, Syriacè vel Arabicè scriptos, ut Biblia Sacra, Rituales libros, & cætera hujusmodi Ecclesiastica monumenta. Quamobrem in totidem etiam Tomos nostras nos Observationes partimur. Singulorum Scriptorum nomina, ætatem,

 acta,

acta, siqua ad nostram notitiam pervenere, etiam referimus: libros, librorumque auctoritatem, antiquitatem, materiem, usum indicamus. Cætera in Proœmio singularum Operis nostri Partium exponemus. Prospectum autem universæ Bibliothecæ in calce hujus Tomi prioris exhibemus.

PROLOGUS
DE
SCRIPTORIBUS SYRIS.

SYRORUM ſermonem in maximo olim Aſſyriorum & Chaldæorum imperio florentem, atque ad ſummam amplitudinem & elegantiam perductum; Incarnati poſteà Numinis & cum hominibus converſantis ore conſecratum, Apoſtolis familiarem, ſacriſque in ritibus uſquequaque in Oriente uſurpatum, inſignibus præſtantiſſimiſque Scriptoribus claruiſſe, facilè ſibi quiſque perſuaſerit. Ut enim ab iis exordiar, quæ Syriacè primùm conſcripta, ad noſtram memoriam utcumque pervenere, certa & conſtans fama eſt, quam omnium gentium Orientalium mira conſenſio confirmat, ratamque Euſebius Cæſareenſis & S. Hieronymus habent, Thaddæum, ſeù ut Syri malunt, Adæum, vel Apoſtolum vel Diſcipulum Chriſti, ſtatim ab ejuſdem in cœlum aſcenſu, ad Abgarum Edeſſæ Toparcham profectum fuiſſe, atque Meſopotamenos populos in fide Chriſtiana inſtituiſſe, Rege ipſo Abgaro ſacrum Baptiſma ſuſcipiente. Tunc palàm prædicatum iis in locis Evangelium, exſtructæ Eccleſiæ, erecta Altaria, ſacri Codices ex Hebraico ſermone in Syriacum translati: Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi ordinati, aliique Eccleſiaſtici Ritus & Canones conſtituti: Docti denique Viri benè multi cœperunt verbo & ſcriptis divinam doctrinam populo tradere, & antiquos recenteſque errores editis voluminibus confutare. Sic Archelaus Caſcarenſis Epiſcopus Manetem hæreſiarcham è Perſidis finibus in Meſopotamiam irrumpentem docta diſputatione coërcuit: Sic Bardeſanes primùm quidem contra hæreticos & gentiles ſtrenuè decertavit; mox ipſe in hæreſim lapſus, errores ſuos elegantiſſimo ſermone digeſſit: Sic Harmonius Bardeſanis filius, Tatianus, Ephræm Magnus, aliique apud Syros notiſſimi, Græcis verò exteriſque gentibus vix de nomine noti. Et verò credibile eſt, illos multa ſui ingenii monumenta reliquiſſe; ſed quæ vel injuria temporum exciderint, vel in Syriæ angulis adhuc deliteſcant. Acceſſere frequentes incurſiones Perſarum, Arabum, & Tartarorum in Meſopotamiam finitimaſque Syrorum provincias, quibus urbes funditùs everſæ ſunt, monaſteria ſolo æquata, Eccleſiæ igni abſumptæ, & præſtantiſſimi Codices ſublati. Siqui autem Barbarorum manus eva-

I. Auctores, qui in Syria, aut Syriacè ſcripſerunt.

ſerunt (benè multos evaſiſſe, certum eſt,) ii vel blattas tineaſque in eremis paſcunt, vel ab ignaris poſſeſſoribus lacerantur, diſcerpuntur, & profanis uſibus mancipantur. Scriptores verò, qui Catalogos Virorum illuſtrium texuerunt, quum Syriaci ſermonis rudes eſſent, ne nomina quidem eorum, qui Syriacè ſcripſerunt, nobis tradidere. Hiſtorici demùm Syri, qui gentilium ſuorum memoriam ad poſteros propagare potuiſſent, periere ferè omnes.

Profectò ſi Philonis Byblii, aut Sanchoniatonis, Mnaſeæque, & Nicolai Damaſceni hiſtorias ab Euſebio & Joſepho citatas haberemus, nullo alio teſte fortaſsè indigeremus, ut immenſas opes cognoſceremus, quas ad Syriacam literaturam exornandam contulerunt antiquiſſimi Scriptores, quos ſub Syriæ Regibus in opulentiſſimis civitatibus Damaſco, Tyro, Sidone, Heliopoli, vel ſub regno Aſſyriorum & Chaldæorum Babylone & Ninive ſummi imperii ſedibus, claruiſſe certum eſt.

Magnam prætereà Syriacis literis acceſſionem fecere doctiſſimi Interpretes, qui tranſtulerunt Græcos & Latinos Auctores cùm ſacros, tùm profanos in Syrorum linguam; & eos præcipuè Patres, qui vel origine & patria Syri, Græcè ſcripſiſſent, ut Ignatius, Chryſoſtomus, Epiphanius, Theodoretus: vel ab ipſis Interpretibus ignorari non poterant, ut Baſilius, Athanaſius, Cyrillus, Ambroſius. Hoc enim ferebat eorum temporum atque locorum ſatis probanda conſuetudo, quando in nobiliſſimis Syriæ Eccleſiis Antiochiæ, Tyri, Cæſareæ, Edeſſæ, Hieroſolymis, Interpretis munus viri eruditiſſimi exercebant, qui Græcorum ſcriptis in Syriacum vertendis operam apprimè navabant. Inde Syris omnigenæ eruditionis opes ampliſſimæ parabantur. Ita nullum Græcorum Patrum deſiderabant: quin & multa Catholicorum & hæreticorum Scriptorum Opera, quæ ipſis Græcis periiſſent, ſermone Syro legere erat, quod de Theodori Mopſveſteni ſcriptis Diodorique Tarſenſis, & Severi Antiocheni, atque Euſebii Cæſareenſis ex noſtris Codicibus liquet.

II. Scholæ Syrorum.

Inde etiam Scholarum Syriacarum frequentia & celebritas, quam gravis Auctor Junilius Africanus indicat in Præfatione ad libros de partibus divinæ legis ad Primaſium, ſcribens: *Quæſiſti, ſiquis eſſet inter Græcos, qui Divinorum Librorum ſtudio intelligentiaque flagraret. Ad hæc reſpondi, vidiſſe me quendam Paulum nomine, Perſam genere, qui in Syrorum Schola in Niſibi urbe eſt edoctus, ubi Divina lex per magiſtros publicos, ſicut apud nos in mundanis ſtudiis Grammatica & Rhetorica, ordine, ac regulariter traditur; tunc diù quæſitus ſiquid ex ejus dictis haberem, dixi quod legiſſem regulas quaſdam, quibus ille diſcipulorum animos divinarum ſcripturarum ſuperficie inſtructos, priuſquam expoſitionis profunda patefaceret, ſolebat imbuere, ut ipſarum interim cauſarum, quæ in divina lege verſantur, intentionem ordinemque cognoſcerent.* Hæc Junilius, qui

Biblioth. Patrum Tom. X.

ſæculo

sæculo sexto ineunte scribens, Paulum genere fortassè Syrum, Persam appellat, quia Nisibis & plures aliæ Mesopotamiæ atque Chaldææ urbes Persis ea tempestate parebant. Consona tradit Theodorus Lector lib. 2. pag. 558. *In urbe Edessa*, inquit, *erat Schola Christiana Persicæ gentis, ut ajunt, ex quo factum est, nisi me conjectura fallit, ut Persæ Nestorianam hæresim sequerentur, quum quidam, qui Nestorii ac Theodori dogmata amplectebantur, ei Scholæ præfuissent, & doctrinam, quæ ipsi placebat, Persis tradidissent*. Subjungit pag. 566. de eadem Schola Edessena loquens: *Zeno Imperator Scholam, quæ Persarum vocabatur, in urbe Edessa sitam sustulit atque evertit, utpote quæ Nestorii ac Theodori doctrinam auditoribus insinuaret*. Quod etiam ex Simeone Episcopo Beth-Arsam in Epistola de Barsauma Nisibeno & hæresi Nestoriana in Persidem invecta, & ex Chronico Edesseno ad annum Græcorum 800. Christi 489. confirmatur; idemque scribit Dionysius Jacobitarum Patriarcha ad annum prædictum, quorum verba suo loco referam.

Sed & alias ab hac Persica Edessæ Scholas exstitisse, docemur tùm ex vita S. Luciani Presbyteri ac Martyris per Metaphrasten edita apud Bollandum ad diem 17. Januarii, ubi cap. 1. dicitur S. Lucianus præceptorem habuisse Macarium, *qui Sacras Scripturas Edessæ interpretabatur*; tùm etiam ex Auctore vitæ S. Alexandri Acœmetæ apud eundem Bollandum ad diem 15. Januarii, qui de Scholis sub Rabula Edesseno florentibus hæc tradit: *Erectæ in ea urbe sunt jam olim divino nutu linguæ Syriacæ Scholæ in vicinarum civitatum commodum. Nam viri principes atque alii locupletes liberos suos eò institutionis gratia ablegant. Sacrum igitur principatum adeptus Rabulas, studuit, cooperante Spiritu Sancto, omnes in veram & stabilem fidem adunare*. Et infrà. *Exteros gentilium filios bis in mensem è Schola ad se evocabat, eosque verbum veritatis docebat*.

Huc etiam referenda videntur, quæ Junilio æqualis Cassiodorus commemorat in Præfatione ad lib. 1. de Divin. Lect. *Nisus sum*, inquit, *cum beatissimo Agapito Urbis Romæ, ut sicut apud Alexandriam multo tempore fuisse traditur institutum, nunc etiam in Nisibi civitate Syrorum Hebræis sedulò fertur exponi, collatis expensis in urbe Romana professos Doctores Scholæ potiùs acciperent Christianæ*. Atque hoc quidem in loco satis perspicuè liquet, Cassiodorum Hebræorum Scholam, non Syrorum intelligere. Hebræos enim in Mesopotamia sex celeberrimas Scholas habuisse, referunt Auctor libri Juchassin, & David Ganz: Primam scilicet in civitate סורא *Sora*, seù סוריא *Soria*. Alteram in urbe נהרדעא *Nahardeba*. *Sora*, inquit Bartoloccius in Biblioth. Rabbinica Par. 3. §. 13. pag. 663. *Est urbs ad lævam Euphratis, & Nahardeba ad dexteram*. Josephus lib. 18. cap. 12. Νεαρδὰν appellat, & Nisibi vicinam facit. Syrorum sermone ܣܘܪܐ *Sciura*, & ܢܘܗܕܪܐ *Nuhadra*, dicuntur, ut in Actis SS. Martyrum

Acc-

Acepſimæ Epiſcopi, Joſephi Presbyteri, & Aitallahæ Diaconi in Codicibus noſtris Syriacis I. & II. & in Chronico Dionyſii Patriarchæ Jacobitarum paſſim. *Surorum* oppidum appellat Procopius lib. 2. de Ædificiis Juſtiniani Imperatoris cap.9. pag.44. Tertiam in oppido פומבדיתא *Pumbedita* inter duo flumina Tigrin & Euphratem. *Os nugarum* Syriacè interpretatur. Cauſam hujuſce appellationis vide apud Bartoloccium loc. cit. Exiſtimo enim ex æmulatione natam, & à Nahardenſibus atque Soranis in probrum Pumbeditanorum vulgatam: unde tritum apud Hebræos adagium אקילקי דמתא מחסיא ולא אפדנא דפומבדיתא *Sterquilinium Urbis Mechaſiæ* (Soræ nimirùm, quam urbem *Mechaſiam*, ſeù *propitiationis* per excellentiam dixere,) *& non Palatium Pumbeditæ*, hoc eſt, ut idem Bartoloccius rectè exponit ex Cod. Cherithoth, præſtantius eſt habitare in infima parte Soræ, quàm in Palatiis Pumbeditanæ urbis, cujus civium ſocietatem, utpote in furandi arte exercitatiſſimorum, Sorani & Nahardenſes fugiebant. Quartam in urbe נרש *Narèſc* haud procul à Sora, cui nomen à Narſe Perſarum Rege Hormiſdæ patre impoſitum videtur. Quintam in urbe מחוזא *Machuza*, cujus loci Abrahamus quidam inter Syros Scriptores celebratur à Sobenſi in Catalogo pag.78. Sextam demùm in ea parte agri Nahardenſis, quæ פרזן שבור *Perùz Sciabbùr* appellata eſt, hoc eſt, *fractura Saporis*, ubi nongenta fuiſſe Judæorum millia jactant. Vide Sobenſem in Catalogo pag.100. ubi Enos ejuſdem loci Scriptorem commemorat.

Hinc tamen colligere eſt, Syriacas Scholas eodem tempore fuiſſe florentiſſimas. Quum enim Meſopotamia, teſte Joſepho lib. cit. in tres velut factiones diviſa eſſet, Græcorum, nempè, Judæorum, & Syrorum indigenarum, atque hæc poſtrema reliquis numero opibuſque antecelleret; tùm ex allato Caſſiodori teſtimonio, tùm ex alibi deductis vix dubitari poteſt, quin Scholarum etiam numero & frequentia cæteras ſuperaverit. Illud ſanè compertiſſimum eſt, Græcorum & Judæorum Scholas, Saracenis omnes circa Euphratem atque Tigrim regiones occupantibus, magna ex parte conticuiſſe. Syriacas contrà, Arabicæ eruditionis opibus mirum in modum auctas, ad duodecimum uſque ſæculum floruiſſe: idque non uno in loco Abulpharagius in hiſtoria Dynaſtiarum per Pocockium edita teſtatur. Teſtantur inſuper, quæ præ manibus habemus doctiſſimorum virorum ſcripta per illud temporum ſpatium elucubrata.

In illis porrò Scholis ſacras & profanas literas docebantur indigenæ & advenæ: Syri nimirùm, & Perſæ, & Indi, qui hoc tempore Thomæi dicuntur Syrumque Ritum ſequuntur. Magiſtri præerant doctiſſimi, quibus exortæ poſteà circa Divini Verbi Incarnationem controverſiæ amplam ſcribendi materiem ſuppeditarunt: qua in palæſtra pro Catholicis pugnavere Iſaac Presbyter Antiochenus, Samuel Edeſſenus, Jacobus Sarugenſis, Georgius Tagritenſis, Conſtantinus & Leo Haranitæ, Jacobus Edeſſenus, Joannes Maro Sirimenſis: ex parte

verò

verò Neſtorianorum adversùs Catholicos Barſaumas & Narſes Niſibeni, Abraham Medus, Jeſujabus Arzunita & Adjabenus, Salomon Boſtrenſis, Hebedjeſu Sobenſis: Adversùs utroſque pro Monophyſitis ſeù Jacobitis, Philoxenus Hierapolitanus, Maras Amidenus, Joannes Darenſis, Moſes Barcepha, Dionyſius Barſalibæus, Gregorius Barhebræus.

Ex tot tantiſque Auctorum ſcriptis, (etſi non pauca in Bibliothecis Monaſteriorum Ægypti & Syriæ condita ipſe vidi, teſteſque vivi & præſentes hìc in Urbe affirmant,) plura certè perierunt. Celeberrimæ porrò Bibliothecæ, quæ in Italia, in Gallia, in Anglia, & in Germania exiſtunt, ex ampliſſima Syriacorum Codicum meſſe aliquot manipulos exhibent. Syriacæ eruditionis neglectus id fecit; Adeò Græcarum literarum ſtudium, omnium Latinorum mentem curaſque omnes occuparat. Secùs nunquam doctiſſimarum gentium (ut certè fuerunt Ægyptii, Syri, Aſſyrii & Chaldæi) hiſtoriæ, leges, ſacra, & ampliſſimus ad omnes ſcientias apparatus periiſſent.

III. Syriacè literaturæ ſtatus per Sanctiſſimum Patrem CLEMENTEM XI. reſtitutus.

CLEMENTI XI. Sanctiſſimo atque ſapientiſſimo Pontifici debemus, quod non periere cuncta, nec totus Syriacæ literaturæ ſtatus concidit. Quamquam enim à Leonis X. temporibus Joſeph Archipresbyter, Moyſes, ſeù ut in Actis Concilii Lateranenſis dicitur, Elias Diaconus, & Elias alter Hypodiaconus, Patriarchæ Maronitarum Legati, Theſeum Ambroſium Ordinis S. Auguſtini Canonicum Regularem, recentiorum quod ſciam Latinorum primum literis Syriacis inſtituerunt; iſque ejuſdem poſteà ſtudii æmulatorem promotoremque habuit Joannem Albertum Widmanſtadium, ut hic in Præfatione ad novum Teſtamentum Syriacum Viennæ impreſſum anno 1555. refert; accedente præſertim opera Moſis Mardeni Jacobitarum Patriarchæ Legati; Chaldæis etiam, nimirùm Sulaca & Abdjeſu, Patriarchis plurimum laboris ad id conferentibus; quorum conatibus ultimam ferè manum poſt erectum à Gregorio XIII. Maroniticæ Nationi in Urbe Collegium impoſuerunt Maronitæ, Georgius Amira, Joannes Leopardus Heſronita, Iſaac Sciadronſis, Petrus Metoſcita, Sergius Riſius, Gabriel Sionita, Joannes & Michael Heſronitæ, Victorius Scialac, Abraham Ecchellenſis, aliique benè multi; vix tamen paucos aliquot Syriacos Codices in Europa reperire erat, quorum ope ne dicam aliquid ad ſcientias omnis generis comparandas utile, ſed ne neceſſarium quidem ad excolendum ejus linguæ ſtudium colligere liceret. Publicæ ſtudioſorum commoditati CLEMENS XI. literarum omnium bono natus, abundè proſpexit. Conquiſitas enim per totam Ægyptum & Syriam amplas Syriacorum Codicum opes, in Vaticanam Bibliothecam importari juſſit; dignas certè, quæ ſcriniis aureis cuſtodiantur.

Multa quippe ſunt, unde peregrinis hiſce mercibus pretium accedit. In primis quanta ex his ſacræ antiquitatis inſtrumentis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lux ſtatim affulget! in ea præſertim parte, quæ Monophyſitarum, Neſtorianorum, atque Monothelitarum ſpectat origi-

nem,

nem, errores, progressus, & excitatos ab illis tumultus, indictaque Religioni bella, quæ totam Asiam, & Ægyptum, Æthiopiamque multorum sæculorum spatio vexarunt: ubi videre est Patriarcharum seriem, qui singulis sectis præfuere, Episcoporum successiones, illustrium Virorum gesta scriptaque, & eorum labores pro Religione, aut adversùs eandem susceptos. Quantum præterea adversùs Novatores ex tam augusta antiquitate præsidium! ex vetustissimarum Christiani nominis gentium consensione! ex eorum hominum testimonio, qui & res in patria sua gestas cognoscere certiùs debent, & causam cur mentiantur, non habent! Quot demùm & quantæ celeberrimorum alioquin Scriptorum hallucinationes ex antiquissimis hisce & Auctorum ætati penè æqualibus Codicibus deprehenduntur, vel circa chronologiam & topographiam, vel circa nomina Virorum, & quod magis est, res gestas, aut laudes, vel vitia immeritò tributa, aut denegata!

IV. Nostri operis ratio, & partitio.

Ut verò pretiosa hæc Syriacæ eruditionis monumenta non in Vaticanæ dumtaxat Bibliothecæ scriniis recondita servarentur, sed in qualemcumque etiam publicam eruditionem prodirent, visum est, accurata eorum Synopsi subjecta, Catalogum Syrorum Scriptorum texere: in quo non alium certè ordinem sequar, quàm qui temporum fuit. Hanc enim methodum tenuere quicumque in hoc genere scriptionum versati sunt veteres. Nec tamen adeò jejunè de meis Scriptoribus agam, ut de suis Eusebius, Hieronymus, & Gennadius: tales quippe plerique sunt, qui nec de nomine nostris hominibus innotuerint. Præter Auctorum ætatem, patriam, conditionem, & lucubrationum titulos, gesta siqua sunt cognitu digniora proferam: siquid insuper aut ad illustrandam Ecclesiasticam, vel profanam historiam faciunt, aut ad enodandas controversas inter Theologos quæstiones, seù ad confirmandam tuendamque contra Novatores Religionem & pietatem consentanea incidant, summa cum fide, ipsis scribentium verbis, indicabo.

Ingens & prolixum, ut vides, opus est, nec unius libri capacitati tolerabile. Idcircò in Tomos quatuor totum divido. Primum Scriptores Syri Orthodoxi occupant. Secundum Syri Jacobitæ seù Monophysitæ. Tertium Syri Nestoriani. Quartum Græci, Latini, aliarumque gentium Scriptores, cùm Orthodoxi, tùm hæretici in Syriacum conversi: quibus pro Appendice attexam Catalogum Scriptorum Syrorum Auctore Hebedjesu Sobensi Episcopo ab Abrahamo Ecchellensi editum, sed ex Syriaco iterùm recusum, & ad nostros Codices emendatum: Patriarcharum præterea Syrorum, Maronitarum scilicet, Melchitarum, Jacobitarum, & Nestorianorum seriem: omnia summa fide ex Codicibus Clementino-Vaticanis eruta.

His fruere, Amice Lector, & Sanctissimo Pontifici CLEMENTI XI. cujus auspiciis hoc quidquid nostri laboris est, in tuum commodum editur, annos plurimos adprecare. Vale.

INDEX CAPITUM
TOMI PRIMI.

CAP. I. *S. Simeon Barsaboë Seleuciæ & Ctesiphontis Episcopus & Martyr.* pag. 1
CAP. II. *S. Milles Susæ Episcopus & Martyr.* 12
CAP. III. *Jabachues Chaldæus.* 13
CAP. IV. *Isaias Adabi Arzunita.* 15
CAP. V. *S. Jacobus Nisibis Episcopus.* 17
CAP. VI. *S. Ephræm Syrus.* 24
CAP. VII. *Isaac Senior.* 165
CAP. VIII. *Balæus Syrus.* 166
CAP. IX. *Zenobius S. Ephræmi Discipulus.* 168
CAP. X. *Absamias Presbyter Edessenus.* 169
CAP. XI. *Gregorius Abbas.* 170
CAP. XII. *S. Maruthas Episcopus Tagritensis.* 174
CAP. XIII. *S. Acacius Episcopus Amidæ.* 195
CAP. XIV. *Rabulas Episcopus Edessæ.* 197
CAP. XV. *Ibas Episcopus Edessæ.* 199
CAP. XVI. *S. Isaac Magnus.* 207
CAP. XVII. *Cosmas Presbyter.* 235
CAP. XVIII. *S. Simeon Stylites.* 254
CAP. XIX. *SS. Baradatus & Jacobus Monachi.* 255
CAP. XX. *Maras Episcopus Amidæ.* 256
CAP. XXI. *Nonnus Episcopus Edessæ.* 257
CAP. XXII. *Jacobus Diaconus Edessenus.* 258
CAP. XXIII. *Mochimus Presbyter Mesopotamenus.* 259
CAP. XXIV. *Petrus Presbyter Edessenus.* 259
CAP. XXV. *Samuel Presbyter Edessenus.* 259
CAP. XXVI. *Josue Stylites.* 260
CAP. XXVII. *S. Jacobus Episcopus Sarugensis.* 283
CAP. XXVIII. *Georgius Jacobi Sarugensis Discipulus.* 340
CAP. XXIX. *Simeon Episcopus Beth-Arsamensis.* 341
CAP. XXX. *Chronicon Edessenum.* 387
CAP. XXXI. *Xystus Episcopus.* 429
CAP. XXXII. *Joannes Apamensis Monachus.* 430
CAP. XXXIII. *Joannes Saba.* 433
CAP. XXXIV. *Isaac Ninivita.* 444
CAP. XXXV. *Abraham Nephtarenus.* 463
CAP. XXXVI. *Georgius Episcopus Tagritensis.* 465
CAP. XXXVII. *Constantinus Episcopus Haran.* 466
CAP. XXXVIII. *Leo Episcopus Haran.* 467

CAP.

Cap. XXXIX. *Phocas Edessenus*, pag. 468
Cap. XL. *Jacobus Episcopus Edessæ*, 468
Cap. XLI. *Georgius Episcopus Arabum*. 494
Cap. XLII. *Daniel Episcopus Salchensis*. 495
Cap. XLIII. *Joannes Maro Patriarcha Antiochiæ*. 496
Cap. XLIV. *Theophilus Edessenus Maronita*. 521
Cap. XLV. *Joannes Lephediensis Patriarcha Maronitarum*. 522
Cap. XLVI. *Moyses Accarensis Patriarcha Maronitarum*. 522
Cap. XLVII. *Joannes Sulaca Patriarcha Chaldæorum*. 523
Cap. XLVIII. *Moses Mardenus*. 535
Cap. IL. *Abdjesu Patriarcha Chaldæorum*. 536
Cap. L. *Elias Patriarcha Chaldæorum*. 543
Cap. LI. *Adam, seù Timotheus Episcopus Amidæ*. 549
Cap. LII. *Gabriel Episcopus Hesno*. 551
Cap. LIII. *Georgius Amira Patriarcha Maronitarum*. 552
Cap. LIV. *Isaac Sciadrensis Episcopus Tripolis*. 552
Cap. LV. *Joseph Accurensis Patriarcha Maronitarum*. 553
Cap. LVI. *Abgarus Rex Edessæ, & Archelaus Episcopus Cascaræ*. 554
Addenda, & Corrigenda. 557
Index Codicum Manuscriptorum. 561

BI-

BIBLIOTHECÆ ORIENTALIS CLEMENTINO-VATICANÆ

TOMUS PRIMUS.

De Scriptoribus Syris Orthodoxis.

CAPUT I.

S. Simeon Barſaboë Seleuciæ & Cteſiphontis Epiſcopus, & Martyr.

I. Simeonis Barſaboë geſta à Syris, Græcis, & Latinis conſcripta.

IMEON Barſaboë, Papæ Epiſcopi Seleuciæ & Cteſiphontis Diſcipulus atque in eadem Sede ſucceſſor, piis honeſtiſque parentibus natus eſt, ex quorum arte cognomentum ܒܪ ܨܒܘܐ *Bar-ſaboë*, ideſt, *filius tinctorum*, traxit. Præclara ejus geſta literis conſignarunt oculati teſtes Syri, qui certamina Sanctorum Martyrum, in Perſecutione Perſica ſub Rege Sapore interfectorum, accuratè deſcripſere, eaque S. Maruthas Epiſcopus Tagritenſis inſeruit Hiſtoriæ ſuæ de Martyribus, qui in Perſide ſub Sapore, Iſdegerde, & Vararane coronam adepti ſunt, ut in Codicibus noſtris Syriacis I. & II. Complures enim fuiſſe illius ævi Scriptores, qui glorioſam eorum Martyrum pro Chriſto confeſſionem Syriaco ſermone tradiderunt, teſtatur Sozomenus lib. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 14. propè finem: ubi poſtquam nobile Simeonis noſtri, Sociorumque ejus martyrium diligenti ſtylo perſequutus eſt, in hæc verba concludit: *Verùm ut ſummatim dicam, cunctos ejus temporis Martyres tàm viros, quàm mulieres, quo-*

quorum nomina recoluntur, sedecies mille numero fuisse perhibent: Reliquæ verò multitudinis ne numerum quidem iniri posse; atque idcircò difficile admodùm visum esse Persis, Syris, atque Edessenis, qui hac in re plurimum studii, atque operæ posuerunt, horum nomina percensere. Eorundem Martyrum Acta è Syriaco translata, quamprimùm, Deo favente, in lucem prodibunt. Illorum verò notitiam ex Hieronymo, & Sozomeno, ut videtur, cæteri Græcorum, Latinorumque hausere: nimirùm, Theophanes in Chronographia ad annum mundi 5817. Cedrenus ad annum sextum Constantii Augusti, Nicephorus lib. 8. cap. 56. Cassiodorus lib. 3. cap. 2. & Martyrologi omnes; Latini quidem ad diem 21. Aprilis, Græci verò 17. ejusdem mensis, (non XV. Maji, ut ex Typographorum oscitantia obrepsit in notis Cardinalis Baronii ad Martyrologium Romanum, qui pro *XV. Kal. Maji*, ediderunt, *XV. Maji*.) Copti demùm die 19. Barmudæ, ut in Synaxario Codice nostro Arabico XIX.

II. Variæ Auctorum opiniones de tempore martyrii S. Simeonis, & Sociorum.

Verùm de Persicæ hujus Persecutionis initio & progressu, deque præciso obitus Simeonis nostri die, & anno, mira est Auctorum tùm Græcorum & Latinorum, tùm Syrorum ipsorum dissensio. In hoc quidem una omnium est sententia, quòd Sanctus Simeon, unà cum Sociis, passus sit sub Sapore Feria VI. Hebdomadæ Sanctæ in Parasceve, excepto Usthazade Saporis Regis nutricio, qui pridie, hoc est, Fer. V. in Cœna Domini interfectus fuerat. At quo Christi anno id contigerit, quo mense, quo die, & sub quo Romanorum Imperatore, diversi diversa.

III. De ætate S. Simeonis Testimonium Codicis nostri Syriaci I.

In Actis Syriacis, quæ habemus Codice I. Passio Simeonis refertur Luna 14. Nisan, seù Aprilis, Anno regni Persarum centesimo decimo septimo, Saporis trigesimo primo. Sic enim legitur fol. 82. ܫܢܬܐ ܡܐܐ ܥܣܪܝܢ ܘܫܒܥܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܫܦܘܪ ܡܠܟܐ ܕܡܠܟܐ ܬܠܬܝܢ ܘܚܕ ܗܘܬ ܪܕܘܦܬܐ ܗܕܐ ܕܥܡܡܐ ܕܢܨܪܝܐ ܗܘܬ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܣܗܕܐ ܕܫܡܥܘܢ ܕܒܪ ܨܒܘܥܐ ܕܡܬܩܪܐ ܒܫܠܝܘܩܝܐ ܘܒܩܛܝܦܘܢ ܗܘܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܗܘ ܫܡܐ ܕܢܨܪ ܠܗ ܫܡܗ ܕܡܪܝ ܥܠ ܕܢܨܪ ܠܗ ܫܡ

lutaris Passionis memoria celebratur, Rex Simeonem quoque gladio obtruncari præcepit. Incidit ergo sexta illa feria, qua Simeon coronatus est, in diem 14. Nisan, seù Aprilis, quam proinde Maronitæ in Synaxario, & Græci in Menologio Basilii jussu edito commemorationi ejusdem nuncupant.

IV. Testimonium alterius Codicis nostri Syriaci de anno motæ persecutionis sub Sapore.

In altero Codice Syriaco satis vetusto, quem anonymus Scriptor compluribus annotationibus adauxit, præter mensem & annum prædictum, notatur quoque tempus Imperatoris Romanorum, & laudata regni Persarum Epocha magis elucidatur, in hæc verba: ܒܫܢܬ ܫܬ ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܚܡܫܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܩܣܪ ܩܣܛܢܛܝܢ ܕܐܬܩܛܠ ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣ ܫܒܥܐ ܕܫܢܬ ܫܬ ܡܐܐ ܘܫܠܝܬܝܐ ܕܡܠܟܘܬ ܦܪܣ

in ea Altare S. Simeonis in urbe Ledan consecratum est. Sepultus autem fuit Sanctus Simeon in Susan Elamitarum civitate, quam Arabes Sus *appellant.*

Martyrium itaque Simeonis juxta utriusque Codicis Auctores accidit Feria vi. Passionis, Luna 14. Nisan, Anno Saporis 31. Alexandri 655. regni Persarum 117. à Passione Domini 296. post mortem Constantini Imperatoris.

VI. Hieronymus, Cedrenus, Baronius, aliique Recentiores Simeonem sub Constantio passum referunt.

Hoc postremum de obitu Constantini, ambabus, ut ajunt, ulnis amplectuntur Hieronymus, & Cedrenus, qui passionem Simeonis ad sextum, vel septimum Constantii annum conjiciunt. Eandem sententiam propugnat Cardinalis Baronius in Annalibus, & in Notis ad Martyrologium Romanum, & post ipsum reliqui ferè omnes Recentiores.

VII. Eusebius tamen, Sozomenus, Theodoretus, & Theophanes martyrium Simeonis sub Constantino Magno collocant.

Verùm Sozomenus horum Martyrum passionem non sub Constantio, sed sub Constantino Magno ponit lib. 2. cap. 15. his expressis verbis: *Porrò Imperator Constantinus, quum Christianos in Perside ad hunc modum hostiliter vexari didicisset, magnoperè doluit, eamque rem permolestè tulit. Studens autem eis opitulari, ambigebat, quid sibi agendum esset, quò illi securè vitam degerent. Fortè accidit, ut eodem tempore legati Regis Persarum ad ipsum accederent &c. Opportunum igitur sibi tempus oblatum ratus, Christianos in Perside degentes commendandi Sapori, literas ad eum scripsit &c.* Consonat Sozomeno Theodoretus qui lib. 1. hist. Eccl. c. 24. hæc de Constantino Magno notat. *Eorum verò, qui in Perside erant, Christianorum sua sponte curam suscepit: nam quum illos ab impiis exagitari didicisset, & Regem Gentis illius* (hoc est, Saporem) *nihil non insidiarum adversùs eos moliri, literas ad eum scripsit, quibus tùm ad pietatem amplectendam eum hortabatur, tùm ut pietatis cultores honore afficeret postulabat.* Theodoretum sequitur Theophanes, qui ad annum mundi 5817. Divinę Incarnationis 317. postquàm S. Simeonis gloriosam mortem retulit, sic concludit. *Quibus auditis Sanctissimus Imp. Constantinus, ut Christianorum sanguini fundendo parceret, & à tanta crudelitate sibi temperaret, per literas, additis etiam precibus, Saporem est adhortatus.* Harum literarum exemplar profert Eusebius lib. 4. de Vita Constantini cap. 9. & ex eo Theodoretus lib. 1. cap. 25. ubi initium Persecutionis sub Constantino Magno clarè consignant, dum eundem Sapori persuadere satagentem inducunt, ut à Christianorum sanguine fundendo desistat. Hanc sententiam ex Recentioribus probat Petavius in Ration. temp. Par. I. nec ab ea Baronius, licet alibi contrarium scripserit, dissentire videtur, dum in Notis ad Martyrol. Rom. die 20. Februarii de S. Sadoth Simeonis nostri successore sic loquitur: *Successit Sadoth, de quo agimus, Simeoni, qui sub Constantino martyrio vita functus est. Ipse autem Sadoth passus est temporibus Constantii.* Quin & Cedrenus, qui, ut suprà vidimus, Persicæ hujus Persecutionis initium ad Constantii tempora protrahere videtur, eandem sub Constantino Magno moveri jam cœptam affirmaverat suprà pag. 177. ubi Simeonis & Usthazadis martyrium anno Constantini vigesimo describit. Nimirùm, quia per integros quadraginta annos duravit, ut infrà observabimus, ubi de S. Marutha sermo erit; adeoque in diversos Saporis, Romanorumque Imperatorum annos diversi eam conjecerunt, licet verum ejusdem initium ad Constantini tempora referendum omninò sit.

VIII. Henschenii & Pagii opinio rejicitur.

Neque audiendus est Pagius, qui in Critica Baronii ad annum 343. ex Henschenio in vita Sanctorum die 21. Aprilis, opinatur, *Anno quidem Christi 343. persecutionem in Perside adversùs Christianos à Sapore Persarum Rege excitari cœptam; sed martyrium Simeonis, & Sociorum nisi anno 349. non contigisse.* Nam in primis Codices nostri antiquissimi, & reli-

reliqui ferè omnes Scriptores testantur, eodem anno, quo Persecutio moveri cœpit, S. Simeonem & Socios gladio obtruncatos fuisse. Deinde quum Constantinus Magnus anno Christi 337. in vivis esse desierit, qui fieri potuit, ut literas ab Eusebio relatas ad Saporem mitteret, quibus eundem à Persecutione Christianorum cohibebat? si hæc sex dumtaxat post ejus obitum annis, hoc est, anno Christi 343. moveri cœpit. Neque potuit Eusebius eas fingere, qui circa ann. 340. objit, vel certè ann. 349. quo Simeon juxta Pagium & Henschenium coronatus est, non attigit.

Tota doctissimorum Virorum conjectura ex Sozomeno, & Martyrologio Romano petitur. In Martyrologio, inquiunt, mors Simeonis & Sociorum ad diem 21. Aprilis consignatur: Sozomenus verò eorum passionem Feria VI. hebdomadæ in Parasceve refert. Atqui, subjungunt, Feria VI. majoris Hebdomadæ nonnisi anno Christi 349. in diem 21. Aprilis incidit: nam eo anno Pascha celebratum est die 23. Aprilis. Passus est igitur Simeon cum sociis anno 349. die 21. Aprilis, Feria VI. Hebdomadæ sanctæ. Sed à clarissimis Viris doceri velim, undenam habent, feriam VI. qua Simeon passus est, in diem 21. Aprilis incidisse? An, quia in Martyrologio Romano memoria S. Simeonis eo die colitur? At *ex die cultus Sanctorum* (ut ipsis Pagii verbis utar ad annum 525. num. 11.) *annus eorum emortualis deduci non potest, nisi ille aliunde constet*. Quod & alibi idem Pagius passim inculcat. Incumbebat Henschenio & Pagio, ex Sozomeno, aliisvè Auctoribus ostendere, Simeonem & Socios die 21. Aprilis passos fuisse. Id si probassent, manus utique darem, & ultrò faterer, passionem eorum incidisse in annum Christi 349. Sed non modò apud probatos Scriptores non videmus diem 21. Aprilis, quin potiùs alios dies notatos legimus: & apud Syros quidem diem 14. Aprilis, ut suprà retulimus; in Menologio verò Græcorum diem 17. ejusdem mensis.

IX. Epochæ in Codicibus nostris notatæ elucidantur.

Jam ad Epochas in Codicibus nostris prænotatas. Ea, quæ à Regno Persarum ducitur, rara est, & nemini Syrorum, quod sciam, præter hunc unum usurpata. Hujus Epochæ initium designant Dio lib. 80. & Agathias Scholasticus lib. 4. cap. 11. pag. 134. Edit. Regiæ: ubi docent, Artaxersem Persam, postquam tribus præliis Parthos superasset, eorumque Regem Artabanum interfecisset, ab his ad Persas Regnum transtulisse. Id accidit, Agathia teste loco cit. *Anno Alexandri Macedonis* 538. *Alexandri verò Severi Mammææ filii quarto*: qui fuit, juxta Baronium, annus Christi 228. vel 226. ut vult Pagius; ex communi verò Syrorum calculo 227. Annum igitur Alexandri Macedonis 538. quo Persarum Regnum cœpit, si conjungas cum anno Persarum 117. quo Simeonis martyrium in Codicibus nostris refertur, habebis annum 655. qui expressè notatur in Codice nostro Syriaco II. & in Codice Amidensi I. At si anno Christi 227. cui respondere diximus annum Alexandri 538. addas annum regni Persarum 117. habebis annum Christi 344. in quem passionem Simeonis incidere non posse, docemur ex Eusebio, Sozomeno, Theodoreto, atque Theophane. Nam Constantinus Imperator, sub quo laudati Scriptores certamen Simeonis collocant, ante prædictum annum ad superos translatus fuerat, videlicet, anno Christi 337. Rursus anno 344. Pascha celebratum fuit die 15. Aprilis; atque adeò feria VI. in Parasceve incidit in diem 13. ejusdem mensis: unde falsitatis arguerentur Syri, Græci, & Latini, qui feriam illam VI. in qua Simeon occubuit, collocant in diem 14. 17. & 21. Aprilis. Demùm in eodem Codice nostro Syriaco II. annus regni Persarum centesimus decimus septimus non modò cum anno Alexandri Macedonis 655. verùm etiam cum anno à Crucifixione Domi-

ni

ni 296. conjungitur. Atqui annus à Crucifixione Domini 296. competere nequit in annum Christi 344. sed in annum 330. in quo feria VI. in Parasceve celebrata fuit die 17. Aprilis, ut habet Menologium Græcorum.

X. Statuitur Passio Simeonis sub Constantino Magno anno Christi 330.

Quare quum talis tantusque sit nobilissimorum Auctorum conflictus, ut nulla inter eos concordia iniri possit, nec unius eorum sententia admitti queat, quin statim alter rejiciendus sit; Eusebium, Marutham, Sozomenum, ac Theodoretum potiori jure sequi debemus, quàm alium quemlibet: Ex quorum mente firmum inprimis ratumque esse debet, Simeonem & Socios sub Constantino Magno gloriosam mortem occubuisse. Annus verò Christi, quo id factum contigit, nullus alius magis commodè posse designari videtur, quàm trecentesimus trigesimus. In hunc enim annum apprimè competit annus regni Persarum centesimus decimus septimus, qui ex dictis anno Alexandri sexcentesimo quinquagesimo quinto respondet. Duplex nimirùm Epocha Alexandro inscribi solet: altera ab ejus obitu, quam Alexandream, & Philippicam dicunt, præceditque vulgarem Christi annum, juxtà Pagium in Apparatu, annis trecentis & viginti quatuor. Altera ab initio regni Seleuci instituta, quæ Seleucidarum appellatur, & annis trecentis undecim Christo prior est. Si igitur Epocham Alexandream priorem sequamur, annus Alexandri sexcentesimus quinquagesimus quintus erit Christi annus trecentesimus trigesimus, qui per annum à Passione ejusdem ducentesimum nonagesimum sextum in Codice nostro Syriaco II. rectè designatur.

Fateor, hanc sententiam pluribus etiam difficultatibus implicitam esse: ac Primo, quia si annos 324. ab anno Alexandri 655. subtrahas, habebis non annum Christi 330. sed 331. Deinde anno Christi 330. non incidit feria VI. Passionis in diem 14. Nisan, ut vult Maruthas in Actis Martyrum, sed in diem 17. juxta Græcorum Menologium. Præterea Alexandrea Epocha à Syris Scriptoribus nonnisi pro ea, quam Seleucidarum vocant, usurpari solet; atque adeò annus ille 655. potiùs respondere debet anno Christi 344. quàm anno 330. maximè quum initium regni Persarum ducatur, secundùm Agathiam, ab anno Alexandri Mammææ quarto, qui infrà annum Christi 226. rejici nequit, ex omnium Auctorum sententia. Unde si anno Christi 226. addamus annum regni Persarum 117. quo passi Martyres dicuntur, habebimus annum 341. non 330.

Verùm ad Primam difficultatem responderi potest, annum illum Alexandri 655. non exstare in genuinis Actis Martyrum, neque apud Sozomenum, sed additum fuisse ab Auctore Syro juxta privatam suam opinionem, qua putabat, Simeonem Sociosque post Constantini obitum occubuisse anno Christi 344. Deinde admissa etiam illius Epochæ veritate, adhuc annus unus ex ea tollendus est, ut respondere queat anno à Crucifixione Domini 296. qui ab eodem Auctore cum æra illa Alexandrea conjungitur. Atque hac de causa licet aliis in locis Epocha Alexandri ferè semper à Syris Scriptoribus pro æra Seleucidarum usurpari soleat, ibi tamen ex contextu verborum (nimirùm, propter concursum anni à Passione Christi 296. & anni ab initio regni Persarum 117.) pro Philippica æra sumenda est. De die verò decimaquarta Nisan, seù Aprilis, in quam Maruthas feriam VI. Passionis incidisse refert, nullus te moveat scrupulus: nam ibi disertus sermo est non de die solari 14. Aprilis, sed de Lunari, qui sexta feria, & die 17. Aprilis cadentibus anno Christi 330. inchoatus fuit, ut ex Tabulis Paschalibus liquet. Unde sententia nostra magis confirmatur.

Demùm argumentum illud ex Agathia desumptum, (Regnum, scilicet, Persarum nonnisi ab anno quar-

quarto Alexandri Mammæę auſpicatum,) rejici poteſt pari conſtantia, qua aſſeritur. Nam in Archivis Perſarum, unde Agathias per Sergium Interpretem ſeriem Regum Perſarum tranſcripſit, (ut ipſe teſtatur lib. 4. pag. 141.) notatum fortaſsè erat, initium Regni Perſarum ab anno Alexandri 538. deſumi; nullum tamen verbum de quarto Alexandri Mammææ anno eſſe potuit: neque enim Perſæ annos Romanorum Imperatorum in ſuis Faſtis numerabant. Id Agathias de ſuo adjecit. Nec mirari debes, eum in Alexandro Mammææ lapſum fuiſſe, qui in Sapore noſtro adeò turpiter erravit, ut diceret pag. 135. Niſibim urbem vigeſimo quarto ejuſdem Saporis anno à Joviano Imperatore Perſis traditam fuiſſe. Atqui Jovianus poſt Juliani interitum imperare cœpit anno Chriſti 364. quo anno Niſibim Perſis tradidit, ut fatentur omnes. Sapores igitur, qui, juxta Agathiam, in ipſo matris utero regnare cœpit, in regno natus eſt, in eoque adolevit & ſenuit, annum etiam ætatis tunc egerit, neceſſe eſt, vigeſimum quartum: Atque adeò ſequitur, ipſum in lucem prodiiſſe anno Chriſti 340. nam ſi ab an. 364. ſubtrahantur anni 24. remanebit annus Chriſti 340. Sed perſecutio in Chriſtianos ab eodem Sapore mota eſt, teſtibus Hieronymo, Cedreno, Baronio, Pagio, aliiſque, anno Chriſti 343. Eam igitur excitatam fuiſſe oportet anno ætatis Saporis tertio: quod quis ſanæ mentis dixerit? Præſertim quum tot interrogationes, & reſponſiones, quas Sapores habuiſſe ad Simeonem Socioſque in Actis Martyrum legitur, ad puerum trium annorum referri nequeant. Prætereà bellum à Sapore adversùs Romanos inſtauratum, & Niſibis urbis obſidio accidit ex omnium ſententia ſtatim ab obitu Conſtantini Magni, hoc eſt, ineunte anno Chriſti 338. Si igitur Sapores, juxta Agathiam, natus eſt anno Chriſti 340. infertur eum decertaſſe contra Romanos duobus annis, antequam naſceretur.

XI. Difficultates in aliis opinionibus.

Neque minoribus implicitæ ſunt difficultatibus reliquæ Auctorum Sententiæ. Inprimis ii, qui martyrium Simeonis referunt ad annum Chriſti 343. rectè quidem conjungunt annum regni Perſarum centeſimum decimum ſeptimum cum anno Chriſti 226. quo initium hujus regni deſumi diximus: ex utroque enim ſimul junctis efficitur annus 343. At quomodo ſolvant nodum diei 14. 17. vel 21. Aprilis, in quem incidiſſe dicitur Feria VI. Paſſionis, quum Paſcha anno 343. celebratum fuerit die 27. Martii? Quid reſpondeant ad auctoritatem Euſebii, Sozomeni, & Cedreni, qui certamen Simeonis ſub Conſtantino Magno collocant?

Eadem ratione qui contendunt, id factum contigiſſe an. Chriſti 341. Feriam VI. Paſſionis bene quidem deſignant juxta Menologium Græcorum, hoc eſt, ad diem 17. Aprilis: ſed annum regni Perſarum 117. & Alexandri Macedonis 655. explicare nequeunt: Prætereà à Conſtantini ætate contra Sozomenum, & Cedrenum recedunt.

Item qui paſſionem Martyrum referunt ad annum Chriſti 344. Epocham quidem Alexandream appoſitè reddunt; ſed in æra regni Perſarum laborant, & in Feria VI. quæ eo anno in diem 13. Aprilis incidit.

Denique ii, qui martyrium præfatum ad annum Chriſti 349. protrahunt, feriam VI. commodè explicare poſſunt, ut diximus ſuprà num. VIII. At ab anno regni Perſarum, & Alexandri Macedonis extricare ſeſe omninò nequeunt.

XII. Menda in Theophane, in Synaxario Maronitarum, & in Agathia.

Atque hìc obiter quinque obſervanda ſunt. Primum, lapſus Interpretis, qui Theophanem è Græco Latinum reddidit, & pro uno Seleuciæ & Cteſiphontis Epiſcopo Simeone, duos fecit, verbis iſtis: *Hoc anno Judæi & Perſæ, cognito fidei Chriſtianæ per totam Perſiam augmento, Simeonem Cteſiphontis, & alterum Seleuciæ Archiepiſcopum, ceù Roma-*

norum

norum Imperatori amicos, quique res Persicas ei revelarent, apud Saporem Persarum Regem criminati sunt. In Græco legitur dumtaxat, Συμεῶνα Ἀρχιεπίσκοπον Κτησιφῶντος, καὶ Σελευκείας, *Simeonem Archiepiscopum Ctesiphontis & Seleuciæ*: unde τὸ *alterum* omninò redundat. Causam errandi dederunt verba Theophanis, à librariis certè depravata, vel obtruncata, quæ sequuntur, ὡς φίλους τῶν Ῥωμαίων Βασιλέων, καὶ μηνυτὰς τῶν Περσικῶν πραγμάτων, *ceù Romanorum Imperatorum amicos, quique res Persicas eis revelarent*: quæ fortassè vel in singulari numero restituenda sunt, *ceù Romanorum Imperatori amicum &c.* vel addendum eis, *& alios ejusdem Socios, ceù Romanorum Imperatori amicos &c.*

Secundum, Annus regni Persarum centesimus decimus septimus, quo Simeon passus est, in Synaxario Maronitarum ad ipsam Simeonis ætatem perperàm refertur sic: هذا القديس سمعان كانت له في السنة التي استشهد فيها مائة وسبعة عشر سنة: *Sanctus hic Simeon anno, quo martyrium adeptus est, agebat ætatis annum centesimum decimum septimum*.

Tertium, variat Maruthas à Theophane circa annum Saporis regis: nam Maruthas quidem annum designat ejusdem trigesimum primum, ut vidimus suprà: Theophanes verò vigesimum tertium.

Quartum, Annus Constantini Magni vigesimus primus, & Divinæ Incarnationis trecentesimus decimus septimus, quibus à Theophane passio Martyrum Persarum notatur, nequeunt cum ulla aliorum Auctorum sententia conciliari. Nam annus ille ex mente Theophanis incidit in annum æræ Christianæ vulgaris 326. quo Martyres illos passos fuisse nemo est, qui asserat.

Quintum demùm, Agathias in sua genealogia Regum Persarum, quam ex publicis illius Regni Tabulis se descripsisse testatur, tùm à Marutha, tùm ab Auctore Codicis nostri Arabici XLIV. dissentit. Maruthas enim in Actis Martyrum, ab initio Regni Persici usque ad trigesimum primum Saporis annum, quo S. Simeon martyrio coronatus est, annos numerat centum septemdecim: quem etiam calculum in Chronologica eorum Regum serie exhibet laudati Codicis Arabici Auctor. At ex supputatione Agathiæ, anni dumtaxat centum tresdecim colliguntur, ut ex subjecta serie liquet. *Artaxares*, seù Artaxerses, qui primus post deletos Parthos Regnum Persicum restituit anno Alexandri Macedonis 538. regnavit annis 15. duobus mensibus demptis. *Sapores* annis 31. *Hormisdates* Saporis filius anno 1. & diebus decem. *Vararanes* annis 3. *Vararanes* secundus, Vararanis filius, annis 17. *Vararanes* tertius, mens. 4. *Narses* annis 7. mensibus 5. *Hormisdates* Narsis filius, annis 7. mens. 5. *Sapores* Hormisdatis filius. Anno ejus trigesimo primo Persecutio moveri cœpit.

Summa annorum ab Artaxare ad annum Saporis 31. sunt anni 113. diesque decem.

XIII. Simeon sub Concilio Nicæno floruit.

Hebedjesu Episcopus Sobensis in Epitome Canonum Synodalium Codice Syriaco Vaticano XLVI. fol. 59. ex Maruthæ Tagritensis testimonio refert, Simeonem nostrum tempore Concilii Nicæni Episcopatum Seleuciæ & Ctesiphontis gessisse, eique per Sciaadostum Presbyterum suum, sibique in Episcopatu successorem, interfuisse. Verba ejus sunt hæc: ܡܬܩܠܐ ܕܫܡܥܘܢ ܪܫܝܐ ܕܩܛܣܦܘܢ ܘܡܬܩܪܒܝܢ ܠܐܝܠܝܐ ܕܩܛܣܦܘܢ ܘܡܬܩܪܒ ܠܗ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܚܢ ܕܫܠܝܚܗ ܕܡܪܝ ܡܪܝܐ ܕܩܛܣܦܘܢ ܘܐܝܠܝܐ . ܡܬܩܠܐ ܕܫܡܥܘܢ ܗܘܐ ܒܫܢܬ ܬܠܬܝܢ ܘܬܠܬ ܠܫܡܬܐ : ܦܠܓ ܡܢ ܫܢܬ ܘܬܫܥ : ܡܬܩܛ ܠܐ

ܕܟܠܗܘܢ ܡܛܪܦܠܝܬܐ ܕܡܬܩܪܝܢ ܡܕܝܢܐ ܘܗܘ ܕܢܬܩܪܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܘܢܬܬܩܢ ܡܛܪܦܠܝܬܐ ܐܝܟ ܕܥܒܕܝܢ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܩܛܝܦܘܢ ܕܡܬܩܪܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܥܠ ܟܠ ܕܢܬܩܪܒ ܠܬܡܢ ܡܛܪܦܠܝܬܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܠܡܬܩܢ ܠܗ ܠ

ܘܩܕܡܝܐ ܕܗܘܐ ܕܩܢܝܢܐ ܕܐܒܐ ܕܡܕܢܚܐ ܘܩܫܝܫܐ ܕܐܒܐ : ܘܡܕܢܚܐ ܘܩܦܐ : *Primum autem, qui munere Patriarchalis dignitatis donatus fuerit, quidam ajunt, fuisse Sciaclupham, alii verò Papam.* In hoc tamen omnes conveniunt, quod à Nicænis Patribus dignitas hujusmodi promanaverit: nam in ipsa Ordinatione Patriarchæ quum præsentatur Electus, ut impositionem manus accipiat, proclamant Præsentantes:

ܠܡܪ ܡܕܡܗܝܢܘܬܐ ܕܫܠܝܚܘܬܐ ܘܒܪܫܘܬ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܝܢ ܕܡܥܪܒܐ ܗܢܐ ܩܕܡܝܢ ܠܟ ܡܪܝ ܐܠܗܢ ܕܝܩܪ ܘܫܒܝܚ ܕܟܠ ܡܢ ܕܡܫܬܒܚ ܗܢܐ ܕܩܒܠܬ ܘܦܪܫܬ ܕܢܗܘܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܒܥܕܬܟ ܩܕܝܫܬܐ : *Juxta traditionem Apostolicam, & permissu Sanctissimorum Patrum nostrorum Occidentalium, in hac Cuchensi Ecclesia* (sic vocatur Sedes Patriarchæ Chaldæorum Seleuciæ & Ctesiphontis) *en præsentamus coram majestate tua, Deus noster gloriose & ab omnibus adorande, hunc famulum tuum, quem segregasti & elegisti, ut sit Catholicus Patriarcha electus in Ecclesia tua Sancta.* Ubi duas commemorant causas, cur Sedi Seleuciæ & Ctesiphontis Primatus tribuatur: Traditionem, scilicet, Apostolicam, quam ab Adæo, & Mari cæterisque Mesopotamiæ, Assyriæ, Persiæque Apostolis derivatam volunt; & permissionem Patrum Occidentalium, hoc est, Nicænorum, de qua suprà diximus, vel etiam Antiochenorum Antistitum, quibus Ecclesiæ omnes Orientis propriè dicti subditæ sunt. Nam licet à primis Christianorum Assyriæ Persiæque temporibus Episcopus Seleuciæ & Ctesiphontis haudquaquam Catholici, Primatis, seù Patriarchæ dignitatem habuerit; Archiepiscopali tamen honore fulgebat, ut disertè docent Sozomenus, Theophanes, & Maruthas, qui in Actis Martyrum nostrorum Orientalium Simeonem *Archiepiscopum* vocant. Quare siquando Catholici, vel Patriarchæ nomen tributum occurrat iis Seleuciæ Episcopis, qui Simeonem præcesserunt, ut apud Amrum Matthæi, & Marim Salomonis Nestorianos in Historia Patriarcharum Chaldæorum; id per anticipationem ab illis dictum intelligas, & juxta morem suorum temporum: sicut idem factum videmus in aliis Ecclesiis, ubi prioribus Episcopis tituli tribuuntur, qui tempore posteriorum ejusdem loci Præsulum dumtaxat excogitati sunt. Sic Marutham Tagritensem Episcopum in omnibus ferè Liturgiarum Codicibus Syri Catholicum nuncupant, quia sequentibus temporibus Jacobitarum Catholici, seù Maphriani Sedem suam in urbe Tagrit statuerunt. Eadem ratione Præsules Byzantinos, qui Theodosii Magni tempora antecesserunt, Patriarchas Constantinopolitanos nuncupamus, eum ipsis titulum tribuentes, quem in eadem Sede successores post Concilium Constantinopolitanum obtinuere.

XVI. Translatio Sedis Seleuciensis in Bagdadensem.

Licet autem Primatialis dignitas Sedi Seleuciensi per Nicænos Patres, vel Antiochenos Antistites alligata fuerit, ubi olim Episcopi Seleuciæ & Ctesiphontis residebant; posteà tamen quum illa Persarum Regia à Mahometanis Principibus eversa fuisset, ad urbem Bagdadum translata est, quam Almansores Abbasidarum Calipharum secundus condidit anno Hegiræ 140. teste Gelaleddino Asiutensi in Cod. nostro Arab. XLVI. (non anno Hegiræ 145. ut vult Renaudotius tom. I. Liturg. Oriental. pag. 375. & tom. 2. pag. 408.) eamque appellavit Arabicè مدينة السلام *Medinat Assalam*, hoc est, Urbem pacis; unde Syris dicitur ܡܕܝܢܬ ܫܠܡܐ *Medinat Selama*, & Græcis

Εἰρη-

Εἰρηνόπολις, teste Nilo Doxapatrio in notitia Patriarchatus Antiocheni. Et quidem Patriarchæ Nestorianorum, qui Seleuciensem Ecclesiam post Babuæum Martyrem tempore Pherozis Persarum Regis invasere, Sede etiam Bagdadum sub Almansore Mahometanorum Calipha translatâ, titulum Seleuciæ & Ctesiphontis haudquaquam abjecerunt: quinimò ordinationem novi Patriarchæ ibi dumtaxat fieri debere, præscribitur in Pontificali Cod. Amidensi V. in hæc verba:

ܗܳܠܳܐ ܕܒܰܝܬܳܐ ܩܕܺܝܫܳܐ ܕܡܰܪܝܳܐ ܕܫܠܳܡܳܐ ܕܒܰܓܕܳܕ ܡܶܬܝܳܐ ܘܡܶܬܚܙܝܢ ܠܶܗ ܩܰܫܺܝܫܶܐ ܘܰܡܪܺܝܢܶܐ ܘܰܡܫܰܠܡܢܶܐ ܕܥܰܡܳܐ ܕܡܫܺܝܚܳܝܶܐ ܕܡܶܢ ܩܕܳܡ ܡܰܪܝܳܐ ܕܫܠܳܡܳܐ ܕܒܰܓܕܳܕ ܕܗܳܠܶܝܢ ܩܰܫܺܝܫ

ܡܘܕܥ ܡܚܫܒܬܐ : ܘܐܦ ܕܢܫܬܘܢ .

Ferunt autem fœtum ejus esse isthæc Cantica, quorum primum incipit, ܡܘܕܥ ܡܚܫܒܬܐ cognitor cogitationum, *alterum,* ܐܦ ܕܢܫܬܘܢ quamquam exuatis.

CAPUT II.

S. Milles Susæ Episcopus, & Martyr.

I. Acta S. Millesii ex Sozomeno.

MILLESII Acta refert Sozomenus lib. 2. Hist. Eccles. cap. 14. *Sub idem tempus*, inquit, *Milles quoque martyrio perfunctus est. Hic initio quidem apud Persas militaverat: posteà verò relicta militia, Apostolicam vivendi rationem æmulatus est. Quum autem Persicæ cujusdam Civitatis ordinatus esset Episcopus, multa sæpenumerò passus esse dicitur, & verbera tractusque membrorum sustinuisse. Sed quum nemini illic persuadere potuisset, ut Christianus fieret, molestè id ferens, malum imprecatus est civitati, & aliò migravit. Nec multò post, quum Primores illius urbis in Regem deliquissent, immissus in eos exercitus cum trecentis elephantis, urbem eorum subvertit, & aratrum solo impingens, velut in arvo sementem fecit. Milles verò peram dumtaxat gestans, in qua Sacrum Evangeliorum codicem reconditum habebat, Hierosolymam orationis causa profectus est: atque inde in Ægyptum perrexit, ut Monachos ibi degentes videret. Quanta porrò iste vir, & quàm admiranda opera perpetrasse memoretur, testes sunt Syri, qui ejus vitam & actus literis prodiderunt.* Hactenus Sozomenus.

II. Eadem ex Syris Scriptoribus in Codicibus nostris I. & II.

Acta hujus Sanctissimi Episcopi, & nobilissimum ejus Martyrium habemus Syriacè scripta in vetustissimis Codicibus I. & II. quos ex Nitriæ deserto adveximus, eaque optimè consentiunt iis, quæ ex Sozomeno recitavimus. Hæc unâcum aliis Sanctorum Syrorum gestis in publicum quantociùs edentur. Ex prædictis Actis discimus, S. Millesium à Gadiabo ܓܕܝܒܘ Lapethensi Antistite & Martyre, Susianæ urbis Episcopum creatum, multa primùm patrasse miracula, postremò unàcum Abrosimo ܐܒܪܘܣܝܡܐ Presbytero, & Sina ܣܝܢܐ Diacono, martyrio fuisse coronatum sub Hormisda Guphrizo ܗܘܪܡܙܕ ܓܘܦܪܙܐ, provinciæ Rozichensis Præfecto, sub initium fermè persecutionis Saporis Persarum Regis, Luna 13. mensis Novembris, hoc est, ineunte anno restituti Regni Persarum centesimo decimo octavo, de quo vide, quæ in Simeone Barsaboë suprà diximus.

III. In Menologio Græcorum.

Quem Syri ܡܝܠܝܣ *Milles*, hunc Græci vocant in Menologio *Milum* sub die 10. Novembris: de quo hæc habentur ad diem 13. Novembris in celeberrimo Menologio jussu Basilii Imperatoris Porphyrogeniti exarato pag. 179. ex versione Cl. V. Arcudii apud Ughell. Ital. Sacr. tom. VI. *Miles Persa primùm stipendia belli merens, posteà militiæ munere renunciato, quum se totum pietati dedisset, illius urbis in Perside Episcopus denunciatur, ubi Danieli Prophetæ divinæ olim objectæ fuere visiones: Sed inde ab infidelibus fugatus, Hierosolymam primò venit, deinde Alexandriam ad Beatum* ANTONIUM, *demùm in Persidem reversus, à* MYSTOPHARO *Regulo fratreque ejus cæditur per præcordia gladio, quòd Solis, ac Ignis cultum constanter detestaretur: quibus ille dum animam ageret, pronunciavit fore, ut die insequenti mutuis Regulus & frater vulneribus, eademque qua ipse cæsus erat, hora conciderent. Quare vehementiùs commoti, Discipulos ejus* EBORAM, PAPAM, & SEBOAM *Diaconum fustibus tandiù contude-*

tudere, dum animas Deo redderent. Postridie autem ejus diei fratres IN FURIAS ACTI, *mutuis sese vulneribus confecere*. Discrepant hæc Acta à nostris Syriacis Primò, quia pro *Ammona* Antonii Discipulo legitur Antonius, pro *Hormisda Guphriz* Mystopharus, pro *Abrosimo* Ebora, & pro *Sina* Seboa. Deinde nomen *Papæ*, quod in laudato Menologio Discipulis S. Millesii adjungitur, vel redundat, (duos enim, non tres Discipulos habuit Millesius juxta Acta Syriaca, & commune Græcorum Menologium,) vel pro *Presbytero* sumendum est, ut sensus sit, *Discipulos ejus Eboram Papam*, seù Presbyterum, & *Seboam Diaconum*. Præterea Ebora, & Seboa, seù Abrosimus, & Sina, non fustibus contusi, sed lapidibus in proximo colle obruti, animas Deo reddiderunt, ut habent Acta Syriaca: nec impii illi duo fratres *in furias acti* mutuis sese vulneribus confecere, sed cervam è stabulo profugientem telo confodere cogitantes, alterum alter ex adversò percussit.

IV. In Martyrologio Romano, in Synaxario Coptorum, & in Vitis Patrum.

Millesii memoria celebratur etiam in Martyrologio Romano ad diem 22. Aprilis, ubi dicitur *Sanctitate & miraculorum gloria insignis*. De eodem agunt Copti die 10. Mechir, & 28. Barmudæ. Ejus demùm martyrium describit Auctor incertus in Vitis Patrum lib. V. apud Rosveidum pag. 585. libello 7. de Patientia, & *Milidum* nominat: nec dubium est, illum de nostro Milles loqui, quamvis ab Actis Syriacis quandoque discrepet.

V. Scripta Millesii ex Hebedjesu.

Inter Scriptores Syros Millesium meritò collocamus ex iis, quæ Hebedjesu in Catalogo tradit: ܡܠܝܠ ܐܦ ܗܘܐ ܠܚܘܢܐ : ܡܬܡܐ ܘܠܐܦܘܪ ܡܘܡܪ : *Milles*, inquit, *etiam composuit in varia argumenta Epistolas, & Sermones*. De quibus tamen nihil addere possumus, quum necdùm ad nostras manus pervenerint.

CAPUT III.

Jabachues Chaldæus.

I. Jabachuis ætas.

JABACHUES eo tempore floruit, quo Nicena Synodus celebrata est, Hebedjesu teste in Catalogo p. 42. ܘܒܝܫܘܥܐ ܕܐܬܝܐ ܡܢ ܩܕܡ ܐܒܐ ܕܢܝܚܐ ܘܡܬܩܪܐ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܡܢ ܩܕܡ ܐܒܐ ܕܢܝܚܐ ܗܘܐ ܕܟܬܒ ܠܡܫܪܝܐ ܕܡܥܪܒܐ : ܘܡܢܗ ܐܬܝܠ ܠܗ ܫܘܡܐ ܕܡܪܝܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܝܐ : ܘܗܘ ܟܬܒܐ ܡܢ ܐܓܦܛܘܣ ܠܗܠܡ ܒܝܩܪܐ ܫܕܪ : *Ejus tempore Epistola Occidentalium conscripta fuit, in qua huic Orientis Throno Patriarchalem dignitatem sanxerunt: eaque epistola per Agapetum ad Hilam cum honore transmissa fuit.* Loquitur Hebedjesu de Patribus Nicænis, quos *Occidentales* vocat, deque Seleuciæ & Ctesiphontis Sede, quam *Orientalem* appellat. Vide, quæ de hac Orientalium sententia diximus suprà in S. Simeone Barsaboe num. XIV.

II. Agapetus Helamita.

Quis verò fuerit Agapetus iste ad Hilam, seù Helamita, Helamitarum ne Episcopus, an ex cognomine Persidis regione dumtaxat oriundus, neutrum certo liquet. Probabilius tamen est, Episcopum fuisse Helamitarum: hoc enim fert Syrorum in loquendo usus, cujus passim occurrunt exempla. Sed & vero propius est, Epistolam tanti momenti non per simplicem Presbyterum, sed per Episcopum fuisse à Concilio transmissam, ut Hebedjesu meritò dixerit, ܒܝܩܪܐ *cum honore* eam epistolam ad Seleuciæ Primatem fuisse allatam. Quamobrem credibile est, Agapetum istum Nicæno Concilio interfuisse, & à Patribus Canonem illum de Seleuciensis Sedis Primatu, qui inter Arabicos trigesimus octavus est, accepisse. Nec obstat, quòd

idem

idem Hebedjesu in Epitome Canonum Synodalium par. 1. cap. 3. & 5. duos tantùm nominat, qui è Perside Nicæam Bithyniæ se contulerunt, nimirùm, Sciaadusatum, seù Sadoth Presbyterum Simeonis Barsaboe Vicarium, & Joannem Episcopum, cujus etiam nomen in Græcis & Latinis subscriptionibus apparet: de Agapeto verò ne verbum quidem. Quia idem Auctor multa alia pertinentia ad Concilium reticuit; nec enim satis accuratus est, ut infrà annotabimus. Cur autem Patres eam Epistolam non per Sciaadusatum Simeonis Seleuciensis Episcopi Vicarium in Synodo præsentem miserint, sed per Agapetum, jam suprà indicavi.

III. Jabachuis dignitas.

De Jabachuis patria, aut dignitate nil hactenus apud Syros reperire potui, præter laudatum Catalogi Hebedjesu locum. Sed titulus ܡܪܝ *Mar* appositus iis, qui inter Sanctos ab Ecclesia non coluntur, index est Episcopalis dignitatis: cujus rei testis est hodiernus etiam usus, quem rectè notavit P. Joseph Juvencius in hist. Soc. Par. V. Episcopus ergo fuit Jabachues: quare meritò Simeoni, Acacio, Millesio Episcopis conjungitur ab Auctore Catalogi Syriaci, etsi urbem, in qua Episcopus præfuit, reticuerit: quam tamen in confinio Persidis collocandam suadet ipsum nomen ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ *Jabachues*, Chaldæis & aliis Christianis terras trans Tigrim colentibus familiare: huiusque commatis, & compositionis plura nomina legere est in citato Catalogo, & apud Salomonem Bostrensem in serie Patriarcharum Chaldæorum. Hujusmodi sunt ܝܫܘܥܝܒ Jesujab, ܝܫܘܕܕ Jesudad, ܡܪܝܒ Marjab, ܚܢܢܝܫܘܥ Ananjesu, ܚܒܕܝܫܘܥ Hebedjesu, ܐܚܐܕܒܘܝ Achadabuë, ܐܚܕܡ Achudeme, & alia id genus.

IV. Ejusdem scripta.

Jabachuis scripta indicat Sobensis, inquiens: ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܪܘܡܐ: *Mar Jabachues Epistolam ad Papam Occidentis conscripsit*. Sic legitur in Cod. Ecchellensi XVII. fol. 31. à tergo. At Abraham Ecchellensis pro ܐܓܪܬܐ *Epistola*, edidit ܐܓܪܬܐ *Epistolas*: & pro ܦܐܦܐ ܕܡܥܪܒܐ *Papa Occidentis*, habet ܦܐܦܐ ܕܡܕܢܚܐ *Papa Orientis*; nullo tamen sensu: nam Archiepiscopus Seleuciæ & Ctesiphontis appellari quidem consuevit Primas, Catholicus, & Patriarcha; nunquam tamen Papa: Is autem, qui Simeonem in Throno Seleuciæ antecessit, *Papa* erat nomine proprio, non dignitate.

Quis verò sit *Papa Occidentis*, ad quem eam epistolam à Jabachue scriptam fuisse testatur Hebedjesu, geminæ proferri possunt expositiones. Altera est, nomen illud *Papa* hoc loco Viri proprium esse, non titulum: consequenter nomen ܡܥܪܒܐ *Maherbo*, quod *Occidentem* significat, esse itidem proprium regionis. Sic enim suprà *Papam* Seleuciensis cujusdam Episcopi nomen esse annotavimus: & in Actis Martyrum apud Marutham Tagritensem Cod. nostro Syriaco I. *Papa* Monachus passus fuisse refertur anno Saporis Persarum Regis sexagesimo sexto. In Vita quoque S. Ephræmi Julianus Monachus dicitur habitasse terras *Aquilonares* sine alia particulari loci nota: adeò notum aliunde supponit locum illum ejus Vitæ scriptor: & tale erat profectò illud nomen, nempè notissimum Syris, apud quos Sobensis scribebat. Prætereà quum certum sit nomen ܡܗܪܒ *Maharab* esse proprium pagi in Antilibano, non est omninò incredibile, idem nomen alicui oppido in Syria impositum fuisse, & illud ab Auctore epistolæ, vel ab Hebedjesu intellectum esse.

Alte-

Altera est, quæ mihi probabilior videtur, quia contextui magis cohærens, Papæ scilicet nomen ex communi Orientalium consensu, quem eruditissimus Ecchellensis pluribus asserit in suo de nomine Papæ tractatu, attributum fuisse Romano, & Alexandrino Pontificibus. Et hoc præsumpto, *Papam Occidentis* ab Hebedjesu Romanum Pontificem fuisse intellectum, & *Papam Orientis* Alexandrinum: quem titulum ex Orientalium Scriptorum sententia primus in Ecclesia assumpsit Heraclas Episcopus Alexandrinus, occasione cujusdam facti, de quo consule Eutychium ab Abrahamo in dicto tractatu citatum. Si hæc expositio placet, dicendum est, ea verba *ad Papam Occidentis* non à Jabachue epistolæ suæ præfixa fuisse, sed ab ipso Hebedjesu in Catalogo apposita: hujus enim tempore titulus ille, qui omnibus olim Episcopis communis erat, ut docti omnes norunt, & Sirmondus notavit ad Ennodii epistolas, cœpit Romano & Alexandrino proprius esse: Additâ verò *Occidentis* voce, de solo Romano Pontifice intelligi. Et quidem Hebedjesu quum de Canone Nicæno loquatur, in quo Primatum Seleuciensi Throno sancitum fuisse asserit, per *Papam Occidentis* S. Silvestrum, qui per Legatos suos eidem Concilio præfuit, designare videtur.

Ex hoc tamen loco contra Abrahamum suboritur difficultas, quam aliis adductis & enodatis ipse non animadvertit, quamvis Viro Orientalium linguarum peritissimo maximè obviam. Ea est, quòd si nomen *Papa* Syriacum est, ut ipse asserit, asseruntque plerique Orientales, non fuisset illud scribendum per literam ܦ *Phe*, seù *Pe*, ut hoc loco & ubique scribitur, sed per literam ܒ *Beth*: id enim petebat, ex quo illud componitur, nomen ܐܒܐ *Aba*. Præterea proferendum erat cum accentu duplicante literam sic *Pappas*, sicut nomen primitivum componens *Abbas* à Syriaco ܐܒܐ, quemadmodum antiquiores Syri proferre consueverant. Sed pro Abrahamo responderi potest, Mesopotamenos Syros ab Ægyptiis Græcis vocem in novum usum assumptam accepisse, eamque non ex vulgari Syrorum usu, sed, ut ita dicam, ex Ægyptiorum Græcorum abusu scribere & pronunciare cœpisse: Sic enim hoc tempore Arabes & Syri Arabicè loquentes & scribentes, ipsum nomen *Abba* corruptè scribunt & proferunt انبا *Anba*: & in Cod. nostro Syriaco III. titulus *Abba* Jacobo Episcopo Edesseno adjunctus, Græcorum nominum in morem scribitur ܐܒܒܐ *Abbas*. His adde familiarissimum esse non modò Orientalibus, sed omnibus gentibus literas ejusdem organi invicem confundere, & tractu temporis alteram alteri substituere, ut *lebbra* pro *lepra* Itali recentiores usurpant.

CAPUT IV.

Isaias Adabi Arzunita.

I. Isaias Adabi sub Sapore claruit.

ISAIAS Adabi Arzunitæ filius, Eques Aulæ Regis Persarum Saporis nobilissimus, scripsit Acta Martyrum Zebinæ ܙܒܝܢܐ, Lazari ܠܙܪܐ, Maruthæ ܡܪܘܬܐ, Narsetis ܢܪܣܝ, Eliæ ܐܠܝܐ, Maharis ܡܗܪܝܣ, Abibi ܐܒܝܒ, Sabæ ܣܒܐ, Sembaitæ ܣܡܒܝܬܐ, Jonæ ܝܘܢܐ, & Brichjesu ܒܪܝܫܝܥ: quæ extant in Cod. nostro Syriaco II. fol. 82.

II. Acta Martyrum ab eo scripta.

Eadem ex Metaphraste recitat Lipom. tom. 7. & Sur. tom. 2. eaque tamquam genuina amplectitur doctissimus Baronius in Not. ad Martyrol. Rom. die 29. Martii: *Habentur*, inquit, *eorum Acta sincerissima, scripta ab Isaia Adami filio*,

qui

qui præsto fuit. Nam idem Isaias ad eorum calcem sic de seipso scribit:

ܘܚܪܟܘܗܝܡ ܢܗܘܐ ܘܫܡܥܢܐ ܠܐܕܡܐ ܕܙ
ܫܒܚܗ ܐܪܙܘܢܝܐ ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܘܡܕܡܐ
ܕܐܗܝܕܝܢܐ ܡܢ ܐܠܦ ܡܥܒܕܐ ܗܘܐ
ܠܟܬܒܐ ܫܒܚܐ ܕܫܘܬܦܘܗܝ ܘܕܟܝܠ
ܗܘܘܐ ܠܗܕܝܬܐ ܕܐܠܗܐ :

Quos precor suis adesse precibus Isaiæ Adabi Arzunitæ filio, Regis Equiti, qui quum eorum, quæ fiebant, spectator adesset, laborem hujusmodi suscepit scribendi præclaros horum Beatorum Martyrum, qui coronati sunt, triumphos. Quæ verba Metaphrastes hunc in modum ampliavit: *Hanc autem Sanctorum Martyrum historiam conscripsit Isaias Adami filius; qui quum Eques esset Regis Persarum Saborii, & cum magorum principibus, ut auditor tantùm, & spectator eorum, quæ fiebant, interesset, atque ita omnia, quæ in hoc certamine contigerunt, ab initio ad finem usque audisset, ac perspexisset, ea ad omnium ædificationem, atque utilitatem & salutem, literarum monumentis mandavit, ut talem pro Christo virtutem omnes studeant imitari*.

III. Annus & mensis, quibus Martyres passi sunt.

Circa annum, quo præfati Martyres lauream adepti sunt, Isaiæ consentit Metaphrastes: uterque enim refert, id anno Saporis decimo octavo contigisse. De die verò, & mense discrepant: nam Isaias quidem in Actis nostris Syriacis passionem eorum collocat die 29. Decembris:

ܠܐܠܦ ܘܫ ܗܘܘܐ ܡܢ ܩܕܡܝܐ ܥܕܡܐ
ܕܫܢܬܐ ܕܡܬܩܛܠܘ ܫܬܐ
ܕܫܢܝܢ ܕܬܡܢ ܥܣܪܐ ܕܟܢܘܢ :

Coronati sunt, inquit, *Martyres à primo ad ultimum Luna 29. Canun prioris*, seù Decembris. At Metaphrastes pro Decembri habet Martium: *interfecti sunt novem ex iis Christi Martyribus vj. Kal. Apriles: reliqui autem duo*, idest, Jonas, & Brichjesu, *iv. Kal. ejusdem mensis*. Metaphrasti consonat Martyrologium Romanum die 27. & 29. Martii. Prætereà quædam sunt in Actis nostris, quæ Metaphrastes parùm feliciter reddidit: ut Isaias *Adami* pro Adabi: *Zanitas* pro Zebina: *Barachisius* pro Brichjesu: Vicus *Jasa* pro ܒܝܬ ܐܣܐ Beth-Asa: *Abdissotas* pro ܐܒܕܝܫܘܥ Abtusata: *Masdrath* Magorum princeps pro ܡܪܕܘܟܝܐ ܪܒ ܡܓܘܬܐ Hormisdatscir: & *Maarneses* pro ܡܗܪܢܪܣ Maharnarse. Porrò hæc nomina partim Chaldaica sunt, partim Persica: & pleraque composita ex vocibus significantibus familiam, seù patriam, vel dignitatem cujusque, ut data occasione indicabimus.

IV. Duplex persecutio sub Sapore.

Dubium oritur de anno decimo octavo Saporis, quo persecutionem in Christianos excitatam prodit Isaias initio horum Actuum: ܫܢܬܐ
ܕܡܬܟܢܫܘ ܘܡܬܟܢܫܘ ܡܕܝܢܬܐ
ܘܫܘܫܢܐ ܕܒܝܬ ܩܘܪܝܢ ܘܫܘܫܢܐ
ܘܡܢܫܐ ܕܐܢܫܐ ܘܐܝܟ ܓܒܪܐ ܕܥܒ
ܡܕܒܚܬܐ ܗܢܘܢ ܡܘܡܐ ܕܐܠܗܐ ܕܥܒ
ܩܘܡܗܘܢܐ ܕܥܠܡܐ ܕܢܣܝܘ ܕܥܒ
ܗܘܘ . ܗܘܘ ܗܘܘ ܕܡܬܟܢܫ ܘܟܠܗܘܢ
ܘܢܕܥ ܐܢܢ ܕܠܟܘ ܕܟܦܘ ܘܟܠ :

Sapores Persarum Rex anno regni sui decimo octavo tàm sævam adversùs Christi Ecclesiam persecutionem commovit, ut templa dirueret, monasteria incenderet, & Christianos gravissimis oneribus opprimeret. In id enim incumbebat, ut eos à Dei universorum conditoris Religione averteret. Nam Syri, Græci, Latinique Scriptores initium persecutionis Persicæ ad annum Saporis trigesimum primum protrahunt, ut dictum est suprà in S. Simeone. Quamobrem duplicem Persicæ persecutionis epocham statuendam esse puto: & alteram quidem ab eo tempore inchoandam, quum nullo adhuc edicto regio

Chri-

Christiana Religio proscripta fuerat; alteram verò ab anno indictæ regio diplomate adversùs Christianos persecutionis esse supputandam. Idem video observatum in designanda epocha persecutionis Diocletiani & Maximiani, cujus tempus ab anno undevigesimo illorum Principum supputant communiter Auctores, ut notat Baron. ad ann. 302. num. 1. quum tamen ex sincerissimis actis Martyrum in eadem persecutione coronatorum perspectum sit, illam multis ante annis fuisse utcumque inchoatam. Credo itaque, primùm à Rege Sapore persecutionem in ipsa regia urbe, in qua Isaias scribebat, excitatam fuisse, impellentibus ad id Magis, qui occasionem debacchandi in Christianam Religionem nullam non captabant: postea ab urbe regia generalibus edictis illud incendium in omnes regni Persici provincias fuisse propagatum. Dicendum igitur, priora persecutionis tempora Isaiam nostrum respexisse, nec non Theophanem, qui dum initia Persicæ persecutionis refert ad annum Divinæ Incarnationis decimum septimum suprà trecentesimum, Isaiæ adamussim consentit: ille enim annus in decimum octavum Saporis cadit. Cæterùm pro Isaia manifestè stant eorum Martyrum Acta, qui anno Saporis trigesimo coronati dicuntur in Codice nostro Syriaco II. fol. 84. à tergo: Sapores, inquam, Episcopus Beth-Nicatoris ܒܝܬ ܢܩܛܘܪܐ : Isaac Episcopus oppidi cujusdam Seleuciensis Præfecturæ ܐܣܩܘܦܐ ܕܩܛܪܐ ܕܣܠܘܩܝܐ Maanes ܡܢܝܐ, Abraham, & Simeon: qui omnes anno uno passi sunt, antequam Saporis edictum in Christianos promulgaretur.

CAPUT V.

S. Jacobus Nisibis Episcopus.

I. Jacobus Magnus Nisibis Episcopus.

JACOBUS cognomento Magnus, natus Nisibi, quæ Antiochia ad Mygdonium appellatur, ab ineunte ætate vitam egit duram, ac solitariam. Sub Maximino Imperatore confessione fidei clarus, virtutibus insuper & miraculis insignis, ad Episcopatum Nisibis evectus fuit, ubi Sanctum Ephræm Syrum auditorem habuit. Anno Alexandri 636. Christi 325. unàcum Ephræmo in Bithyniam profectus, Concilio Nicæno interfuit, doctrinæ Orthodoxæ vindex acerrimus. Decem post annis eodem Jacobo, & Alexandro Constantinopolitano Episcopo orantibus, Arius Constantinopoli justas suæ nequitiæ pœnas dedit, teste Dionysio Jacobitarum Patriarcha in Chronico Syriaco ad annum Alexandri 646. Idem narratur à Theodoreto in Philotheo cap. 1. ubi tamen pro Alexandro Constantinopolitano Alexandrinum perperàm scribit, & ad Synodi Nicænæ tempus hæc refert, contra id, quod posteà tradidit in Hist. Eccles. lib. 1. cap. 14.

II. Nisibin obsidione liberat.

Paulò antequam decederet, sub initium Principatus Constantii anno Alexandri 649. Christi 338. Nisibim à Sapore Persarum Rege obsessam precibus suis liberat, ut latè Theodoretus Hist. Eccles. lib. 2. cap. 30. & Philostorgius lib. 3. num. 23.

III. Ejus obitus.

Eodem anno Christi 338. ad Superos evocatur, teste Dionysio Jacobitarum Patriarcha in chronico, cujus hæc sunt verba: ܗܢܐ ܓܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܡܕܝܢܬܗ ܕܢܨܝܒܝܢ ܘܐܬܐ ܠܡܕܝܢܬܗ ܕܢܨܝܒܝܢ . ܗܢܐ

ܒܫܢܬ ܬܫܥܝܢ ܘܬܬܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܥܠ ܬܪܝܢ ܒܢܘܗܝ ܕܟܠܗ ܡܠܟܘܬܗ ܕܗܘ ܚܝܐ ܫܢ ܚܡܫܝܢ ܘܚܡܫ ܘܩܢܐ ܡܠܟܘܬܐ ܫܢ ܠܬܠܬܝܢ ܘܬܠܬ ܗܢܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܩܫܝܫܐ ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܐܙܠ ܠܗ ܒܢܨܝܒܝܢ ܩܫܝܫܐ ܕܐܦܣܘܦܐ ܘܐܬܪ ܡܝܬ ܒܫܠܡ.

Anno (Græcorum) 649. *decessit Constantinus Magnus, diviso inter ipsius filios Imperio. Vixit autem annos* 65. *tenuitque Imperium annos* 33. *Hoc eodem anno Sanctus Jacobus Nisibis Episcopus ex hoc sæculo migravit.* Idem de morte Jacobi adnotavit Auctor Chronici Edesseni, verbis istis:

ܒܫܢܬ ܬܫܥ ܡܝܬ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܩܫܝܫܐ ܕܢܨܝܒܝܢ ܘܐܬܪ ܡܝܬ ܒܫܠܡ.

Anno 649. *Obiit Sanctus Jacobus Nisibis Episcopus.*

IV. Corpus ejus Nisibi transfertur.

Ejus Sacri Corporis reliquias, teste Gennadio de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 1. Julianus Imperator Nisibin ingressus, Civitate efferri jussit. Sozomenus verò lib. 5. cap. 3. solummodò scribit, Julianum illac transeuntem, Nisibenis comminatum fuisse, nec opem se illis daturum, neque legationem eorumdem admissurum, neque pedem in ipsorum urbem priùs illaturum esse, quàm eos ad Gentilium superstitionem transiisse didicisset. Rem accuratiùs narrat Theodoretus, qui in Philotheo cap. 1. refert, Nisibi à Joviano Juliani successore Persis tradita, incolas penè omnes urbe excessisse, & Episcopi sui corpus secum detulisse. Syri testantur, vacuum S. Jacobi sepulcrum in eadem urbe adhuc extare.

V. Memoria ejusdem in Martyrologiis.

Memoria Jacobi nostri colitur in Martyrologio Romano die 15. Julii: In Menologio Græcorum die 31. Octobris: In Synaxario Maronitarum die 13. Januarii: demùm in Synaxario Coptorum die 18. Tybi.

VI. Vologesus in Nisibena Sede Jacobo succedit.

Successorem in Sede Nisibena habuit Vologesum ܘܠܓܣܝܣ, cujus obitus describitur in Chronico Edesseno ad annum Græcorum 672. Christi 361. Quod ideò notavi, quia Georgius Elmacinus Homaidus perperàm scribit, Jacobo Nisibeno successisse Babuęum ,ܒܒܘܝ quum tamen Babuęus iste non Nisibenus fuerit Episcopus, sed Seleuciæ & Ctesiphontis, ut in Catalogo Patriarcharum Chaldæorum testantur Amrus Matthæi, Mares Salomonis, & Salomon Bostrensis Episcopus.

VII. Diversus à Jacobo Syro Monacho.

Porrò Jacobus noster Nisibenus differt ab alio ejusdem nominis Sanctissimo Monacho, de quo Theodoretus in Philotheo, ut scitè observat Theodorus Lector Hist. Eccles. lib. 1. in hæc verba: *Magnus Jacobus Nisibi erat oriundus. Quanta autem virtute præditus fuerit, apparet ex miraculo, quod factum est in puellis quibusdam Gentilibus, quæ lavabant in fonte. Hæ enim post imprecationem Jacobi incanuerunt, & fons ipse exaruit, quem mox Jacobus orationibus suis restituit: Puellas verò ipsas canas reliquit. Sciendum porrò est, Jacobum hunc, qui istud miraculum in fonte, & in Puellis perpetravit, alium esse ab eo, qui ad Encyclicas literas rescripsit. Nam Nisibenus quidem ille vixit temporibus Constantii. Hic tamen junior Jacobus miraculis quoque clarus fuit, ut testatur Theodoretus in historia Philotheo.* De hoc juniore Jacobo sic idem Theodorus Lector subjungit: *Theodoretus arcam magno Jacobo ad sepulturam paraverat. Verùm Theodoretus ante Jacobum è vivis excessit. Nihilominus tamen magnus Jacobus in arca depositus est.* Noster Nisibenus præcessit Jacobum istum integro sæculo: nam obiit ille, ut vidimus suprà, anno Christi 338. Hic verò Jacobus coævus fuit Theodoreto Cyrensi Episcopo, Simeoni Stylitæ, & Baradato, ut auctor est Theodorus loco citato, & Evagrius Hist. Eccles. lib. 2. cap. 9. Nimirùm claruit sub Marciano, & Leone Imperatoribus paulò post Concilium Chalcedonense, ad quem Leo Imperator Encyclicas literas dedisse legitur apud Evagrium loco mox cit.

his

his verbis: *Similia verò Imperator scripsit, tùm ad reliquos Episcopos, tùm ad celeberrimum quemque eorum, qui tunc temporis, ut jam dixi, vitam à materia remotam, omnique apparatu destitutam agebant. Ex quorum numero fuit Simeones, qui primus stationem in columna excogitavit, de quo in superiore libro mentionem fecimus. Inter illos fuerunt etiam Baradatus, & Jacobus Syri.*

VIII. Baradatus ex Monacho Constantiniensis Episcopus.

Quis verò fuerit Baradatus Syrus, quem Leo Imperator per Epistolas Encyclicas circa annum Christi 458. tùm de Chalcedonensi Synodo, tùm de ordinatione Timothei Alexandrini, cognomento Æluri, consuluisse dicitur, tradit Theodoretus in Philotheo cap. 79. & Photius in Biblioth. Cod. 228. 229. Is nimirùm, qui è Monacho ad Episcopatum urbis Telæ, seù Constantinæ in Mesopotamia (non in Phœnicia, ut autumat Henr. Valesius in Notis ad lib. 1. Evagrii pag. 58.) postmodùm evectus fuit, ut indicare videtur Josue Stylites apud Dionysium Jacobitarum Patriarcham in Chronico Syriaco ad annum Græcorum 814. Christi 503. Et Syriacè quidem dicitur ܒܪܗܕܕ *Barhadad*, Græcè verò & Latinè *Baradatus*. Qui profectò alius est à Jacobo Baradæo, seù Zanzalo, Severi Antiocheni Discipulo, & Jacobitarum Antesignano, quem Episcopatum Edessæ anno Christi 541. adeptum fuisse, refert idem Dionysius Patriarcha in Chronico.

IX. Baronius Baradatum cum Jacobo Baradæo confundit, & Photii verba malè intelligit.

Atque hìc obiter notandus est lapsus Card. Baronii ad annum Christi 535. qui Photii verba de Baradato & Jacobo Sanctissimis Monachis ad Jacobum Baradæum hæreticum perperàm refert: Sic enim inducit Photium de S. Ephræm Antiocheno differentem: *Ephræm Episcopus Antiochenus egregium commentarium conscripsit, quo perstringit Severianum hominem Jacobum, quem diximus, à quo sunt Jacobitæ denominati: ibique adversùs Baradatum, Eutychetem, & alios Trisagitas.* Hæc eadem ex Baronio mutuatus videtur Possevinus in Apparatu. At Photius in Bibliotheca nihil horum scribit, nec de Jacobo Baradæo mentionem ullam facit, quin potiùs laudat ut Sanctissimos viros Simeonem, Baradatum, & Jacobum, de quibus Evagrius loco suprà citat. Verba ejus in Codice 228. sunt hæc. *Scribit idem* (Ephræm Antiochenus) *& alteram epistolam ad Callinici desertores; cupiens verò eos Ecclesiæ Dei conciliare, ab omni eam liberam hæretica labe ostendit, & qui ad eam labem conventus fiunt, latronum esse speluncam. Assertur, imitari oportere Simeonem, & Baradatum, & Jacobum viros virtutis nomine toto terrarum Orbe celebres, qui vitam universam in Ecclesiastica disciplina transegerunt.* Et Cod. 229. de eodem Ephræmo: *Hæc verò fides*, inquit, *Chalcedonensis Concilii præconium præ se fert: deinde trecenti & septuaginta Episcopi hanc subscribendo consignarunt, in qua admirandi viri Simeon, & Jacobus, & Baradatus hanc suis scripturis fidem confirmarunt.* Sed ad Jacobum Nisibenum, unde oratio deflexit, redeamus.

X. Negant Syri, Jacobum Nisibenum quidquam scripsisse.

An quidquam Jacobus noster scripserit, meritò in dubium revocatur. Divus Hieronymus nullum illi locum inter Scriptores Ecclesiasticos tribuit. Theodoretus tùm in Philotheo, tùm in Historia Ecclesiastica nihil de ejus scriptis refert. Syri omnes, quod sciam, eximiam quidem Jacobi sanctimoniam prædicant; Opera verò nusquam commemorant. Dionysius Barsalibæus, Gregorius Barhebræus, Salomon Bostrensis, Joannes Darensis, aliique cùm Jacobitæ, tùm Nestoriani, nullam Nisibeni inter Scriptores mentionem faciunt, nec quidquam ex eo adducunt in rebus Biblicis, vel in Theologicis, aut in Polemicis, sive in Chronicis. Jacobus Edessenus Præfatione in Homilias Severi, laudat Ephræmum Jacobi nostri discipulum, Isaacum, Jacobum Sarugensem, & Philoxenum Mabugensem: de Nisibeno

altum silentium. At siquid scripsisset, ab omnibus utique sectarum omnium Syris illud celebraretur, exemplaria extitissent plurima apud Maronitas, Jacobitas, & Nestorianos, nondum sub Jacobo in factiones hujuscemodi divisos: Imò Opera ejusdem è Syriaco in Arabicum potiori jure conversa fuissent, quàm lucubrationes Græcorum Patrum in Syriacum & Arabicum: atque adeò vestigia Operum Jacobi reperire esset apud Melchitas, & Coptos, qui tamen nihil de scriptis ejus loquuntur. Abulbarcatus Cabari filius, Auctor Ægyptius satis accuratus, indicem texit librorum, qui Arabicè apud Christianos Orientales circumferuntur, & tamen de Jacobo nihil. Hebedjesu Episcopus Sobensis scriptor Syro-Nestorianus recenset Catalogum Auctorum ferè omnium Syrorum, maximè eorum, qui vel Nestorianam hæresim antecessere, vel eandem amplexi sunt: Nisibenum verò ne nominat quidem.

XI. Gennadius affirmat, ejusque scripta enumerat.

Verùm Gennadius, qui Catalogum suum ad annum Christi 495. perduxit, inde initium sumens, ubi D. Hieronymus finem scribendi fecerat, non modò primum locum Jacobo Nisibeno inter Ecclesiasticos scriptores tribuit, sed etiam causam reddit, cur ab Hieronymo ipsius mentio facta non fuerit: Nimirùm quia Opera ejusdem è Syro sermone nondum conversa fuerant: Nam hinc arguit, Hieronymum Syriaci idiomatis rudem fuisse, quia Ephræmi quidem Opera, quæ Græcè reddita erant, laudavit: quæ verò adhuc patria solùm lingua circumferebantur, tacitus præterivit. Verba ejus sunt hæc. *Hunc virum Beatus Hieronymus in libro* Χεριακῶν, *velut magnarum virtutum hominem nominans, in Catalogo Scriptorum illustrium cur non posuerit, facilè excusabitur, si consideremus ipsos tres, vel quatuor Syros, quos posuit, interpretatos in Græcum se legisse testatum. Unde constat eum ignorasse illo tempore Syram linguam, vel literas. Et ideò hunc, qui necdum in aliam versus est linguam, nescisse Scriptorem.* Hactenus Gennadius, qui Opera Jacobi enumerans, sic subjungit. *Comprehendit omne opus suum viginti sex libris: idest, De Fide: Adversùs omnes hæreses: De Caritate generali: De dilectione erga proximum speciali: De jejunio: De oratione: De resurrectione: De vita post mortem: De humilitate: De patientia: De Pœnitentia: De Satisfactione: De Virginitate: De sensu animæ* (vel, *de Ascensu animæ*, juxta Editionem Erasmi Roterodami:) *De circumcisione: De acino benedicto, pro quo in Isaia legitur, non est exterminandus botrus*, (malè apud Erasmum, de azymi benedictione:) *De Christo, quod Filius Dei sit, & consubstantialis Patri: De castitate: Adversùs gentes: De constructione Tabernaculi: De Gentium conversione*, (malè apud Erasmum, *conversatione*:) *De regno Persarum: De persecutione Christianorum. Composuit & Chronicon, minoris quidem, quàm Græcorum curiositatis, sed majoris fiduciæ: quia Divinarum Scripturarum tanta auctoritate conscriptum, comprimit ora eorum, qui præsumptuosa suspicione de adventu Christi*, (Erasm. *Antichristi*) *vel Domini nostri inaniter philosophantur.*

XII. Gennadius Jacobum Nisibenum cum Sarugensi videtur confundere.

Quidquid sit de B. Hieronymo, calluerit linguam Syriacam, nec ne, (quod non vacat hìc expendere,) ego sanè cum pace tanti viri dixerim, Jacobum Sarugensem cum Nisibeno a Gennadio confundi, & huic adscribi, quæ è Sarugensis ingenio prodierunt. Id ut affirmem, adducor auctoritate Josue Stylitæ, Scriptoris accuratissimi, qui Sarugensi coævus fuit, & fortassè ipsum vidit audivitque: nam ambo eadem ætate propè Edessam Mesopotamiæ urbem claruerunt. Hic Auctor ad annum Græcorum 814. Christi 503. postquam expugnationem Amidæ sub Cabade Persarum Rege exposuisset, de Jacobo Sarugensi, tunc Presbytero, sic scribit: ܡܢ ܦܘܩܕܢܐ ܕܝܥܩܘܒ ܕܣܪܘܓ

ܡܫܡܥܬܐ ܕܝܢ ܗܠܝܢ ܐܬܪܝܢ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܡܕܝܢܚܐ ܕܡܕܝܢܚܐ . ܡܢܗܘܢ ܕܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܕܝܢܚܐ ܕܡܕܝܢܚܐ ܗܘ ܕܡܬܡܢܝܢ ܡܫܝܚܐ ܕܐܠܗܐ ܕܐܝܟ ܕܠܐ ܢܬܚܬܘܢ ܕܢܬܚܬܘܢ ܕܢܬܚܬܘܢ ܕ

bemus, quàm Homilias circiter ducentas triginta, & Epistolas aliquot. Sanè Martyrum Acta, quæ in vetustissimis nostris Codicibus Syriacis I. & II. extant, accuratissimam continent *Historiam de persecutione Christianorum in regno Persarum*: Sed hæc Nisibeno adjudicari nequit, quum desinat in gestis eorum Martyrum, qui anno excitatæ à Sapore persecutionis quadragesimo, hoc est, postremo vitæ ejusdem Saporis, coronati sunt. Incidit enim annus iste, ex dictis in Simeone Barsaboë, in annum Christi 370. vel juxta alios, in annum 383. At Jacobus Nisibenus in cœlum evocatus est anno Christi 338. ut suprà diximus.

Hactenus deductis opponi potest, S. Jacobum Nisibitam inter Ecclesiasticos Scriptores numerari à S. Athanasio lib. 1. contra Arianos propè initium: ubi S. Doctor Arianorum Scriptis lucubrationes Catholicorum Patrum sui temporis opponit, & inter cæteros Patres distinctè Jacobum Mesopotamiæ Episcopum recenset, nec alium profectò, quàm Nisibitam, qui tempore S. Athanasii maximè florebat.

Ad hæc Primò, Athanasii auctoritatem admitto, & ideò de S. Jacobo aliquam mentionem inter Syros Scriptores hoc loco faciendam putavi. Sed ex Athanasii verbis non rectè colligitur, Nisibitam esse Auctorem Operum, illi à Gennadio attributorum, quod unicè contendimus, sed tantùm ab illo aliquam fortassè de controversiis ejus temporis dictatam fuisse epistolam, aut aliquid simile. Deinde si verba Athanasii bene inspiciantur, hoc unum videtur S. Doctor velle, nimirùm iis tantùm libris fidem adhibendam esse, quos Orthodoxi Patres vel edidissent, vel edituri essent: utrosque enim conjungit, & eos, qui jam aliquid scripserant, & eos, è quorum ingenio scriptura aliqua prodire potuisset, licet nondum prodiisset. Verba ejus sunt hæc. *Si igitur scripta ista ab Orthodoxis proficiscerentur, qualia sunt magni illius & confessoris Hosii, Maximini Galliæ, aut ejus Successoris, aut Philogonii & Eustathii Orientis Episcoporum, aut Julii & Liberii Romanorum Pontificum, aut Cyriaci Mysiæ, aut Pisti & Aristæi Græciæ Episcoporum, aut Silvestri & Protogenis Daciæ, aut Leontii & Eupsychii Cappadociæ Episcoporum, vel Ceciliani Africæ, vel Eustorgii Italiæ, aut Capitonis Siciliæ, aut Macarii Hierusalem, aut Alexandri Constantinopoleos, aut Pædarotæ Heracleæ, vel Magni illius Basilii, & Meletii, & Longiani, cum cæteris Ponti, Armeniæque Pontificibus, vel Lupi & Appiani Ciliciæ, vel* Jacobi, *& reliquorum Mesopotamiæ Præsulum, aut nostri Beati Alexandri, cæterorumque qui cum eo sunt ejusdem sententiæ; nihil esset, quod in his scriptis suspicarere: Syncera enim & simplicia Apostolicorum virorum ingenia sunt. Nunc autem, quia ab illis scripta sunt, qui pro patrocinio hæreseos gratiam mercedis receperunt, secundùm Proverbia*, sermones impiorum dolosi, & os impiorum male respondet, & impii dolos gubernant, *vigilandum est fratres, & sobriè agendum, ut dixit Dominus, nequa ex magnificentia verborum, & veteratoria calliditate impostura fiat*. Hactenus Athanasius: ubi certè Catholicos Patres Scriptores cum non Scriptoribus recenset, ut palàm fit præcipuè ex verbis illis, *aut nostri Beati Alexandri, cæterorumque, qui cum eo sunt ejusdem sententiæ*: neque enim omnes, qui eadem cum Alexandro Alexandrino adversùs Arianos senserunt, Ecclesiam scriptis illustravere, uti sunt S. Spiridion Cypri, Nicolaus Myræ, aliique complures. Prætereà quis unquam inter Scriptores Ecclesiasticos locum tribuit Cyriaco Mysiæ, Pisto & Aristæo Græciæ, Silvestro & Protogeni Daciæ, aut aliis suprà enumeratis?

XIII. Quid de eo Gulielmus Cave.

Gulielmus Cave in Histor. Liter. tom. 1. pag. 170. Arabicos Nicæni Concilii Canones rectè quidem à Jacobo Nisibeno abjudicat, his verbis:

na

næ verò illi nugantur, qui Jacobum nostrum Canonum 84. Arabicorum Nicæni Concilii Compilatorem faciunt. Nugatur verò ipse cum Pearsono, dum istos Canones Justiniano recentiores facit, in hæc verba: *Canones istos, post Justiniani Imperatoris ævum confictos esse, pluribus confirmat clar. Pearsonus Vindic. Ignat. Par. 1. pag.* 187. Nam illos Marutham Episcopum Tagritensem sub Theodosio juniore in Syriacum sermonem transtulisse, testis est Hebedjesu Sobensis in Catalogo Scriptorum Syrorum pag. 50. & in Epitome Canonum Synodalium fol. 62. à tergo, ubi hæc habet diserta verba: ܗܠܝܢ ܕܒܟܬܒܐ ܕܝܠܢ ܠܘܩܒܠ ܡܕܝܢܬܐ ܘܠܩܒ ܡܪܘܬܐ ܠܫܘܢܐ ܕܣܘܪܝܐ ܘܠܩܒ ܫܪܝܐ ܠܫܘܢܐ ܕܝܘܢܢܝܐ : ܟܠܗ ܡܬܪܓܡ ܠܫܘܢܐ : *Verùm apud nos nihil aliud extat*, (ex tot, scilicet, ac tantis illius Synodi Canonibus,) *præter septuaginta & tres Canones, quos transtulit Maruthas, & præter alios viginti, qui nuper traducti sunt*.

Idem Gulielmus quum de Jacobi Edesseni *Hexaëmero ad Constantinum* dubitat, an Nisibeni nostri opus sit, ostendit, se rerum Syriacarum prorsùs ignarum: nemo enim, Syriaca eruditione vel mediocriter respersus, nescit, Opusculum illud non Nisibeni, sed Edesseni Jacobi fœtum esse.

XIV. Homiliæ, quæ extant in Codice nostro Syriaco X. Sarugensis sunt, non Nisibeni.

In Codice Syriaco X. quem è Nitriæ deserto adveximus, Sex Homiliæ sub *Jacobi Doctoris* nomine extant: videlicet, *De Nativitate Domini*: *De Epiphania*: *De Jejunio Quadragesimali*: *De Festo Palmarum*: *De Passione*: & *de Resurrectione Domini*. Vocantur autem Syriacè ܬܪܓܘܡܐ *Turgomæ*, idest, *Glossæ*, seù *Interpretationes*: differunt enim ab aliis Homiliis Jacobi Sarugensis, quòd illæ vincta numeris oratione elaboratæ sint, hæ soluta. Utrùm verò Jacobi Nisibeni opus sint, an Sarugensis, non exprimitur in laudato Codice, in quo *Doctoris* titulus dumtaxat Jacobo adjungitur. Verùm duabus rationibus convincitur, eas Sarugensis, non Nisibeni fœtum esse: & Primò quidem, quia tres ex ipsis habentur in Codice Nitriensi XV. scilicet, *de festo Palmarum* fol. 59. à tergo, *de Passione Domini* fol. 82. à tergo, & *de Resurrectione Domini* fol. 100. à tergo, in quibus disertum nomen Jacobi Sarugensis ponitur. Deinde Festum Palmarum in Oriente circa annum Christi 500. celebrari primùm cœpisse, testatur Severus Patriarcha Antiochiæ in Homilia 125. Cod. Nitrien. XXXIII. & XXXIV. Josue quoque Stylites ad annum Græcorum 809. istam solemnitatem introductam fuisse asserit in Mesopotamia à Petro Edesseno Episcopo, verbis istis: ܒܗܘ ܫܢܬܐ ܡܬ ܩܕܝܫܐ ܩܘܪܝܠܘܣ ܩܫܝܫܐ ܒܝܘܡ ܚܡܫܐ ܕܚܙܝܪܢ ܐܬܐ ܡܢ ܗܕܐ ܥܠܡܐ ܘܐܬܬܝܠ ܠܬܪܝܗ ܦܛܪܘܣ ܩܫܝܫܐ : ܘܐܦ ܠܫܪܝܐ ܕܫܢܬܐ ܡܫܬܡܥ ܗܠܝܢ ܬܪܝܢ ܥܕܢܐ ܘܥܕܢܐ ܕܚܕ ܘܡܬܚܢ : *Hoc eodem anno* (i. e. Christi 498.) *die 5. mensis Haziran* (Junii) *migravit ex hoc sæculo Sanctus Cyrus Episcopus, substituto in ejus locum Petro, qui ad alias anni festivitates etiam festum Hosannarum adjunxit*. Non igitur potuit Jacobus Nisibenus Homiliam in illud festum habere, quod sua ætate nondum in Ecclesia Orientali institutum fuerat.

At inquies, Ephræm Syrus longè ante Sarugensem, & ante Petrum Edessenum duos scripsit Hymnos de Festo Palmarum, qui extant in Cod. Nitrien. VII. inter Hymnos, qui *de Ecclesia* inscribuntur. Verùm ibi Ephræmus agit solùm de triumphali Christi Domini in urbem Jerusalem ingressu, quemadmodum de reliquis etiam Divinæ Oeconomiæ mysteriis scripserat: non tamen asserit, Ingressum

ſum illum Domini indicto ab Eccleſia feſto celebrari. Idem dicendum de altero Ephræmi Hymno, qui extat in Codice Nitrien. V. incipitque,

ܠܘܬ ܡܫܬܝܬܐ ܕܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ : ܐܝܟ ܕܐܬܝܬܘܢ ܠܬܫܡܫܬܐ

Ad ſolemnem feſtivitatem invitati eſtis, dilectiſſimi: nam ibi per ſolemnem feſtivitatem intelligit quidem Dominicam Palmarum; in qua tamen ſolemnis palmarum olivarumque benedictio nondum inſtituta fuerat, ſed ſolùm Fideles ex antiquo more Jejunium Quadrageſimale abſolvere conſueverant: Siquidem Jejunium hebdomadæ Sanctæ extra quadrageſimam cenſebatur: Unde Feria II. ejuſdem hebdomadæ, quæ Dominicæ Palmarum proxima eſt, uſque ad hoc tempus appellatur Syris, ܡܚܘܐ ܕܚܡܐ *perfugium portus*, quaſi jejunantes optatum quadrageſimalis Jejunii portum eo die teneant: quod etiam Ephræmus in laudato hymno indicat verbis illis: ܠܠܚܡܐ ܕܡܠܐ ܡܝܐ ܐܝܟ ܕܥܒܪܬܘܢ : ܗܘܘ ܡܚܝܕܐ ܠܐܪܡܐ ܕܠܐ ܩܝܡܐ : ܘܠܐ ܡܛܝܢܢ ܕܗܘ ܡܝܐ .

O qui maris innatatis aquas, ad tranquillum portum vos comparaſtis. Erumpite ergo, & in locum periculorum expertem, unde fluctus procul ſunt, proſilite.

XV. Liturgia Jacobo Niſibeno falsò adſcripta.

Demùm Abraham Ecchellenſis in Notis ad Catalogum Hebedjeſu pag. 134. Liturgiam Jacobo noſtro Niſibeno adjudicat. Sed pro Niſibeno Sarugenſem dicere voluit: Hunc enim Liturgiam condidiſſe, certum eſt, quæ extat in Codice Nitrien. III. & prodiit Latinè per Renaudotium tom. 2. Liturg. Oriental. At de Niſibeno nemo Syrorum id ſomniavit.

CAPUT VI.

S. Ephræm Syrus.

I. S. Ephræmi Acta ex Græcis Auctoribus.

PHRÆM Syrus tantam apud ſuos Sanctimoniæ, & doctrinæ famam adeptus eſt, ut orbis Doctor, & Propheta Syrorum ab ipſis paſſim appelletur. Conſtantino imperante honeſtis parentibus Niſibi natus, adoleſcens relicta paterna domo ad Eccleſiam profugit, & auctore Jacobo ejuſdem urbis Epiſcopo Chriſtianam Religionem amplexus, ab eodem baptizatus fuit. Jacobo in cœlum evocato Edeſſam migravit, ibique Monaſticam vitam profeſſus, cum Monachis vicinos montes incolentibus aliquandiù verſatus eſt; poſtea in Clerum adſcitus atque Edeſſam revocatus, in eadem urbe conſenuit: quo tempore quum Cæſaream ad Magnum Baſilium adiiſſet, ab illo Diaconus creatus fuit. Deceſſit ſub Valente Imperatore.

Hæc & pauca quædam alia, infrà à nobis indicanda, ex Græcis Scriptoribus Sozomeno, Theodoreto, Metaphraſte, & Anonymo auctore vitæ S. Ephræmi collegit ediditque Gerardus Voſſius in vita S. Doctoris, & ex eo Jo: Bollandus ſub die 1. Februarii. Syriaca S. Ephræmi Acta nemo hactenus publicavit, aut illa apud Syros extare credidit. Hæc nos in optimo Codice Vaticano annorum ferè ſexcentorum nuper reperta, ea ſtyli ſimplicitate, qua ab Auctore ſcripta ſunt, in Latinum converſa hìc magna ex parte ſubnectere pretium operæ duximus: ſed eorumdem actuum velut Epitomen ex alio Codice Syriaco ejuſdem Bibliothecæ annorum trecentorum priùs accipe; ita tamen, ut in his, aliiſque hoc in opere identidem occurrentibus Veterum Scriptorum monumentis rem ipſam appendas, non verba; fructum legas, non folia; & ſimplicitatem in loquendo, ut monebat

nebat S. Hieronymus epist. 101. ad Pammachium, sanctimoniæ magnitudine excuses. Sapienter Eminentissimus Annalium Ecclesiasticorum Parens ad annum 356. *Sicut*, inquit, *effossum informe aurum & rude eò carius esse solet, quod nihil videatur alterius metalli habere commixtum; ita egregia monumenta sua ipsius vetustate, atque simplicitate micantia, quibus res potiùs, quàm verba in pretio esse solent, gratiora planè erunt atque jucundiora quovis scripto recentioris authoris, quibuscumque eloquentiæ phaleris exornato. Quidquid enim obducitur fuco atque pigmentis, suspectum redditur; pulchriorque enitescit ipsa sua puritate simplicitas, quæ quod mentiri nesciat, omne quamvis ad ornatum compositum velamentum abhorret.* Hactenus Baronius.

Vitæ S. Ephræm compendium ex Anonymo Syro.

II. Actorum ejusdem summa ex Codice nostro Syriaco XVI.

Beatus Mar Ephræm genere Syrus, patrem imperante Victore Constantino nactus est Nisibi confiniorum urbe Sacerdotem idolorum, ex oppido Amida matrem. Quum autem impiæ patris voluntati obsequi abnueret, propterea que paterna domo expulsus fuisset, ad S. Jacobum Episcopum Nisibenum profugit, apud quem habitavit, & in omni timore Dei usque ad tempora Joviniani conversatus est. Tùm demùm Nisibi in urbem Edessam immigravit, ibique Spiritus Sancti Charismatibus imbutus, eruditione & doctrina Spiritus Ecclesiam implevit. Posteà ad Ægypti deserta profectus, indeque Cæsaream Cappadociæ ad Basilium, ab eodem per manus impositionem Diaconatum accepit, & confestim Edessam reversus, ibidem è vita migravit anno octogesimo quarto suprà sexcentesimum, nono die Haziran (*Junii*), anno à Domini adventu trecentesimo septuagesimo secundo. Illud verò de eodem S. Ephræm, antequam sapientiæ donum acciperet, proditum est. Anachoreta quidam, qui in Edessæ montem secesserat, intempesta nocte audiit Angelum Domini cœlo delapsum, manuque ingentem Codicem deferentem intus & à tergo conscriptum, his verbis ipsum compellantem. Ecquem, putas, hoc ego volumine munerabor? At ille, Origenem, credo, aut Julianum

Mar ܡܪܝ: idest *Dominus meus*: titulus Viris sive sanctitate, sive Episcopali dignitate insignibus attributus.

ܟܠܗܘܢ ܕܠܝܬ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܕܢܫܬܒܚ ܠܗ ܐܠܐ ܚܕ ܕܗܘܐ ܕܡܫܬܒܚ ܠܗ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܒܪܝܬܐ ܕܒܪܝܬܐ ܕܢܫܬܒܚ ܠܗ ܡܢ ܟܠ

ܟܕ ܚܙܝܢܝܗܝ ܕܐܒܐ ܕܟܠܗܘܢ
ܫܒ ܘܥܒܕܘ ܠܟܠܗ . ܘܗܘ ܕܡܛܠ ܕܐܝܟ
ܡܒܩܪܐ ܗܘܐ ܡܢܟܠ ܐܝܟܐ ܡܬܟܢܝܢܐ .
ܟܕ ܡܛܐ ܕܡܢܟܠ ܐܝܟܐ ܡܬܟܢܝܢܐ ܗܘ
ܕܥܡܗ ܡܬܟܠܡ ܥܡ ܚܕ ܡܫܝܚܝܐ ܡܢ
ܦܬܓܡܐ ܕܐܠܗܝܢ . ܡܬܚܙܐ ܠܗ ܐܒܐ
ܕܥܡ ܙܥܪܐ ܡܬܟܠܡ ܥܡ ܚܕ ܡܫܝܚܝܐ
ܡܬܟܝܢ ܠܗ ܠܐ ܡܬܟܝܢ ܟܕ ܡܬܩܛܠ
ܒܟܠܝܢ ܘܒܟܠ ܡܕܡ ܡܘܠ ܒܢܝܗ ܟܕ
ܐܬܝ ܠܗ ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܬܟܝܢ ܠܗ ܡܢ
ܡܪܝܐ . ܡܬܚܙܐ ܠܗ ܐܒܐ ܕܥܡ ܙܥܪܐ
ܕܡܬܟܠܡ ܥܡ ܚܕ ܡܫܝܚܝܐ ܒܨܘܪܬ
ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܚܙܐ ܠܗ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ
ܕܡܬܟܠܡ ܥܡ ܗܢܘ ܙܥܪܐ : ܐܡܪ ܠܗ
ܟܕ ܫܡܥܬ ܡܢܝ ܘܢܐܡܢ ܟܕ ܐܬܝ .
ܘܐܙܠ ܡܢ ܗܕܐ ܬܪܥܐ ܕܡܬܚܙܐ ܟܕ
ܡܬܟܢܫ ܡܢܗ ܒܥܝܢ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ
ܠܗ ܡܢܗ ܕܐܠܗܐ ܕܥܡܝ ܗܘ : ܕܡܢ
ܠܐ ܡܪܝܐ ܕܝܠܝ ܗܘ ܕܚܕܘܬܐ ܘܢܗܘ
ܟܕܝܢ ܕܡܬܚܙܐ ܠܗ ܐܒܐ : ܕܡܢ ܕ
ܢܚܡ ܘܒܥܐ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܘܗܝ ܕܗܘ
ܡܢ ܕܒܥܐ ܗܘ ܟܕ ܘܐܬܐ ܡܢ
ܐܒܘܗܝ ܠܐ ܢܥܒܕ ܥܡ ܐܒܘܗܝ ܡܢܗ
ܘܐܙܠ ܗܘ ܠܐ ܡܢ ܐܒܘܗܝ ܡܢ ܒܝܬ
ܐܒܘܗܝ . ܗܘ ܕܡܢ ܐܠܗ ܐܬܐ ܠܡܫ
ܘܐܙܠ ܗܘ ܠܐ ܠܐܬܪ ܕܐܬܐ ܠܡܫ
ܒܝܬ ܡܫܝܚܐ ܘܐܠܗ ܡܫܝܚܐ

secreverat, eundem in suum clientem adoptavit, atque à profanis sacrificiis ritibusque patriæ superstitionis purum inviolatumque contutata est, cohibuitque, ne patrem nefarias commemorati Idoli ceremonias frequentantem sequeretur. Id quum animadvertisset pater, Puerumque cum quodam Christiano confabulantem casu deprehendisset, maxima indignatione commotus, flagris miserè illum cæcidit: dein, Adesdum, inquit, puer improbe: interim hoc ego scelus expiatum eo: si sortè meis placatum votis tibi propitiem Deum. Fanum itaque ingressus postquam statis ceremoniis idolo litasset, oblatus sub humana specie illi Diabolus, Cognitum quidem, ait, perspectumque nobis est tuum in nos studium atque benevolentia; nostraque à te sollicitè impensèque procurari Sacra, habemus gratiam. Attamen ut cum filio tuo in gratiam redeamus, nos nunquam exores, quum ille nobis hostis infestissimus quandoque futurus sit. Quin ergo istum procul abigas, siquidem nos tibi propitios optas, nostrumque contubernium & consuetudo te delectat. Hac oratione vehementer commotus pater, Ephræmum adoritur, &, Ehodum, inquit, age, rumpe moras, abscede, quaslibet terras pete, tantùm ne invisum unquam videam caput: patuit crimen tuum, Deorum hostis es meorum. Tanta patris indignatione Adolescens adeò commotus non est, ut ingenti potiùs lætitia affectus fuerit, dum à paterna consuetudine fugam, quam ipse jamdiù exoptaverat, sibi ex voto successisse videt. Quamobrem nequid properantem retardaret, nudus inopsque è paterna domo sese proripuit. Cæterùm anxius & anceps quas peteret terras, quòve se reciperet, Divinæ Providentiæ se commisit, quæ illum ad Christianorum Ecclesiam perductum, Sancto Jacobo Pastori Christi & ejusdem urbis Episcopo obtulit. Ille Adolescentem Christianæ legis institutio-

ܘܠܡܢܝܢ ܕܚܢܢܝܐ ܠܟܢܘܫܐ . ܘܥܒܕ
ܚܝܠܐ ܛܒܐ ܕܐܦܪܝܡ ܡܠܐ ܘܐܪܡܘܬܐ
ܕܒܝܬ ܩܫܝܫܐ ܡܠܦܢܐ ܗܘܐ ܟܘܠܗ ܡܢ
ܐܝܠܝܢ ܩܫܝܫܐ . ܢܩܒ ܗܘܐ ܠܗܝܢ ܡܢ
ܟܝܢܐ ܐܦܪܝܡ ܕܒܠܐ ܚܫܚܐ
ܡܫܬܡܥ ܠܠܝܬܐ ܗܘܐ ܠܡܠܦܢܐ ܕܪܒܢܐ .

nibus excultum, in Catechumenorum Collegium adſcivit: quo in loco Ephræm S. Jacobi veri Paſtoris Chriſti amorem, populique univerſi benevolentiam mirificè ſibi conciliavit; ejuſdem pietatem, continentiam, & religioſæ vitæ inſtitutum omnibus demirantibus.

ܠܡܚܡܐ ܟܘܡܐ ܡܢܟܡܐ ܗܘܐ ܟܕ ܐܬܟܢܝ ܟܕܝܐ ܘܡܬܡܫܟܢܐ ܟܡܐ ܘܟܝܢ
ܘܡܥܡܫܐ ܡܢܝܚܐ ܡܢܝ ܡܚܫܒ ܐܦܫܝܩܘܬܐ ܘܡܟܝܢ ܘܡܢܝܚܐ ܕܪܡܟܝܢ . ܗܘ
ܘܒܟܝܢ ܡܫܟܢܐ ܟܘܡܐ ܐܝܟܢܐ ܕܚܝܐ ܘܡܬܠܝܢܐ ܐܠܗܝܬܐ ܡܕܝܢ ܘܟܝܢ
ܚܢܢܐ ܘܡܥܡܫܐ ܡܢܝ ܡܚܫܒ ܐܦܫܝܩܘܬܐ ܕܡܢ ܟܠܗ ܟܝܢ ܘܡܢܗ ܘܟܝܢ
ܚܝܐ ܘܟܝܢܐ ܕܡܬܡܢܐ ܡܚܬܡܢܐ ܡܚܟܝܢ ܘܡܟܝܢ ܟܘܡܐ .

Hunc vitæ curſum tenebat Ephræm; quum incitante Diabolo, infeſto bonorum operum adverſario ſcelerumque omnium machinatore, atrox in ipſum calumnia repentè conflatur. Habebat Niſibis Eccleſia Ædituum ipſi Ephræmo cognominem. Hunc Diabolus ut propudioſum crimen Ephræmo intentaret, hac via ſubornavit. Puellam Ædituus, cujuſdam Optimatis filiam, ipſo Dæmone veſani amoris faces admovente, perditiſſimè deperire cœpit. Hanc ille, opportunam nactus occaſionem, clanculùm conſtupravit; veritus tamen, nequid ex eo facto in publicum mearet, puellam admonuit, ut parentibus ſuggereret, illum Ephræm hypocritam Epiſcopi Diſcipulum, quem ipſi ceù virum probum, modeſtumque tantoperè prædicabant, ſtuprum ſibi intuliſſe. Quum itaque die procedente filiæ ventrem intumuiſſe, gravidamque eam eſſe animadvertiſſet pater, ſtuprique auctorem prodere cogeret, quæ ab Æditu o didicerat omnia exactè puella repoſuit: aureſque nacta ſecundas, in tantam invidiam odiumque Dei Servum adduxit, ut eum quaſi flagitioſum, & hypocritam multi, unàcum puellæ parentibus, apud Epiſcopum arceſſerent. Stupuit ad hæc Sanctiſſimus Paſtor, fraudemque aliquam in eo facto ſuſpi-

IV. Stuprum Ephræmo imputatur.

ܗܘܝܢ ܕܒܫܡܗ ܕܐܦܪܝܡ ܕܚܫܝܫ
ܟܕܡܘܗ ܢܫܬܡܥ . ܐܝܟ ܗܘܐ ܕܒܗ
ܟܝܢܐ ܕܡܬܟܢܝ ܗܘܐ ܐܦܪܝܡ .
ܗܘܐ ܕܒܝܬ ܡܫܟܢܐ ܗܘܐ ܡܢܝܚܐ ܘܡܟܝܢ
ܘܟܝܢ ܐܝܟ ܕܡܬܟܢܝ ܗܘܐ ܗܘܐ ܡܢ ܟܠ
ܟܝܢܐ ܕܒܝܬ ܡܫܟܢܐ ܗܘܐ ܡܢ ܟܠ ܟܝܢ
ܘܡܥܡܫܐ ܡܢ ܟܠ ܟܝܢ ܘܡܢ ܟܠ ܟܝܢ
ܘܡܬܡܢܐ ܡܢ ܟܠ ܟܝܢ ܗܘܐ ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ
ܟܠ ܟܝܢ . ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܟܠ ܟܝܢ
ܕܒܗ ܡܢ ܟܠ ܟܝܢ . ܟܕ ܡܢ ܟܠ ܟܝܢ
ܕܒܗ ܡܢ ܟܠ ܟܝܢ ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ
ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ : ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ : ܘܐܦ ܗܘܐ ܡܢ
ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ ܘܡܢ ܟܠ ܟܝܢ ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ
ܘܡܢ ܟܠ ܟܝܢ ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ
ܘܡܢ ܟܠ ܟܝܢ . ܟܕ ܡܢ ܟܠ ܟܝܢ
ܕܒܗ ܡܢ ܟܠ ܟܝܢ ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ
ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ . ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ
ܕܒܗ ܡܢ ܟܠ ܟܝܢ ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ
ܕܡܢ ܟܠ ܟܝܢ

ܩܝܡܐ ܕܠܐ ܡܕܝܢܐ ܘܒܥܐ . ܡܛܠ ܕܡܢ
ܠܐܝܢܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܡܕܝܢܐ : ܕܚܝܠ
ܘܠܐܝܢܐ ܕܠܐܝܢܐ ܩܝܡܐ ܡܢ ܡܢܝܢ
ܘܠܐ ܢܫܬܠܐ ܫܡܥܘܢܐ ܕܢܬܚܝܐ ܢܬܡܝܢ
ܘܡܢܝܢ . ܡܢܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܩܝܡܐ
ܕܩܝܡܐ ܡܢ ܡܢܝܢ ܐܝܬܝ ܠܗ .
ܕܢܢ ܡܢܗ ܘܢܐ ܫܡܥܘܢܐ ܘܒܥܐ . ܗܘ
ܕܝܢ ܡܫܬܩܠ ܩܠܗ ܘܐܡܪ ܠܐ ܡܕܡܢܐ
ܐܝܬܝ ܠܗ ܐܒܐ ܘܠܘܠܝ . ܗܘ ܕܝܢ
ܩܝܡܐ ܡܬܬܩܢܐ ܩܒܠ ܐܦܣܩܘܦܐ .
ܘܐܝܟ ܡܢ ܫܢܐ . ܡܛܠ ܕܝܢ ܠܐ
ܡܫܬܡܥ ܠܐ ܡܬܬܩܢܐ ܡܕܡ ܗܘܐ ܡܬܚܙܐ
ܘܡܝܕܥ ܗܘܐ ܡܬܚܙܝܢ ܠܟܘܡܐ .
ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܝܟܐ ܡܛܠ ܠܟܠܗ ܟܢܫܬܐ
ܕܢܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܠܟܠܗ ܟܢܫܬܐ
ܘܡܛܠ ܕܢܐ ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܐܦܣܩܘܦܐ

ܐܬܝܗܒ ܒܗ ܡܪܝܡܐ ܕܥܡܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܘܡܚܙܝܢ ܕܐܡܪ ܠܗ ܐܢܐ ܡܚܝܐ ܠܟ ܒܫܡܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܒܪܝܬ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܒܗ ܐܬܟܢܝ ܕܬܚܘܐ ܠܢ ܫܪܪܐ ܕܡܢ ܐܒܘܟ ܐܬܒܪܝܬ ܗܘܝܬ ܘܡܢ ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܒܪܝܐ ܕܐܦ ܠܐ ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܐܢܫ ܐܬܪ ܕܐܬܪ ܐܬܪ ܐܬ ܠܗ ܠܐ ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܐܢܫ ܐܬܪ ܕ

ܚܫܠܐ ܕܚܠ ܡܓܢܐ ܠܐ ܢܪܡܚܝܢ ܐܢܫܐ
ܚܟܝܢ ܡܢܚܠ ܠܡܫܚܐ ܡܚܝܢ ܘܡܚܝܢ
ܡܫܚܐ . ܩܡܡܐ ܥܡ ܡܢܝ ܐܢܫܐ
ܚܝܠ ܡܢ ܕܚܝܠ ܩܡܡܐ ܘܢܦܩ ܟܝ
ܘܢܦܩ ܠܐ ܡܢܘܢ ܡܢܝܢ ܚܝܘܢ ܚܠܘ
ܘܠܡܠܐ ܚܕܘܢ . ܡܢ ܡܟܝ ܠܗ ܚܝܠ
ܐܘܡܐ ܚܫܢܘܢ ܚܠ ܠܚܘ ܐܢܫܐ
ܡܚܝܠ ܡܢܢ ܘܢܦܩ ܚܝܠ ܚܝܘ ܚܝ
ܡܚܝ ܡܫܟܗ ܘܢܦܩ ܘܠܚ
ܘܡܚܝ ܘܡܚ ܠܚ ܠܚ . ܡܢ ܠ
ܚܝܡܐ ܡܚܝ ܡܚ : ܚܝ ܘܡ
ܡܫܟܗ ܡܢܡܐ ܠܐܢܡ ܡܚܡܗ
ܘܡܚܝܡ ܡܢ .

hebatur, quum Ephræm à Sanctissimo Pastore veniam postulat, ut per ipsum sibi liceat, muros ascendere, & inde Persas justæ imprecationis telo ferire, Episcopo annuente subit in muros, oculisque in cœlum sublatis, orat Deum, ut Culices, & Cinyphes in hostes immittat, unde Divinæ potentiæ vim & numen intelligant, nec opis illam indigam esse nostræ, quando tàm exiguo apparatu bellum conficeret. Necdum orandi finem fecerat Dei Servus, quum ex improviso collectæ undevis addensatæque nubes Culicum Cinyphumque Castris Persarum incubuere &c.

VII. Post obitum S. Jacobi, Nisibi relicta, Amidam proficiscitur.

ܚܝ ܐܝܟ ܡܢ ܚܝ ܡܢ ܡܢ
ܡܢܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ
ܡܢ ܡܢ . ܡܢ ܡܢ ܡ
1 ܡܢ ܡܢ ܡ ܡ
ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ
ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ
ܡ ܡ ܡ ܡ

Nec tamen diuturna Amidæ mora Ephræmo fuit: Edessam nempè Mesopotamiæ sacram urbem properanti: quam quum ex longinquo prospexisset, positaque in ejusdem suburbiis Monasteria fuisset contemplatus, tantam ex eo aspectu voluptatem cepit, ut nulla interposita deliberatione decreverit, nullas prætereà terras quærere, sed illo se continere loco, donec vita maneret. Alluit Edessam amnis, Daisan incolæ vocant, cujus ad ripam quum urbem propè ingressurus Ephræm constitisset, quædam [1] mulier (erant autem eo in loco complures lintea aquis purgantes) defixis in hominem parùm modestè oculis, Dei Servum aspectabat: cui indignatus ille, Itane, inquit, fœmina pudorem exuisti? quin humum, ut pudicam decet, despectas? At illa: Quin tu vir quum sis, humum despectas, qui ex humo concretus es? Ego verò si te intueor, non me pudet: ex te enim à principio desumpta fui. Mulieris sagacitatem admiratus Ephræm, cogitabat: Si hujus loci fœminæ adeò sagaces sunt, quantò sagaciores putari viros decet!

VIII. Edessam pergit.

Edessam tenebat Ephræm: ne verò desidia & inerti otio torpesceret, artificium, quo victum sibi pararet, quærebat; & quando nullum ipse didicerat, visum fuit interim operam suam cuidam Balneatori locare. Ea tempestate Edesseni plerique Idolorum insana religione tenebantur:

IX. Edessę operam dat Balneatori: & mox relicta urbe, ad proximum Monasterium se confert.

NOTA.

1 Hoc factum paulò aliter narratur à Nysseno, Sozomeno, & aliis Græcis. Addit Sozomenus lib.3. cap. 16. *admiratus mulierem Ephræm, rem ut acciderat peculiari libro exposuit: quem quidem librum doctissimi Syrorum inter præstantissimos illius libros collocarunt.* Huic mulieris acutè dicto alterum simile opponunt Maronitæ in Synaxario ipsius Ephræmi dictum ad fœminam è vicina fenestra percontantem, num præparanti obsonium aliquid deesset. Nihil prorsùs, respondit Ephræm, prętęr lapides tres, & parum luti, ut fenestram istam obstruam. Idem legitur apud Metaphrasten, qui etiam subjicit aliud in hac materia S. Ephręmi factum, quando ex Divini Numinis ubique locorum pręsentis opportuna recordatione procacis fœminę petulantiam redarguit.

quam-

quamobrem B. Ephræm ſubceſiva tempora, quæ ſcilicet à ſuſcepti laboris rationibus vacabant, ad Paganos erudiendos, & ad veritatis ſemitam revocandos conferebat. Quod quum aſſiduè faceret, caſu accidit, ut probatiſſimus Monachus ſenex dum per urbem ad ſua negotia diſcurrit, B. Ephræmum cum Pagano diſputantem audiret. Ea re ſuboſſenſus Monachus, Ephræmum rogat: Cujas es, fili? Quum autem ab illo totius anteactæ vitæ ſuæ rationem didiciſſet, adhuc inſtat: Ecquomodo fili licere tibi exiſtimas cum Ethnicis verſari, Chriſtianus quum ſis? An in ſæculo morari tibi deliberatum eſt? Cui Ephræm, nequaquam Pater. Tunc Monachus, æquum eſt ergo, fili, te quantociùs ſaluti tuæ conſulere: qua de re utile conſilium à me accipe, & in montem ad Monachos pergito, ibique alicui ex ſenioribus jungere, qui te ad virtutis Chriſtianæ perfectionem faſtigiumque manuducat. Quæ quum libentiſſimè audiſſet approbaſſetque Beatus Ephræm, ſenem ſequutus in montem ſubiit; ibique aſſumpto Monachorum habitu, in ſpeluncam ſeceſſit, ubi jejunio & orationi intentus, Divinas quoque Scripturas diù noctuque volutabat.

X. Viſio cujuſdam Monachi de Libro, quo dignum eſſe Ephræmum, Angelus clamabat.

Intereà quum nocte quadam ille Sanctiſſimus Senex, qui Ephræmum ad montem adduxerat, è cella pedem extuliſſet, Angelum [1] Domini videt

NOTA.

1 Eadem viſio narratur à Nyſſeno, & à Metaphraſte: Suppreſſo tamen nomine Origenis, & Julii Monachorum. In altera verò Syriaca Ephræmi vita, quam ſuprà retulimus, pro Julio Julianus legitur; & fortaſsè ipſe eſt Julianus Saba, cujus geſta Ephræmus noſter literis mandavit, teſte Sozomen. lib. 3. cap. 14. At Origenes in Ægypto Monachus ille eſt, quem Ruffinus in Vitis PP. lib. 2. cap. 26. & Sozomen. lib. 6. cap. 30. Diſcipulum S. Antonii vocant.

è cœlo labentem, manuque volumen, seù tomum, intus & à tergo scriptum præferentem: auditque ejusdem Angeli voces, quasi alterum Angelum alloquentis: Ecquem, putas, à me hoc libro muneratum iri? Quumque ille respondisset, Origenem arbitror Monachum in Ægyptiaca eremo morantem: Ait Angelus, qui Codicem tenebat; non hoc mandat Deus. Et rursùs, quemnam, inquit, hoc volumine dignum putas? Cui alter Angelus: Julium credo Monachum, qui in terris Aquilonaribus consedit. At ille, erras, erras: Nemo est hoc tempore, cui pro merito Codex iste debeatur, nisi Ephræm Syrus, Edesseni montis accola.

Dictis consentiunt, quæ de eodem B. Ephræm circumferuntur, & ab ipso in suo [1] Testamento paucis indicantur. Quum Ephræm puer in sinu matris jaceret, visus est adnasci ejus linguæ palmes: qui quum illicò ad cœlum usque increvisset, botrorum myriadas, acinorum autem myriadas myriadum protulit. Et racemi

XI. Visio, de Palmite, qui è lingua Ephræmi adhuc pueri enasci visus est.

NOTA.

1 Locus hìc ab Auctore citatus, habetur in Testamento S. Doctoris propè finem in Cod. Nitriensi V. quem hìc subjungimus:

Ita vos salvos & incolumes servet Deus, ut ego in iis, quæ modò sum commemoraturus, veritati nihil detractum volo. Quum me puerum in sinu gestaret mater, objecta mihi velut somnianti species vera futuri. Visus mibi palmes ex lingua pullulare mea, qui in cœlum usque assurgens, fructus innumeros continuò protulit, vimque foliorum immensam. Expandebatur enim, augebatur, protendebaturque: dilatabatur, circumferebatur, & amplificabatur. Si ex eo racemum decerperes, nequaquam imminuebatur; imò quò plures decidebantur botri, eò lætior ditiorque eorum proventus erat. Isti nempè racemi Tractatus fuerunt, istaque folia Hymni. Muneris auctor Deus extitit, ipsi pro munere suo laudes. Meminere porrò hujus etiam visionis Gregorius Nyssenus, & Simeon Metaphrastes.

qui-

ܘܟܠܗ ܡܫܟܚܐ ܡܘܕܥܐ ܘܟܠ ܡܠܬܐ.
ܐܝܟ ܡܫܟܚܐ ܕܡܕܡܪܐ ܐܝܟ ܡܠܬܐ
ܕܡܙܡܪܐ ܐܝܟ.

quidem Tractatuum indices erant, acini Hymnorum.

ܐܡܪ ܕܡܢ ܡܬܩܢܐ ܢܚܐ ܟܕ ܐܬܐ
ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܘܢܦܠ ܡܬܒܥܝܢ ܟܬܒܐ
ܕܦܫܩܐ ܡܢܗ ܒܬܦܣܝܪ ܕܒܪܝܬܐ ܘܒܬܪ
ܕܫܡܐ ܐܝܟ ܐܢܐ ܠܐ ܡܫܬܡܥ ܕܟܬܒܬ
ܕܦܫܩܬ ܐܝܟ ܕܡܢ ܡܬܩܢܐ ܕܡܪܝ ܕܒܝܬ
ܡܫܝܚܐ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܕܟܬܒ ܟܠܗ ܐܬܕܡܪ
ܒܫܘܬܐ ܕܐܝܟ ܕܡܢ ܡܬܩܢܐ ܕܡܪܝ ܕܒܝܬ
ܡܫܝܚܐ. ܗܘܐ ܕܡܬܚܙܐ ܕܐܝܟ ܕܡܢ
ܡܬܩܢܐ ܕܡܪܝ ܕܒܝܬ ܡܫܝܚܐ. ܗܠܝܢ
ܕܡܬܚܙܝܢ ܠܗ ܡܫܬܒܚܝܢ ܘܡܫܒܚܝܢ
ܠܡܪܝ ܕܟܠ ܕܝܢ ܕܐܬܝܗܒ ܠܬܪܥܝ
ܡܪܝ ܕܒܝܬ ܡܫܝܚܐ. ܗܠܝܢ ܕܡܬܚܙܝ
ܠܗ ܡܫܬܒܚܝܢ ܘܡܫܒܚܝܢ ܠܡܪܝ ܕܟܠ
ܕܝܢ ܕܐܬܝܗܒ ܠܬܪܥܝ ܡܪܝ ܕܒܝܬ
ܡܫܝܚܐ. ܗܠܝܢ ܕܡܬܚܙܝ ܠܗ ܡܫܬܒܚܝܢ
ܘܡܫܒܚܝܢ ܠܡܪܝ ܕܟܠ ܕܝܢ ܕܐܬܝܗܒ
ܠܬܪܥܝ ܡܪܝ ܕܒܝܬ ܡܫܝܚܐ. ܗܠܝܢ
ܕܡܬܚܙܝ

ܐܬܝܡܪ ܠܡܛܠ ܟܢܝܫܐ ܗܢܐ . ܩܛܝܪ ܗܘܐ .
ܘܐܦܠܓ ܥܕܬܐ ܕܟܝܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܐܢܐ
ܘܐܟܢܝܫ ܥܡ ܫܡܝܢ ܩܢܘܡܐ ܕܢܦܫܐ
ܘܒܥܕܬܐ ܕܢܢ ܡܝܢܗ . ܐܡܪ ܠܗ
ܡܠܐܟܐ . ܐܝܟܘ ܕܠܐ ܡܐܢܐ ܢܪܐ
ܕܡܢ ܬܚܬ ܡܕܝܢܬܐ : ܘܐܬܝܡܪ ܐܝܟ ܕܟܐ
ܕܡܢܘܢ ܡܪܝ ܫܡܝܐ . ܐܦܝ ܢܢ
ܡܪܝܢܢ ܡܢ ܫܠܝܛܘܬܐ ܕܢܢ ܕܫܕܝܬܐ
ܘܡܢܘܢ . ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܕܢܢ ܕܫܕܝ
ܘܡܢ

& agreſtem Eremicolam exiſtimabant. Quum verò præter omnium expectationem gratiam ipſi divinitùs infuſam, atque cœleſtem ejus ſapientiam inquiſitione facta deprehendiſſent, eamque cum pari modeſtia atque animi demiſſione conjunctam modò recognoſcerent, dici non poteſt, quantùm in ejus amorem omnes illicò exarſerint, quantumvè deinceps coluerint.

His verò attulit non leve momentum, quòd dum Ephræm in urbe procul à ſua Eremo diſtinetur, indidem ad ſua negotia Edeſſam acceſſit Monachus, Divinis, quibus frequenter illuſtrabatur, viſionibus celebris: qui quum in B. Ephræmum caſu incidiſſet, in magna populi frequentia palàm & alta voce prædicabat: Hunc, quem videbant, Monachum æternæ mentis conſilio fuiſſe deſtinatum ad omnes hæreſes evertendas, & ad purgandam Eccleſiæ aream, ſecretis ex tritico zizaniis: propterèàque ipſi accommodatum iri illa Domini verba, Ignem veni mittere in terram. Hæc & hujuſmodi alia ſubodorati olim nequiſſimi quidam ethnicæ ſuperſtitionis Patroni, adſcitis in ſocios ſceleris Hæreticis, facta manu, vi armiſque Dei ſervum aliquando adoriuntur, flagriſque peſſimè acceptum, lapidibus etiam, quum fortè ex eorum manibus dilapſus fuiſſet, penè obruerunt. Ea de cauſa ſemivivus relictus Ephræm, ſubſtitit in loco, donec aliquantiſper convaleſceret. Tùm demùm ad antiquum domicilium in montem reverſus, & opportunum otium nactus, ſermones, & Epiſtolas complures acri & vehementi ſtylo conſcripſit, quibus omnes hæreſes confutavit, & multos ea labe infectos ad Orthodoxam fidem revocavit, omnibus ejuſdem doctrinam, & prodigia, quæ ab eo patrabantur, admirantibus.

XIII. Ab Hæreticis, & Paganis plagis cæditur.

Sed

ܗܘܝܠܐ ܕܐܒܪܗܡ ܕܗܘ ܡܫܬܠܝܢ ܠܗ ܠܬܠܡܝܕܘܬܐ . ܡܢܗܘܢ ܐܢܬܝܢ ܕܫܡܗ ܕܐܒܪܗܡ ܘܐܪܡܝܐ ܕܗܘ ܡܬܩܪܐ ܕܫܡܥܘܢ ܘܐܪܘܝܐ . ܐܝܬܝܗ ܕܥܡܗ ܕܐܪܡܝܐ ܕܗܘ ܡܬܩܪܐ ܕܫܡܥܘܢ .

NOTA.

1 In Teſtamento laudat B. Ephræm hos diſcipulos, Abam, ſcilicet, Abrahamum, Zenobium, Maram, & Simeonem: rejicit verò tamquam à recta fide deficientes Paulonam, & Arovandrum, ſeù Aratorem: de quibus hæc Sozomenus lib. 3. cap. 16. *Dicitur quoque multos habuiſſe diſcipulos, qui doctrinam ejus ſtudiosè æmulati ſunt, inter quos nobiliſſimi fuerunt Abba, Zenobius, Abraham, Maras, atque Symeones: Quibus Syri, & quicumque apud Syros exquiſitioris doctrinæ ſtudioſi fuerunt, magnoperè gloriantur. Non ſecùs Paulonam, & Aranad eloquentiæ cauſa celebrant: eos tamen à vera fidei doctrina aberraſſe dicunt.* Iſaac autem hîc memoratus videtur ille, cujus meminit Gennadius de Scriptor. Eccleſiaſt. cap. 26. nam alterum Iſaac, quem idem Gennadius cap. 66. *Presbyterum Antiochenum* vocat, Diſcipulum Ephræmi haud fuiſſe, oſtendam infrà.

De Abrahamo oritur dubium, an ille ſit, cujus vitam deſcripſit Ephræmus apud Voſſium tom. 3. pag. 250. Baronius in Notis ad Martyrolog. 16. Martii, duo aſſerit: Primum, Abraham Eremitam, qui Mariam neptem ſuam ad pœnitentiam revocavit, fuiſſe Ephræmi auditorem: illum ſcilicet, cujus meminit idem Ephræmus in Teſtamento, & quem Sozomenus inter Ephræmi diſcipulos recenſet loco mox cit. quem ſequitur Roſveidus. Alterum, vitam ejuſdem Abrahæ, quæ apud Voſſium legitur, ab Ephræmo noſtro fuiſſe conſcriptam. Ad primum dico, Abraham Mariæ patruum, Ephræmi quidem ſocium & familiarem fuiſſe, non tamen diſcipulum. Ille enim, cui Ephæmus in Teſtamento bona apprecatur, vivus erat & præſens, dum Ephræm morti proximus decumberet, ut liquet ex his ejuſdem verbis: ܐܠܗܐ ܢܫܡܥ ܠܟ ܐܒܪܗܡ ܕܐܬܐ ܒܬܪܝ . ܐܦܬܚ ܦܘܡܟ ܘܐܡܠܐ ܦܘܡܝ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܐܡܠܐ ܠܦܘܡܟ . ܐܡܪ ܠܝ ܡܪܝ ܕܐܢܐ ܐܡܠܐ ܠܦܘܡܟ : *Abraham, qui veniſti poſt me, exaudiat te Deus Abraham. Statim ac os tuum aperueris, ſapientia à Domino tuo replearis: Prophetam enim dicentem audivi: aperi os tuum, & ego implebo illud.* At Abraham Mariæ patruus jam vita functus fuerat, antequam Ephræm Teſtamentum conderet, ut oſtenditur ex illis verbis apud Voſſium p. 262. *Vixit porrò Beatus Abramius alios adhuc annos decem, cernenſque ſinceram ac veram illius* (hoc eſt, B. Mariæ ejuſdem neptis) *pœnitentiam, & inſignem animi alacritatem, glorificabat, & magnificabat Deum: & ſic in bona ſenectute quievit verè Sanctus ac Servus Dei, curſumque vitæ conſummavit, quum eſſet annorum ſeptuaginta.* Quod ad ſecundum attinet, Joannes Bollandus ad diem 16. Martii, & poſt eum Pagius ad annum Chriſti 525. contendunt, Abrahamium, neptemque ejus Mariam Ephræmo noſtro duobus ferè ſæculis poſteriores eſſe, vitamque anachoreticam egiſſe non longè à Lampſaco, & à Tenea Lampſacenæ Diœceſeos ad Helleſpontum vico, uti ex Metaphraſte in ejuſdem vita colligitur: quocirca alium à noſtro fuiſſe Ephræmum exiſtimant, qui res eorum geſtas literis prodidit: nam *immenſo*, inquiunt, *terrarum ſpatio diſtat à Syria Helleſpontus, ut Ephræm Syrus, in ſola propemodùm Syria commoratus, ideòque Græcæ linguæ inexpertus, vel ex hoc capite non potuerit ſocius eſſe ac familiaris Abrahami, à litoribus Helleſponti nunquam longiùs digreſſi.* Verùm præterquamquod ipſa Abrahami & Ephræmi nomina Syris, non Græcis Monachis familiaria ſunt, ſi Abrahami Vita, quæ apud Voſſium extat, cum aliis Ephræmi noſtri lucubrationibus comparetur, palàm fit, eandem eſſe ſtyli ſimplicitatem, eadem ſenſa, eoſdem affectus. Deinde appendix illa, quam Metaphraſtes ad finem vitæ Abrahami ſubjungit, cujus initium, *Hei mihi, cariſſimi, quoniam hi quidem obdormierunt &c.* proculdubio Ephræmum ſapit, ut evolventi reliqua ejuſdem opera apparet; atque adeò videtur unus idemque Ephræmus noſter utramque conſcripſiſſe, vitam ſcilicet Abrahæ, & appendicem: alioquin nulla eſſet ratio, cur Metaphraſtes opus Ephræmi noſtri cum vita Abrahæ ab altero conſcripta conjungeret: & quamvis in Codice Græco Vaticano appendix illa deſideretur, ut notat Voſſius; extat tamen in aliis optimæ notæ manuſcriptis, quæ editionis Oxonienſis curatores publicarunt: quod argumento eſt, eam vitam unàcum appendice ab auctore quidem editam, ſed à nonnullis librariis tamquam ſuperfluam prætermiſſam fuiſſe. Prætereà verba illa Ephræmi pag. 262. *Reliquas porrò virtutes ejus alibi*, hoc eſt in alio libro, vel ſermone *deſcripſimus*, non obſcurè indicant, auctorem illius vitæ Ephræmum noſtrum eſſe, qui in alio volumine laudes Abrahæ texuerit, licet illud ad manus noſtras nondum pervenerit: nam id genus ſcriptionis Ephræmo Syro familiare fuit. Demùm Helleſponti, Lampſaci, & Teneæ nomina, in quibus tota Bollandi & Pagii conjectura fundatur, nec in ſinceris ac genuinis Abrahæ Actis, nec in Menologiis Græcorum habentur. Solus ea Metaphraſtes exhibet apud Lipom. tom. 2. cujus hac in re non debet tanta eſſe auctoritas, ut ſolo ejuſdem teſtimonio res iſta definiatur.

XIV. Diſcipuli Ephræmi.

Sed etſi ad audiendum B. Ephræmum ventitarent plurimi, inſignes tamen præ cæteris ejus diſcipuli 1 celebrantur, Zenobius Eccleſiæ Edeſſenæ Diaconus, Iſaac, Simeon, Abraham, & alii, quos conſultò

præ-

ܐܝܟܢܐ ܕܚܟܡܬܐ ܕܝܗܒ ܠܗ ܐܠܗܐ ܡܠܦ ܘܡܫܬܠܐ ܘܦܫܩܢܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܒܪܝܫ ܟܬܒܐ ܐܬܝܠܘ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܣܓܝܐܐ ܡܢ ܢܗܝܪܘܬܐ ܘܚܝܐ ܣܡܝܢ ܐܬܝܠܘ ܠܗ ܠܟܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܡܢ ܢܗܝܪܘܬܐ ܘܚܝܐ ܣܡܝܢ ܐܬܝܠܘ ܠܗ ܠܟܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܡܢ ܢܗܝܪܘܬܐ ܘܚܝܐ ܣܡܝܢ ܐܬܝܠܘ ܠܗ ܠܟܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ

prætermittimus, qui ſecundùm datam ſibi ſapientiam, ſermones, & Expoſitiones, ſeù Commentaria ſcripſerunt; & Divino lumine illuſtrati, multis mortalibus veritatis lucem, & ſempiternam ſalutem attulerunt.

ܐܝܟ ܕܐܬܝ ܠܒܝܫܦܐ ܡܠܟܐ ܕܩܦܕܘܩܝܐ ܐܬܪܝ ܕܚܙܐ ܠܗ ܠܡܪܝ ܐܝܟ ܕܗܘ ܒܪ ܚܝܠ ܘܩܢܝܐ ܕܢܚܙܐ ܠܗ ܠܡܪܝ ܐܝܟ ܕܗܘ ܒܪ ܚܝܠ ܘܩܢܝܐ ܕܢܚܙܐ ܠܗ ܠܡܪܝ ܐܝܟ ܕܗܘ ܒܪ ܚܝܠ ܘܩܢܝܐ ܕܢܚܙܐ ܠܗ ܠܡܪܝ

Percrebuerat hoc tempore Baſilii Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopi fama. Inde vehemens deſiderium B. Ephræmum ſubjit, tantum Virum inviſendi. Verùm antequam itineri ſe committeret, Deum rogabat, ut quantus qualiſque vir eſſet Baſilius, ipſi planum faceret. Annuit votis Deus, & oranti Ephræmo oblata eſt è regione Altaris ſpecies columnæ altitudinis immenſæ, adeò ut jungeret cœlum terris, voceſque ſonuere in hæc verba: Qualem vidiſti columnam igneam, talem credito eſſe Baſilium. Iſtud oraculum deſiderium videndi Baſilium, quo dudùm Ephræm ardebat, vehementiùs accendit. Diſtulit tamen in Cappadociam iter, dum alterum ad Ægyptios monachos cogitat. In Ægyptum itaque tranſmiſſurus, navim conſcendit, adſcito in ſocium itineris ex ſuorum auditorum numero Græcæ linguæ interprete. Jamque in altum proceſſerat, quum inhorreſcens mare, paulatim attolli, majoreſque in ſingula momenta ciere fluctus: creſcebatque tempeſtas luctantibus inter ſe ventis, & aquarum montes ad ſidera attollebantur, & cum eiſdem navis, quæ ſtatim dehiſcente unda ad ima deprimebatur. Quumque eſſet omni conatu potentior calamitatis moles, deliberabant nautæ, maris arbitrio ſe committere, haud dubio naufragio. Hic B. Ephræm ſocios vicinæ mortis metu conſternatos animadvertens, bono animo eſſe jubet. Fratres, ajebat, exuite metum: ſalvos & incolumes vos eſſe omnes jubet Deus. Qui Beati Pauli navim incolumem præſtitit,

XV. Columnam igneam, S. Baſilii ſymbolum, videt, & in Ægyptum proficiſcitur.

ſtitit, noſtram quoque procul dubio ſervabit. At Nautæ quantum, qualemque virum ſecum veherent ignorantes, & humili deſpectoque corporis habitu decepti, Dei ſervum velut hebetem & fatuum deſpiciebant. Ephræm miratus Sociorum metum, ut qui exiſtimarent nullum ipſis à Deo præſidium in præſenti periculo fore, diſpanſis manibus ad Deum exorandum ſe convertit: mox pelagus adoritur: Tu verò, inquit, obmuteſce: ſic jubeo per Jeſum Chriſtum, qui tempore ſalutaris diſpenſationis ſuæ ſuo te verbo coërcuit. Vix dum dixerat, quum venti, qui in averſos & contrarios curſus navim rapuerant, turbaverantque mare, utrumque deſtituere ſimul omnes: tempeſtatemque ſæviſſimam pax ſubita conſequuta eſt. Quæ quum præter omnium ſpem accidiſſent, nautæ, & quicumque eadem navi vehebantur mercatores aliique epibatæ, maxima admiratione perculſi, ad pedes ſervi Dei procubuere, omnium ſalutem in eo uno poſitam exiſtimantes. Tu nos, ajebant, haud dubio naufragio hodie eripuiſti. Ex hoc facto incredibile eſt, quantùm creverit B. Viri apud omnes admiratio: quam etiam mirum in modum auxit alterum oſtentum. Nam quum ſecundis ventis aliquos dies navigaſſent, ecce monſtrum horrendum bellua marina infeſto curſu in navim invadit. Ea res quum omnes ingenti metu trepidationeque concuſſiſſet, S. Ephræm obviam monſtro factus, illi ſignum Crucis oppoſuit. Continuò bellua diſrumpitur, & cadaver exangue fluitare cœpit. Sic ingentem metum atque conſternationem admiratio par, & exultatio excepit; ad rei novitatem cunctis ſtupore defixis, & exundantem non ſatis animi lætitiam capientibus. Quocirca Deo ſoſpitatori gratias egere eò majores, quòd paucis poſt diebus portum incolumes omnes tenuerunt.

XVI. Peſoïs Abbatis colloquio in deſerto Nitrienſi fruitur.

Tùm demùm ſociis valedicens Ephræmus, Ægyptiacam Eremum, quod jamdudùm habebat in votis, petere, monachoſque ibidem morantes viſere conſtituit. Antinum ergò urbem progreſſus, indigenis viam præ-

ܡܢܗܝ ܕܡܬܡܢܐ ܐܝܟ ܕܥܒܕܘ ܠܗܘܢ ܡܢ
ܡܠܐܟܐ ܕܡܬܡܢܘܬܐ ܘܡܬܡܢܐ ܕܐܝܟ 1
ܬܡܢܝ ܕܡܬܡܢܐ ܡܢܝܢ ܕܠܐ ܕܡܬܡܢܐ
ܘܐܝܟ ܡܢ ܕܡܢ ܕܠܐ ܕܡܬܡܢܐ ܘܡܟܝܠ .
ܡܢܗܝ ܕܡܬܡܢܐ ܐܡܬܐ ܘܐܡܬܐ ܘܡܬܡܢ
ܐܝܟ ܕܡܬ ܘܐܠܗܐ ܐܬܐ ܕܡܬܡܢ . ܠܐ
ܡܢܝ ܐܝܟ ܡܢܝܢ ܕܡܬܡܢ ܡܬܡܢܘܬܗ
ܠܐ ܡܢܝܢ ܐܝܟ ܡܢ ܕܡ ܕܐܝܟ ܡܬܡܢܘܬܗ .
ܡܢܐ ܕܡ ܕܡ ܐܠܗܐ ܐܬܐ ܕ
ܕܡܬܡܢ ܘܡܬܡܢ ܡܬܡܢܘܬܗ ܠܐ ܡܢ
ܐܝܟ ܡܬܡܢܘܬܗ . ܡܬܡܢܐ ܕܐ
ܠܐ ܡܬܡܢ ܕܡܢܝܢ ܕܡ ܡܢ ܐܝܟ
ܘܐܝܟ ܕܡ ܕܐ ܘܐܠܗܐ ܐܬܐ

praemonstrantibus, Eremum unàcum comite & interprete ingreditur. Monachum ibi à Deo electum Pesoën 1 quodam abditum in specu reperit. Sed quum nec Pesoës linguam Syriacam, nec Ephræm Ægyptiacam didicisset, utrique divinitùs concessum est quod petebant, ut Pesoës quidem Syriacè, Ephræm Ægyptiacè expeditissimè loqueretur. Dici non potest, quantâ animi lætitiâ B. Ephræmus S. Pesoïs aspectu & colloquio affectus fuerit, memor accepti in montibus Edessæ oraculi, futurum scilicet, ut ipse parem in cœlo cum Pesoë mercedem reportaret. Porrò Ephræm cum Pesoë ad septem dies commoratus est, altero alterius congressu magnoperè proficiente.

NOTA.

1 De S. Pesoë consule Palladium in Hist. Lausiaca cap. 15. qui Præsæum illum appellat, & Esaiæ Abbatis fratrem fuisse indicat. Ejusdem res gestas fusiùs narrant Copti in Synaxario ad diem 8. Abib. Beati tamen Ephræmi cum S. Pesoë congressus nec Palladius, nec ullus alius, quod sciam, meminit. Ex Palladio loco cit. & Nicephoro lib. 9. cap. 11. colligimus, Pesoën in deserto Nitriensi habitasse, & fortassè ad lacum, à quo ob copiosissimum nitri proventum eidem deserto nomen inventum est. Eo enim in loco indigenæ monstrant hoc tempore Ædem, quam S. Pesoïs Cœnobium appellant; & Palladius quidem in historia Esaiæ & Pesoïs narrat, alterum quidem opes suas pauperibus erogasse, alterum verò ad Cœnobium condendum contulisse. Uter autem ipsorum Monasterium construxerit, non indicat. Locum videre mihi contigit, quum Nitriensem solitudinem peragrarem, atque alterum Cœnobium S. Mariæ Syrorum non longè ab eo positum, in quo angustissimam cellulam mihi Monachi monstrabant, atque in ea S. Pesoën habitasse dicebant. Locum appellant معبد *Oratorium*, atque alio nomine, & quidem aptissimo, مصلب *locum Crucis* S. Pesoïs: tanta est cellulæ angustia. Cæterùm S. Ephræmi in desertum Nitriæ adventum testatur lapsa per manus à majoribus ad posteros fides, cujus argumentum esse possunt, quæ communi indigenarum voce circumferuntur de arbore, quæ in prædicto Syrorum Monasterio hoc tempore spectatur. Arbor est Platano nec proceritate nec foliis admodùm absimilis. Tamarindum accoiæ vocant, de qua Botanicos consule apud Matthiolum. Hanc porrò arborem defixo in terram B. Ephræmi baculo germinasse Ægyptii memorant. Quod etsi fortassè verum non est, aliquam tamen de S. Ephræmi in Ægyptum adventu ad incolas à majoribus suis famam manasse ostendit.

Antinum, seù Antinoum urbem, cujus hoc loco meminit Auctor vitæ S. Ephræmi, diversam esse credo ab altera cognomine Thebaidis civitate, quam hodie Arabes انصنا *Ansine* dicunt. Nam illa longè distat à deserto Scetensi, seù Nitriensi, & à mari Ægyptiaco: hæc verò, ex qua Ephræmus in Eremum se contulit, non multùm inde abesse videtur, maximè quum è Syria in Ægyptum navigantibus, & ex maritimis Ægypti locis ad desertum Scetense tendentibus occurrat. Quare propè Alexandriam, unde brevis est in Sceten & Nitriam trajectus, positam fuisse conjecto, atque eandem esse cum ܐܢܛܘܢ *Anton*, cujus situm indicat Thomas Heracleensis Episcopus Germaniciæ in adnotatione ad Evangeliorum Codicem, qui extat in Biblioth. S. Augustini de Urbe: ܐܬܬܝܢ ܠܗ ܡܢ ܬܪܝܢ ܣܦܪܐ ܕܐܢܛܘܢ ܒܡܕܝܢܬܐ ܪܒܬܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܕܒܝܬ ܡܢܙܠܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܢܛܘܢܝ ܗܘ ܕܐܬܬܝܠܕ ܒܫܘܩܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܕܡܨܪܝܐ ܕܐܬܬܝ ܠܗ ܡܢ ܡܪܝ ܒܟܬܒܐ ܕܩܕܡ ܬܪܝܢ ܣܦܪܐ ܕܝܘܢܐ ܕܐܬܬܝ ܠܗ ܡܢ ܡܪܝ ܒܟܬܒܐ ܕܩܕܡ ܬܪܝܢ ܣܦܪܐ ܕܝܘܢܐ ܕܐܬܬܝ ܠܗ ܡܢ ܡܪܝ ܒܟܬܒܐ ܕܩܕܡ ; *Collatus est posteà studiosissimè à me paupere Thoma ad tria exemplaria Græca valdè accurata correctaque, in Anton magnæ Urbis Alexandriæ in Monasterio S. Antonii.* Qui locus intelligi non potest de Antinoo Thebaidis, quæ longissimè distat & ab urbe Alexandria, & à Monasterio S. Antonii; sed vel de Pharo ejusdem Alexandriæ, vel de suburbio quodam, ubi Antonianorum Monachorum asceterium prædicti Thomæ ævo conditum fuerat.

ܡܫܬܡܥܝܢ ܕܐܝܟ ܕܐܢܐ ܐܬܐ ܠܟ ܡܢ ܡܪܝܐ ܕܐܠܗܐ ܕܐܢܬ ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܕܐܢܬ ܡܬܬܠܝ ܠܗ ܕܐܢܬ ܡܬܬܠܝ ܠܗ ܕܐܢܬ ܡܬܬܠܝ

ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܥܒܕ ܐܠܗܐ ܠܒܪܢܫܐ ܕܢܬܥܢܝ ܠܗ ܡܢ ܗܢ

1 ܘܦܝܫܐ ܡܢܢ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܡܢܗܝܢܢܐ
ܘܡܥܡܘܢܢܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܟܟܝܢܐ
ܡܫܘܢܝܐ ܐܝܟܢ . ܡܝܢܘ ܡܢܢ ܘܒܥܡܪ
ܡܥܒܪ ܡܢܢ ܐܦܪܝܡ ܟܝܢܐ ܡܢܢܐ .
ܡܢܥܒܪ ܐܝܟܢܐ ܕܡܥܒܪܢ ܠܗ ܠܡܪܝܐ
ܟܝܢܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܡܫܘܚܐ
ܘܟܝܢܐ ܡܢܢܐ ܟܝܢ ܐܦܪܝܡ ܟܝܢܐ
ܘܟܝܢܐ ܡܢܢܐ ܟܝܢ ܐܦܪܝܡ ܟܝܢܐ
ܕܡܫܘܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܟܝܢ ܐܦܪܝܡ ܘܥܠ
ܕܝܢ ܡܢܢ ܟܝܢ ܡܢܟܝܢ . ܡܢܢ
ܐܝܟܢܐ ܕܡܫܘܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܟܝܢ ܐܦܪܝܡ
ܟܝܢܐ ܘܦܝܫܐ ܡܢ ܐܦܪܝܡ . ܡܢܢ

Ephræm, & Diaconatus [1] Chirotoniam, seù Sacræ Ordinationis formulam recitasset, apprehensâ ejusdem manu sic eum Syriacè compellat: Jube, Domine, assurgere. Cui B. Ephræm Græcè: Salva me Domine, & gratiâ tuâ suscita me, Deus. Ita Græci sermonis notitiam Beatus Ephræmus, Basilio, à quo id postulaverat, intercedente, assequutus est; & Basilius vicissim, Ephræmo orante, Syriacè loqui didicit: qui etiam Beati Ephræmi discipulum per manus impositionem Sacerdotii honore honestavit.

ܟܝܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܟܝܢ ܐܦܪܝܡ ܟܝܢ ܐܦܪܝܡ ܟܝܢ ܐܦܪܝܡ

ܡܫܬܡܥܝܢ ܕܡܬܬܪܥܫܝܢ ܠܗ ܠܡܠܬܐ ܕܬܘܣܦܬܐ ܕܬܪܝܨܘܬ ܡܠܬܐ ܕܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܪܝ ܐܝܟ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܗܘܐ ܡܫܬܡܥ

ܐܝܟܢܐ ܕܐܬܝܠܝ ܡܢ ܩܣܪܝܐ ܕܩܦܕܘܟܝܐ ܠܡܫܪܝܬܐ ܕܫܡܘܣܛܐ ܘܥܡ ܬܠܡܝܕܝ ܗܘܝܢ ܕܐܙܠ ܠܡܫܪܝܬܐ ܕܫܡܘܣܛܐ ܕܐܬܪ ܕܦܪܬ ܡܢ ܩܕܡ ܐܝܟ ܕܥܠ ܬܪܝܢ ܐܬܪ ܕܐܬܝ ܠܬܘܟ ܡܕܝܢܬܐ ܕܦܪܬ ܘܡܢ ܩܕܡ

1 ܡܢܗ ܕܡܥܡܕܐ ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܡܝܐ ܕܚܝܐ ܕܒܟܝܢ. ܡܢܝ ܫܠܝ ܒܟܪܘܬܐ ܘܒܚܝܐ ܕܡܬܩܢܝܢ ܘܕܡܬܩܢܝܢ ܕܡܬܩܢܝܢ ܘܕܡܬܩܢܝܢ ܕܡܬܩܢܝܢ ܕܡܬܩܢܝܢ

1 ܕܒܥܕܝܢ ܗܘܐ ܩܐܡ ܡܪܝܐ ܟܝܬܪܐ
ܕܟܠܗ ܡܘܣܝܩܐ ܕܫܪܝܪܐ ܕܟܠ ܡܢܝܢ
ܕܡܘܣܝܩܐ ܗܘܐ ܡܫܪܝ ܠܗ ܠܟܠ ܡܢ ܕܒܥܐ
ܠܡܫܡܥ

1 ܗܘܐ ܕܗܘܐ ܒܗ ܡܚܝܠܐ ܘܩܝܡܐ ܠܒܪܝܐ
ܠܘܟܝ ܘܟܝܠܐ ܘܡܢܗ ܠܐܝܬܝ ܠܝ ܟܠܡܐ ܕܝܗܒ
ܠܡܣܟܢܐ ܐܝܟܢܐ ܕܥܒܕ ܠܗ ܛܝܒܘܬܐ ܥܡܗ .
ܡܢܘ ܠܗ ܠܡܣܟܢܐ ܕܢܗܘܐ . ܐܡܪ
ܠܗ ܡܪܝܐ . ܘܐܡܪ ܠܗ . ܡܪܝ ܐܢܬ ܡܨܥ
ܠܝ ܠܡܣܟܢ . ܐܡܪ ܠܗ : ܩܘܡ ܐܢܬ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝ .
ܗܘ ܩܡ ܟܝܢ ܐܡܪ ܠܗ ܕܢܗܘܐ . ܐܦ
ܡܢܝ ܕܚܘܫܒܢ ܡܬܩܠܠ ܡܢܝ . ܘܩܡ
ܐܝܟܢܐ ܕܢܗܘܐ ܗܘܐ ܕܢܚܘܢܗ ܐܡܪ .
ܕܚܙܘ ܘܡܢܝ ܡܚܙܐ ܡܬܩܠܠ ܡܢܝ
ܟܠܗ ܘܟܠܗ . ܕܢܚܘܢܗ ܩܡ ܗܘ
ܕܚܙܘ ܠܗ ܠܡܣܟܢܐ ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܕܢܚܘܢ .

Sub hæc ferè tempora Paralyticus quidam mendicus ad valvas Ecclesiæ S. Thomæ in eadem urbe 1 jacebat, qui B. Ephræmum intuitus, ex more stipem petiit. At ille, Aurum, inquit, & argentum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. Vis sanus fieri? Cui Paralyticus. Utique Domine, siquam potes, ferto opem misero propter Dominum. Tùm verò Ephræm apprehensâ manu paralytici, In nomine, inquit, Domini Nostri Jesu Christi surge. Extemplò Paralyticus, qui & claudus fuerat, in pedes constitit, Deo immensas gratias egit: quique prodigium illud viderunt, vel aliis narrantibus cognoverunt, Dei potentiam prædicarunt.

XXV. Paralyticum curat.

ܕܢܚܘܢ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܬܘܪܝܐ . ܘܠܐ ܒܥܐ ܡܢܗ ܠܡܬܩܠ .

ܡܢ ܟܠܗ ܕܢܚܘܢ ܐܪܒܥ ܗܘ ܕܢܚܘܢ ܡܢ
ܕܢܚܘܢ ܕܢܚܘܢ : ܒܚܕ ܗܘ ܕܢܚܘܢ
ܕܢܚܘܢ ܠܘܡ ܡܬܬܝܗ ܠܬܠܡܝܕ
ܘܠܟܘ ܐܙܠ ܐܡܪ ܠܝ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܢܗܘܐ . ܘܐܙܠ
ܠܟܘ ܡܢ ܕܢܚܘܢ ܠܡܪܝ ܡܪܝ ܕܢܚܘܢ
ܡܫܝܚܐ ܕܗܘ ܕܢܚܘܢ ܕܢܚܘܢ ܕܢܚܘܢ
ܡܫܝܚܐ ܕܗܘ ܕܢܚܘܢ ܕܢܚܘܢ ܕܢܚܘܢ
ܕܢܚܘܢ ܕܢܚܘܢ

creare mihi dudùm deliberatum eſt. Quas adversùm ſe molitiones quum Ephræm divinitùs edoctus fuiſſet, comperto mox legatorum in urbem adventu, habitâque ab iiſdem de ipſo inquiſitione, fatuum hominem inſanumque, immutato ad fucum faciendum totius corporis habitu, præſentare occœpit: tantum illi metum Sacerdotii honor incuſſerat. Legati Ephræmum velut energumenum, aut fatuum, ſalivâ in barbam indecorè diffluente, amentium more per compita vicoſque urbis diſcurrentem contemplati, hominem deſpexere; eoque relicto in patriam re infecta rediere, ut tantùm quæ viderant, de S. Ephræmo Baſilio renunciarent. Auditis legatis ingemuit Baſilius, obortiſque lacrymis, Vos, inquit, filii, fatui eſtis: contrà Ephræm, quem velut pretioſiſſimam gemmam cunctis mortalibus incognitam atque abditam mundus hactenus ignoravit, Deo ſapit, & ſpiritualis Philoſophus eſt, atque perfectiſſimè doctus, cœloque carus.

XXVII. Varia ejus ſcripta, ac præſertim de Juliano Apoſtata, & Edeſſenorum conſtantia.

Intereà Ephræm varias elucubrationes dictabat, quibus orbem terrarum implevit. Nam per eadem tempora carmina publicavit de urbe Niſibi, de S. Jacobo, de Conſtantino Imperatore, de calamitatibus ſui temporis ab irato Deo ad mortalium correptionem immiſſis: de captivitate & excidio pagorum, atque Monaſteriorum ſuburbanorum ejuſdem urbis. Quibus adjecit hymnos de Sancta Semonithe, & de filiis ejus Machabæis: deque Sanctis Samona, Guria, & Habibo, qui Edeſſæ martyrio coronati fuerunt. Carmen quoque conſcripſit de perſecutione impii Juliani adversùs Eccleſiarum Paſtores: ad Juliani enim tempora Ephræm pervenit, quo in carmine me-

ܘܠܡܫܕܪܘܬܗ ܕܐܕܬܐ ܕܐܕܘܡ ܡܢܗ ܗܘܬ ܠܗ ܕܢܦܠ ܠܬܚܬ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܕܘܡ ܕܐܬܐ ܠܗ ܠܡܫܕܪ ܠܗ ܠܐܠܗܐ ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܕܥܒܕ ܠܗ ܠܐܠܗܐ ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܕܥܒܕ ܠܗ ܠܐܠܗ

Quæ quum Imperatori nunciaſſet, ille vehementiſſimè indignatus: Ad meum, inquit, è Perſide reditum illi pœnas dabunt. Inter hæc Jovinianus venit Edeſſam clam impio Principe, oravitque in Eccleſia Deiparæ ante ipſius imaginem, cui per totam noctem oranti, plorantique oſtenſum eſt, impium Julianum capitali ſententiâ ociùs plexum iri: quod illius orthodoxi Principis jacentem animum erexit, mirumque in modum recreavit.

XXVIII. Cæſareenſem fœminam pœnitentem, ad Baſilium remittit.

Pacatis iis, quas expoſuimus, artibus Edeſſæ rebus, diſſipatâque cœnoſa errorum caligine, B. Ephræm in montem ſubiit, inque ſeceſſum, quem anteà tantoperè adamarat, ſe reſtituit. Tùm verò accidit, ut quædam Cæſareæ nobilis fœmina à flagitioſa vita aliquando reſipiſceret. Sed etſi præteritorum ſcelerum illam etiam atque etiam pœniteret, ea tamen ut Magno Baſilio [1] fateretur, nunquam adduci potuerat: tantus ſcilicet ex recordatione flagitiorum ſuorum pudor & perturbatio mulieris mentem animumque pervaſerat &c.

XXIX. Baſilii Magni obitus.

Ut verò B. Ephræm de S. Baſilii obitu [2] nuncium accepit, dici non poteſt, quàm acerbo mærore inde affe-

NOTÆ.

1 Reliqua vide in Vita Baſilii Magni per Amphilochium ſcripta apud Roſveidum. Eadem narrantur in Synaxario Coptorum ad diem 15. Abib.

2 Hic de morte S. Baſilii quædam interponenda ſunt, ut ea, quæ de morte S. Ephræm ſequuntur, meliùs intelligantur. S. Gregorius Nyſſenus epiſt. ad Olympium docet, Baſilium Magnum Cæſareenſi præfuiſſe Eccleſiæ annis octo, & nono inchoato obiiſſe. Amphilochius ejuſdem Baſilii obitum conſignat anno quinto Valentis & Valentiniani: nimirùm anno Chriſti 368. Combefiſius verba Amphilochii intelligenda eſſe contendit non de quinto Imperii Valentis anno, ſed de quinto Conſulatu ejuſdem, qui in annum Chriſti 376. incidit: alioquin, ut rectè obſervat Baronius, obiiſſet Baſilius, antequam Epiſcopatum adeptus fuiſſet, quem, eodem Baronio teſte, ab anno 369. auſpicatus eſt, vel ut alii volunt, ab anno 370. Quare communior Scriptorum ſententia

ܐܠܐܠܗܝܢ ܕܠܐ ܡܬܚܫܘܫܐ ܕܐܠܗܐ ;
ܡܢܗܘܢ ܡܢ ܫܠܝܡܘܬܐ . ܡܫܬܡܥ ܠܐ
ܐܠܗܐ ܐܠܐ ܡܫܬܒܚ ܒܟܠܗ ܟܠܐ
ܡܫܒܚܬܐ . ܘܥܒܕ ܠܗܘܢ ܡܠܐܟܐ
ܕܡܫܬܒܚܬܐ .

affectus fuerit, cogitans, ipsius oves tanti Pastoris conspectu orbatas fuisse: quamquam Pastore suo nequaquam destitutas fuisse dicendum est, quando omnibus ille mortalibus precibus suis adest. Scriptis itaque in ejus laudem carminibus hymnisque, sui doloris acerbitatem utcumque lenire conatus est.

ܗܘ ܡܕܡܐ ܐܚܬܐ ܕܪܥܒܐ ܩܦܬܐ ܘܟܠ
ܟܠܝܘܬܗ . ܡܥܒܕ ܕܪܥܒܐ ܠܒܝܬܐ ܡܢ
ܐܠܗܐ ܡܫܬܡܥ ܠܒܘܟܝܗ ܘܡܬܚܢܢ . ܐܠܐܠܗܝܢ
ܚܝܠ ܠܐ ܫܒܩ ܐܠܐ ܕܢܦܩ
ܡܢܗ ܟܠܗ ܡܢ ܫܡܥܬܗ
ܘܬܪܥܐ ܒܥܐܠܗ ܠܐܚܪܢ ܡܬܚܢܢ .
ܡܫܒܩ ܠܐܘܪܚ ܡܬܪܐ ܚܡܪ ܚܡܝܢ ܡܢ .

Intereà atrox Edessam corripuit fames. Quod quum B. Ephræmo nunciatum fuisset, pauperum cogitans in ea annonæ difficultate afflictationem & angustiam, vehementer commotus est: nec ampliùs eo carcere, in quem ipse se ultrò conjecerat, contineri potuit, quin relicto gratissimo secessu ad periclitantis plebis opem accurreret, vitamque suam pro Dei obsequio prodigeret. Edessam [1] itaque ingressus, viros locupletes adortus est &c.

XXX. Fami pauperum Edessenorum consulit.

ܡܫܬܡܥ ܡܕܡܐ ܚܝܠܬܐ ܘܦܥܠܐ
ܕܡܪܝܢ ܒܗ ܡܥܒܕܢ ܚܝܘܬܗ
ܠܡܫܬܡܥܝܢ ܒܗ . ܡܥܒܕ ܒܗ ܫܘܩܐ
ܠܟܠ ܒܢܝܢܫܐ . ܡܬܚܙܐ ܒܗ ܫܘܩܐ
ܕܟܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܡܬܚܙܐ ܒܗ
ܡܫܬܡܥ ܠܐ

universo Clero, & populo, ad tumulum elatum fuit. Convenêre etiam ad funeris pompam laudabilis chorus, & benedictum agmen Anachoretarum, [1] Stylitarum, & Cœnobitarum, à quibus conditum fuit B. Ephræmi corpus cum pompa, & honore Sanctorum in Cœmeterio, sicut ipse Dei servus mandaverat. Interjecto tamen aliquo temporum spatio rursùs ejus corpus inde elatum, sub Ecclesia ipsius collocatum fuit: quo tempore ex ejus ossibus suavis odor vitæ efflavit, cunctis impertiens fidelibus salutem & jucunditatem. Accidit obitus B. Ephræmi die 15. Junii. Oramus, ut illo pro nobis suffragante, unâcum S. Basilio & omnibus Sanctis, intercedente

NOTA.

1 Quum Stylitas nominat Auctor noster vitæ Ephræmi, non intelligit eos Monachos, qui secundum propriam hujus vocis significationem Stylitæ dicuntur, sed significat quoscumque alios religiosos Viros, qui eorum Monachorum, qui posteà Stylitæ dicti sunt, disciplinam aliqua ratione expressérant: nam veri Stylitæ longè post Ephræmum florere cœperunt: de quorum Antesignano Symeone Theodorus Lector histor. Eccl. lib. 1. sic scribit: *Symeon oriundus fuit ex vico Sisan, qui primus standi in columnâ exercitationem excogitavit*. Ex hoc loco colligitur, Vitæ S. Ephræm Scriptorem, illi nequaquam fuisse æqualem, sed post Stylitarum tempora scripsisse, & ex sui temporis moribus B. Ephræmi exequias æstimasse & narrasse.

Cæterùm quo B. Ephræm mortuus sit anno, & quo die, non conveniunt Scriptores Syri. In laudata ejus Vita dicitur obiisse die 15. Junii. Auctor prioris vitæ ejus obitum refert ad diem 9. Junii, anni Græcorum 684. Christi 372. ubi tamen singularem sequitur computum, Christum natum affirmans anno Græcorum 312. nam totidem annis distat annus Christi 372. ab anno Græcorum 684. Idem legitur de obitu Ephræmi in Codice Syriaco Vaticano XXXIX. pag. 44. ܫܢܬ

ܐܬܝܡܪ ܬܪܝܢ ܫܡܫܐ ܒܐܝܪܚܐ ܕܢܝܣܢ ܒܗ ܫܢܬ ܫܬܝܢ ܘܫܬܝܢ ܐܠܦ ܘܫܬܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܫܬܝܢ :

Sanctus Ephræm Magnus decessit die 9. Junii, anno Græcorum 684. Confirmat hæc Auctor Chronici Edesseni, cujus verba sunt: ܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܫܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܐܬܝܡܪ ܒܗ ܢܝܣܢ ܒܬܫܥܐ ܒܝܪܚܐ ,

Anno 684. mense Junio, die nona, migravit ex hoc sæculo Sanctus Ephræm doctrina celeberrimus. At Dionysius Jacobitarum Patriarcha in Chronico fol. 51. pro nona Junii die habet decimam nonam: sic enim scribit: ܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܫܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܐܬܝܡܪ ܒܗ ܢܝܣܢ ܒܥܣܪܬܐ ܒܝܪܚܐ ,

Anno 684. obiit S. Ephræm Doctor die 19. Junii. Qui Græcorum annus respondet vulgari Christi Epochæ 373. Ex mente verò Dionysii, & Scriptoris Chronici Edesseni, incidit in annum Christi 375. nam illi volunt, Christum natum anno Græcorum 309.

Hanc Syrorum de anno obitus Ephræmi opinionem conciliare nullo modo queas cum laudatis Auctoribus, qui Basilii mortem ad annum 376. vel 378. referunt. Certum tamen est, eum ultrà mensem Junium anni 378. vitam nequaquam produxisse: nam decessit, Hieronymo teste, sub Valente Imperatore, qui mense Augusto ejusdem anni interiit. Præterea quum Dionysius in Chronico scribat, paulò post S. Ephræmi obitum Catholicos ab Arianis ex Edessæ Ecclesiis fuisse ejectos, idque Theodoretus & Sozomenus asserant contigisse sub Valente, (nec enim credibile est, Arianos sub Theodosio ejus successore, Principe ipsis infensissimo, talia ausos fuisse,) manifestè consequitur, S. Ephræmum ad annum 379. nequaquam pervenisse. Quare rejiciendum omninò est id, quod in Anthologio ab Antonio Arcudio publicato legitur, Ephræm, scilicet, temporibus Theodosii Magni floruisse: Theodosius enim imperare cœpit mense Januario anni 379. quatuor integris post Valentis interitum mensibus. Hinc etiam obitus S. Basilii tempus colligitur: quum enim compertum sit, eum ante S. Ephræmum vivere desiisse, manifestum fit, ultrà annum 378. ejus mortem nequaquam esse promovendam.

etiam

ܘܠܡܪܝܡ ܐܡܗ ܕܐܠܗܐ ܡܫܝܚܐ ܕܢܬܚܢܢ
ܠܢ ܒܗܕܐ ܥܠܡܐ ܘܒܥܬܝܕܐ ܢܬܚܙܐ
ܠܢ ܪܚܡܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܕܟܠܗ
ܥܠܡܐ ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܐ ܐܡܝܢ ÷

etiam Sanctissima Virgine eâdem & matre Deipara omnium Christianorum gloria, misericordiam in hoc sæculo & in futuro consequamur, Amen.

XXXII. Ejusdem memoria in Ecclesia Orientali, & Occidentali.

Colunt Ephræmi memoriam, Græci quidem ac Maronitæ die 28. Januarii, ut in Synaxario; licet in Kalendario Syriaco impresso Romæ anno 1622. ejus festum ad præcedentem diem ex Typographorum fortasse oscitantiâ referatur. Latini die 1. Februarii. Jacobitæ die 28. Januarii, 19. Februarii, 8. Martii, 14. Maji, & 15. Junii, ut notatur in Kalendario in MSS. Codicibus Syriacis Vaticanis XXV. & XXVI. Demùm Nestoriani Feria VI. post Dominicam quintam ab Epiphania, in qua Doctorum omnium Syrorum, & in primis Ephræmi commemorationem celebrant, ut in Codice Amidensi I.

In Missa quoque, & in Horis Canonicis quotidie apud Maronitas, unâ cum S. Jacobo Sarugensi Divus Ephræm laudatur: ad Vesperas quidem sub metro S. Jacobi, illis verbis: ܘܒܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܦܪܝܡ ܐܝܟ ܙܡܪܬܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ: *Recolatur memoria Sancti Ephræm, cytharæ Spiritus Sancti.* In Missa verò, quum Doctorum Ecclesiæ fit commemoratio, ubi iisdem etiam verbis à Jacobitis sic celebratur: ܡܕܝܢ ܡܪܝܡ ܩܕܝܫܐ ܕܐܦܪܝܡ ܩܠܝܢܐ ܕܥܡܘܕܐ ܕܥܕܬܢ ܩܕܝܫܬܐ: *Et Sanctum Jacobum, & Sanctum Ephræm, ora eloquentissima, & columnas Sanctæ Ecclesiæ nostræ.* Et jure quidem merito: nam ex horum duorum Doctorum scriptis magna ex parte Syriacus Ritus consurgit.

XXXIII. S. Ephræm Hebraici, Græci, & Ægyptiaci sermonis haud ignarus.

Haud ullum, præter vernaculum, idest, Syriacum sermonem calluisse Ephræmum, asserunt Tillemontius tom. 8. pag. 743. & Gulielmus Cave in Histor. Liter. tom. 1. pag. 133. ejusque opinionis auctores faciunt Theodoretum lib. 4. cap. 26. & Sozomenum lib. 3. cap. 16. Verùm nec Theodoretus, neque Sozomenus de *Græco sermone* ibi loquuntur, sed de *Græcorum sapientia*, seù institutione, vel eruditione, qua Sanctum Ephræm caruisse volunt. Præterea Nyssenus in Encomio, Amphilochius in Vita Basilii, Metaphrastes in Vita Ephræmi, & Syri omnes docent, eum precibus Basilii Magni donum Græcæ linguæ obtinuisse: idque donum in Ephræmo permansisse, colligitur ex ejusdem scriptis: nam in commentar. in Jonam, versionis Græcæ septuaginta Interpretum meminit, ut infrà notabimus: & apud Vossium tom. 2. Græcos Patres se legisse demonstrat, dum Irenæum pag. 51. citat, & D. Antonii Vitam per S. Athanasium scriptam pag. 79. Ægyptiacè quoque loquutum fuisse, & nonnihil scripsisse, vidimus suprà in Syriaca ejusdem Vita num. XVI. & XVII. Sed nec in lingua Hebraica omninò hospitem fuisse, infrà ostendemus.

XXXIV. Testimonia Auctorum de scriptis Ephræmi.

Scripsit Ephræmus plurima, tàm ligatâ, quàm solutâ oratione omne genus doctissima opera: sed ascetica, & adhortatoria, ausim dicere, nemo Patrum uberiùs, nemo suaviùs tractavit. Quin, & sermones ejus peculiarem habent gratiam, teste Sozomeno lib. 3. cap. 16. & Hieronymo de Scriptor. Eccles. cap. 115. ut in Græcam linguam translati, acumen sublimis ingenii, orationis splendorem, & sententiarum densitatem retineant. In quibus jure se admirari scribit Photius in Bibliotheca Codic. 196. *Quàm altè in hominum animos penetret persuadendi vis, quantùm fluat jucunditatis, quàm deni-*

denique affectuum copiâ referti sint.

Gregorius Nyssenus citat Disputationes Ephræmi cum Novato, & Apollinario: Opuscula etiam de Pœnitentia, de moribus, de rectis vitæ institutis, de Caritate, de Virginitate, de Judicio extremo: Cunctos denique Sacri Textus libros exposuisse, testatur his verbis: *Nam omnem, & antiquam, & novam Scripturam assiduo studio, ut quivis alius, studiosè versavit, accuratèque ad verbum est interpretatus, & ab ipsa procreatione mundi usque ad postremum gratiæ librum, quæ abdita, quæque arcana, & recondita erant, spiritus adjutus lumine, commentariis illustravit.*

Hieronymus in Catalogo de Scriptor. Eccles. *Ephræm*, inquit, *Edessenæ Ecclesiæ Diaconus multa Syro sermone composuit, & ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem Scripturarum publicè in quibusdam Ecclesiis ejus scripta recitentur. Legi ejus de Spiritu Sancto Græcum volumen, quod quidam de Syriaca lingua verterat: & acumen sublimis ingenii, etiam in translatione cognovi.*

Gennadius de illustribus Scriptoribus cap. 66. Isaacum Presbyterum testatur, ruinam Antiochiæ planxisse, eo auditores imbuentem sono, *quo Ephræm Nicomediæ lapsum.*

Laudatus Auctor Syrus vitæ Ephræmi narrat, ipsum præter alia plurima, edidisse Commentaria in Genesim, & Exodum. Scripsisse etiam adversùs Bardesanem: de Nisibi, & Sancto Jacobo: de Constantino Magno: de flagellis sui temporis, & de vastatione oppidorum, locorum, ac Monasteriorum circa Nisibin: de Martyribus Machabæis: de Samona, Guria, & Habibo martyribus Edessenis: de Juliano Apostata, & excitata ab eodem in Christianos persecutione: de laudibus Edessenorum: de Basilio Magno: de Nativitate Domini: de Baptismo ejusdem, & Jejunio, ac reliquis Salutaris Dispensationis mysteriis: de Martyribus: de Pœnitentia: de Defunctis: & Testamentum.

Philoxenus Mabugensis, seù Xenaias Episcopus Hierapolitanus in Libro de Uno ex Trinitate incarnato & passo, Cod. Nitrien. XXVI. sententiam suam pluribus Ephræmi testimoniis confirmat. Adducit autem hæc Opera: Fol. 123. 132. Hymnum, cujus initium, ܩܪܒ ܠܫܘܚܐ ܕܦܘܡܐ : *Appropinquavit gratia oribus blasphæmorum.* Fol. 123. ܡܕܡܪܐ ܕܠܛܘܪܐ : *Carmen de Latrone.* Fol. 123. 132. ܡܕܡܪܐ ܕܨܠܘܬܐ *Carmen de Precibus.* Ibidem ܡܕܡܪܐ ܕܫܪܒܥܬܐ ܕܨܠܘܬܐ : *Carmen undecimum de Precibus.* Ibid. ܡܕܡܪܐ ܕܠܘܬ ܗܘ ܕܟܬܝܒ ܒܪܫܝܬ ܗܘܐ ܡܠܬܐ : *Carmen in illud, In Principio erat Verbum*: ex quo multa describit. Fol. 124. à tergo, ܬܘܡܐ ܕܥܠ ܝܗܘܕܝܐ ܘܠܗܪܣܝܬܐ : *Tomum adversùs Judæos, & Hæreses.* Fol. 126. à tergo, & 132. terg. ܥܘܕܬܐ ܕܥܠ ܥܕܬܐ : *Odas de Ecclesia.* Fol. 126. à terg. & 129. : ܥܘܕܬܐ ܕܥܠ ܝܠܕܘܬܐ *Odas de Nativitate.* Fol. 130. ܠܬܐ ܕܥܠ ܬܐܘܡܐ ܕܫܠܚ ܐܨܒܥܗ : *De Thoma, qui digito suo tetigit.* Fol. 132. terg. : ܡܕܡܪܐ ܕܠܘܬ ܢܝܩܘܡܕܝܐ *Carmen de Nicomedia.* Ibidem. ܡܕܡܪܐ ܕܥܠ ܗܝܡܢܘܬܐ : *Sermonem de Fide.* Fol. 133. ܬܘܡܐ ܕܥܠ ܫܗܕܐ ܢܨܝܒܝܢ *Tomum Martyrum Nisibenorum.* Ibid. ܥܘܕܬܐ ܕܠܘܬ ܝܘܠܝܢܘܣ ܩܕܝܫܐ *Ode de Juliano Saba.* Ibid. ܩܠܐ ܕܥܘܕܬܐ : *Cantum, seù Tonum, Sponsa Regis.*

Joan-

Joannes Maro Patriarcha Antiochenus in Tractatu adversùs Nestorianos, & Monophysitas, qui inscribitur, ܟܬܒܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܝܡܢܐ, *Libellus Sanctæ Fidei*, quatuor ex Ephræmo affert loca: nimirùm, ܡܢ ܡܕܡܪܢܐ ܕܫܘܚܬܐ *Ex carmine de Precibus*. ܡܢ ܡܕܡܪܢܐ ܕܒܪܝܬܐ ܕܡܪܢ, *Ex carmine de Domino Nostro*. ܡܢ ܫܒܚܬܐ ܕܫܪܪܐ ܕܡܪܢ, *Ex Odis de Nativitate Domini Nostri*. ܡܢ ܫܒܚܬܐ ܕܐܝܡܢܐ, *Ex odis de Fide*. Horum secundus locus, qui *de Domino Nostro* inscribitur, ille ipse est, cujus initium apud Philoxenum, ܩܪܒ ܠܦܘܡܗ ܕܟܦܪܐ : *Appropinquavit gratia oribus blasphæmorum*.

Moyses Barcepha Episcopus Beth-Ramanensis in Tractatu de Paradiso Terrestri, quem Andreas Masius Latinum fecit, testimonio Ephræmi, maximè in Genesim, frequenter utitur.

Salomon Episcopus Bostrensis in libro Apum cap. 28. Cod. Ecchellensi XVII. laudat tredecim Ephræmi carmina de Joseph Patriarcha, his verbis: ܡܬܠܝܢ ܕܡܫܬܡܥܝܢ ܠܗܝܢ ܕܡܠܬܐ ܕܝܘܣܦ ܩܕܝܫܐ : ܐܝܟ ܕܡܠܬܐ ܡܢ ܐܦܪܝܡ ܩܕܝܫܐ ܕܥܒܕܘܗܝ ܡܕܡܪܢܐ ܠܝܠܕܘܬܗ ܥܕ ܡܘܬܗ ܕܝܘܣܦ ܩܕܝܫܐ : ܡܕܡܪܢܐ ܠܝܫܢܐ ܠܝܠܕܘܬܗ ܕܝܘܣܦ ܩܕܝܫܐ : ܘܠܚܕܝܬܐ ܕܝܘܣܦ ܩܕܝܫܐ : *Quoniam autem multi historiam beati Joseph longo sermone prosequuti sunt, cujus etiam gesta omnia à puero usque ad mortem beatus Mar Ephræmus sermonibus duodecim complexus, decimum tertium de ossium ipsius translatione adjunxit; ideò nos Actis ejus fusiùs perscribendis supersedimus.*

Dionysius Barsalibæus è Jacobitarum sectâ, Amidæ in Mesopotamia Episcopus, in suis commentariis in Evangelia Codice Syriaco Vaticano XLI. & Cod. nostro XVI. sæpè laudat Ephræmi commentaria in Textum Evangeliorum: de quibus in Præfatione ad Marcum sic loquitur:

ܬܐܬܝܢܘܣ ܬܠܡܝܕܗ ܕܝܘܣܛܝܢܘܣ ܦܝܠܣܘܦܐ ܘܡܪܛܘܪܐ ܕܐܬܟܬܒ ܡܢ ܐܪܒܥܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܡܫܠܡ ܩܪܝܠܗ ܬܫܥܐ ܕܐܝܢܐ : ܗܘ ܡܫܠܡ ܘܡܫܠܡ . ܡܠܦܢܐ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܩܕܝܫܐ : ܗܢܐ ܕܐܬܟܬܒ ܡܢ ܐܦܪܝܡ ܗܘ ܕܗܘ ܫܪܝܬܗ ܕܡܠܬܐ ܕܝܘܣܦ ܩܕܝܫܐ : ܘܠܚܕܝܬܐ ܕܝܘܣܦ ܩܕܝܫܐ : *Tatianus Justini Philosophi ac Martyris Discipulus, ex quatuor Evangeliis unum digessit, quod* Diatessaron *nuncupavit. Hunc librum Sanctus Ephræm commentariis illustravit.* Et infrà. ܡܢ ܐܦܪܝܡ ܗܘ ܗܘ ܫܪܝܬ ܠܝܠܕܘܬܗ ܕܝܘܣܦ ܩܕܝܫܐ : *Sanctus quoque Ephræm, ordinem Diatessari sequutus, Evangelium explanavit.*

Idem testatur Gregorius Bar-hebræus, vulgò Abulpharagius, Episcopus Tagritensis, in libro, quem ܥܘܪܐ ܕܪܙܐ *Horreum mysteriorum* inscripsit, quo totam Sacram Scripturam brevissimis notis dilucidat: ubi Præfatione in Matthæum sic de Ephræmo scribit: ܡܢ ܕܐܬܟܬܒ ܒܫܘܡܠܐ ܕܥܠ ܡܠܬܐ ܕܝܘܣܦ ܩܕܝܫܐ ܕܐܬܟܬܒ ܡܢ ܐܦܪܝܡ ܩܕܝܫܐ ܕܐܬܟܬܒ ܡܢ ܐܦܪܝܡ ܩܕܝܫܐ : ܘܠܚܕܝܬܐ ܕܝܘܣܦ ܩܕܝܫܐ : ܡܢ ܐܦܪܝܡ ܩܕܝܫܐ : ܕܐܬܟܬܒ ܡܢ ܐܦܪܝܡ ܩܕܝܫܐ : ܕܐܬܟܬܒ ܡܢ ܐܦܪܝܡ ܩܕܝܫܐ : ܕܐܬܟܬܒ ܡܢ ܐܦܪܝܡ ܩܕܝܫܐ : ܕܐܬܟܬܒ ܡܢ ܐܦܪܝܡ ܩܕܝܫܐ :

ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܫܬܡܫܢܐ ܕܥܠ ܫܡܥܘܢ ܡܓܘܣܐ ܘܥܠ ܡܪܩܝܘܢ ܘܥܠ ܐܦܝܩܘܪܘܣ ܘܥܠ ܬܫܒܘܬܐ ܕܝܘܠܝܢܘܣ ܩܕܡܝܐ ܘܬܫܒܘܬܐ ܕܡܬܝܠ ܕܐܦܝܣܛܘܠܐ ܕܩܠܝܣܝܐ ܘܥܠ ܬܫܒܘܬܐ ܕܡܬܝܠ ܕܐܦܝܣܛܘܠܐ ܕܐܦܝܣܛܘܠܐ ܕܐܦܝܣܛܘܠܐ

nes, *Opuſcula*, ab Ephræmo ſecundùm ordinem Alphabeticum conſcripta, inſtar Lamentationum Jeremiæ, aut Pſalmorum 33. 110. & 118. nimirùm, eâ ratione, ut primus Verſus, ſeù Stropha, initialem habeat literam Aleph, ſecundus Beth, tertius Ghimel, & ſic de reliquis: Cujuſmodi generis compoſitionibus plena ſunt Divina Syrorum Officia.

Fateor, vocem Syriacam ܣܝܡܐ *Siome*, qua Hebedjeſu hìc utitur, pro Punctis Vocalibus uſurpari ſolitam à recentioribus Grammaticis Syris, ut Elia Niſibeno, Joanne Bar-Zugbi, Gregorio Barhebræo, Georgio Amira, & Iſaac Sciadrenſi: hoc tamen loco nec ſenſus commoditas id patitur, nec Hebedjeſu ipſe Puncta Vocalia deſignat, qui eâdem voce pro *compoſitionibus*, ſeù *ſcriptis* uſus fuerat ſuprà in eodem Catalogo pag. 42. in hæc verba: ܗܠܝܢ ܕܒܝܬ ܣܝܡܐ ܕܡܠܦܢܐ ܕܡܪܝܐ ܕܡܬܬܢ ܠܡܬܚܙܝ ܠܗܘܢ ܕܡܪܝ ܣܘܪܝܐ: *Nunc autem recenſitis Patrum Græcorum* Compoſitionibus, *recenſere aggrediamur* Compoſitiones *Patrum Syrorum*.

Abulbarcatus Ben-Cabarus Preſbyter Ægyptius Monophyſita, in libro Arabico, cui titulus: مصباح الظلمة وايضاح الخدمة *Lampas tenebrarum*, & *Declaratio Officiorum*, Par. VII. de Patrum Scriptis, eos Ephræmi Sermones laudat, quos habemus in Codice noſtro Arabico VIII. Sic enim ſcribit: مار افرام السرياني الراغب له كتاب الميامر والمواعظ المشهور الذى فيه تدرس الابا الرهبان المتوحدون وعددها خمسون ميمرا وباخره مديحه رثاه بها غريغوريوس اخو باسيليوس يذكر فيها مناقبه وشرف محبته: *S. Ephræm Syrus*, *Vir deſideriorum*, *habet celeberrimum Sermonum & Adhortationum Librum*, *qui Patrum Monachorum*, *Anachoretarumque manibus teritur*. *Sunt autem Sermones omnes numero quinquaginta*: *ad quorum calcem extat Gregorii fratris Baſilii in eundem Ephræmum Encomium*, *quo Gregorius virtutes & præſtantiam Ephræmi prædicat*.

Syri Ephræmo duodecim millia carminum tribuunt. Copti quatuordecim millia: ſic enim legunt in Synaxario ad diem 17. Abib: ووضع مقالات وميامر كثيرة جدا وقد وجد فى بعض النسخ ان الذى قاله بروح القدس اربعة عشر الف قول: *Scripſit autem ſermones & carmina plurima*. *In quodam Exemplari notatum reperimus*, *ſummam ſermonum omnium*, *quos per Spiritum Sanctum edidit*, *eſſe quatuordecim millia*. Photius Cod. 196. *Supra mille orationes*. Idque non de verſibus intelligendum eſt, qui ex quinque, vel ſex, aut ſeptem, vel duodecim ſyllabis conflati ſunt, ſed de Hymnis, ſeù Carminibus integris plures verſus continentibus; alioquin opera Ephræmi omnia vix centum folia implerent, quum verſus ejuſdem breviſſimi ſint, & ſeptem ſyllabis ut plurimùm conſtent. Nec laudati Auctores cuncta Sancti Doctoris ſcripta iis verbis complexi ſunt; ſed carmina dumtaxat: nam ille ſoluta quidem oratione non pauca ingenii ſui reliquit monumenta, ut commentaria in Scripturam, & Epiſtolas aliquot. Verſuum autem Ephræmi numerum Sozomenus loco cit. prodit, his verbis: *Dicitur porrò circiter tricies centena verſuum millia in univerſum ſcripſiſſe*.

XXXV. Numerus carminum S. Ephræm.

Ex ejus ſcriptis prodierunt Syriacè, *Canticum de Amore ſapientiæ*, cujus initium ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ ܡܠܦܢܐ *Deus largire doctrinam*, quem Latinè edidit Voſſius tom. 2. pag. 8. *Pſalmus*, qui recitatur a Maronitis ad Matutinum, ܢܗܘܪܐ ܕܐܬܝܠܕ ܠܙܕܝܩܐ *Lux*, *quæ orta eſt juſtis*. *Hymni duo de Nativitate Domini*, quorum unus incipit ܟܠܗܘܢ ܡܥܕܢܝܐ ܕܗܐ ܝܘܡܐ *Vigiles hodie en gaudent*: alter verò, ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܗܘ *Sub Rege illo*. *Hymnus de*

XXXVI. Ephræmi Opera, quæ Syriacè, Arabicè, Latinè, aut Græcè prodierunt.

de Ecclesia, cujus initium, ܡܢ ܗܘ ܕܢܬܪܚܡ ܠܗ ܠܡܪܝܐ *Quis adeò longanimis est*. Extant autem in Libro Tyronum, in Officio Feriali, & in Festivo Maronitarum. Jacobitæ rejiciunt ab Ephræmo Psalmum illum, *Lux quæ orta est justis*, eumque Theodoro Mopsvesteno adscribunt, ut contendit Auctor Encomii Arabici in Jacobitas Cod. ms. Collegii Maronitarum de Urbe fol. 64.

ܘܬܐܘܕܘܪܘܣ ܐܚܝܗ ܕܢܣܛܘܪܝܘܣ ܕܡܪܝܡܘܬܗ ܕܡܫܡܫܝܢ ܒܨܠܘܬܗܘܢ ܒܫܘܪܝܐ ܕܝܠܢ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܐܠܐ ܡܙܡܪܐ ܕܫܡܝܐ ܡܣܦܪܝܢ ܫܒܚܐ ܠܐܠܗܐ : ܘܠܐ ܡܫܬܡܥ ܐܠܐ ܡܙܡܪܐ ܕܐܝܬܝܗ ܕܐܬܪܐ ܗܢܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܐܠܐ ܡܙܡܪܐ ܕܫܡܝܐ ܡܣܦܪܝܢ ܫܒܚܐ ܠܐܠܗܐ :

Et Theodorus, Nestorii ex sorore nepos: cujus Psalmum hodiè canunt Maronitæ in orationibus suis, nimirùm, Lux quæ orta est justis, *omittentes verum ac proprium illius loci Psalmum, qui est*, Cœli enarrant gloriam Dei. Verùm omnia exemplaria disertum Ephræmi nomen exhibent; nec Psalmo isto quidquam continetur, quod Theodori, aut Nestorii hæresim sapiat: imò quum scriptus sit sermone Syro nitidissimo, arguitur, eum à Theodoro prorsùs alienum esse, qui lucubrationes suas Græcè dumtaxat edidit.

Arabico idiomate prodiit elegantissimus Ephræmi sermo de Judicio extremo, in Libro, cui titulus: شبيه *Hebdomadarium*, seù, السبع صلوات الليلية والنهارية *Septem Orationes Nocturnæ & Diurnæ*: cujus initium, يارب ذكرت تلك الساعة فخفت : *Domine, recordatus sum illius horæ, & timui*. Extat apud Vossium tom. 1. num. 85. Init. *Recordatus sum diei illius, atque contremui*.

Latinè è Syriaco edidit Abraham Ecchellensis *Canticum Ephræmi de Nativitate Domini, & Dialogum Beatæ Mariæ Virginis cum Magis*: quæ extant Syriacè in Officio Festivo Maronitarum de Natali Domini.

Latinè è Græco edidit Gerardus Vossius Opera Ephræmi in tres Tomos digesta, quorum Primus continet Tractatus, seù Sermones LXXIV. Secundus Sermones LXIII. Tertius Sermones XXXIV. Omnes summatim CLXXI. quos à Riveti calumniis eruditè defendit Tillemontius to. 8. pag. 746. Ex his pauca quædam Syriacè habemus in Codicibus Nitriensibus: plura verò Arabicè in Codice nostro Arabico VIII. quem ex Oriente adveximus, & in alio Codice Arabico, qui nuper transcriptus fuit ex antiquo Exemplari Bibliothecæ S. Petri in Monte Aureo.

Græcè prodierunt Ephræmi Sermones CVI. Oxoniæ anno Domini 1709. qui ferè omnes per Vossium Latinè editi fuerant, & magnâ ex parte habentur in nostro Arabico exemplari, ut infrà notabimus. His addi potest brevis Ephræmi Oratio, quæ à Græcis in Quadragesima ad singulas horas recitatur, incipitque: *Domine dominator vitæ meæ, aufer à me spiritum tarditatis &c.*

Demùm Græco-Latinè quatuor hi sermones: I. *De Cruce*, apud Gretserum pag. 1594. II. *Laudatio in Basilium*, in Monumentis Cotelerii tom. 4. pag. 54. III. *De miraculo per B. Clementem facto*, inter Sanctos Patres Cotelerii pag. 837. IV. *De Resurrectione, & Judicio*, in Monumentis Cl. Viri Laurentii Zacagnii, Bibliothecæ nostræ olim Præfecti.

Porrò falluntur, qui Ephræmo adjudicant omnes Hymnos, qui in Divinis Syrorum Officiis sub ejusdem nomine occurrunt: nam hi non semper Ephræmi sunt, sed ad normam Rithmi Ephræmitici, qui septem syllabis constat, elaborati, cujus specimen vide apud Nironum Evopl. par. 1. pag. 51. Hujusmodi est Hymnus ille, quem Latinè exhibet Card. Bona Liturg. lib. 1. cap. 9. de quo Tillemont. tom. 8. pag. 758.

XXXVII. Ephræmus omnibus ferè metri Syriaci generibus usus. Heptasyllabum tamen eidem potissimùm tribuitur. Non autem omnia, quæ sub ejus nomine apud Syros circumferuntur, adscribenda ipsi sunt.

Errant

Errant quoque, qui unum dumtaxat carminum genus, videlicet, septem Syllabarum, Ephræmo tribuunt. Nam ejusdem Hymnos modò quatuor, modò quinque, & sex, vel septem, & interdum duodecim syllabis constare, patet ex Codicibus Nitriensibus. Prætereà ex iisdem Codicibus liquet, Ephræmi versus nonnunquam similiter desinere, sæpiùs numerum syllabarum in ipsis dumtaxat attendi, modò æquales semper syllabas in singulis versibus habere, modò inæquales, idest, quosdam versus tetrasyllabos esse, alios pentasyllabos, aut hexasyllabos, aut heptasyllabos, vel dodecasyllabos, prout metri ratio exigit, quum Ephræmus nullum ferè omiserit Rithmi genus, quo non usus fuerit, compositionem modorum à Bardesane, & Harmonio mutuatus.

Hallucinantur etiam, qui Ephræmum asserunt excogitasse versus heptasyllabos, Narsetem hexasyllabos, Balæum pentasyllabos, & Jacobum Sarugensem tetrasyllabos ter repetitor, vel dodecasyllabos: nam longè ante hos Auctores jam Syri Carminibus hujusmodi utebantur, ut Bardesanes, & Harmonius. Id etiam indicant Toni, seù Rubricæ Cantuum, ad quos Cantica Ephræmitica, & alia referuntur, tamquam ad rem priorem, & magis notam. Tribuuntur itaque versus heptasyllabi Ephræmo, quia hoc metri genere frequentiùs usus est: & sic de Jacobo, Balæo, & Narsete. Ob hanc rationem nullum peculiare metri genus Isaaco Doctori adscribitur, quia Ephræmitico rithmo scripsit.

Atque hìc notandum est, Opera Rithmica Ephræmi alia vocari Syris ܡܡܪܐ *Mimre*, alia ܡܕܪܫܐ *Madrosce*. Primi generis sunt Carmina septem syllabarum, æquales versus habentia, eum ferè in modum, quo Carmina heroica Latina: nam ܡܡܪܐ *Mimro* significat apud Syros, *Orationem*, *Homiliam*, *Sermonem*, & *Carmen*. Secundi verò generis sunt versus ex pluribus strophis conflati, instar Odarum Latinarum, qui aliquando ex æqualibus pedibus constant, aliquando ex diversis, & inæqualibus: Vox enim ܡܕܪܫܐ *Madroscio*, sonat *Disputatio*, *Quæstio*, *Meditatio*, *Hymnus*, & *Ode*. Ex his autem quidam absolutè dicuntur ܡܕܪܫܐ *Madrosce*, *Hymni*, *Odæ*, vel ܚܢܝܬܐ *Hunioto*, *Cantica*, vel ܫܒܚܬܐ *Sebloto*, *Gradus*, *Scalæ*: alii nuncupantur ܩܠܐ *Kole*, *Voces*, *Toni*, *Cantus*: qui differunt à *Madroscis*, seù *Hymnis*, quòd, dum Cantus, seù Toni in Ecclesia recitantur, præmitti illis solet ex scriptura versiculus quidam selectus, scilicet, ex Psalmis, vel *Gloria Patri*: secùs Hymnis.

XXXVIII. Quæ Ephræmi Opera in nostris Codicibus habeantur.

Sed quum tot, ac tam varia sint Ephræmi Opera, nullibi tamen aut omnia, aut suo ordine habentur. Et quidem Græca lingua plures ejusdem sermones, ab editis diversi in Bibliotheca Vaticana adhuc latent, de quibus infrà.

Ægyptiacè habetur sermo unus in Codice nostro XVII.

Arabicè extant sermones quatuor in Codice Beræensi I. Sermones duo in Codice Vaticano XLV. & XLVI. Sermones quinquaginta in Codice nostro Arabico VIII. Sermones duo suprà quinquaginta in Cod. nuper descripto ex Bibliotheca Sancti Petri Montis Aurei. Et Commentaria Arabica in Genesim, & Exodum in Codice nostro Carsciunico I.

Syriacè habentur in Nitriensibus Codicibus Hymni plùs quàm quadringenti, videlicet, de Nativitate Christi 15. De Paradiso 15. De Ecclesia 52. De Virginitate 51. De Fide 87. De Hæresibus 56. Cantus Defunctorum 31. Hymni Parænetici & Paracletici de Defunctis 59. Carmina varia heptasyllaba 54. & Testamentum.

Extant

Extant etiam ſoluta oratione in Codice noſtro Syriaco III. Commentaria in totum ferè Teſtamentum Vetus: in Codice autem Nitrienſi VI. brevis expoſitio in Geneſim, & Exodum.

Prætereà in Codice Syriaco Vaticano X. pag. 122. exhibentur Hymni ejuſdem quadraginta, quibus titulus hujuſmodi præfigitur:

ܣܩܠܐ ܕܡܪܝܐ ܕܐܦܪܝܡ ܩܫܝܫܐ
ܕܥܒܕܘܗܝ ܡܢ ܣܘܪܝܐ :

Scalæ Hymnorum, quos edidit Sanctus Doctor Ephræm: Ubi loco cit. hæc legitur adnotatio: ܡܢ ܣܩܠܐ ܕܡܪܝܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܦܪܝܡ : ܠܐܦܝ ܡܐܐܐ ܕܗܢܘܢ ܕܒܗ ܣܝܡ ܡܪܝܐ ܠܐ ܕܟܬܒ ܐܠܐ ܠܡܪܝ ܩܫܝܫܐ ܕܐܦܪܝܡ ܕܥܒܕ ܠܗ ܕܟܬܒ ܠܗ ܕܟܬܒ ܠܗ ܕܟܬܒ ܠܗ :

Ex quingentis à Sancto Ephræmo conſcriptis Scalis, non aliæ tempore noſtro celebres ſuperſunt, præter iſtas quadraginta, quas præ manibus habemus, & quas ſcribere aggredimur. Hoc autem ordine in laudato Codice Scalæ Ephræmi referuntur. Primo loco ponuntur Strophæ de B. Virgine: deinde de Martyribus, & Sanctis: mox de Pœnitentia: denique de Defunctis. Poſt hos aliquando de Cruce, vel de Communi Sanctorum, vel de Reſurrectione Domini, aut aliis ſalutaris Diſpenſationis myſteriis &c. quæ omnia ſub uno, eodemque Tono continentur: & ex his aliquando duæ, aut tres Strophæ ex Ephræmo ſunt, aliquando una, & alicubi nulla, ſed ad ejuſdem tonum concinnatæ, qui literis rubris in titulo prænotatur. Unde colligere licet, Ephræmum longè plura ſcripſiſſe, quàm quæ in noſtris Codicibus habentur.

XXXIX. Recenſio Operum Ephræmi.

Cæterùm in recenſendis S. Doctoris Operibus, ordinem manuſcriptorum noſtrorum ſervandum duximus, licet eadem, quoad fieri potuit, ad certa capita reducere conati ſimus. Syriacas verò lucubrationes Arabicis præmittimus, tùm quia is fuit patrius Ephræmi ſermo; tùm etiam quia opera quæ Arabicè extant, ferè omnia Aſcetica ſunt, atque adeò in unum locum commodè conjiciuntur. Quæ autem inedita ſunt, nullo ſigno notamus: quæ edita, ad Voſſianam, vel Oxonienſem editionem conferimus. Prætereà notas temporis, quæ unicuique Codici præfixæ ſunt, veluti venerandæ antiquitatis teſtes, ſuo loco tranſcribimus. Ex operibus verò S. Doctoris pauca quædam decerpta identidem exhibemus, tùm ut rerum varietate lectori faſtidioſo gratificemur; tùm ut ex paucis planum fiat, quàm immeritò Heterodoxi Opera S. Ephræmi rejiciant, & quàm præpoſterè Orthodoxi nonnulli de ejuſdem eruditione ſenſerint, dum affirmarunt, eum *magis piè, quàm doctè* ſcripſiſſe. Hi nimirùm, quum Aſceticas dumtaxat Ephræmi lucubrationes vidiſſent, quas Voſſius & Ambroſius Camaldulenſis è Græco Latinas fecere, exiſtimarunt ipſum ne limina quidem Theologiæ ſalutaſſe. Heterodoxi verò Voſſianam verſionem, utpotè telum ſuis ſectis infeſtum, frivolis cavillationibus retundere tentarunt, ut dicerent, vel ea opera à Græcis recentioribus Ephræmo ſuppoſita fuiſſe, quum illa vis, & ſublimitas quam veteres operibus Ephræmi tribuunt, in ipſis nuſquam appareat; vel ab Ambroſio & Voſſio, hominibus Romanę Cathedræ addictis, mala fide ad captandam Romanorum Pontificum gratiam fuiſſe confecta, aut interpolata. Dabunt utrique, ſpero, manus, poſtquam majorem Voſſianæ editionis partem in vetuſtiſſimis noſtris Codd. extare compererint; & præter illa adhuc multiplices ejuſdem S. Doctoris tractatus, & doctiſſima in totam ferè Scripturam commentaria: in quibus præter acumen ſublimis ingenii, orationis ſplendorem, ſententiarum denſitatem, affectuum copiam, & perſuadendi vim, quæ

Rivet. lib. 3. cap. 21.

Bellarmin. de Script. Eccleſiaſt.

quæ Hieronymus, Sozomenus, & Photius laudarunt, præclaram etiam eruditionem & doctrinam mirabuntur, negligentem quidem & incomptam; verùm habet negligentia majestatem. Demùm ad calcem hujus Capitis visum est operæ pretium subtexere syllabum Operum omnium Ephræmi, quæ Syriacè, vel Arabicè habemus: in eo tamen rerum ordinem, non Codicum sequemur.

XL. Syriaca Ephræmi Opera.

Opera S. Ephræm, quæ Syriacè extant.

I.

Commentaria in Scripturam.

Commentaria in Scripturam.

EXPOSITIO Ephræmi in Testamentum Novum, cujus meminerunt Barsalibæus & Barhebræus locis suprà citatis, nondum ad nostras manus pervenit. Commentariorum verò in Testamentum Vetus tres Codices nacti sumus: Nitriensem unum num. VI. Alterum Syriacum III. quem ex Oriente adveximus: Tertium denique Carsciunicum I. hoc est, Arabico quidem sermone, sed literis Syriacis exaratum. Et Nitriensis quidem atque Carsciunicus Codices continent Expositionem in Genesim & Exodum: nulla tamen in eis extat temporis nota. In nostro verò Syriaco Codice hæc notantur fol. 383. ܗܠܝܢ ܕܥܒܝܠܐ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܐܝܟ ܕܟܬܒܗ ܒܟܬܒܐ ܕܝܢ ܕܡܠܘܬܗ ܕܟܬܒ ܒܟܬ ܚܕ ܕܣܝܡ ܫܠܡܐ ܕܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܒܥ ܡܐܐ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܐܦܣܩܦܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܡܬܩܪܐ ܐܦܣܝܣ ܕܒܐܬܪ ܕܡܪܝ ܡܪܝ ܡܪܝ ܕܡܬܪܦܠܝܛܐ ܕܩܣܛܢܛܝܢ ܕܒܗ ܕܫܡܥܘܢ ܡܢܚܐ ܕܡܪܝ ܡܢܣܘܪ ܘܡܢ ܕܫܗܕܐ ܕܫܒܥܐ ܕܒܐܬܪ ܕ

وَاسْمَتَا مَدْبَرِ مَدْبَرِ لَاوْسِ كَلْقَسِ
مَاوَدْحَمْدَا . مَدْهَمْ وَبِ مَدْهَمْحَانَهْ
كَهْوَا كَلْقَسِ مَاهْمَتْمَدَا مَعْهَسِ .

Summa Expositionis Veteris Instrumenti, Sancti Ephræmi quidem 5600. *Sancti verò Jacobi Edesseni in Pentateuchum, in Job, unàcum reliquis Scholiis, quæ in hoc Codice sparsim habentur*, 2860. *Summa autem Pauli Apostoli, Matthæi & Joannis Evangelistarum, quæ omnia ferè commentaria sunt Joannis Chrysostomi, licet pauca quædam ad alios etiam pertineant*, 2400. *Summa omnium* 10860. Summa hoc loco ab Amanuensi deducta, non Versiculorum Scripturæ est, sed Scholiorum Interpretum.

In scriptura hujus Codicis maximè notandæ sunt quinque Vocalium Syriacarum figuræ ad similitudinem Græcarum efformatæ, quæ Punctorum loco vocibus lectu difficilioribus apponuntur. Harum inventor fuisse perhibetur Theophilus Edessenus Maronita, qui decessit anno Hegiræ 169. idest, circa annum Christi 791. teste Gregorio Barhebræo lib. 9. Chronicorum, apud Abr. Ecchellensem Not. in Catalogum Hebedjesu p. 180. Nam quum ille Homeri versus è Græco Syriacos faceret, ambiguas voces Vocalibus Græcis notavit: nimirùm α apposuit pro A: ε pro E: ο pro O: ι pro I: & υ pro V: quod punctandi genus omnes deinde Syri, Nestorianis exceptis, amplexi sunt. Antiquissimam hujus scripturæ formam exhibet Codex noster frequenter; sed potissimùm in Commentariis Ephremi in Hosee fol. 133. 134. ubi quinque Vocalium figuræ apparent; nempè, O in voce وَسْعَدَا fol. 133. à tergo lin. 1. V in voce حَسَا fol. 134. lin. 30. A, & E in voce وَبْحَا ibid. lin. 32. I demùm in voce وَمَدْحَمْ fol. 134. à tergo lin. 27.

Atqui noster Codex, ut suprà vidimus, scriptus fuit Edessæ anno Christi 861. nimirùm, anno ab obitu Theophili septuagesimo: Puncta verò ista ab eodem Codicis Scriptore apposita sunt, ut inspicienti ea liquet.

Expositio in Genesim: هَمْعَمَا وَحَنْمَا. Modò sensum literalem, modò spiritualem seù mysticum exhibet; quod de sequentibus etiam expositionibus intelligendum est. Ubi notanda annorum summa à Moyse ad Christi adventum, quam S. Ephræm in commentar. ad reliquos Prophetas semper indicat: 1. In Genesim.

قَبْمَ وَبِ حَدَالَهْهِ وَكَلْهُوَا
حَهِيَ هَتْمَا كَلْهِ
مَاوَدْحَمْدَا مَاهْتَسِ مَعْهَسِ :

Præcessit autem adventum Dei in carne annis mille quadringentis & octoginta quinque.

Ad primum Versiculum Genesis observat S. Doctor, in versione Syriaca Hebraicum אֵת ab Interprete Syro per particulam ܐܬ *Joth* fuisse expressum: deinde subdit: هَوَا حَنْلَالَا قَبْمَحْمَا هَمْعَمَا حَحَنْمَا لَهْهِ وَلَهْهِ هَمْوَلَهْهِ وَنَهْوَبِ كَعْدَا مَاوَكَا . كَهْوَبِ لَهْ لَا אֵת وَنَهْوَبِ كَعْدَا مَاوَكَا :

Hæc vox Præpositio, seù Articulus Hebraicus est; Syriacè autem redditur per literam Lomad, *sic*: كَعْدَا مَاوَكَا Cœlum & terram: *non enim legi debet* ܐܬ Joth, *sed* אֵת Eth, *idest*, كَعْدَا مَاوَكَا *Cœlum & terram*. Locus maximè notandus: Ex eo enim invictè probatur, Syros ante S. Ephræmi tempora habuisse propriam versionem

ex

ex Hebraico fonte deductam : & quidem accuratissimam & exactam : quam Ephræmus in commentariis suis sequitur, & exponit. Liquet prætereà, S. Ephræmum Hebraici sermonis non fuisse prorsùs ignarum, ut etiam infrà demonstrabitur, ubi de Jona Propheta. Quod autem hìc cavit Sanctus Doctor, Auctores qui Syriacam editionem in Latinum transtulere, nequaquam adverterunt, dum Syriacum ܝ *Joth* essentiam verterunt. Sed de his nobis, Deo juvante, suo loco agendum erit.

Quam suprà tetigimus à S. Basilio laudatam expositionem versiculi *Spiritus Domini ferebatur &c.* hanc Ephræm eodem loco sic promovet & explicat : ܗܘܝܢ ܕܡܪܝܐ ܕܦܪܚ ܥܠ ܡܝܐ ܗܘ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܫܬܐ ܕܐܒܐ ܗܘ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܐܒܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܫܬܐ ܗܘ ܕܐܬܩܪܝ ܒܟܬܒܐ ܕܡܪܝ

ܩܪܝܠܐ : ܘܐܪܝ ܗܘܐ ܕܒܟܬܒܐ ܩܕܝܡܐ
ܕܟܬܒܢܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚܝܢ ܐܝܟ ܕܐܬܝܐ
ܕܡܫܝܚܐ . ܒܟܬܒܐ ܕܐܒܪܗܡ ܕܐܝܬ ܒܗ
ܕܐܪܒܥ ܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܗܘ
ܫܝܬ : ܠܐ ܡܫܬܢܝܢ ܕܡܢ ܩܕܡ
ܐܕܡ ܕܫܝܬ ܒܪܐ ܕܐܢܘܫ ܕܗܘ
ܒܪ ܫܝܬ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܗܘ
ܒܪ ܐܢܘܫ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܝܠܕ ܫܝܬ

malorum. Item in fine temporum, veluti in Vespertina hora consummabitur mysterium Sacrificii agni nostri, qui est Christus. Aspergent sanguinem ejus super parastadas, *hoc est, anima & corpus aspersione ejus sanctificantur.* Et super limina: *nimirùm sensus, qui eundem percipiunt.* Et super domos: *designantur per hæc verba multiplices populorum nationes & familiæ.* Assatum igni: *Id connotat irreprehensibiles & peccati expertes passiones.* Azymum *verò significat, nos debere à vetustis operibus ad novæ vitæ conversationem transire, deinde ad sacram solemnitatem accedere.* Nihil ex eo remaneat: *idest, ne, tamquam simplex cibus, contemnatur.* Nequis ex eo sedens comedat: *nam si Seraphim cum tremore ei adstant, quis eum audebit sedendo manducare?* Alienigena ne comedat ex eo: *nimirùm, qui Baptismo caret. Per* advenam *verò, &* mercenarium, *Hæretici designantur. Illud demùm*, ne quid ex carne ejus extra domum tuleritis, *significat, non debere sancti Sacrificii Eucharistiam extra Ecclesiam fieri.* Eadem ferè docet in Cod. Nitrien.

ܘܒܟܠ ܡܢܗ ܠܐ ܬܦܩܘܢ : ܡܛܠ
ܕܟܠܗ ܕܒܗ ܡܫܬܡܫ ܡܬܬܚܫ ܠܡܫܬܡܫ
ܒܝܬܐ . ܘܒܟܠ ܕܚܢ ܢܟܘܢ ܠܐ ܢܐܟܠܘܢ
ܒܪܝܬܐ ܘܠܐ ܒܚܕ : ܠܐ ܡܬܚܫܒ ܩܪܒܢܐ :

Illud verò, stantes super pedes suos, *significat*, inquit, *nemini fas esse, vivum corpus sedendo sumere.* Omnis alienigena non comedet ex eo: *nimirùm, quisquis Baptismi expers est, ex Corpore nequaquam manducat.*

3. In Leviticum. *In Leviticum.* ܩܘܩܝܐ ܕܠܘܝܝܐ

4. In Numeros. *In Numeros.* ܩܘܩܝܐ ܕܒܡܕܒܪܐ

5. In Deuteronomium. *In Deuteronomium.* ܩܘܩܝܐ ܕܬܢܝܢܐ ܕܢܡܘܣܐ.

Citantur hæc Ephræmi commentaria in Pentateuchum à Gregorio Barhebræo in Horreo mysteriorum passim. Hebedjesu Sobensis in Catalogo pag. 44. meminit solùm Expositionis Ephræmi in Genesim, Exodùm, & Leviticum: Fortassè hæc dumtaxat extabat in Codice, quem præ manibus habuit. In nostro Syriaco III. Commentariis Ephræmi in Genesim adjecta sunt scholia plurima Jacobi Edesseni aliorumque: singulis tamen nomen Auctoris prænotatur. Possevinus in Apparatu mentionem horum Commentariorum facit, eaque Venetiis extare unàcum aliis plurimis ejusdem Ephræmi lucubrationibus Syriacis & Arabicis testatur. De iis verò intelligi debet visio illa, quam suprà retulimus in Vita ejusdem num. VIII. & IX.

6. In Genesim & Exodum Syriacè.

Commentaria in Genesim & Exodum, quæ habentur in Codice Nitrien. VI. incipiunt autem: ܩܘܩܝܐ ܕܒܪܝܬܐ ܘܕܫܡܬܐ ܠܐ ܡܬܚܫܒܝܢ ܠܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܢܗ : *Expositione in Genesim primum Pentateuchi librum perscribenda supersedere decreveram.* Brevia verò sunt & admodùm concisa: cujus rei causam reddit S. Doctor in Præfatione, inquiens: ܘܠܐ ܢܬܩܝܡ ܒܟܠܗ ܕܒܟܠ ܡܕܡܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܡܐܡܪܐ ܘܒܫܒܚܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܩܕܡ ܟܠ : *Ne ea hìc iterùm repeteremus, quæ alibi in Sermonibus, Hymnisque tractavimus:* Ubi per *Sermones* intelligit alia *Commentaria*, quæ in Genesim & Exodum fusiùs conscripserat: per *Hymnos* verò metricas orationes, seù carmina designat, in quibus de Paradiso, de Adam & Heva, de Noe, de Abraham, de Loth, de Isaac, de Jacob, de Joseph, deque Moyse & Aaron tractaverat, ut in Vossiana editione, & in nostris Codicibus. Citantur à Gregorio Barhebræo in Horreo mysteriorum in Genes. frequenter, ac potissimùm in cap. 1. ubi exponit illud *Spiritus Domini ferebatur super aquas*: quem locum Ephræmus in aliis quidem commentariis de Spiritu Sancto interpretatus fuerat; in

his verò de Vento intelligit. Verba Barhebræi ſunt hæc. ܘܪܘܚܗ ܕܐܠܗܐ ܡܪܚܦܐ ܥܠ ܡܝܐ. ܗܘ ܕܡܫܪܐ ܟܠܗܘܢ ܡܝܐ ܕܚܝܐ ܕܢܬܠܗܘܢ ܠܚܝܐ ܕܥܠܡܐ ܕܐܬܐ ܠܡܬܝܗ ܕܡܝܬܐ ܕܢܬܚܝ

ܗܘܐ ܕܐܡܗܝܡ . ܐܡܗܝܡ ܚܫܝܢ
ܕܐܚܘܗܝ . ܡܘܡܝܗܐ ܕܝܫ ܒܟܘ
ܕܐܡܘܪ ܚܕܘܟܐ ܕܡܗܝܢ ܐܡܗ
ܐܡܐ ܕܒܟܐ ܡܘܡܐ ܕܚܝ ܡܝܘܡܐ
ܚܕܝܬܐ ܕܒܚܘܗ ܕܡܬܐ ܡܢ ܡܝܢܐ
ܚܝܘܝܐ . ܡܕܡ ܕܝܫ ܐܡܗ ܗܘ
ܡܘܡܐ ܡܢܚܐ ܕܚܡܬܐ . ܘܡܕܡ ܗܘ :
ܡܢ ܚܝ ܡܕܡ ܐܡܬܐ ܐܡܬܐ ܕܐܝܘܒ
ܕܡܗܝ ܡܟ ܐܝܟ . ܘܡܘܡܐ ܗܘ ܡܢ
ܕܡ ܕܡܕܡ ܗܘ ܕܚܝ ܡܟ ܡܗܝ
ܕܚܝܘܡ ܡܗܝܘ ܐܝܟ . ܘܡܢܚܐ
ܗܘ ܡܢ ܗܝ ܕܡܟ ܕܡܝ ܡܝ
ܕܢܐ . ܐܡܪ ܕܝ ܗܢܐ ܐܝܟ ܕܡܟ
ܡܝ . ܡܘܡ ܕܝ ܚܢܐ ܐܝܟ ܕܡܗܝ
ܐܝܟ ܡܗܝ ܡܢ ܡܝ :

Librum Job Moyses scripsit. Videtur autem hic nactus fuisse Codicem, in quo, veluti in memoriam patientiæ ejus, notata erant verba Job, & amicorum ejus de ipsius tentatione: quod Job ipse indicat, dum ait, quis mihi det, ut scribantur sermones mei. *Historiam tamen ejus obscurè tradit Moyses, quum nomen genusque ejus nusquam expresserit: idque duas ob causas &c. Vocatur autem Jobab filius Zarah, ex genere Esau, quintus ab Abraham: quod sic ostenditur. Jobab filius Zarah, quia Zarah pater Jobi, filius fuit Raguelis, Raguel filius Esau, Esau filius Isaac, Isaac filius Abraham. Urbs verò Jobi fuit Mathnin, ubi Moyses occidit Og, deditque eam mediæ Tribui Manasse ad Orientem Jordanis. Rex autem erat, & Sacerdos, & Propheta gentium. Rex quidem, ut ex Og, aliisque successoribus ejus liquet. Sacerdos autem, ut ex eo constat, quod sacrificia pro filiorum suorum delictis offerebat. Propheta verò, ut ex scriptis ejusdem ostensuri sumus. Prophetavit annos centum & quadraginta. Præcessit adventum Christi annos* 1725.

Matthana dicitur Num. 21. 18.

Genes. 36. 33. mortuus est autem Bela, & regnavit pro eo Jobab filius Zaræ de Bosra.

Hactenus Ephræm. Citat hæc Commentaria Junius in Catena Patrum.

In Josue, ܚܙܘܢ ܕܝܫܘܥ : Laudatur ab Hebedjesu in Catalogo pag. 44. — In Josue. 9.

In Judices, ܕܡܫܦܛܐ ܕܝܫܘܥ ܕܡܢ ܕܝܢ : de quo Hebed. loco cit. — In Judices. 10.

In Samuelem, hoc est, in Librum I. & II. Regum, ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܝܫܘܥ : Hebedjesu loco cit. — In Samuelem. 11.

In Libros Regum, idest, in III. & IV. ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܝܫܘܥ ; Hebed. ibidem. — In Libros Regum. 12.

In XII. Prophetas minores: & primùm *in Hosee*. ܕܬܪܥܣܪ ܕܗܘܫܥ : ܕܡܢ ܡܢ ܗܘ ܕܗܘܫܥ ; Hebed. loco cit. — In Hosee. 13.

In Amos. ܕܥܡܘܣ . Hic à nonnullis pater Isaiæ perperàm dicitur, quum nomen Amos nostri per *Ain*, & *Semcat* scribatur; illius verò per *Aleph*, & *Sade*. Prætereà ille ex regia stirpe fuit; noster verò *Pastor*. — In Amos. 14.

In Michæam. ܕܡܝܟܐ ; — In Michæam. 15.

In Joël. ܕܝܘܐܠ : — In Joël. 16.

In Abdiam. ܕܥܒܕܝܐ . — In Abdiam. 17.

de quo hæc Ephræm: ܕܥܒܕܝܐ
ܐܡܗ ܗܘ ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܕܥܡܡ
ܡܢ ܐܪܡܝܐ ܕܐܡܪ ܐܡܪ . ܗܘ
ܐܡܗ ܕܥܒܕܝܐ ܕܐܪܡܝܐ . ܗܘ
ܐܡܗ ܗܘ ܕܡܐ ܕܥܡܡ ܕܐܪܡܝܐ
ܕܗ ܕܥܡ ܕܐܡܗ ܕܥܡ ܕܐܪܡܝܐ
ܐܝܟ : ܡܢ ܕܐܘ ܕܡܟ ܡܝ
ܕܡܕܡ ܕܐܬܪ ܡܕܝܢܬܐ
ܕܐܬܪ ; ܡܢ ܐܪܡܝܐ . ܗܘ
ܕܥܒܕܝܐ ܐܡܗ ܕܗ ܕܐܠܗ ܕܥܡ
ܕܐܬܪ ܕܥܡ ܕܐܪܡܝܐ ; ܕܡ
ܕܐܬܪ ; ܡܢ ܐܪܡܝܐ . ܗܘ

ܠܘܡ ܚܛܝܐ ܘܡܢܗܠܟܝܢ ܚܫܚܐ
ܘܠܝܬ ܠܐ ܡܫܬܘܢܐ ܘܠܐ ܢܥܒܕܘܢ ܠܐ
ܢܗܘܢ ܚܛܝܐ : ܡܢܟܝ ܚܠܦܘ ܠܗ ܐܝܟ
ܘܡܢܫܐ ܕܗܘܐ ܥܡ ܡܪܝܗ .

Abdias erat ex terra Sichem de agro Ephræm, discipulus Eliæ Prophetæ. Hic erat tertius ex illis quinquagenariis, cui parcens Elias, ad Achabum descendit. Posthæc Regis famulatum abdicans, prophetavit, & mortuus sepultusque est cum patre suo. Uxor hujus Abdiæ fuit illa, quæ Elisæum Prophetam adiit, rogavitque pro duobus filiis suis, à quibus debita patris exigebantur, ut solverent, aut servirent: cui Elisæus ex aqua Oleum fecit. Eadem ferè apud Epiphanium.

18. In Jonam. *In Jonam.* ܒܝܘܢܐ . *Hic,* inquit S. Doctor, *ex oppido Naharin oriundus fuit: quumque ex urbe Ninive reversus fuisset, Tyrum unàcum matre fecessit. Hoc pacto, ajebat, haudquaquam obnoxius ero irrisioni hominum, qui mendax de Ninivis excidio vaticinium mihi objectant.* Hæc similiter apud Epiphanium. Quod autem de Ninive Jonas scripsit, ܢܝܢܘܐ ܡܕܝܢܬܐ ܪܒܬܐ ܗܘܬ ܠܗ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ : *Ninive erat Civitas magna, itinere trium dierum,* sic exponit Ephræm: ܠܐ ܡܛܠ ܕܢܝܢܘܐ ܡܕܝܢܬܐ ܪܒܬܐ ܗܘܬ ܠܗ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܐܠܐ ܕܒܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܡܫܬܡܥܐ ܒܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܝܢܘܐ : ܕܡܬܡܠܐ ܒܚܕܐ ܝܘܡܐ : ܡܬܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܝܘܡܐ : ܡܬܬܐ ܕܬܠܬܐ ܡܫܬܡܥܐ ܠܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ :

Non ideò, quia longa esset itinere trium dierum, sed quia spatio trium dierum Jonæ prædicatio totam Civitatem pervasit: nimirùm prima die ad aures populi pervenit: secunda ad magnates: tertia verò die ad Regem cunctosque ejus servos. Idem ex Ephræmo scribit Gregorius Barhebræus in Horreo mysteriorum. Pergit Ephræmus exponere illud, *adhuc quadraginta dies & Ninive subvertetur*, ubi de Hebraico Textu, & Græca septuaginta Interpretum Versione hæc habet: ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܬ ܠܗ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܐܠܐ ܕܒܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܡܫܬܡܥܐ ܒܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܝܢܘܐ . ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܛܠ ܕܐܪܟܐ ܗܘܬ ܠܗ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܒܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܡܫܬܡܥܐ ܒܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܝܢܘܐ . ܡܛܠ ܕܒܪܫܐ ܩܡܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܘܟܠ ܥܒܕܘܗܝ ܗܘܐ ܡܬܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܝܘܡܐ ܡܫܬܡܥܐ ܠܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܝܢܘܐ . ܗܢܘ ܕܡܬܡܠܐ ܒܚܕܐ ܝܘܡܐ ܡܬܬܐ ܕܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܡܫܬܡܥܐ ܠܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܝܢܘܐ : ܗܢܘ ܕܡܬܡܠܐ ܒܚܕܐ ܝܘܡܐ ܡܬܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܝܘܡܐ ܡܫܬܡܥܐ ܠܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܝܢܘܐ : ܗܢܘ ܕܡܬܡܠܐ ܒܚܕܐ ܝܘܡܐ ܡܬܬܐ ܕܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ

ܘܟܕ ܒܬܪܝܢ ܝܘܡܝܢ ܩܕܡ ܡܫܟܚ ܠܗ : ܘܩܪܝܢ ܠܗ ܘܐܡܪ ܕܥܕ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡ ܢܢܘܐ ܢܗܦܟ . ܘܗܟܢܐ ܐܬܝܡܪ ܒܝܘܢܢܝܐ ܕܬܠܬ ܝܘܡܝ ܘܩܪܝܢ ܘܐܡܪ ܥܕ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡ ܢܢܘܐ ܢܗܦܟ . ܘܬܪܬܝܗܘܢ ܫܪܝܪܝܢ ܡܬܩܝܡܝܢ ܒܟܬܒܐ ܕܥܒܪܝܐ ܕܟܬܝܒ ܗܟܝܠ : ܕܩܪܝܢ ܠܗ ܢܒܝܐ ܒܢܝܢܘܐ ܒܬܪܥܝ ܝܘܡܝ ܕܢܗܦܟ ܢܢܘܐ . ܘܗܢܘܢ ܕܡܢܝܢ ܕܬܠܬ ܝܘܡܝ ܕܢܗܦܟ ܢܢܘܐ ܕܡܢ ܗܢܐ ܕܢܗܦܟ ܢܢܘܐ ܕܡܢ ܗܢܐ ܕܢܗܦܟ ܢܢܘܐ ܕܡܢ ܗܢܐ ܕܢܗܦܟ ܢܢܘܐ . ܘܗܢܘ ܕܡܬܪܓܡܝܢ ܠܗ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡ ܢܢܘܐ ܢܗܦܟ . ܘܗܢܘ ܕܡܬܪܓܡ ܠܗ ܐܪܒܥ ܝܘܡ ܢܢܘܐ ܢܗܦܟ . ܘܗܢܘ ܕܡܬܪܓܡ ܠܗ ܐܪܒܥ ܝܘܡ ܢܢܘܐ ܢܗܦܟ . ܘܗܢܘ ܕܡܬܪܓܡ ܠܗ ܐܪܒܥ ܝܘܡ ܢܢܘܐ ܢܗܦܟ .

Idest, & cœpit Jonas introire in Niniven itinere trium dierum, & prædicavit & dixit: adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur. *In Græco legitur*, adhuc tres dies & Ninive subvertetur: *utrumque autem verum est. Nam in Hebraicis exemplaribus scriptum est sic*: cœpit Jonas introire in civitatem Niniven diebus quadraginta: *sciendum autem, fieri non posse, ut urbs ipsa esset itinere quadraginta dierum, neque ut Jonas ibidem manserit quadraginta dies, donec videret, quid accideret civitati: Si enim id verum esset, ubinam loci domicilium habuisset Jonas? Præterea quum Solis æstus caput Jonæ percuteret, scriptum est, cucurbitam super caput ejus, ut umbraculum ipsi faceret, ascendisse. Si igitur hæc cucurbita per quadraginta dies, ut Solis æstum à Jona arceret, mansisset, cur de eadem in Textu legitur, quod* una nocte nata est, & una aruit? *Rectè igitur septuaginta Interpretes verterunt*, adhuc tres dies & Ninive subvertetur: *qui inde quadraginta dies supputant, ex quo Jonas è ventre piscis emissus, Niniven versùs iter arripuit: illud verò*, adhùc tres dies, & Ninive subvertetur, *de prædicatione ejus in eadem urbe exponunt, quo præfinitum Ninivitis pœnitentiæ tempus declarant. Atque ita utrumque verum est: & quadraginta dies fuisse itineris: & tres dies prædicationis, atque patientiæ*. Ex hoc loco discimus, Ephræmum Græci sermonis haud ignarum fuisse: nam Versionis septuaginta Interpretum meminit: vel saltem editionem illam in Syriacum versam legisse. Quod autem de Hebraico Textu notat, suspicor, vel Ephræmum Hebraico exemplari parùm accurato usum fuisse; vel librarii incuriâ factum, ut τὸ *quadraginta dies* cum introitu Jonæ in civitatem Niniven conjungeretur: nam in Textu legitur sic: *& cœpit Jonas introire in civitatem itinere diei unius, & clamavit, & dixit: adhuc quadraginta dies & Ninive subvertetur*. Vide Riberam in hunc locum, qui censet hanc difficultatem esse penè insolubilem. Augustinus lib. 18. de Civit. Dei, Hebraicam lectionem esse tenendam existimat.

In Nahum. ܢܚܘܡ . 19. In Nahum.

In Habacuc. ܚܒܩܘܩ . 20. In Habacuc.

In Sophoniam. ܨܦܢܝܐ . 21. In Sophoniam.

In Haggæum. ܚܓܝ . 22. In Haggæum.

In Zachariam. ܙܟܪܝܐ . 23. In Zachariam.

In Malachiam. ܡܠܐܟܝ . 24. In Malachiam.

In IV. Prophetas majores: & primùm *in Ezechielem*. ܚܙܩܝܐ . 25. In Ezechielem.

ܘܫܪܝܗܘܢ . Hebed. pag. 44.

In Hieremiam. ܝܪܡܝܐ . 26. In Hieremiam.

De Hieremia hæc Ephræmus. ܝܪܡܝܐ ܟܕ ܐܬܝܠܕ ܒܐܪܥܐ ܕܝܗܘܕܐ . ܐܬܚܙܝ ܘܡܬܪܥܡ ܠܫܘܠܛܢܐ ܕܒܒܠ ܕܢܦܩ ܡܢܗ . ܘܒܫܢܬܐ ܕܬܪܬܥܣܪ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܝܗܘܕܐ ܐܬܝܠܕ ܒܪ ܚܢܢܝܐ ܘܡܬܪܥܡ ܠܫܘܠܛܢ ܒܒܠ ܘܐܬܝܠܕ ܒܫܢܬ ܬܪܬܥܣܪ ܠܡܠܟܘܬ ܝܗܘܕ ܐܬܝܠܕ ܒܪ ܚܢܢܝ ܘܡܬܪܥܡ ܠܫܘܠܛܢ ܒܒܠ . ܗܘ ܕܡܬܪܓܡ ܠܗ ܐܪܒܥ ܝܘܡ ܢܢܘܐ ܢܗܦܟ . ܗܘ ܕܡܬܪܓܡ ܠܗ ܐܪܒܥ ܝܘܡ ܢܢܘܐ ܢܗܦܟ . ܗܘ ܕܡܬܪܓܡ ܠܗ ܐܪܒܥ ܝܘܡ ܢܢܘܐ ܢܗܦܟ . ܗܘ ܕܡܬܪܓܡ ܠܗ ܐܪܒܥ ܝܘܡ ܢܢܘܐ ܢܗܦܟ . ܗܘ ܕܡܬܪܓܡ ܠܗ ܐܪܒܥ ܝܘܡ ܢܢܘܐ ܢܗܦܟ .

Hie-

Hieremias Propheta ex Anathoth, in Pharo Ægypti lapidibus obrutus à populo, sepultus fuit in sepulcro Pharaonis, eò quod Ægyptii in summo eum honore haberent propter accepta ab eo beneficia: (nimirùm quia eos à crocodilis liberaverat, ut exponit hunc Ephræmi locum Gregorius Barhebræus in Horreo mysteriorum.) *Ossa ejus ab Alexandro Rege Alexandriam translata, & ingenti cum pompa ibidem condita fuerunt. Prophetavit annis* 41. *Antecessit verò adventum Christi annis* 560. Hæc ferè apud Epiphanium.

27. In Threnos Hieremiæ.

In Threnos Hieremiæ. ܩܝܢܬܐ ܕܝܪܡܝܐ.

28. In Danielem.

In Danielem. ܩܝܢܬܐ ܕܕܢܝܐܝܠ.

Quæ D. Hieronymus ex Theodotione transtulit Danielis Capita, nimirùm Canticum trium Puerorum cap. 3. à vers. 24. ad vers. 91. Historiam Susannæ cap. 13. Bel idoli, & Draconis, atque Danielis in lacum leonum missi cap. 14. ea S. Ephræm Hebraicum Textum sequutus, in hisce Commentariis tacitus præteriit. Hæc enim in Vulgata Syrorum Versione haud extabant; licet posteà ex Græcis exemplaribus in sermonem Syriacum à recentioribus Interpretibus conversa fuerint. Ex Canone tamen Scripturæ Sacræ nequaquam rejiciuntur à Syris, ut ex Catalogo Hebedjesu pag. 16. & ex Barhebræo in Danielem colligitur. Jacobus etiam Edessenus, qui septimo sæculo vivebat, eadem Scholiis illustravit, ut infrà suo loco ostendemus. In Danielis commentario notanda sunt quædam præter receptam Interpretum expositionem, quæ tamen idcircò contemnenda non sunt. Primùm, quod scribit S. Doctor in cap. 2.

ܪܫܝܡܐ ܕܕܗܒܐ ܗܘ ܪܫܗ ܕܫܝܢܐ ܘܪܡܐ ܕܟܣܦܐ ܕܕܪܥܗ ܘܟܪܥܝܗ ܕܢܚܫܐ ܘܟܪܥ ܕܦܪܙܠܐ ܗܘ ܪܫ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܒܝܠ ܗܢܘܢ ܕܡܠܟܘܬ ܒܝܠ ܗܝ ܕܡܠܟܘܬ ܡܕܝܐ ܘܦܪܣܝܐ ܗܢܘܢ ܕܡܠܟ ܐܠܟܣܢܕܪܘس ܕܝܘܢܐ ܗܘ ܪܫ ܕܡܠܟܘܬ ܐܚܪܢܐ ܕܢܚܫ ܕܢܚܫ ܕܢܚܫ

Regnum Medorum. Venter & femora ex ære: *Regnum scilicet Persarum*. Tibiæ autem ferreæ: *idest*, *Regnum Alexandri*. Pedum quædam pars ferrea, quædam autem fictilis: *nimirùm*, *decem Reges*, *qui post Alexandrum regnarunt*, *quorum aliqui fortes fuerunt ac potentes instar ferri*: *alii verò viles & imbelles*. *Item affinitate quidem conjuncti erunt*, *sed nullum inter eos dilectionis*, *aut concordiæ vinculum erit*: *atque idcircò de ipsis dicit Daniel*, commiscebuntur quidem humano sanguine, sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testæ. Et suscitabit Deus cœli Regnum quod in æternum non dissipabitur. *Hujusmodi Regnum non de populo Judaico intelligendum est*, *quamvis illud Machabæi*, *qui regnum Græcorum domuere*, *præfigurarunt*, *sed in Domino nostro verè impletum est*. *Lapis*, *qui sine manibus abscissus est*, *significat Dominum nostrum*, *qui humili habitu*, *tamquam lapis è monte*, *natus est*, *nimirùm ex stirpe Abraham*. *Mons etiam Sacra Virgo appellatur*, *ex qua abscissus est absque manibus*; *idest*, *ex ea factus sine carnali commercio*. Et implevit universam terram. *Hoc de Evangelica prædicatione dixit*, *quæ universum terrarum orbem pervasit*.

Inflictam Nabuchodonosori pœnam, quæ cap. 4. describitur, de amentia ejusdem Regis exponit Ephræmus in hæc verba: ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܛܝ ܡܠܬܗ ܕܡܠܟܐ . ܡܢܝ ܡܫܬܠܛ ܒܐܢܫܐ . ܘܠܐ ܡܛܝ ܒܗ ܒܪܝܬܐ ܕܐܢܫ ܡܫܬܠܛ ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܐܢܫ ܡܫܬܠܛ ܒܗ ܡܢ ܐܢܫܐ

quem decem Reges subsequentur, per decem cornua præfigurati. Et *alius post eos consurget*, nimirùm, Antiochus Judæorum persecutor. Illud verò, *donec venit Antiquus dierum*, de primo Christi adventu, regnoque ejus, exponit, quod ab extincto Græcorum imperio, Cleopatrâ mortuâ, illo ipso sæculo inchoatum est. Allegoricè verò de secundo Christi adventu, deque extremo Judicio intelligit.

De Ariete, & Hirco Daniel. cap. 8.

ܘܗܘܐ ܒܝܘܡܝܗ ܕܚܙܝܬ ܩܪܢܐ
ܕܟܐܦܐ ܕܗܘ ܡܕܝܐ ܘܦܪܣܝܐ .
ܬܪܬܝܢ ܩܪܢܐ ܡܠܟܘܬܐ ܬܪܝܢ
ܡܕܝܐ ܘܦܪܣܝܐ . ܘܬܝܫܐ ܩܪܢܐ
ܕܒܝܢ ܥܝܢܝܐ ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܝܘܢܢ
ܘܝܘܢ ܩܕܡܝܐ . ܘܗܢܘ ܕܩܪܢ
ܪܒܐ ܕܒܝܢ ܥܝܢܝܐ ܗܘ ܡܠܟ
ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ : ܘܩܪܢܐ ܪܒܐ
ܕܗܘܐ ܒܝܢ ܥܝܢܝܗ ܗܘ ܫܘܠܛܢܗ
ܕܡܠܟܘܬܗ . ܘܗܢܘ ܕܬܒܪ ܩܪܢܐ
ܐܪܒܥܐ ܩܪܢܐ ܬܚܘܬܝܗ ܬܪܝܢ
ܡܠܟܘܬܐ ܢܩܘܡܘܢ ܡܢ ܥܡܐ
ܗܢܘ ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܚܝܠܗ ܕܝܠܗ
ܘܢܬܒܪ ܩܪܢܐ ܕܩܛܢ ܡܢ ܚܕ
ܡܢܗܘܢ ܩܪܢܐ ܬܠܝܬܝܐ ܕܢܩܘܡ
ܠܡܠܟܘܬ ܐܪܥܐ ܘܠܡܠܟܘܬ
ܡܕܝܢܬܐ ܘܠܡܠܟܘܬ ܦܪܣ ܘܠܡܠܟ
ܡܠܟܐ ܕܦܪܨܘܦܐ ܕܥܙ ܦܢܝܐ
ܘܩܫܐ ܕܩܪܢ ܕܫܡܝܐ ܕܗܘ ܒܝܢ
ܥܝܢܝܗ ܗܘ ܡܠܟ ܝܘܢܢ ܩܕܡܝܐ .
ܘܕܩܪܢ ܕܬܒܪ ܩܪܢ ܐܪܒܥܐ
ܩܪܢܐ ܬܚܘܬܝܗ ܬܪܝܢ ܡܠܟܘܬܐ
ܢܩܘܡܘܢ ܡܢ ܥܡܐ ܗܢܘ ܕܠܐ
ܢܗܘܐ ܚܝܠܗ ܕܝܠܗ ܘܒܬܪ
ܡܠܟܘܬܗܘܢ ܡܬܫܠܡܘܬ ܚܛܝܐ
ܕܥܡܐ ܕܝܠܟ . ܘܗܢܘ ܕܠܐ ܡܬܝܚܐ
ܠܥܠܡ ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܐ ܡܬܝܚ
ܠܒܪ ܐܠܦ ܘܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ
ܘܩܕܝܫ ܩܕܝܫܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ
ܕܫܡܝܐ ܗܘ ܡܠܟ ܕܡܬܩܪܐ
ܡܝܟܐܝܠ ܘܗܘ ܡܠܐܟ ܕܡܬܩܪܐ
ܓܒܪܝܠ ܕܩܡ ܩܕܡ ܡܪܝܐ
ܕܫܡܝܐ ܘܐܡܪ ܠܝ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ
ܓܒܪܝܠ ܕܩܡ ܩܕܡ ܡܪܝ ܕܫܡܝܐ
ܘܐܡܪ ܠܝ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܓܒܪܝܠ
ܕܩܡ ܩܕܡ ܡܪܝ ܕܫܡܝܐ ܘܐܡܪ
ܠܝ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܓܒܪܝܠ ܕܩܡ
ܩܕܡ ܡܪܝ ܕܫܡܝܐ ܘܐܡܪ ܠܝ
ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܓܒܪܝܠ ܕܩܡ ܩܕܡ
ܡܪܝ ܕܫܡܝܐ ܘܐܡܪ ܠܝ ܗܘ

astutus. Et magna fortitudo ejus, sed non in viribus suis: *ostendit hìc Antiochum non viribus suis ad eam gloriam provectum fuisse, aut ex merito exaltatum, verùm quia peccata populi creverunt, ideò permisisse Deum, ut in eos prævaleret, quò illos per ipsum corriperet*. Et mirabilia vastabit (*in Vulgata*, suprà quam credi potest, universa vastabit), & prosperabitur: *idest, mirabilia domus* (*seù Templi.*) Et interficiet robustos: *nimirùm, robustos & Sanctos populi, quos crudeliter interfecit projecitque circa Hierusalem, uti Daniel in spiritu prædixit*. Et in potestate ejus dirigetur dolus in manu ejus: *quia scilicet, urbem dolo ingressus, pulchritudinem Templi murosque civitatis vastavit dejecitque*. Et occulta fraude sua occidet plurimos: *idest, quadraginta hominum millia, quos interfecit, & quadraginta millia, quos captivos duxit*. Et contra Deum principem principum consurget; *nimirùm, vel blasphemando in Deum, vel contemnendo Templum Dei, & sacra ejusdem vasa contaminando*. Et apprehensione manus conteretur (*In Vulg.* sine manu conteretur): *idest, aut illicò interibit, aut profligato Lysia* (1. Machabæor. 4. & 6.) *vel angore oppressus*.

Duo prætereà in hoc capite notat Ephræm, quæ observatu digna sunt. Primum de voce Ulai, quæ legitur vers. 2. & 16. ܘܚܙܝܬܝ ܒܚܠܡܐ ܕܩܡܝܢ ܩܕܡ ܐܘܠܝ . ܗܘ ܡܬܪܥܐ ܕܡܝܐ . ܐܘܠܝ ܗܘ ܢܗܪܐ : *Vidi autem in somnis*, inquit, *me consistere ante* Abul Ulai: *idest, ante portam aquarum: vel, ut alii exponunt, ante columnam. Abul* enim apud Syros portam, vestibulum, porticum, & columnam significat: Ulai verò fluvius est Susianæ regionis, ad cujus ripam Daniel visionem suprà memoratam accepit. Alterum de Angelis Custodibus insigne testimonium: ܘܗܘܐ ܟܕ ܐܡܪ ܫܪܝܐ ܘܫܡܥ

ܩܐܡ ܚܙܘܬܝ ܩܕܡ ܦܓܪܝ ܕܝܢ ܐܝܟ ܕܡܪܐ ܚܙܘܬܐ ܕܝܠܝ ܘܐܡܪ ܠܝ ܗܠܝܢ ܕܡܠܐܟܐ ܕܗܘܐ ܡܫܡܫ ܥܡ ܕܢܝܐܝܠ . ܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܢܛܪ ܠܢܒܝܐ ܗܘܐ ܘܡܬܚܒܪ ܥܡ ܕܢܝܐܝܠ ܗܘ ܕܡܬܚܙܐ ܠܕܢܝܐܝܠ ܕܐܬܚܙܝ ܠܫܪܝܐ ܒܫܠܡܐ ܕܫܪܝ ܥܡ ܫܪܝܐ ܩܕܝܫܐ ܕܥܡܐ ܕܐܝܟ ܕܢܒܝ ܒܪܘܚܐ ܩܕܡ ܗܘ ܕܢܬܝ ܠܗ ܕܢܬܚܙܐ ܗܢܐ ܚܙܘܬܐ : *Et ecce stetit in conspectu meo*, inquit, *quasi species viri: & audivi vocem viri inter Ulai dicentis: Gabriel, fac intelligere istum visionem hanc. Angelus, qui Prophetæ Custos erat, eique assiduè adhærebat, loquitur ad Gabrielem, qui Danieli cæterisque Sanctis in pacificis visionibus assistit, dicens: fac intelligere Danielem hunc visionem istam*.

De Hebdomadis septuaginta, quibus Judaicam perfidiam cap. 9. Daniel jugulat, jejunè admodùm agit Sanctus Doctor, cui satis visum fuit ostendere, eas in Christi passione & Hierosolymæ excidio impletas fuisse. Undenam verò inchoandæ, & ubi terminandæ, haud definit. Illud solùm indicat, finem earum in Baptismo Christi collocandum: Sic enim scribit: ܐܡܪ ܘܗܘܐ ܚܫܐܘܬ ܥܕܬܐ ܥܕܬܐ ܚܕܬܐ ܘܡܬܡܠܐ : ܗܟܢܐ ܐܦ ܡܢܫܐ ܚܫܘܟ ܚܫܘܟ : *Sicuti initio septuaginta hebdomadarum ædificabitur civitas, sic in fine earundem adveniet Christus*, & paulò antè: ܟܕ ܡܛܠ ܕܢܬܚܙܐ ܥܕܬܐ ܥܕܬܐ ܚܕܬܐ ܕܢܬܒܢܐ ܫܘܩܐ ܘܫܘܪܐ ܕܢܬܒܢܐ ܐܝܟ ܕܟܠܗ ܥܕܬܐ ܕܫܒܥܝܢ ܘܫܬܝܢ ܕܢܬܒܢܐ ܐܦ ܗܟܢܐ ܡܫܝܚܐ ܕܢܬܐ ܠܣܘܦ ܥܕܬܐ ܕܫܒܥܝܢ ܘܫܬܝܢ ܕܢܬܒܢܐ ܘܒܗ ܢܬܚܙܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܢܬܐ ܠܣܘܦ ܥܕܬܐ ܕܫܒܥܝܢ ܘܫܬܝܢ . ܚܬܝܬܐ : *In fine harum septuaginta heb-*

hebdomadarum consummabuntur debita populorum, & finem accipient eorum peccata, atque dimittetur iniquitas in Baptismo Joannis, & adveniet justitia sempiterna, idest, adveniet Christus justificans peccatores, de quo Prophetæ à diebus sæculi vaticinati sunt. Per singulas Hebdomadas annos septem designari, communis fuit Syrorum sententia. De initio verò earum, duplicem invenio opinionem: Prima est Jacobi Edessemi, qui septuaginta Hebdomadas ab eo censet inchoandas anno, in quem septuaginta captivitatis Babylonicæ anni, per Hieremiam prænunciati, desierunt: nimirùm, anno Darii Hystaspis secundo, ut ostendit in Scholiis ad hunc locum Danielis, scribens:

ܗܢܘܢ ܕܫܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܫܒܘܥܐ ܕܢܦܩܘ ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܫܪܝܐ ܘܢܬܚܘܢ ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܫܪܝܐ ܕܢܦܩܘ

quo Daniel oravit, missusque ad eum fuit Gabriel, ut ipsum de reditu ex captivitate, deque cæteris quæ subsequutura erant, edoceret; si, inquam ab hoc anno, quo Visio contigit, numerabis subsequentes annos quadringentos & nonaginta, certò deprehendes, hoc verbum eo impletum fuisse anno, quo Herodes Ascalonita Judæis imperavit: tunc enim defecit ex Judæis Dux, & Princeps, & Judex Unctus, natusque est Christus anno 33. (Herodis,) *qui fuit annus Græcorum, hoc est, Edessenorum trecentesimus nonus.* Altera est Gregorii Barhebræi sententia, qui initium Hebdomadarum à vigesimo Artaxersis, seù Assueri Longimani anno ducit; finem verò in quartum Caji Caligulæ annum conjicit: ܘܗܕܐ ܫܒܥܝܢܐ ܕܐܪܬܚܫܬܐ ܕܠܘܢܓܝܡܢܘܬ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܕܗܘ ܫܢܬ ܬܫܥ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܐܓܣܛܘܣ ܩܣܪ ܗܘ ܕܐܬܝܐ ܡܢ ܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܠܩܝܡܗ ܕܐܝܠܝܐ ܕܐܬܪ ܡܠܟ ܡܫܝܚܐ ܕܗܘ ܫܢܬ ܬܠܬ ܘܠܬܫܥ ܫܢܝܢ ܕܗܘ ܫܢܬ ܬܫܥ ܡܐܬ ܕܡܠܟܘܬ ܕܝܘܢܢ ܩܣܪ ܕܐܬܝ ܡܢ ܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܠܩܝܡ

ܐܘܕܡ ܡܠܐܟܐ ܕܥܡܐ ܘܩܘܡܗܝܢ : ܫܪܝܐ
ܡܢ ܡܬܝܠܐ ܕܡܟܝܠ ܗܘܐ ܚܫܝܫܐ ܕܡܬܟܢܝܢ
ܒܟܠ ܥܡܐ ܕܐܬܘܢ ܕܩܘܡܗܝܢ ܡܬܚܙܝܢ
ܗܘܐ ܚܫܝܫܐ ܕܥܡܐ ܚܕ ܠܒܬ ܢܫܬܗܪ
ܘܡܫܬܡܥ ܡܬܚܙܐ ܘܩܐܡ ܗܘܐ
ܚܕ . ܡܠܐܟ ܫܡܝܐ ܕܡܬܚܙܐ ܗܘܐ
ܘܟܕ ܩܐܡ ܥܡܐ ܠܐ ܡܫܬܘܕܥ ܕܥܡ
ܡܬܝܢ ܥܡܐ ܕܩܘܡܗܝܢ ܕܩܦܝܢ
ܡܢ ܚܕ ܣܦܪ ܕܥܡ ܚܕ . ܐܝܟ ܕܐܬܘ
ܥܡܐ ܕܐܬܘܪ ܕܒܝܬ ܫܒܝܐ ܗܘ ܕܩܐܡ
ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܡܬܚܙܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ
ܘܡܬܩܛܪ ܡܫܬܥܐ ܕܡܬܩܛܪ ܒܗ ܫܪܝ
ܠܐ ܗܘ ܕܡܬܩܛܪ ܠܐ ܗܘ ܕܒܗ ܩܛܪ
ܕܡܬܩܛܪ ܒܗ ܡܠܬܐ :

A confusione Turris singulis gentibus Angelus præfectus est. Hebraici autem populi cura Angelo Michaeli demandata fuit. Quum ergò Babylonem ille populus in captivitatem abductus fuisset, & septuaginta annos juxta definitam sententiam serviisset, tùm demùm Daniel deprecatus est, & populi restitutionem poposcit. Ante illud verò tempus Propheta populi reditum postulare ausus non est. Populi autem è Chaldæa discessionem remorabatur adversùs Gabrielem & Michaelem Princeps, Angelus, scilicet, Persarum: primùm quidem, quia angebatur animo, intuens suæ præfecturæ subjectam Persarum gentem à vera religione aberrantem; recreabatur autem aspectu Israelitici populi divinæ legi obtemperantis, & Prophetarum, atque Justorum inter ipsos degentium. Alterum, quod sperabat, si Judæi in Chaldæa moram protraherent, fore ut Persicam gentem suo exemplo ad virtutem provocarent, eamque ad veri Dei cultum allicerent: sicut & Daniel, & Pueri socii ejus dudum Chaldæos adduxerant, ut alta voce protestarentur, nullum esse Deum conferendum cum Deo Sidrach, Misach, & Habdenago, quando nimirùm fornacis, & leonum in lacu miracula viderunt. Quod autem S. Ephræm affirmat, à confusione Babylonica singulis Nationibus Angelum fuisse præfectum, supponit ante illud tempus, unum fuisse populum in toto orbe, adeòque unum Angelum præsidem habuisse; quod scripturæ valdè consonum est.

In Isaiam. ܗܘܢܐ ܕܐܫܥܝܐ : 29. In Isaiam.

Hunc scribit Ephræmus ܡܕܪܫܐ ܕܟܢܝܢ *Hymno adversùs curiosos scrutatores*, prophetasse annis 98. quod sic ostendit: ܗܘܝܢ ܢܒܝܐ ܕܐܫܥܝܐ ܕܒܫܢܬ ܚܡܫ ܘܬܫܥ ܕܥܙܝܐ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܐ : ܘܒܫܢܬ ܫܬܥܣܪ ܕܚܙܩܝܐ . ܘܒܫܢܬ ܫܬ ܥܣܪ ܕܐܚܙ . ܫܪܝܐ ܕܚܙܝܐ ܡܠܟܐ . ܗܘܢܐ ܢܒܝܐ ܕܬܪܝܗܘܢ ܒܝܬܐ ܕܝܫܪܝܠ ܕܒܫܢܬ ܫܬ ܥܣܪ ܕܐܚܙ : ܘܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ

Hosee, & Isaias populum illum redarguerunt: Sub Ozia quidem annis 52. Sub Joram annis 16. Sub Achaz annis 16. Sub Ezechia annis 29. At Hosee utramque Synagogam coarguit, præcessitque Isaiam annis 15. De Merodach Baladan Babylonis Rege, qui literas & munera ad Ezechiam misit Is. cap. 39. hæc notat Sanctus Doctor: ܡܪܕܟ ܒܠܕܢ ܒܪ ܒܠܕܢ ܡܠܟܐ ܕܒܒܠ ܕܫܠܚ ܣܦܪܐ ܘܡܢܚܐ ܠܘܬ ܚܙܩܝܐ ܡܠܟܐ . ܡܢܗܝ ܕܡܬܚܙܐ ܗܘ ܒܝܬ ܓܢܙܐ ܕܡܠܟܘܬܗ . ܐܦ ܒܝ ܡܢܗ ܡܠܬܐ ܕܒܒܠ ܒܪ ܒܠܕܢ ܡܠܟܐ ܕܒܒܠ ܫܠܚ ܣܦܪ ܘܡܢܚܐ ܠܘܬ ܚܙܩܝܐ : ܘܫܡܥ ܗܘ ܕܡܬܚܙܐ ܗܘ ܒܝܬ ܓܢܙܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܗܘ ܕܡܬܚܙܐ ܗܘ ܒܝܬ ܓܢܙܐ ܕܡܠܟܘܬܗ : ܠܐ

ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܪܕܟ ܒܠܕܢ ܕܐܬܐ ܠܘܬ
ܚܙܩܝܐ ܘܐܬܝܕܥ . ܡܛܠ ܕܗܘܐ ܚܙܝ
ܠܡܪܝܗ ܘܐܬܝ . ܘܡܢ ܗܝ ܕܫܠܝܚܘܬܐ ܕܥܒܕ
ܡܠܟܐ ܡܪܕܟ : ܗܘ ܕܢܦܩ ܐܝܟ
ܕܢܫܪܐ ܘܢܬܝܕܥ : ܫܢܬ ܡܬܐ ܐܝܟ
ܕܥܒܪ ܡܠܟܘܬ ܒܒܠ ܡܢ ܒܝܬ ܡܠܟ
ܐܘܠܡܪܘܕܟ . ܘܗܢܐ ܐܝܟ ܕܥܒܕ ܒܗ ܐܝܢ
ܕܢܬܚܙܐ . ܗܘ ܕܥܒܕ ܥܡ ܡܠܟܐ ܕܒܒܠ
ܕܢܬܚܙܐ ܘܢܬܝܕܥ : ܘܒܥܘܕ ܡܢ ܠܐ ܡܠܝ
ܕܐܝܟ ܕܐܬܝ ܠܗ ܠܡܠܟ ܡܪܕܟ ܒܒܠ
ܕܢܫܪܐ ܘܢܬܝܕܥ : ܐܝܟ ܕܐܬܝ ܠܗ ܠܡܠܟ
ܡܪܕܟ ܒܒܠ ܕܢܫܪܐ ܘܢܬܝܕܥ ܕܐܝܟ
ܕܐܬܝ ܠܗ ܠܡܠܟ ܡܪܕܟ ܒܒܠ ܕܢܫܪܐ
ܘܢܬܝܕܥ ܕܐܝܟ ܕܐܬܝ ܠܗ ܠܡܠܟ ܡܪܕܟ
ܒܒܠ ܕܢܫܪܐ ܘܢܬܝܕܥ . ܗܢܐ ܕܐܝ ܡܢ
ܟܠܗ ܕܐܝ ܟܠܗ ܕܗܘ ܗܘ ܕܐܝ ܕܐܝ
ܕܢܫܪܐ : ܡܛܠ ܗܢܐ ܕܡܠܟ ܡܪܕܟ
ܥܒܕ ܠܗ ܟܠ ܗܢܐ ܕܡܛܠ ܕܐܝ ܕܐܝ
ܕܢܫܪܐ ܘܢܬܝܕܥ . ܗܘ ܕܐܝ ܕܐܝ
ܕܢܫܪܐ ܘܢܬܝܕܥ ܕܐܝ ܕܐܝ ܕܢܫܪܐ
ܘܢܬܝܕܥ : ܗܢܐ ܕܐܝ ܕܐܝ ܕܢܫܪܐ
ܘܢܬܝܕܥ ܕܐܝ ܕܐܝ ܕܢܫܪܐ ܘܢܬܝܕܥ :

Sub idem tempus Merodach Baladan filius Baladan Rex Babylonis literas misit & munera Ezechiæ: audierat quippè, illum morbo, quo diù jacuerat, convaluisse. Quamvis autem & hanc ob causam legationem ad Ezechiam Baladanus miserit, gratulatum scilicet illi recuperatam valetudinem; altera etiam causa hujus legationis intercessit. Avebat quippè cognoscere portentum retrogradi Solis: Solem enim Baladanus colebat: quumque prima, sexta, & nona hora diei adorasset, vesperamque præstolaretur, consuetæ adorationis pensum persoluturus, vidit Solem in medio cœli in meridie: quærens autem rei insolitæ causam, didicit, illud portentum in gratiam Ezechiæ patratum, quò Isaiæ dictis fidem haberet. Misit igitur ad ipsum Baladanus munera & honorificam legationem, rogans, ut de Solis portento ipsum tutè doceret. Ille autem Merodach Baladan filius Baladan, alius est ab eo, qui Jechoniam liberum dimisit, quum tredecim suprà centum anni ab adventu legatorum ad Jechoniæ captivitatem intercesserint: paucos nempè dies vixit Sarhadam, ejusque regno per Babylonios sublato, rerum Babylone potitus est Evilmerodach. Atque hìc obiter observa ritum Christianorum orandi statis cujusque diei horis Ephræmi tempore jam inductum, juxta quem Sanctus Doctor Babyloniorum morem repræsentat: nec enim id ex Scriptura, aut quod ipse sciam, aliundè haurire potuit.

Inter Syriaca Panis Eucharistici nomina celeberrimum est ܓܡܘܪܬܐ *Gmurto*, quod *Carbonem* significat. De eo agunt Liturgici Scriptores, ut Dionysius Barsalibæus, & doctissimus Stephanus Edenensis Patriarcha Antiochenus in expositione Missæ Syrorum. Per *Carbonem* Christus mysticè designatur, juxtà illud Is. 6. *Et volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus carbo ignitus, quem forcipe tulerat de Altari, & tetigit os meum, & dixit: ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Hunc locum sic exponit Ephræm noster:

ܓܡܘܪܬܐ ܕܥܡܢܘܐܝܠ ܩܢܘܡܐ ܘܩܢܝ
ܥܡ ܦܓܪܢ ܕܐܬܚܙܐ ܒܝܕ ܡܠܐܟܐ
ܕܫܪܦܐ : ܗܘ ܕܐܝ ܕܐܬܚܙܐ ܒܝܕ ܡܠܐܟܐ
ܕܫܪܦܐ ܕܐܝ ܕܐܬܚܙܐ ܒܝܕ ܡܠܐܟܐ
ܕܫܪܦܐ ܕܐܝ ܕܐܬܚܙܐ ܒܝܕ ܡܠܐܟܐ
ܕܫܪܦܐ : *Carbo Emmanuelem significat, qui dum Corpori nostro unitus fuit, in eodem corpore, tamquam forcipe, apprehensus est. Forceps autem quum labia Prophetæ, per quem nos designamur, tetigisset, eundem ab iniquitate & immunditia purgavit.* Carbo igitur, juxta

juxta Sanctum Doctorem, Divinitatem Verbi significat; forceps verò Humanitatem. Et quemadmodum Isaias sumpto Carbone mundatus est, sic nos vivum Christi corpus in Eucharistia sumentes, à peccatis purgamur. Vide Renaudotium tom. 2. Liturg. Oriental. pag. 63. ubi merito redarguit Boderianum, qui vocem ܓܡܘܪܐ *Gmurto* (non *Gamuro*) perperàm reddit *Corporale*.

II.

De Nativitate Domini Nostri Jesu Christi, Hymni XV.

ܡܕܪܫܐ ܕܥܠ ܝܠܕܘܬܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.

De Nativitate Domini.

EXTANT in Codice Nitrien. VIII. in quo revera sunt septem suprà viginti: sed quindecim dumtaxat dicuntur, quia totidem Tonis cantantur. Nam sciendum est, omnibus Ephræmi Hymnis, qui ܡܕܪܫܐ *Madrosce* vocantur, præmitti literis rubris Tonum, Normam, seù Exemplar Cantus, cujus ad formam Hymnus ipse Ephræmiticus elaboratus est. Hoc indicat nota ܠܬܘܢܐ *Ad tonum*, seù ܫܒܚܬܐ *Canticum*, cui statim subjungitur exordium illius notissimi Cantici, quod Ephræmus imitatur. Titulus autem iste ܒܪ ܩܘܠܗ *Bar-Koleh*, qui nonnullis hymnis præfigitur, significat, eundem esse cum antecedenti Tonum.

Inter Hymnos Ephræmi de Nativitate Domini celebratur à Syris Theologis Hymnus decimus, in quo locum insignem habet pro una Christi in duabus naturis persona: est autem hujusmodi: ܫܒܚ ܫܦܝܪܐ ܕܐܚܕ ܡܢ ܬܪܝܢ ܛܒܥܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܥܡ ܐܢܫܘܬܐ ܕܥܒܕ ܡܫܚܐ ܕܡܢ ܪܡܐ ܘܡܢ ܬܚܬܐ ܐܝܟ ܣܡܐ ܕܡܪܝܡܐ ܘܐܬܥܒܕ ܦܪܨܘܦܐ ܚܕ ܐܠܗܐ ܘܐܢܫܐ: *Laudabilis Sapiens, qui Divinitatem cum Humanitate copulavit conjunxitque. Unam de summis, alteram de imis, naturas, velut pharmacum, miscuit: & factus est Persona, Deus-Homo.* Hunc Hymnum citant Philoxenus Hierapolitanus in epist. ad Monachos Snunenses, & Joannes Maro in Tract. adversùs Nestorianos, & Eutychianos. Pias tamen Lectoris aures fortassè offendit verbum illud ܫܚܠ, & ܡܙܓ, hoc est, *miscuit*, quod ab Ephræmo de naturis Divina & Humana dicitur, quasi Eutychianam sapiat hæresim. Verùm hoc longè abest à mente Sancti Doctoris, uti ex progressu laudati Hymni apparet. Prætereà idem Ephræmus aliis in locis mistionem confusionemque naturarum expressè rejicit, ut infrà ostendemus ex Hymno ejusdem *de Annunciatione Beatæ Mariæ Virginis* Cod. Nitrien. V. fol. 31. Notandum igitur est, verbum ܫܚܠ, & ܡܙܓ, quibus Sanctus Doctor frequenter utitur, generatim de qualibet conjunctione à Syris usurpari. Audi Philoxenum in Tract. de Verbi Incarnatione Cod. Nitr. XXV. fol. 22. ܘܡܙܓ ܒܗ ܘܐܬܚܒܪ ܥܡ ܒܣܪܐ ܕܐܢܫܘܬܐ ܘܐܬܚܒܪ ܚܕ ܐܠܗܐ ܘܐܢܫܐ: ܡܢ ܡܙܓ ܘܫܚܠ: ܕܐܢܘܢ ܡܬܚܙܝܢ ܒܣܦܪܐ ܕܣܘܪܝܝܐ ܕܠܐ ܒܫܘܫܦܐ ܕܫܘܫܦܐ ܐܠܐ ܕܡܙܓ ܘܫܚܠ ܕܡܕܡ ܕܡܬܩܪܐ ܡܫܝܚܐ ܕܡܢ ܬܪܝܢ ܛܒܥܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܘܐܢܫܘܬܐ: *Dicitur autem* commixtus & conjunctus, *prout loquuntur Doctores qui Syriaco sermone claruerunt, non quidem commixtione vulgari, quæ confusio-*

sionem infert, neque conjunctione, quæ corruptionem inducit; sed commixtus est admirabili & nova quadam ratione, prout Deum decet. Et infrà:

ܡܫܬܪܒܐ ܘܡܬܚܒܪܐ ܥܡ ܐܢܫܝܘܬܐ ܕܝܠܢ ܐܝܟ ܕܡܠܝܠܝܢ ܠܗ :

Commixta & copulata est cum Humanitate Divinitas, ut Syri loquuntur. Sed clariùs & magis ad rem nostram in Epistola ad Monachos Snunenses in Mesopotamia Cod. Nitr. XXVII. fol. 89. à tergo, adducit Philoxenus ipsissima hæc Ephræmi verba, quæ fol. 91. sic interpretatur. ܐܝܟ ܕܐܡܪ

ܕܡܙܓ ܟܝܢܐ ܥܡ ܦܓܪܐ ܡܫܝܚܐ ܘܐܦ ܕܒܫܡܗ ܕܐܒܐ . ܟܕ ܐܡܪ ܥܡ ܦܓܪܐ ܡܫܝܚܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܐܢ ܠܝܬ ܠܢ ܡܫܬܡܥܢܐ ܕܝܠܢ ܕܡܙܓܢ ܟܝܢܐ ܕܡܝܐ ܘܫܡܢܐ ܕܥܠ ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܠܡܠܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܘܕܐܢܫܘܬܐ ܕܢܫܬܢܝܢ ܡܢ ܟܝܢܗܘܢ ܕܒܪܝܬܐ ܘܡܫܬܢܝܢ ܡܫܬܢܝܘܬܗܘܢ ܘܡܫܬܢܝ ܛܥܡܗܘܢ . ܫܒܩ ܕܝܢ ܘܢܫܒܚ ܠܢ ܕܠܐ ܡܠܝܠܝܢ ܡܫܬܡܥܝܢ ܘܡܐܡܪܝܢ ܕܐܝܟ ܕܡܝܐ ܘܫܡܢܐ ܗܘܘ ܠܗ ܠܡܠܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܘܕܐܢܫܘܬܐ ܕܡܬܚܙܐ ܡܢ ܦܓܪܐ ܡܫܝܚܐ ܘܡܬܚܒܪ ܥܡ ܐܢܫܘܬܐ ܕܝܠܢ ܐܝܟ ܕܡܠܝܠܝܢ ܠܗ : ܘܠܡܢ ܕܡܬܡܪ ܡܫܬܡܥܢ ܠܗ ܕܗܘ ܗܘܐ ܦܓܪܐ . ܠܐ ܕܝܠܗ ܘܠܐ ܗܘܐ ܟܝܢܐ ܘܡܟ ܫܘܬܦܐ ܕܦܓܪܐ ܡܫܝܚܐ ܕܥܠ ܫܡܗ ܕܐܒܐ ܘܐܦ ܕܡܬܩܪܐ ܡܢ ܐܒܗܬܐ ܕܩܕܡܝܐ : ܡܢ ܕܝܢ ܕܡܬܡܪ ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܕܗܘ ܗܘܐ ܦܓܪܐ . ܠܐ ܕܝܠܗ ܘܠܐ ܗܘܐ ܟܝܢܐ . ܐܠܐ ܕܗܘ ܗܘܐ ܟܝܢܐ ܘܡܟ ܫܘܬܦܐ ܕܦܓܪܐ ܡܫܝܚܐ ܕܥܠ ܫܡܗ ܕܐܒܐ ܘܐܦ ܕܡܬܩܪܐ ܡܢ ܐܒܗܬܐ ܕܩܕܡܝܐ ܘܡܢ ܕܝܢ ܕܡܬܡܪ ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܕܗܘ ܗܘܐ ܦܓܪܐ : ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܕܗܘ ܗܘܐ ܦܓܪܐ . ܡܢ ܕܝܢ ܕܡܬܡܪ

واعلم ايها القارى ان بعض اناس وضعوا الشك
فى لفظة ܡܫܚܐ بسبب ان الابا طعنوا بالحرم
اوطاخى الذى وضع الامتزاج والخلطه فى طبيعتى
المسيح المخلص وقال انها طبيعة واحده ومن هنا
صار ان بعض نساخ بدلوا هذه اللفظة فى ܡܙܓܐ
كما هو باين فى نسخة المطران يوحنا ابن عبيد
الموجوده فى دير راس النهر بماردين كتبت فى
سنة ١٨٥٩ يونانيه الموافقه لسنة ١٥٤٨ مسيحيه
واخرون ܐܡܙܓܐ كما فى السنه المذكوره حزر
القس حنا نمرون فى الكتاب الموجود عندنا فى
دير قنوبين فلكن نقول ان هذه اللفظه لا شك
فيها ولا ريب وتقال عن كل شى يقترب الى
الاخر ام يشاركه ام يتحد معه كقول
اشعيا فى بدى الفصل الثالث
ܘܝܠܝܢ ܕܡܨܦܝܢܐ ܒܝܬܐ ܠܒܝܬܐ
ܕܚܩܠܐ ܠܚܩܠܐ ܡܫܬܪܟܝܢ .
وكتب الرسول للعبرانيين فى ص ١٣٢
ܠܡܫܝܚܐ ܕܗܢܐ ܕܟܠܗ ܡܬܚܙܝܢ ܠܢ
ܕܐܦܠܐ ܡܛܠ ܕܫܪܝܪܐ ܗܘ ܕܩܝܡܝܢ
ܗܘܝܢ ܠܫܪܝܪܘܬܐ ܕܝܠܢ ܕܢܚܙܩ .
وكذلك الروحى يقول فى
الميمر ٦٦ عن خميس الاسرار
ܕܡܬܕܡܝܐ ܠܢ ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܐܒܘܗܝ :
ܕܒܝܬ ܐܠܗܘܬܐ ܘܐܦ ܗܘ ܕܡܬܕܡܐ
ܠܢ . ܕܩܒܠ ܗܘܝܢ ܘܐܬܩܠ ܡܫܝܚܐ
ܕܡܢܢ ܠܐܒܘܗܝ : ܢܚܬ ܘܐܬܚܙܝ
ܠܐܠܝܐ ܘܐܦ ܠܢ ܡܫܬܪܟ .
وبشبه ذلك نقول فى باعوث العازر :
ܕܢ ܡܫܬܪܟ ܡܫܝܚܐ ܗܘܝܢ ܥܡܗ ܕܡܢ
ܠܫܡܝܐ : ܘܢܫܒܚܘܢ ܠܗ ܕܥܡܗ
ܕܡܬܚܙܝ ܒܐܠܝܐ ܘܐܦ .
وكمثل ذلك نقول عن امتزاج النطوح واتفاق
الالحان واجتماع الملايكه مع البشر وغيرها :

Sciendum est, inquit, *Lector*, *quosdam dubium movisse de voce* ܡܫܚܐ commiscuisti, *eò quod Patres Eutycheti anathema dixerint*, *qui commixtionem in duabus Christi Domini naturis admittebat*, *unam asserens ex iis constatam naturam*. *Unde factum est*, *ut quidam librarii illud vocabulum permutarint in istud* ܡܙܓܐ conjunxisti, *ut in exemplari Jo: Abaidi Episcopi*, *quod extat in Monasterio Ras-Nabrensi in oppido Eden scriptum anno Græcorum* 1859. *Christi* 1548. *Alii verò in hanc vocem* ܐܡܙܓܐ unita est, *ut in Codice Jo: Nemroni Presbyteri scripto eodem anno*, *qui in Monasterio Canubinensi penes nos servatur*. *Verùm dicimus*, *hoc vocabulum omni prorsùs suspicione carere*: *dicitur enim de qualibet re*, *quæ cum alia conjungitur*, *vel communicat*, *vel unitur*, *juxta illud Isaiæ initio cap.* 3. (In Vulg. cap. 5. vers. 8.) *væ*, *qui conjungitis domum ad domum*, *& agrum agro admiscetis*: *& Apostolus ad Hebræos cap.*132. (In Vulg.*cap.*3. *vers.* 14.) *scribit*: Commixti enim cum Christo sumus, si tamen à principio usque ad finem hoc verum testamentum firmum retineamus. *Item Sarugensis Homilia* 66. *de Feria V. Mysteriorum* (hoc est, in Cœna Domini,) *ait*: Humilitate sua Emmanuel similis nobis factus est, quum ipse Patri suo in magna gloria totus similis sit: Assumpsit figuram nostram, & miscuit se inter nos, similisque nobis factus est: descendit, ut nos in sublimem regionem ad Genitorem suum erigeret. *Simili modo dicimus in Hymno de Lazaro*, Filius Altissimi seipsum cum infimis commiscuit, ut eosdem in sublimi regione sua secum in gloria commisceret. *Sic demùm loquimur de commixtione pharmacorum*, *de harmonia Cantuum*, *de conjunctione Angelorum cum hominibus*, *& de reliquis hujusmodi*. Hucusque Edenensis. Commixtionem pro Unione sumpsit etiam apud Latinos S. Petrus Chrysologus serm. 142. de Annunciatione; *Audistis*, inquit, *inaudita ratione in uno corpore Deum hominemque misceri*.

Quod

Quod verò ait Philoxenus loco suprà citat. ܠܡܙܓܘܬܐ ܕܠܐ ܡܠܬܐ ܕܠܐ ܡܬܝܕܥܐ ܠܣܘܪܝܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܐܝܟ ܡܙܓܐ : *Pro natura unita, quod vocabulum Syris ignotum erat, scripsit B. Ephræm, commixta*; id absolutè loquendo falsum est: nam Syri usque ad Concilium Ephesinum frequentiùs quidem *commixtionem* pro unione usurpabant; non tamen vox *unio* ipsis ignota erat; quin eadem apud ipsum Ephræmum quandoque occurrit, ut vidimus suprà in Commentariis ejusdem in Isaiam.

Ad calcem laudati Codicis Nitriensis VIII. hæc nota legitur fol. 91. à tergo. ܟܬܒ ܗܢܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܕܬܫܒܘܬܐ ܕܡܪܝ ܡܪܝܡ ܘܕܝܠܕܬܗ ܕܡܪܝ ܐܠܗܐ ܕܥܒܕ ܡܪܝ ܒܪܝܫ ܝܪܚܐ ܕܬܫܪܝ ܒܥܣܪܝܢ ܘܬܠܬ ܫܢܬܐ ܕܡܢ ܐܠܦ ܘܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܡܢ ܐܠܦ ܘܬܠܬ ܡܐܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܢ ܒܝܘܡܐ ܕܬܪܝܢ ܫܒܬܐ ܕܨܘܡܐ ܕܝܘܢܐ ܗܢܘ ܕܫܪܝܪ ܒܫܢܬܐ ܕܫܬܝܢ ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܕܡܢ ܐܠܦ ܘܬܠܬ ܡܐܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܢ ܒܝܘܡ ܬܪܝܢ ܫܒܬܐ ܕܨܘܡܐ ܕܝܘܢܐ : *Scripsit Librum hunc S. Ephræm Doctoris* (idest, de Paradiso, & Nativitate Christi) *Barlaham Scriptor Edessenus, qui habitat in Sarmin, pro benedicto Cœnobio Sancti Danielis, quod est in monte Sciulac. Absolutus autem fuit die vigesima Februarii, Anno Alexandri* 863. *Feria secunda Jejunii*. Is Christi annus erat 551. quo Pascha celebratum est die 9. Aprilis, & Feria 2. Hebdomadæ primæ Jejunii incidit in diem 20. Februarii: nimirùm ex Orientalium more, qui Jejunium Quadragesimale à Feria 2. post Dominicam Quinquagesimæ auspicantur. Barlaham Edessenus fuit egregius Scriptor, multosque Codices manu sua nitidissimè exaravit, è quibus aliquot inter Nitriensis habemus. Sarmin verò locus, in quo Barlaham habitabat, laudatur Evagrio in Hist. Eccles. lib. 4. cap. 38. ubi *Sirimis* vocatur, & Vicus esse dicitur Cynegicæ regionis in territorio Antiochensi. *Sciulac* autem, seù *Seleucia*, ubi Monasterium Sancti Danielis situm fuisse narratur, mons est non procul ab Edessa, cujus incolæ usque ad hoc tempus ܫܘܠܟܝܐ *Sciulachenses* Arabico sermone appellantur: differtque ab utraque Syrorum Seleucia, nimirùm, tùm ab ea, quæ ad mare propè Antiochiam jacet, tùm ab alia, quæ juxta Ctesiphontem in Assyria sita est.

Ex hoc loco discimus, Epocham Alexandri, juxta mentem Barlahæ Edesseni, Christiana priorem esse annis 312.

Initio Codicis legere est annotationem, quam Moyses Scetensis Abbas præfixit, quando eundem Codicem pro Cœnobio suo ex Mesopotamia comparavit. ܠܫܘܒܚܐ ܘܬܫܒܚܬܐ ܘܝܩܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܝܬܝܐ ܕܣܘܪܝܐ ܕܒܡܕܒܪܐ ܕܣܩܛܝܢ ܕܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܪܝ ܡܘܫܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܫܘܠܛܢܐ ܕܩܕܝ

Hæc annotatio iisdem planè verbis præfixa est singulis Codicibus, quos Moyses Abbas comparavit. Complures autem ex eis habemus in Bibliotheca Vaticana, ut infrà indicabimus: reliqui adhuc in Monasterio Scetensi delitescunt haud exiguam nobis Deo annuente scribendi materiem propediem suffecturi.

III.

De Paradiso Hymni XV.

ܡܕܝܢܚܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܡܪ .

De Paradiso.

EXTANT in Codicibus Nitrien. VII. & VIII. Et in septimo quidem Codice dividitur Opus in XV. Hymnos, qui diversis etiam Tonis exeunt. At in Codice VIII. nulla apparet Hymnorum divisio, nec ii quindecim numerantur, sed undecim dumtaxat, uti adnotatur fol. 38. à tergo.

Agit hìc Ephræmus de Paradiso terrestri, quem editissimo in loco constitutum esse docet. Ab hoc sæpè digreditur ad Paradisum cœlestem, quem in terrestris confinio collocat: quamobrem diluvio nequaquam corruptum fuisse consequenter affirmat:

ܚܙܝܢܢ ܕܦܪܕܝܣܐ ܒܥܝܢܐ ܕܡܪܝܐ ܗܘܐ ܪܝܫܗ ܡܬܪܡ ܥܠ ܫܪܝܐ ܕܫܪܝܐ . ܒܟܠܗܝܢ ܡܝܐ ܕܐܪܥܐ ܡܬܪܡܝܢ ܠܗ ܒܠܚܘܕܝ ܡܝܐ ܕܡܒܘܠܐ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܕܠܐ ܡܛܝܢ ܠܡܬܝܢ ܒܪܝܫ ܛܘܪܐ : ܘܒܬܪ ܕܒܪܓܠ ܪܓܠܝܗ ܢܫܩܘ ܠܫܘܚܢܗ ܕܐܠܗܐ . ܒܟܠܗܝܢ ܕܗܘ ܡܬܪܡ ܘܗܘ ܒܛܝܠ : ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܛܝܢ ܠܡܬܝܢ : ܡܛܠ ܗܢܐ ܕܠܐ ܡܛܝ :

Paradisum oculo mentis vidi. Illius vertex cæterorum montium culmina superat. Propterea que affusæ terris Diluvii aquæ, summis radicem ejus tantùm rasere fluctibus. Pedibus itaque ejus velut oscula figentes, adytum adoravere, subitoque recessu in circumjectos colles montesque defluxerunt. Generalis ergo illa aquarum alluvio calcaneum Paradisi innocenti affluxu lambit; cæterorum verò montium caput contudit. Et infrà:

ܟܕ ܚܛܐ ܐܕܡ ܐܦܩܗ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ : ܫܪܝܢܗ ܕܐܝܠܢܐ ܡܬܪܡ ܠܬܚܘܬ ܦܪܕܝܣܐ ܕܢܬܝܒܘܢ . ܘܟܕ ܡܬܪܡܝܢ ܠܗ ܕܠܐ ܫܪܝܘ ܕܢܬܝܒܘܢ ܒܪܝܫ ܛܘܪܐ : ܡܛܠ ܗܢܐ ܕܠܐ ܫܪܝܘ ܕܢܬܝܒܘܢ ܒܬܪ ܕܐܬܪ ܡܬܪ ܠܬܚܘܬ ܛܘܪܐ : ܡܛܠ ܗܢܐ ܕܠܐ ܫܪܝ :

Quum autem peccasset Adam, è Paradiso illum ejecit. Radices ejus concedens, in imis locis sub Paradiso habitare jussit. Quumque ibi quoque flagitiosè viverent, dissipati sunt. Et quia non meruerunt vicinam Paradiso sedem tenere, jussit eos per Arcam in Cardoos montes deportari. Et paulò post:

ܡܢ ܬܪܬܝܢ ܐܚܘܬܐ ܕܩܝܢ ܘܗܒܝܠ ܐܬܝܢ ܘܐܫܬܪܝܢ . ܩܝܢ ܐܙܠ ܠܡܬܘܒ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ ܘܐܬܐ ܠܬܚܘܬ ܛܘܪܐ ܕܫܝܬ ܘܐܢܘܫ ܡܬܝܕܥܝܢ . ܘܐܠܝܢ ܕܡܪܝܡܐ ܡܬܩܪܝܢ ܒܢܝ ܐܠܗܐ . ܘܫܒܩܘ ܡܫܬܐ ܘܢܣܒܘ ܠܗܘܢ ܢܫܐ ܡܢ ܒܢܬܐ ܕܒܪܢܫܐ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܒܛܝܪܐ ܕܡܝܐ :

Ibi separatim agebant duæ fratrum cognationes. Cain inde recedens, in terra Nud habitavit infrà devexa, quæ Seth & Enos tenuerant. At qui summa colebant, & filii Dei nuncupati sunt, relicta statione descenderunt, duxeruntque sibi uxores ex filiabus hominis, filias, inquam, ejus, qui in valle habitabat.

Eadem post Ephræmum de Paradiso deque generationibus Seth atque Cain tradunt Historici Orientales, qui Arabicè, vel Syriacè scripsere. Ut Dionysium Patriarcham, Gregorium Abulpharagium, & Eutychium Alexandrinum taceam, audi Georgium Elmacinum Homaidum in Chronico de Adam:

ثم ان ادم قال لقاين ولهابيل اختاروا لكم
شيا من اثمار الارض ومن اولاد الغنم واطلعا
الى الجبل المقدس وادخلا مغارة الكنوز واسجدا
هناك بين يدى الرب الاهكم وقربا له قربانا :

Tùm Adam ad Cain & Abel: Eligite vobis, inquit, de fructibus terræ, & de fœtibus ovium, & in montem Sanctum ascendite, & intrantes in speluncam thesaurorum, adorate ibi Dominum Deum vestrum, & offerte ei victimam. Et paulò post:

وصعد ادم الى الجبل وكان قاين
وهابيل يصعدا وراه : *Ascendit-*

que Adam in montem: Cain autem & Abel sequebantur eum. Et de Seth:

بعد وفاة ادم اخذ شيث اولاده واولاد اولاده
ونسام وطلع بهم الى الطور المقدس الموضع الذى
فيه جسم ادم وبقى قاين واولاده فى اسافل
الجبل بالموضع الذى قتل فيه هابيل :

Post obitum Adæ tulit Seth filios suos & filios filiorum suorum, uxoresque eorum, & ascendit cum eis in montem Sanctum, ubi corpus Adæ erat. Remansit autem Cain, & filii eius ad radices montis in loco, ubi Abelem interfecerat. Demùm de Noë:

ونزل جميع اولاد ادم الى اسفل الارض :
واختلطوا ببنات قاين :

Et descendentes universi Adæ filii ad infima terræ loca, commixti sunt filiabus Cain.

Quum omnis fabula ex vero aliquo descendat, crediderim *speluncam thesaurorum* inde appellatam fuisse, quòd corpus Adæ ibi reconditum fuerit: *terram* verò *Nud*, ubi Cain profugus & tremebundus (id enim sonat vox *Nud*) habitavit: *Montem* autem *Sanctum*, quo filii Seth & Enos secesserant à filiis Cain, qui feracissimos in planitie agros nacti, ibidem domicilia superbiæ, & luxuriæ sedes fixere.

De situ verò Paradisi terrestris, Syrorum opinionem celebrem facit Barcephas à Masio editus. Eam noster Doctor ante Barcepham tradiderat in Commentario in Genesim Codice nostro III. inquiens:

ܗܳܠܳܐ ܕܫܪܝܐ ܒܬܪܝܨܘܬܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܬܚܘܬ ܡܪܝܡܐ ܡܢܗ ܢܦܩܝܢ ܡܝܐ ܕܢܦܠܝܢ ܠܬܚܘܡ ܡܝܬܐ ܕܢܦܩ

I V.

De Ecclesia Hymni LII.

ܡܕܒܪܢܐ ܕܥܕܬܐ ܫܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ

De Ecclesia.

EXTANT in Codice Nitrien. VII. & laudantur in Catalogo Hebedjesu pag. 44. verbis istis:

ܘܠܗ ܟܬܒܐ ܘܐܓܪܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܥܕܬܐ :

Habet etiam libros, & Epistolas de Fide Ecclesiæ: qui locus ex manuscriptis sic restituendus est: ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܥܕܬܐ :

De Fide, & Ecclesia: nam hymnos in utrumque argumentum scripsit Sanctus Doctor. Inscribuntur verò *de Ecclesia*, quia septem priores Hymni (qui tamen ex nostro Codice exciderunt) de Ecclesia sunt, licet reliqui aliis de rebus, ut ex sequenti Catalogo liquet.

8. De libero Arbitrio, Hymnus ordine Alphabetico dispositus à litera ܐ Aleph usque ad ܩ Coph.

Initium: ܡܢܘ ܕܣܒܪ ܠܡܪܘܬܟ ܕܚܛܝܢ ܘܡܬܚܡܠܝܢ ܠܚܛܝܬܢ ܘܐܬܪܥܝܢ ܘܡܬܪܥܝܢ : ܡܢܘ ܕܢܫܬܟܚ ܠܡܪܘܬܟ ܕܡܚܝܠ ܠܟܠ ܡܕܡ : ܡܢܘ ܕܢܫܬܟܚ ܠܡܪܘܬܟ ܕܡܚܝܠ ܠܟܠ ܡܕܡ :

Quis adeò longanimis est, ut satis celebrare queat longanimitatem tuam, quæ peccata nostra patienter sustinet? Peccavimus, iniquitate repleti sumus: placuimus, superbiâ. Legitur ex parte in Officio Feriali Maronitarum ad finem Nocturni Feriæ quartæ. Præmittit Sanctus Doctor septem elegantissimas strophas de Divina clementia. Deinde probat, Liberum Arbitrium cuilibet homini inesse:

ܢܝܚܐ ܘܡܬܚܫ ܗܘ ܡܢܐ ܕܠܐ ܢܫܬܒܚ ܠܗ ܘܠܐ ܢܫܬܒܚ ܠܗ : ܗܘ ܕܟܝ ܡܢܐ ܕܠܐ ܢܫܬܒܚ ܠܗ . ܡܢܘ ܕܠܐ ܢܫܬܒܚ ܠܗ ܗܘ ܕܚܠܫܐ ܢܫܬܒܚ . ܗܘ ܕܚܠܫܐ ܢܫܬܒܚ ܠܗ ܗܘ ܕܚܠܫܐ ܢܫܬܒܚ . ܗܘ ܕܚܠܫܐ ܢܫܬܒܚ ܠܗ ܗܘ ܕܚܠܫܐ ܢܫܬܒܚ :

Nostin', inimicum tuum ab odio tui cohibere se posse? Inde tuam libertatem arguito: posse, scilicet, illam haudquaquam despere. Si inimico vires suppetunt, quin etiam tibi? Liberi enim arbitrii natura in quolibet homine una est. Si infirmum dicas, in quolibet homine infirmum esse consequens est: Sin autem in altero validum & firmum, in quolibet homine firmum & validum esse oportet.

Eadem urget S. Doctor Hymno 9.

ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ ܩܪܒ ܠܗ ܩܪܒܐ : *omnes homines bellum obtinet:* ܡܢ ܕܢܫܬܒܚ ܠܡܪܘܬܟ ܕܡܚܝܠ ܠܟܠ ܡܕܡ : ܡܢ ܕܢܫܬܒܚ ܠܡܪܘܬܟ ܕܡܚܝܠ ܠܟܠ ܡܕܡ : ܡܢ ܕܢܫܬܒܚ ܠܡܪܘܬܟ ܕܡܚܝܠ ܠܟܠ ܡܕܡ . ܗܘ ܕܚܠܫܐ ܢܫܬܒܚ ܠܗ ܗܘ ܕܚܠܫܐ ܢܫܬܒܚ . ܗܘ ܕܚܠܫܐ ܢܫܬܒܚ ܠܗ ܗܘ ܕܚܠܫܐ ܢܫܬܒܚ . ܗܘ ܕܚܠܫܐ ܢܫܬܒܚ ܠܗ ܗܘ ܕܚܠܫܐ ܢܫܬܒܚ :

Gustat quispiam primoribus labris maris aquas, discitque totum amarum esse mare, ut revera est. Sic per unum hominem totum genus humanum licet discernere. Quare neque per omnes homines eundum est, explorare si cupias, utrùm pugnando Diabolum superare valeant. Unus quippè si Diabolum dejicere potest, consequens est omnes posse. Noëmum contemplare.

Ille

Ille profectò omnes sui sæculi mortales revincit: eos, scilicet, felicioribus usuros fuisse fatis, si ipsis libuisset. Liberi quippè arbitrii vires ipsis ac Noëmo pares fuere. Hìc libertatis vires extollit S. Ephræm: Gratiæ verò necessitatem ostendit infrà Hymn. 30. & in Tract. de Fide Hymn. 25.

10. De dilectione proximi, in illud, *dimittite & dimittetur vobis.*

ܚܟܝܡܘܬܐ ܕܡܪܝ ܡܛܠ ܕܝܠܟ ܘܚܛܝܬܢ :

Major est, Domine, sapientia tua, quàm nostra nequitia.

11. De Justitia Dei, & misericordia. ܫܒܚܐ ܕܙܕܩܬܐ : *Laus justitiæ tuæ.*

12. De libero arbitrio. ܫܘܠܛܢܘܬܐ.

Hìc Sanctus Doctor humanæ voluntatis libertatem ex quatuor colligit. Primùm ex summa Conditoris bonitate: ܐܢ ܒܚܛܝܬܐ ܕܒܪܢܫ ܗܘܝܢ : ܗܢܐ : *Si conditione mali sumus, Conditoris culpa est.* 2. Ex Divinæ Justitiæ æquitate nostræ voluntatis consensum petentis, & contumaciam severè punientis: ܐܢ ܠܝܬ ܠܢ ܫܘܠܛܢܘܬܐ : ܠܡܢܐ ܡܬܒܥܐ ܨܒܝܢܢ : ܗܢܐ ܕܒܪܝܪܐ ܗܘܬ : ܠܡܢܐ ܡܬܕܝܢ ܠܗ ܕܐܠܗܐ : ܐܢ ܠܐ ܒܪܝܪܐ ܗܘܬ : ܡܢ ܕܝܢ ܡܬܕܝܢ ܗܘܬ ܠܒܪ ܚܪܝܢ :

Si libero caremus arbitrio, cur nostra petitur, arguiturvè voluntas? Si hæc libera non est, contra jus fasque pœnam irrogat Deus. Sin autem suo ducitur illa arbitrio, æquus hic vindex fuit. 3. Ex eo quod homini ratio & mens inest, qua vera discernit à falsis, investigat, cognoscit: quare ex hoc ipso, quod homines de libertate disceptant, eosdem liberos esse concludit: ܡܢܐ ܕܡܬܚܟܡܝܢ ܠܗ ܠܒܪܢܫ : ܕܡܬܚܟܡ ܗܘ ܠܗ ܠܒܪܢܫ . ܡܢܐ ܕܡܬܚܟܡ ܠܗ ܠܒܪܢܫ ܗܘ : ܡܬܚܟܡ ܗܘ ܠܗ ܠܒܪܢܫ :

Quæ catenis obstricta tenetur natura disceptationem non capit: liberi enim est disceptare. Natura ergo libera eadem & ad quæstiones discurrit; sui enim juris est. Eadem ferè D. Thomas in 1. Par. quæst. 83. art. 1. & in qq. de veritate, quæst. 24. de lib. arbitr. Demùm ex communi hominum sensu: Sentiunt enim, se non vi, sed suo arbitratu ferri ad faciendum quodcumque pro libito faciunt:

ܢܚܙܐ ܒܪܝܪܘܬܟ ܒܢܦܫܟ ܕܠܡܢܐ ܐܢܬ ܠܟ ܠܐ : ܡܢܘ ܗܘ ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܠܟ ܠܐ ܫܘܠܛܢܐ : ܒܟ ܠܟ ܒܠܚܘܕܟ ܠܐ ܒܥܠ ܫܘܠܛܢܐ :

Examina in te tuam in teipsum potestatem, atque scrutare, an tui sis juris, nec ne? In te quippe, & per te comperies, te non vi, sed voluntate duci.

13. Non esse ferenda temerè judicia de fratribus: Omnes promiscuè homines esse diligendos, etiam eos, qui nos oderunt.

ܩܫܐ ܗܘ ܠܝ ܠܡܬܚܙܝ ܒܗ ܒܥܠ ܕܒܢܝ ܢܫܐ : ܕܒܗ ܐܢܐ ܚܛܝܬܝ :

Arduum mihi est, ea in aliis reprehendere, in quibus ipse peccavi.

14. De Idolorum lapsu, & Hæresum irruptione. ܗܐ ܩܪܒܐ ܩܐܡ : *Certamen ecce instat.* Constantini primùm edicta commemorat, quibus ille Christianos Templa habere, suaque Sacra publicè exercere concesserat: Mox ab Arianis excitatos in Ecclesia tumultus flebili carmine persequitur, & illatas eam ob causam Romano Imperio à Barbaris clades indicat.

ܡܢܗ ܕܠ ܠܐ ܢܚܙܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܢ ܩܕܡ ܩܕܡ ܩܕܡ

ܘܗܘܝܢ ܕܡܬܚܙܝܢ ܠܟܠ ܡܠܝܐ ܕܥܠܡܐ: ܕܠܐ ܐܝܟ ܕܥܡܐ ܕܡܪܝܐ ܕܥܠ ܡܠܟܐ ܕܥܠ ܡܠܟܐ ܕܥܠ ܡܠܟ

21. Cogitatione, & affectu ad cœlestia assurgendum. ܐܙܠܘ ܗܘܝܠܝ ܐܚܝ ܡܠܝܠ ܘܢܫܡܥ : *Agite dum, Fratres, consilio vilitatis meæ intendite.*

22. Oratio, & gratiarum actio, qua Deum bonorum omnium auctorem agnoscit. ܐܬܘ ܫܡ ܠܡܫܡܥ ܡܘܗܒ ܛܒܬܐ ܠܟܠܗ : *Adesto, Deus, simplicibus, & rudes doce.*

23. Gratias usque Deo agendas esse, sivè preces nostras exaudiat, sivè repellat. ܐܝ ܡܘܗܒ ܕܡܕܥܐ : *O largitor discretionis.*

24. De fide, & perseverantia in oratione. ܫܘܘܐ ܐܝܟ ܕܐܒܪܗܡ ܐܒܘܢ ܕܒܥܝܢ ܠܡܛܪ ܠܐ ܡܫܬܟܚ : *Petitionem Abrahæ considerate, Fratres, qui annis novem suprà nonaginta rogare non destitit.*

25. Cur quasdam petitiones Deus exaudit, & quasdam repellit. ܠܡܢܘ ܕܡܫ ܘܒܥܐ ܕܒܢܝ ܙܒܕܝ ܡܬܬܚܙܝܢ ܕܡܢ ܟܝܢܐ ܕܠܒܐ ܡܫܟܚܝܢ : *Enimverò admirati sunt quidam, filios Zebedæi preces suas ei linguâ obtulisse, qui abstrusa cordis scrutatur.*

26. Divinæ Oeconomiæ contemplatio. ܡܢ ܡܥܝܢܟ ܫܬܐ ܢܝ ܡܪܝ : *De fonte tuo pota me, Domine.* Continet Strophas 12. ordine Alphabetico sic dispositas, ut prima Stropha incipiat per Aleph, secunda per Gomal, tertia per He &c. atque adeò à primo ad tertium elementum, omisso medio, fiat transitus. Singulæ autem Strophæ continent octo versus, qui omnes ab eodem elemento, instar Psalmi 118. incipiunt.

27. In idem. ܒܫܡܟ ܐܫܒܚ : *In nomine tuo, Jesu, gloriabor.* Undecim Strophas complectitur, quæ per literas in superiori hymno omissas inchoantur.

28. De pravis animi affectionibus compescendis. ܢܚܙܐ ܡܢܘ ܝܬܝܪ ܕܢܩܢܐ ܠܒܪܢܫ ܐܘ ܠܒܪܝܬܐ : *Videamus, quid magis præstet, creaturas possidere, an Creatorem.*

29. Precatio. Petit à Deo sapientiæ donum. ܐܝܟܡܐ ܐܙܡܪ ܐܢܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܩܕܝܫ : *Quomodo psallam, pure & Sancte.*

30. Precatio & confessio. ܠܒܝ ܡܢ ܠܘܬܟ ܡܪܝ ܥܩܪ ܗܘܐ ܕܢܦܩ ܚܕܬܐ : *Mens mea, Domine, sterilis est, ut proferat nova.* Omne donum ex Deo procedere, quin & donorum petitionem donum Dei esse; Deum verò cuncta prænoscere: ܡܢ ܕܝܠܟ ܐܢܐ ܠܟ ܗܒ ܠܝ

pitius esto, quæ malorum omnium fons est.

33. De oculorum custodia: nec non adversùs curiosos rerum divinarum scrutatores: ܐܝܟܐ ܕܥܝܢܐ ܠܐ ܬܗܘܝܢ ܠܟܘܢ:

Deuter. 22. *Scriptum est, balaustia fac tecto tuo patentia.*

34. De Pœnitentia, quam civitati refugii, & Arcæ Noë comparat. ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܦܠܛܐ ܗܝ ܬܘܒܬܐ ܗܫܐ:

Civitas refugii est hodie Pœnitentia.

35. Hevæ, & Mariæ comparatio, Hymni tres: quorum 1. incipit: ܐܘܠܡ ܕܢܘܗܪܐ ܐܘܠܡ ܕܚܘܝܐ: ܡܕܝܢ ܐܝ ܣܦܐ ܕܠܐ ܚܛܝܐ. ܣܦܐ ܚܕܐ ܕܡܘܬܢ: ܐܚܪܬܐ ܕܚܝܐ: *Ambæ sine noxa, ambæ simplices, Maria & Heva: altera mortis nostræ causa fuit, vitæ altera.* 2. ܥܝܢܐ ܕܢܘܗܪܐ ܡܬܚܕܝܐ ܕܢܗܝܪ. *Oculus ex conjunctione luminaris purificatur.* 3. ܩܠܐ ܕܡܡܠܠ ܘܐܕܢܐ ܕܫܡܥ ܬܘܒܬܟ ܢܗܝܪ: *Vocem dicentis, & aurem audientis doctrina tua illustra.* Frequens est apud Syros Scriptores hæc comparatio: clarèque se explicant, de Heva constituta in statu innocentiæ intelligenda esse, quæ de ejus puritate & innocentia dicuntur, ut ex contextu id satis perspicuum est. Et quum Heva in nullo momento status innocentiæ ullam noxam contraxerit, ea comparatione Syri satis testantur, B. V. Mariam quolibet momento, etiam suæ conceptionis, quovis crimine puram fuisse. S. Ephræmi testimonium de immaculata Beatæ Virginis Conceptione notissimum est: nec huic adversantur, quæ in secundo hymno hìc S. Doctor attexit: ܡܪܝܡ ܕܥܝܢܐ ܕܢܗܝܪ ܗܘܬ ܢܗܝܪܐ ܥܠܬܗ ܡܢܝܢܗ ܡܫܬܠܝܬ ܚܫܘܒܬܗ ܡܢܩܝܬ ܡܪܝܬ ܒܬܘܠܘܬܐ ܡܫܬܠܡ: *Maria oculo similis fuit. Lux in eam illapsa, mentem ipsius eluit, cogitationes tersit, curas purificavit, Virginitatem defæcavit:* Ubi quemadmodum Virginitati Mariæ nihil detrahitur, sic nec ejusdem perpetuæ & nunquam temeratæ innocentiæ quidquam detrahi dicendum est.

38. De miraculis à Christo patratis, dum in terris cum hominibus conversaretur: deque divina ejusdem œconomia, à nativitate usque ad triumphalem ingressum in Urbem Hierusalem, Hymni 5. quorum 1. incipit: ܡܢܘ ܫܘܝܐ ܠܡܦܠܓܘܬ ܙܡܢܐ ܐܝܟ ܕܐܬܝܠ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܫܐ ܕܐܬܝܒ ܒܗ ܛܒܐ: *Ecquis explicare sufficiat tempora, quibus in regione malorum habitavit Bonus.* 2. ܐܘܗ ܙܡܢܐ ܕܒܥܝܢ ܕܢܬܒܥܐ ܕܡܫܐ ܕܐܬܝܠ ܠܡܫܐ ܠܥܡܐ: *O tempora peroptanda, quibus Moses populum in solitudine pascebat.* 3. ܡܠܐ ܕܡܪܝ ܡܫܬܡܥ ܘܠܐ ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܡܫܬܡܥ ܡܢܗ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܡܫܬܡܥ ܠܗ

Induit Aaron Sacerdos Ephod cum Orario. Orarium, quod Diaconorum ſtolam propriè ſignificat, pro Summi Sacerdotis ſuperhumerali poſuit. Hebr. מעיל, quod alii Interulam interpretantur. Sed S. Doctoris interpretatio, quæ & Vulgatæ eſt, Hebraicæ radici magis conſonat.

43. De Tabulis Legis, quas Moſes confregit, earumque allegoria, Hymni duo: 1. ܓܢܣܐ ܗܓܪܝܬܐ : *Gens Hagarena*. 2. ܠܘܚܘܬܐ ܕܟܬܝܒܝܢ ܚܙܝܢ ܐܚܝܢ : *Tabulas ſcriptas inſpiciamus, fratres*.

45. De Adam, & Heva, Hymni quinque. 1. ܐܕܡ ܡܪܝܡ ܗܘܐ ܠܐܪܥܐ : *Adam ſublime elatus, humi abjectus eſt*. 2. ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܡܫܬܠܝܢ ܒܗ ܕܠܐ ܒܚܝܠܐ ܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܡܫܬܠܝܢ : *A Diabolo inceſſimur in eo, quod nulla vi, nulla via inveſtigare, aſſequivè poſſumus*. 3. ܐܚܝ ܕܚܘܐ ܢܫܡܥ ܡܠܬܐ ܕܐܡܐ ܩܕܡܝܬܐ : *Fratres Hevæ ſoboles, antiquæ matris geſta audiamus*. 4. ܡܠܬܐ ܗܘܬ ܠܢܩܝܠܘܬܐ ܘܠܚܟܡܬܐ ܕܫܪܝܐ ܕܫܠܡܘܢ ܚܟܝܡܐ ܢܨܚܬܗ ܠܚܝܘܬܐ : *Probrum fœminæ fuit, quum ſit technarum fallaciarumque ſcatebra, ſapientiæque fontem Salomonem vicerit, ipſam nihilominus à Serpente fuiſſe ſuperatam*. 5. ܐܢܬ ܢܚܬܬ ܠܡܪܝ ܢܨܚܐ ܕܐܕܡ : *Deſcendiſti ò triumphator ad Adæ caſum*. Hìc de Divini Verbi in Virginis utero conceptione differens ſcribit: ܡܢ ܦܘܡܐ ܕܒܪܬܐ ܕܟܝ ܢܩܝܠ ܒܪܝܬ ܒܪ ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܒܠܚܘܫܐ ܕܐܦܝ ܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܦܝ ܠܐ ܒܚܝܠܐ ܡܫܬܡܥ ܐܝܟ ܕܡܢ ܩܠܐ ܕܐܘܪܝܬܐ ܕܐܘܪܝ ܐܘܪܝ ܡܫܬܡܥ ܐܝܟ ܕܡܢ ܩܠܐ ܕܐܘܪܝ ܐܘܪܝ ܡܫܬܡܥ : *Quemadmodum ex parvulo ſinu illius auris* (de Heva loquitur) *ingreſſa & infuſa eſt mors, ita & per novam Mariæ aurem intravit & infuſa eſt vita*. Hanc ipſam formulam inferiùs repetit Hym. 23. de Virginit. Notandus hic locus, quia quum olim Maronitarum Breviarium Viris doctis examinandum datum fuiſſet, hìc Romæ quoſdam offendit, quod in Officio ad Tertiam dicitur: ܡܠܬܐ ܕܐܒܐ ܥܠ ܐܘܪܝ ܒܪܟܬܐ : *Verbum Patris per aurem Benedictæ intravit*: quod Leo Allatius diſſert. 2. de Libris Eccleſiaſt. Græcorum indicavit; obſcurè tamen, & Maronitarum ſuppreſſo nomine. Vides hìc unde formulam illam Auctor Syriaci Officii hauſerit. Hauſerunt autem & alii Patres Ephræmo poſteriores, quos idem Allatius producit. Quodſi hujus locutionis Gregorius Thaumaturgus auctor eſt orat. in Annunciat. Deiparæ, ut Voſſius contendit, ab illo Ephræm fortaſsè mutuatus eſt, quæ hoc loco ſcribit: ſic enim habet Gregorius: *Qui Evam condemnavit, ejus filiam tantoperò glorificare contendit: ait enim, paret mihi auditus ingreſſum*. Diſertiſſimè Auguſtinus in Appendice de diverſis ſerm. 22. de Tempore in Nativit. Domini: *Deus per Angelum loquebatur, & Virgo per aurem impregnabatur*. Et Felix Papa ad Petrum Antiochenum: *Patris enim intimum ſubſtantiale Verbum Deus per S. Virginis aures illapſum, conceptionem ineffabiliter operatum eſt*.

50. De Adam & Henoch. ܐܕܡ ܚܙܐ ܠܚܢܘܟ ܕܥܠ ܦܪܕܝܣܐ ܥܠܠ : *Adam vidit Henochum in Paradiſum introeuntem*. Eadem ferè habet de Henoch & Elia propè finem hymni

mni 49. ubi eos in Paradisum translatos scribit. : ܟܕ ܐܬܘ ܠܬܡ ܘܢܦܩܘ ܡܢܗ ܠܬܡ ܘܐܬܘ : *Duo ingressi sunt* (Paradisum) *qui vicerant: totidem quippè inde cum rubore & ignominia discesserant.*

51. De Christi Passione & Resurrectione. ܛܘܒܐ ܕܚܙܐ ܘܡܬܡܗ ܝܘܣܦ ܡܚܝܐ ܘܡܢܨܚ ܗܘ ܐܝܟ ܕܢܫܐ : *Felix, qui adfuit spectavitque stupens Josephum dimicantem, & vincentem.*

52. Omnia ad hominum salutem à Deo disponi. ܟܠܗܘ ܐܝܟ ܕܟܝܢ ܠܒܢܝ ܢܫܐ ܡܬܬܩܢ : ܘܡܫܬܡܫ ܡܬܬܩܢ ܠܟܝܢ ܘܡܬܬܩܢ ܠܟܝܢ . ܘܡܬܝ ܐܝܟ ܕܚܝܠ ܘܡܫܟ ܠܟ . ܡܬܝ ܠܐ ܡܢܝ ܘܡܫܬܚ ܠܟ : *Deus dives in consiliis suis. Sua nunc auxilia contrahit, nunc verò profundit. Currit post nos, quia nos diligit: fugit etiam à nobis, quia nos amat.*

V.

De Virginitate Hymni LI.

ܡܒܘܠܐ ܕܒܬܘܠܬܐ ܡܫܡܥ ܡܐ .

De Virginitate.

EXTANT in Cod. Nitr. VII. Titulus à Librario additus est: nec enim huic titulo hymnorum argumenta respondent, si tres priores & vigesimum quartum, in quibus de Virginitate agitur, excipias.

Primus de Virginitate Hymnus incipit: ܗܐܝܠ ܡܫܬܝܢ ܠܒܘܫܟ ܐܦ ܠܒܘܫ : *Age, exue veterem hominem, caro.* Secundus: ܡܢ ܐܝܟ ܕܠܒܫ ܥܪܝ ܘܥܪܝ ܡܫܬܝ ܠܒܘܫ : *Agninis tectus pelliculis sceleris machinator Hammon, ovem illam adortus est.* Tertius: ܠܒܘܫ ܡܫܬܝ ܠܒܘܫ ܡܢ ܠܒܘܫ ܠܒ : *Frugiferis ramis similis est Pueritia.* Ansam huic, aliisque istius argumenti elucubrationibus præbuere B. Ephræmo duo in hac materia contrarii errores à suismet gentilibus excogitati, & in Syria finitimisque provinciis ipsius tempore grassantes. Primus Encratitarum, quorum nomen in Syria suo etiam tempore viguisse scribit S. Epiphanius, postquam eorum in hac materia errorem Hierax quidam Ægyptius in Ægypto primùm resuscitasset; deinde in Armenia & Mesopotamia Audius; mox Eustathius Sebastenus B. Ephræmo æqualis maximè propagassent: contra quos Concilium Gangrense congregatum fuit. Contrarium huic errorem Basilides, teste S. Hieronymo, invexit, qui Saturnili, seù Saturnini Antiocheni condiscipulus fuit, profectusque in Ægyptum ibidem contra Virginitatem atque Cœlibatum vociferari orsus est: cujus insaniam, ut scribit idem Hieronymus lib. 2. adversus Jovin. Helvidius posteà, & Jovinianus toto pectore hauserunt. Utrumque ergo errorem S. Ephræm hìc refellit: & Virginitatem quidem Conjugio excellere docet: idcircò velut inæstimabilem thesaurum esse diligentissimè custodiendam; multiplices quippè ad eum surripiendum à Diabolo parari insidias. Attamen etsi Conjugio Virginitas præferenda sit, non ideò illud temerè esse condemnandum, quum ad sobolem procreandam, & ad evitandum pudoris naufragium à Deo fuerit institutum. Idque hoc loco pluribus argumentis confirmat; & in sequenti Hymno *de Oleo & Oliva* probat exemplo Patriarcharum Veteris Testamenti, quod Encratitæ negare non audebant; simul tamen affirmabant, post Christi adventum Nuptias fuisse sublatas, Continentiamque fuisse præcipuum Divinæ

In-

Incarnationis fructum, *sine quo obtineri vita non posset*, Epiph. hæres. 47. Hoc dogma Audianorum etiam fuit: cujus sectæ, utpote quæ in Mesopotamia coaluerat, Uranius Mesopotamenus fuit, S. Ephræmo suppar, eamque post varia exilia ultrà Damascum & Mesopotamiam tandem resedisse scribit S. Epiphan. hæres. 70. Istum ergo præcipuè errorem videtur S. Ephræm hic & alibi pulsare: rari enim, & ferè nulli erant ea tempestate sectarii, qui Virginitatis præ Matrimonio excellentiam in dubium disceptationemque vocarent. Plurimi contrà, qui Nuptias indiscriminatim execrarentur; Syri præcipuè, gens suopte ingenio austera atque aspera: quos Diabolicæ doctrinæ Interpretes esse affirmat B. Ephræm: ܡܫܕܐ ܡܢܬܪܐ ܡܢ ܙܘܓܐ ܕܚܝܠܐ ܕܬܪܒܝܬܐ: *Diabolus miseros à nuptiis avertit specie disciplinæ*. Ubi manifestè unàcum Encratitis Eustathianos perstringit, qui, ut loquitur Concilium Gangrense, *specie Religionis* ad fallendos incautos abutebantur. Inconsultæ autem hujus Continentiæ, nuptias præposterè execrantis, consequentiam ab eodem Concilio detestatam statim subdit: ܕܒܙܘܓܘܬܐ ܕܡܬܟܣܝܢ ܡܢ ܙܘܓܘܬܐ ܢܦܠܘ ܒܦܓܪܐ: *Quoniam ad Conjugij gradum pudet eos reverti, in laqueos flagitiorum prolabuntur*.

4. De gemino Christi Symbolo, Oliva scilicet, & Oleo, Hymni quatuor. 1. ܕܝܠܟ ܡܪܝ ܦܬܚ ܓܢܙܐ: *Tui, Domine, thesauri fores aperi, quæso, mihi*. 2. ܙܝܬܐ ܠܢܘܗܪܐ ܕܢܢܗܪ ܠܢ ܒܪܡܐ. *Oleum lucernam, quæ nobis luceat, sublimi statuit*. 3. ܙܝܬܐ ܕܟܗܢܐ ܡܠܟ ܥܡܡܐ: *Oleum, velut Pontifex, Regnum parat*. 4. ܐܝܪܚܐ ܕܡܬܝܒ ܟܠܝܠܐ ܡܢ ܛܠܐ ܘܥܦܪܐ: *October, qui æstiva colluvie atque pulvere fessos, opportuna quiete recreat*. Hoc loco Sanctus Doctor rursùs Matrimonii causam contra Tatianum & Encratitas, atque Marcionistas agit, illudque Viti eleganter comparat, quam Divina manu consitam fuisse docet; racemorum autem habere speciem parvulos, suavissimas nempè parentum suorum delicias. ܕܓܦܢܐ ܕܡܢ ܟܪܡ ܥܠܠܝܗܘܢ: ܕܡܬܚܙܝܢ ܡܢ ܒܪܝܡܘܗܝ ܕܚܝܠܐ ܕܟܝܠܐ ܕܟܪܡ ܕܝܠܗ.

Citatur à Georgio Amira in Grammat. Syr. pag. 81.

Insignem porrò habet in 3. hymno de Sacramento Confirmationis locum: ܡܫܚܐ ܕܒܪܫܐ ܟܟܒܐ ܢܚܬ ܡܢ ܩܪܢܐ ܕܡܫܝܚܐ. ܡܢ ܩܪܢܐ ܕܟܪܝܢ ܕܟܪܝܢ ܢܦܠ ܥܠ ܪܫܐ ܕܦܓܪܐ: ܐܝܟ ܕܐܠܗܐ ܢܚܘܪ ܠܡܘܫܐ ܗܟܢܐ ܢܗܪ ܠܫܠܡܘܢ ܒܪܫܡܐ ܕܡܫܚܐ ܕܡܫܚ ܠܗ ܡܢ ܥܡܐ ܠܥܡܐ ܕܡܫܚܐ ܗܝ ܡܫܚܐ ܕܡܫܚ ܠܡܢܝܢ ܒܙܥܘܪܐ ܕܡܫܚܐ ܕܡܫܝ

esse affirmat. Eam verò Unctionem in festo Paschatis post solemne Jejunium fieri solitam, indicat, scribens:

ܢܛܪ ܘܡܫܚ ܘܡܥܡܕ : ܡܢܩܐ ܡܕܡܐ
ܕܡܫܬܘܬ : ܡܢܗ ܕܐܠܐ ܡܢ ܚܛܗܝܢ .

Aprilis, qui jejunantes fatigat, ungit, baptizat, & candidos facit, detersa ab animis nostris peccati labe. Mox paucis interjectis disertè docet, Christianum in Baptismo & in Confirmatione, spirituali quodam charactere signari: ܘܫܡܗ ܗܘ ܕܡܢ ܪܘܚܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܡܫܚܐ ܠܗ ܘܡܬܩܪܒ ܠܬܠܡܝܕܘܬܗ . ܒܡܫܝܚܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܡܫܚ ܟܗܢܐ ܘܡܫܝܚܐ . ܘܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܡܢ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܡܫܚ ܠܥܡܗ . ܘܟܕ ܡܚܬܡ ܡܢ ܛܒܥܐ ܕܟܠ ܚܬܡ ܗܢܐ ܡܬܚܬܡ ܒܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܡܢ ܛܒܥܐ ܕܡܫܝܚܐ : ܗܢܐ ܡܫܚܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܥܡ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܡܬܚܒܪ ܘܡܬܩܪܒ ܠܗ : ܘܡܢ ܗܢܐ ܡܫܚܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܡܫܚ ܟܗܢܐ ܘܡܫܝܚܐ : ܘܡܢ ܗܢܐ ܡܫܚܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܡܫܚ ܥܡܗ ܕܡܫܝܚܐ ܕܢܦܫ ܚܬܡ ܡܫܝܚܐ : ܗܢܐ ܡܫܚܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܡܫܚ ܠܥܡ ܡܫܝܚ ܕܢܦܫ ܚܬܡ ܡܫܝܚ : ܗܢܐ ܡܫܚ

. ܐܬܝܠܢ *Venit ad nos in dilectione sua Arbor benedicta. Lignum per Lignum superatum est: Fructum fructus sustulit: Fructum mortiferum Vitalis absumpsit.* 2. ܒܢܝܗ ܕܢܗܪܐ ܕܚܝܐ ܐܟܠ ܠܡܘܬܐ : *In nostri Solis adventu.* 3. ܬܘܒ ܠܟ ܒܪܝ ܕܢܗܘܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܩܕܡܝܐ ܠܡܘܫܐ ܩܪܝܒ ܗܘܐ ܠܟ ܒܪܝ ܕܢܗܘܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܩܕܡܝܐ ܠܡܘܫܐ ܩܪܝܒ ܗܘܐ : *Experire, Fili, & gesta Primogeniti ad gloriosum Moysen conferto.* 4. ܩܫܐ ܗܘ ܕܚܙܐ ܠܟ ܒܫܘܬܐ ܕܚܙܝܬܗ : *Difficile est malo suam intueri turpitudinem.* Scopus S. Doctoris est, utriusque Testamenti consensionem & concordiam demonstrare contra Marcionistas, quos ubique data occasione S. Ephræm pulsare solet: hos enim Hæreticos in Syria frequentissimos fuisse suo tempore, auctor est Theodoretus in vita S. Jacobi Eremitæ.

12. De Christi tentatione & victoria, Hymni tres. 1. ܡܥܡܕ ܡܪܝܐ ܠܩܪܒܐ ܕܡܢ ܡܢܓܐ ܠܗ : *Baptizatus Dominus ad pugnam vocatur.* 2. ܕܐܬܐ ܠܡܢܣܝܘܬܐ ܡܬܬܢܣ : ܠܟܠ ܡܢܝܢܐ ܕܢܣܝܘܢ ܡܬܬܢܣ : *Qui Te ausus est tentare, omnibus tentationum generibus premitur.* 3. ܒܪܟܬ ܡܕܒܪܐ ܕܩܪܒ ܠܗ ܒܗ ܘܩܛܠ ܟܠ ܡܕܡ : *O beatam solitudinem, in qua pugnavit, qui omnia vincit.*

15. De Joanne Baptista, & altero Joanne Apostolo, deque Simone Petro. ܒܪܟܬ ܐܢܬ ܕܥܩܪܐ ܕܝܠܕܬ ܒܪܐ *O beatam sterilis fœminæ sobolem.* Ubi de primatu S. Petri hæc notanda. ܒܪܟܬ ܐܢܬ ܫܡܥܘܢ ܕܐܝܟ ܡܫܬܐ ܕܪܘܚܐ ܒܢܝܗ. ܘܐܡܪ ܠܟ ܐܢܐ ܕܡܕܡ ܕܐܬܩܢܬ ܡܢ ܪܘܚܐ ܕܩܕܫܐ ܕܐܝܟ ܕܐܢܐ ܡܫܬܐ ܠܟ ܠܡܫܬܐ ܕܡܫܝܚ

Josue, & Eleazar: sed potissimùm quia ad ejus puteum Christus consedisset, Samaritanam alloquuturus.

20. De Civitate Ephraim, in quam Dominus, ut Judæorum persecutionem declinaret, se recepit, Hymni duo: quorum primus incipit: ܐܦܪܝܡ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܦܪܝܡ ܗܘܬ ܠܟ : *O fortunatam urbem Ephraim*. Secundus: ܐܦܪܝܡ ܕܒܝܬ ܐܠܗܐ ܗܘܬ ܠܟ ܡܪܝܐ ܕܐܦܪܝܡ : *Beata es urbecula Ephraim, quia urbium Dominus in te resedit*.

22. De Samaria, & muliere Samaritana, Hymni duo. Primus incipit: ܡܪܝܐ ܥܝܦ : *Dominus defatigatus*. Secundus: ܐܬܝܬ ܐܢܬ ܐܝܬܬܐ : *Beata es, mulier*.

24. De Virginitate. ܐܬܝܬ ܐܢܬ ܒܬܘܠܬܐ : *Beata es Virgo*. Vide, quæ notavimus hymn. 1.

25. De Joanne Apostolo. ܛܒܐ ܕܐܦܪܫ ܢܦܫܗ ܡܢ ܥܡܐ ܕܣܢܝܐ : *Bonus, qui se abjecit, tradiditque genti exosæ & detestabili*.

26. De Mulieribus, quæ Christo ministrabant. ܛܒܐ ܕܡܙܡܢ ܠܝ ܠܡܐ ܕܐܡܪ ܐܡܗ ܛܒܐ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܠܡܐ ܕܐܡܪ ܐܡܗ : *Bonus me provocat, ut bona quæ de sua ipse Matre prædicavit, edisseram*.

27. De Salomone & Regina Saba. ܫܠܝܡܘܢ ܒܚܟܡܬܗ ܥܒܕ ܕܡܬܡܗ ܡܢ ܡܠܟܬܐ ܕܫܒܐ . ܗܘܐ : *Salomon sapientiâ suâ talia gessit, quæ Regina Saba miraretur*.

28. De mysteriis Christi, quæ in Lege Naturæ, & in Lege Scripta præsignata fuere, Hymni tres. 1. ܡܢܘ ܕܡܐܡܪ ܢܫܘܐ ܠܡܬܗ ܕܢܬܢ ܬܡܗܐ ܠܡܪܝܡ ܘܬܡܗ ܗܘܐ ܠܡܫܝܚܐ : *Quisnam dicendo assequatur stuporem & admirationem*. 2. ܡܠܬܐ ܕܡܪܝܡܐ ܢܚܬ ܘܠܒܫ ܦܓܪܐ ܕܡܣܟܢܘܬܐ : *Verbum Altissimi descendit, & imbecille corpus induit*. 3. ܡܢܘ ܕܚܙܐ ܠܡܪܝܐ ܘܬܡܗ ܗܘܐ ܠܗ ܡܢ ܡܠܟܬܐ : *Ecquis vidit Dominum, & admiratus est*.

31. De Nativitate Christi. ܠܝܠܕܘܬܟ ܕܡܫܝܚܐ ܡܪܝ ܚܝܐ ܗܘܝܬ ܠܥܠܡܐ : *Nativitate tua, Christe, mundo vitam attulisti*. Hujus thematis Tractatum integrum scripsit, de quo vide pag. 80.

32. De Nazareth & Bethsaida. ܢܨܪܬ ܐܬܝ ܠܟ ܛܒܬܐ ܕܫܪܝܬ ܠܡܗܘܐ ܠܟ ܐܬܪ : *Nazareth tibi gratias agat, quod digna fuerit, ut tibi patria fieret*.

33. De Cana Galilææ, & civitate Nain. ܩܢܐ ܐܬܝ ܠܟ : *Cana te celebret*.

34. De Hemorrhoïssa, de filia Jairi, de Samaritana, & de Chananæa. ܕܙܒܢܬܐ ܕܐܬܬ ܠܡܪܝܐ ܕܟܠܗ ܐܢܫܐ ܠܗ ܐܬܬ ܕܫܪܝܪ ܗܘܬ : *Hemorrhoissa ad Dominum universorum accedere verita est*.

35. De Hiericho: De ficu, cui Christus maledixit: De loco, ubi expuit cœcumque sanavit: De Maria Magdalena: De Martha: De Monte Oliveto: deque pueris, qui Christo cum ramis palmarum & olivarum occurrerunt. ܐܝܪܝܚܘ ܡܫܟܚܗ ܠܡܫܝܚܐ : *Hiericho eum adoret*.

36. De Ecclesia. ܒܦܘܡܝ ܕܙܕܝܩܐ ܢܫܒܚ ܠܗ ܕܦܪܫ ܠܚܡܐ ܚܝܐ ܒܝ ܕܒܪܟ ܠܚܡܐ ܕܩܪܝܢ ܠܗ ܠܚܡܐ ܕܚܝܐ ܒܝ : *Ore meorum Justorum illum collaudo, qui in me vivum Panem fregit, quem*

quem suis ipse Discipulis dispensavit. De quo Pane in præcedenti Hymno hæc scripserat: ܕܢܬܟ ܡܫܬܡܫܘ ܩܕܡܝܐ ܠܐ ܚܙܘܗܝ . ܕܢܬܟ ܡܚܘܗܝ ܡܢܗ ܡܫܬܡܫܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܫܬܡܫܝܢ ܒܥܕܬܐ ܕܢܬܟ ܒܟܝܠܝ ܫܪܝܬܐ ܕܚܝܐ ܕܢܚܬ ܠܘܬܢ ܒܪܝܫܝܬ ܡܫܬܡܫܬ ܒܪܝܫܝ ܕܥܕܬܐ :

Tuam priores Sacerdotes concupierunt pulchritudinem, nec viderunt: Oderunt posteriores, teque indignis tractaverunt modis: Postremi, qui in Ecclesiis inaugurantur, Sacerdotes te suis complexi sunt ulnis, ò Panis vitæ, qui ad nos delapsus, nostris te sensibus immiscuisti. In hoc Hymno meminit Sanctus Doctor sanguinei sudoris Christi in horto: ܒܬܪܐ ܕܥܪܩ ܟܠܠܗ ܟܠܝܠܐ ܕܕܡܐ :

Locus, in quo sudavit, coronam ipsi nectat. Ex quo planum fit, versiculum illum Lucæ c. 22. 44. tamquam genuinam Evangelici Textus partem à S. Ephræm agnitum, & in Syriaca versione olim expressum fuisse: eam siquidem historiam à quibusdam in dubium fuisse olim revocatam, docent S. Hier. l. 2. contra Pelag. & S. Hilar. l. 10. de Trinit.

37. De Fide. Agit potissimùm de mysterio Incarnationis, & de Eucharistia. Et de hac quidem sic habet: ܦܓܪܗ ܫܘܝܐ ܠܥܕܬܐ ܕܝܠܗ ܦܓܪܐ : ܠܐ ܒܣܪܐ ܕܒܣܪ ܠܥܠܡ . ܠܐ ܡܢܗ ܕܥܠ ܡܘܬܐ ܕܡܬܩܛܠ . ܡܢܗ ܗܘ ܕܩܛܠ ܫܘܬܦܘܬܗ ܕܥܕܬܐ : ܡܘܩܕܡܘܬ ܦܓܪܐ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܥܝܢܝ . ܡܢܗ ܗܘ ܕܩܛܠ ܫܘܬܦܘܬܗ ܕܥܕܬܐ . ܡܢܗ ܗܘ ܕܩܛܠ ܫܘܬܦܘܬܗ ܕܥܕܬܐ :

Corpus ejus nova ratione nostris corporibus immistum est: ipsius quoque sanguis purissimus in venas nostras diffusus. Ejus similiter vox aures nostras, conspectusque oculos nostros perculit. Totus ipse nos totos pervasit: & quia Ecclesiam suam dilexit nimis, non illi dedit æmulæ ejus (hoc est Synagogæ,) *manna, sed ipse panis vitæ factus est illi, ut ipsum comederet*. En præclarissimum testimonium de reali Christi Domini præsentia in augustissimo nostri Altaris Sacramento. S. Ephræmo omnes Syrorum Liturgiæ, aliaque publica monumenta mirâ consensione suffragantur. In altera ejusdem Hymni parte, ubi de Incarnatione agit, Marcionistarum errorem confutat, qui carnem Christi nostræ carni dissimilem fuisse docebant: nempè ex cœlesti substantia coagmentatam: ܦܓܪܐ ܕܡܪܝܡ ܡܢܗ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܥܝܢܝ ܕܡܢ ܕܥܠ ܡܘܬܐ ܕܡܬܩܛܠ . ܡܢܗ ܗܘ ܕܩܛܠ ܫܘܬܦܘܬܗ ܕܥܕܬܐ . ܡܢܗ ܗܘ ܕܩܛܠ ܫܘܬܦܘܬܗ ܕܥܕܬܐ . ܡܢ ܕܥܠ ܡܘܬܐ ܕܡܬܩܛܠ

ܐܘܕܝܐ ܘܐܬܪܚܡ : *Confitebor, ut libertatem consequar. Orabo, ut proficiam.*

40. De Patribus, & Prophetis, qui Nativitatem Christi antecesserunt. ܕܐܬܝܗ ܕܝܠܟ ܡܪܝ ܟܠܗ ܕܪܗܪ ܥܠܡܐ : *Adventum tuum, Domine, omnium sæculorum Justi esurierunt.*

41. De Jona & Ninivitis, Hymni novem. Alii sunt ab eo sermone, quem edidit Vossius tom. 3. pag. 150. cujus initium in Cod. Nitr. V. fol. 132. terg. ܗܐ ܕܝܢܐ ܢܒܝܐ ܐܬܟܪܙ : *En Jonas in Ninive prædicavit.* Primus incipit: ܠܘܬ ܚܣܕܟ ܡܛܠ ܗܢܐ : *Ad tuam misericordiam confugio.* Affirmabant Marcionistæ, fas esse Christiano Baptismum iterare: Illorum errorem hic confutat S. Ephræm docens peccata post Baptismum perpetrata Pœnitentiæ remedio indigere. ܘܒܗ ܠܐ ܡܬܚܙܝ ܟܗ ܠܐ ܡܬܚܙܝܐ . ܘܠܗ ܕܝܢ ܕܢܦܠ ܘܢܦܠ : ܠܗ ܕܝ ܕܢܦܠ . ܕܐ ܕܡܬܚ ܗܘܐ ܠܐ ܬܗܦܟ : ܡܛܠ ܕܡܢ ܕܒܛܝܡܘܬܐ : ܕܠܐ ܢܗܦܟ ܟܗ : ܡܛܠ ܕܡܢ ܕܒܛܝܡܘܬܐ : *Quia, inquit, nullus superest Baptismo locus, nec peccato quidem locum superesse fas est. Quia verò peccati sanies fluere non cessat, ideò nec expiationis asperso sublata est. Qui enim in Baptismo spem fecit, ne istam abscinderet, Indulgentiam* (idest Clavium potestatem) *adjecit.* Ubi Novatianos, & Cataphrygas apertè sugillat.

50. De Resurrectione Christi Hymni duo. Primus incipit: ܚܕ ܒܫܒܬܐ ܢܗܪܐ ܙܪܚ : *In una Sabbati vicit lux.* Alter: ܡܠܟܘ ܫܘܛܢ ܘܙܟܝܘ : *Regnarunt, vicerunt Tenebræ, & victæ fuerunt.* Ubi contra Manichæos insurgit Tenebrarum patronos, Tenebras negans aliquid esse, nedum vim aliquam numenque ipsis inesse.

VI.

De Fide Hymni LXXXVII.

ܡܝܡܪܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܠܡܢܝ ܡܫܬܟܚ .

De Fide.

DISPUTAT in hoc Libro S. Ephræm contra Arianos, & Eunomianos de Divina Verbi natura, quam temerè ab illis investigari, pluribus ostendit: Hoc enim inter varias Arianorum sectas Eunomiani præcipuè sibi arrogabant, ut patet ex Dialogo S. Basilii adversùs Eunomium, & ex ejusdem ad eundem Epistola. Quamobrem Liber iste scriptus fuisse videtur à S. Ephræm jam sene, quando Eunomius, Aetio Syro magistro, Ecclesiam turbare jam cœperat, & Ariani in Mesopotamiam, & in ipsam urbem Edessam jam irruperant, qui etiam Valentis Imperatoris favore Edessenos Catholicos ab Ecclesiis tandem expulere tertio ab obitu Sancti Doctoris mense, ut patet ex Chronico illius Ecclesiæ ad annum Græcorum 684. & nos suprà notavimus ex Dionysio Patriarcha pag. 54.

1. Quam in omnibus Sectariis Patres novitatem reprehenderunt, hanc B. Ephræm Arianis in ipso Disputationis limine objicit, eosdem ad perpetuam Ecclesiæ Catholicæ traditionem provocans. ܐܝܟ ܕܢܚܝܐ ܟܠܢ ܒܗ ܗܘܝܢ ܐܝܟ ܕܡܠܟ ܠܗ : ܗܘ ܕܡܫܬܟܚ ܠܢ ܗܘ ܕܝܢ ܡܫܬܟܚ : *Pro illa fidei formula, qua omnes vivimus, quam ille constituit, à quo omnes docti sumus, novam Fidem commentum est istud nostri*

ævi

ævi audax hominum genus. Hoc telum S. Hilarius Ephræmi contemporaneus lib. 6. de Trinitate eisdem Arianis objiciebat, scribens: *Tardè mihi hos piissimos Doctores ætas nunc hujus sæculi protulit: serò hos habuit fides mea, quam Tu erudisti, Magistros. Inauditis ego his omnibus in Te credidi*. Hoc telum adversùs eosdem frequentissimè contorquent Athanasius, & Basilius, velut ab ipsis Arianis oblatum, novas identidem fidei formulas procudentibus. Quum verò idem fecerint, & hodie faciant Hæretici, qua ratione, qua fronte suis sectis arrogare poterunt Antiquitatem doctrinæ, quam omnes Patres Latini, Græci Syrique, ceù verissimam Ecclesiæ notam agnoverunt?

Pergit Sanctus Doctor, & Aëtianos adoritur, quorum secta in Syria, velut in nativo solo maximè coaluerat. Aetius enim Syrus fuit, qui eò dementiæ progressus est, ut de Deo, Deique substantia geometrica via & ratione disserere atque decernere ausus fuerit, dialectica usus & brevi quadam syllogismorum complexione: perinde ac si infinita Dei majestas angustis humanæ mentis finibus circumscribi posset, & illud solùm de Deo credendum esset, quod naturali lumine deprehenderetur. Vide Sozomenum lib. 4. cap. 28. Socrat. lib. 2. cap. 28. Epiphan. hæres. 76. & Philostorg. lib. 3. Qua in re nuperum imitatorem habuit Benedictum de Spinosa, famosum ætate nostra Sectarium. Ut ergo Aëtianorum arrogantiam reprimat, statuit primo loco Dei naturam incomprehensibilem esse. Id ex eo demonstrat, quod rerum à Deo conditarum naturam nullus hactenus mortalium perfectè assequutus fuerit. Quâ viâ etiam Basilius Eunomium Aëtianæ doctrinæ & arrogantiæ Symmisten aggressus est in lib. contra ejusdem Apologiam, & epist. 168. ubi scribit: *Si minutissimæ formicæ nondum es assequutus naturam, quomodo incomprehensibilem Dei potentiam imaginatione tua comprehensam esse gloriaris?* Atque per hanc occasionem Sanctus Ephræm Aëtium ad sui ipsius cognitionem revocat, disputationemque de Animæ substantia inducit: in qua productis variorum variis de hac quæstione sententiis, eorum quoque dementiam redarguit, qui hominem mente animaque præditum esse negabant. ܐܬܘ ܬܪܝܢ ܕܝܢܐ ܘܐܬܚܙܘ ܕܠܐܝܢ ܠܗܘܢ ܕܢܦܫܐ ܕܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܢܦܫ ܐܠܐ ܗܝ ܢܦܫܐ ܢܦܫܗ ܡܬܚܐ ܠܗ ܕܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܢܦܫ ܐܠܐ ܗܝ ܢܦܫ ܢܦܫ

ܘܡܪܘܡ ܠܐ ܡܢܝܢ : *Stant mille millium: discurrunt myrias myriadum: Unum myriades perscrutari nequeunt.*

Secundus: ܡܕܥܬܐ ܕܒܪܢܫܐ ܠܘܬ ܡܕܥܬܐ ܕܚܝܠܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܕܝܫܐ ܠܘܬ ܡܕܥܬܐ ܕܚܝܠܐ ܕܡܠܐܟܐ . ܠܘܬ ܡܕܥܬܐ ܕܚܝܠܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܕܝܫܐ ܠܘܬ ܡܕܥܬܐ ܕܒܪܢܫܐ ܕܠܝܬ ܠܗ ܫܘܪܐ : *Hominis cognitionem si Angelicæ cognitioni compares, lux dubia est. Si Angelicam rursus cognitionem cum scientia Spiritûs conferas, fulgor est exiguus.* In his duobus Hymnis de Angelorum naturâ S. Ephræm doctissimè disputat. Præclara visa sunt, quæ hìc describimus. ܡܢ ܕܡܬܚܙܐ ܠܗ ܕܢܬܚܙܐ ܠܗ ܕܢܬܚܙܐ ܠܗ ܕܢ

ܒܡܙܢܐ : ܡܠܝܢܘܗܝ ܠܐܡܬܐ ܕܒܪܝܫܐ
ܕܒܝܫܐ ܡܬܚܙܐ . ܚܙܘܗܝ ܡܢܘܢ ܡܠܦܢܐ :
ܡܠܦܗ ܕܚܙܝܢܐ ܕܒܝܫܐ :

Appende ambos in ſtatera: Centurionem, quicredidit, & JUDAM THOMAM, qui attrectare & explorare deſideravit. Illum Dominus commendavit: Hunc Præceptor objurgavit.

8. Ex eo, quod Prophetæ prona facie Angelos Dei perſonam repræſentantes adorarunt: quod ſummo Sacerdoti Sanctuarii adyta ſemel per annum ingredi fas erat: quod populus in vultum Moyſis ex Divino conſortio revertentis oculos intendere non poterat, confirmat quæ ſuprà de incomprehenſibilitate rerum Divinarum probavit. ܐܝ ܕܚܙܝܢ ܒܡܫܐ ܒܟܠܗ ܒܫܦܝܪܘܬܗ :

O fulgor Moyſis, in quem nemo poterat oculos intendere.

9. Ex Fidei definitione & natura, Aëtianorum temeritatem revincit. ܠܡܢܐ ܗܘܐ ܕܚܟܡܐ ܘܠܐܘܦܝܢ ܕܥܠܡܢ : *Recta erat quæſtio, quam ſæculum noſtrum pervertit.*

10. De ſempiterna Verbi generatione, de ejuſdem Incarnatione, & reali in Euchariſtia præſentia. ܐܢܬ ܡܪܝ ܟܬܒܬ ܦܬܚ ܦܘܡܟ ܘܐܢܐ ܐܡܠܝ ܠܗ : *Tu, Domine, ſcripſiſti, Aperi os tuum, & ego implebo illud.* Notanda ſunt, quæ de Euchariſtia docet. ܒܟܢܝܢܐ ܕܦܬܝܪ ܘܠܐ ܡܬܐܟܠ : ܒܚܡܪܐ ܕܢܘܪܐ ܕܠܐ ܡܬܫܬܐ . ܦܬܝܪ ܒܟܢܝܢܐ : ܪܘܚܐ ܩܝܡܐ ܘܢܘܪܐ ܒܚܡܪܐ : *In Pane tuo latet Spiritus, qui non comeditur. In Vino tuo ardet Ignis, qui non bibitur. Spiritus in Pane tuo, & Ignis in Vino tuo. Duo mirabilia, quæ ab animis noſtris percipiuntur.* Et paucis interjectis : ܗܐ ܢܘܪܐ ܘܪܘܚܐ ܒܚܝܢ ܕܡܥܡܕܬ ܒܗ . ܗܐ ܢܘܪܐ ܘܪܘܚܐ ܒܡܝܐ ܕܡܬܥܡܕ ܒܗ . ܢܘܪܐ ܘܪܘܚܐ ܒܪܙܢ ܕܡܫܬܐ ܒܗ . ܒܟܢܝܢܐ ܕܚܝܢ ܕܡܬܩܪܒ ܒܗ . ܦܬܝܪ ܕܚܝܢ ܕܡܬܩܪܒ ܒܗ . ܦܬܝܪ ܕܡܬܩܪܒ ܒܗ . ܠܐ ܢܬܩܪܒ ܡܢ ܐܝ ܕܐܝܬ ܒܗ : ܠܐ ܗܘܐ ܘܢܬܩܪܒ ܠܐ ܘܢܫܬܐ ܒܗ : *En Ignis & Spiritus in ſinu Genitricis tuæ. En Ignis & Spiritus in flumine, in quo baptizatus fuiſti. Ignis & Spiritus in noſtro Baptiſmo. Ignis etiam, & Spiritus Sanctus in Pane, & Calice. Panis tuus Voracem necat, quæ ſuum nos panem fecerat. Calix tuus mortem perdit, quæ nos abſorbuerat. Te, Domine, comedimus, Te bibimus, non ut conſumamus Te, ſed ut per Te vivamus.* Quod dicit, in Pane latere ignem Spiritus Sancti, infrà Hymn. 40. explicat de virtute Spiritus Sancti, qua Panis in Corpus Chriſti tranſmutatur: & eſt frequens Syris Doctoribus phraſis.

11. Divini Verbi naturam, quam ab Eunomianis temerè perquiri hucuſque probavit, perſcrutari ſe nequaquam audere modò profitetur. ܐܢܐ ܡܪܝ ܠܐ ܡܬܩܝܡ . ܡܛܠܗܕܐ ܠܐ ܡܬܚܙܐ . *Ego, Domine, tantus non ſum. Propterea non audeo.*

12. Magnifica de Deo ſentienda, & prædicanda, quum ipſe ſit fons perennis, unde ad nos bonum omne delabitur. ܡܠܚܐ ܕܡܪܝܐ ܗܘ . ܡܢܗ ܢܚܬ ܠܢ ܛܒܘܬܐ . ܡܠܚܐ ܕܝܠܟ ܫܪܪܐ ܗܘ : *Sal tuum veritas eſt: mens noſtra, quæſo, illo condiatur.*

13. Edeſſenos animat, ut Trinitatis myſterium palàm fidenterque profiteantur. ܐܝܟ ܕܡܬܬܠܝ ܡܫ

ܐܝܟܐ ܘܒܚܕ ܗܘܐ . ܘܥܒܝ ܚܕܐ ܡܢܗܘܢ : ܦܩܢ ܡܫܬܒܚܝܢ : *Incolumem fidem meam ab eorum servabo errore, qui modò erupere, quique dum Patrem confitentur, simul Unigenitum ejus ejurant.*

14. Supplicatio ad Christum, in qua dicendi vim, & triumphatricem animorum eloquentiam petit, ut Incarnationis mysterium satis celebrare possit. ܐܡܬܝܬܟ ܡܢܝ ܡܪܝ ܠܡܣܬܐ ܕܚܕܐ ܕܫܘܬܐ . ܣܦ ܠܟ ܠܡܕܡ ܚܕܐ ܕܫܘܬܐ ܕܡܫܬܐ . ܐܡܬܝ ܕܐܬܐ ܠܡܫܬܐ ܕܚܡܪܐ ܡܠܬ ܡܢ ܡܝ ܕܫܘܬܐ : ܡܠܐ ܦܘܡܝ ܡܢ ܫܒܚܟ : *Invitavi te, Domine, ad convivium variis instructum Hymnis. Defecit in convivio nostro Vinum, sermo scilicet laudis. Qui ad nuptias invitatus, optimo vino hydrias implevisti, reple, quæso, os meum laude tua.*

15. Humanæ mentis imbecillitatem rursùs exagitat ex eo, quod nec sua explicare sufficiat. ܐܢܫܐ ܕܢܬܢ ܒܥܝܢ ܕܝܠܗ . ܐܢܫ ܕܢܬܢ ܒܥܝܢ ܕܝܠܗ : ܢܬܒܥ ܕܝܠܗ . *Homo quæ humanæ sunt naturæ investiget. Mortalis ea quæ sibi præcepta sunt, meditetur.*

16. Suam Deo Fidem exhibet. ܐܝܟ ܢܬܠ ܥܒܕܟ ܡܪܝ ܠܡܫܒܚܟ . *Quomodo tuus, Domine, servus de tuis laudibus conticescet?*

17. Super calamitates Ecclesiæ ab Arianis oppressæ, Ephræmi lacrymæ: ubi disputationem de Divina Verbi Incarnatione retexit. ܐܢܫ ܕܡܫܬܒܚ ܗܘ ܥܝܢܐ ܚܘܪܬܐ : ܐܦܠܐ ܠܝܬ ܗܘ ܒܗ ܡܢ ܗܘ ܡܢܗ ܢܬ ܗܘ : *Qui veritatem lividis oculis quærit, neque si in ipsam impegerit, potis est eam agnoscere.* Et paucis interjectis: ܡܢܗ ܕܠܐ ܢܬܚܬ ܒܗ ܫܢܐ ܕܥܡܐ ܘܕܢܬܥܠ ܡܕܡܐ ܠܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܬܪܚܩ ܡܢ ܡܠܬܐ ܕܢܬܪܥܘ ܠܐܝܠܝܢ ܕܢܬܪܥܘ ܠܐܝܠܝܢ ܕܢܬܪܥܘ ܠܐܝܠܝܢ . *Ecquis lacrymas teneat, intuens cives suos suscepta contra externos odia deponere, ipsosque inter se adversis hastis incurrere, conflato ex disputandi libidine civili bello.*

18. De Trinitate, & de Incarnatione Divini Verbi, ejusque salutaris dispensationis mysterio: ubi admiranda Dei opera, quæ Eunomiani & Aëtiani Dialecticæ præsidio assequutos se fuisse jactabant, ex aliis ipsius Dei operibus conjectanda proponit. ܡܢ ܕܠܐ ܦܪܚ ܠܐ ܢܦܠ ܠܐ ܢܫܒܪ ܠܐܝܠ ܕܫܦܝܪ . *Pullus Avis nisi perfectus fuerit, testam nequit frangere.*

19. Divinam Christi Oeconomiam prosequitur. ܫܒܚܐ ܠܒܪܐ ܕܐܡܪ ܫܪܪܐ : *Laus debetur Filio, qui docuit veritatem.* Ubi Theopaschitas apertè revincit, dum passionem Corpori Christi, non Divinitati adscribit: ܐܢܬ ܡܪܝ ܛܒܥܟ ܠܒܫܬ ܒܦܓܪܐ ܕܢܟܝܠ ܘܠܡܣܒܠ ܠܟ ܡܪܝ : *Tu, Domine, naturam tuam* (Divinam utique) *infirmo corpore induisti, ut pati in eo posses.*

20. Fidem palàm prædicandam esse. ܗܝܡܢܘܬܝ ܕܐܝܬ ܠܟ ܡܪܝ ܩܠܐ ܪܡܐ ܡܩܪܒ ܐܢܐ : *Fidem meam Tibi, Domine, alta voce offero.* Eos redarguit, qui Religionem ut pallium pro temporum conditione mutabant: qua ex secta Eubulus quidam fuit, Ephræmo æqualis, quem S. Basilius reprehendit.

21. In Arianos, seù potiùs Eunq-

nomianos iterùm insurgit, quos redarguit ex eo, quòd contemptis Divinarum Scripturarum oraculis, sola humanæ scientiæ ope ad Dei cognitionem eniterentur. ܐܢܬ ܡܪܝ ܒܟܢܪܬܝ ܕܢܬܐ ܠܟ ܡܢܝܢܐ ܕܡܬܪܚܡ ܠܟ ܟܠܗܘܢ :

Tu, Domine, in cynara mea cantus ede, qui omnibus prosint. Et paulò post: ܐܢ ܓܒܪܝܐܝܠ ܡܫܬܥܒܕ ܗܘܐ ܡܢ ܕܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܠܗ ܕܒܪ ܝܘܣܛܝ ܕܢܗܘܐ ܠܢ ܒܪܐ ܕܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗ ܢܦܫܗ . ܟܡܐ ܢܬܒܙܐ ܒܪ ܝܘܣܛܝ ܕܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܕܒܪ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗ ܢܦܫܗ .

Si Gabriel indignatus est, ipse conditione servus, quia quum Levitam alloquutus fuisset, fides dictis ipsius habita non fuit; quantò magis excandescet Filius Justi nobis, qui non credidimus eum esse Filium, qualem se ipse dixit. Et infrà: ܠܐ ܢܗܘܝܢ ܠܟ ܦܘܪܝܢ ܕܢܬܐ ܠܟ ܟܠ ܡܢ ܕܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܪܐ : *Ne tibi fucum faciant voces confitentium Filium, quem negant esse genitum.*

22. Verbo Divinitatem ex utriusque Testamenti consonantia asserit. ܠܡܪܝ ܫܘܒܚܐ ܕܠܐ ܡܬܩܪܒ ܠܗ ܠܡܢ ܕܡܬܬܠܝ ܘܡܬܚܙܐ ܠܗ ܘܡܫܬܡܥ . ܚܕ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܡܫܬܡܥ ܠܟܠܗܘܢ . ܚܕ ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܡܫܬܡܥ ܠܢܒܝܐ ܘܠܫܠܝܚܐ . ܚܕ ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܡܫܬܡܥ ܠܢܒܝܐ ܘܠܫܠܝܚܐ .

Laus summo rerum Domino, qui sibi duo organa compegit, attemperavitque, Prophetas & Apostolos. Unus est digitus, qui diversas utriusque Testamenti voces in utroque organo diversâ pulsatione expressit.

23. De inenarrabili Trinitatis mysterio, ubi rursùs contra Arianos Divinarum personarum ordo & æqualitas asseritur. ܡܫܬܠܝܢ ܕܠܐ ܡܫܬܠܝܢ ܘܡܫܬܠܝܢ ܕܠܐ ܡܫܬܠܝܢ . ܡܫܬܠܝܢ ܕܠܐ

ܕܒܠܝܬܗ ܡܫܬܘܕܥ ܠܗ :
ܘܠܐ ܐܦ ܡܫܬܘܕܥܐ ܘܡܦܬܚܐ ܠܐ ܡܫܪܐ
ܦܘܡܗ ܘܢܦܬܚ ܐܘܨܪܘܬܗ ܘܡܦܬܚܐ ܘܡܫܪܐ
ܡܠܬܐ ܕܡܠܬܐ . ܗܘ ܕܠܗ ܡܡܠܠ ܡܠܬܐ
ܡܬܚܫܒ ܠܗ ܘܒܠܚܘܕ ܢܦܫܗ :

Etenim absque gratia ipsius Majestatis nequit os dispensare thesauros ejus; Ipsa enim velut clavis, opes suas custodibus thesaurorum suorum referat. Laus Gratiæ, quæ in lingua Oratorum loquitur, nec tamen eorum libertatem verbo suo tollit. Possidet os utrumque simul: de suo ipsam meditatur: de ipsa ipsam magnificat: Item absque gratia Verbi nequit os de eodem Verbo referre, quale & quantum sit. De ipso Verbo dicere per ipsum Verbum homo potest. Eadem habet suprà Hym. 16.

ܕܒܠܟ ܡܫܬܒܚ ܐܢܐ ܡܪܝܡ ܕܒܠܟ ܐܬܥܬܪ . ܡܢ ܕܒܠܟ ܐܝܬ ܠܝ ܡܕܡ ܕܐܡܪ ܐܢܐ :

De tuo te collaudabo: laus est de tuo munere: Per te quippè dives sum, Domine, deque tuo est, quod te prædico. Ubi Pelagianorum, & Semipelagianorum errorem jugulat, dum Gratiam Divinam ad omne opus bonum non modò perficiendum, sed etiam inchoandum necessariam esse scribit. Porrò quod spectat ad concordiam humani arbitrii cum Divina Gratia, Syrorum sententiam tenemus S. Doctori omninò conformem, in ultimo Hymno quarti Nocturni Feriæ Secundæ in Officio Feriali Romæ impresso, cui manuscripta omnia, quæ Jacobitarum Syrorum manibus teruntur, consentiunt, his verbis expressam: ܩܕܡܝܐ ܡܬܡܠܝ . ܡܠܐ ܡܕܡ ܕܒܝܫܐ ܡܬܚܫܒ ܠܗ ܡܬܚܫܒ . ܡܠܐ ܘܠܐ ܡܠܐ ܕܛܒܐ ܡܬܬܝܠܕ . ܡܠܐ ܕܒܝܫܐ ܡܬܬܝܠܕ . ܡܝܬܐ ܕܚܝܐ ܡܬܬܝܠܕ ܠܐ ܕܚܝܐ ܕܡܝܬܐ . ܒܒܝܬ ܚܝܐ ܡܝܬ ܐܕܡ ܕܨܒܐ ܠܗ . ܒܒܝܬ ܡܝܬܐ ܚܝܐ ܠܘܛ ܕܫܦܝܪ ܠܗ .

ܘܠܐ ܕܝܢ . ܪܘܚܐ ܕܐܘܢܝ ܚܛܝܐ ܕܟܠܗ ܡܬܬܩܢ : ܡܟܚܫ ܕܫܪܪܐ ܕܟܠ ܕܢܦܫ ܨܒܐ . ܟܠܗ ܪܚܡ ܚܛܝܐ ܠܐ ܡܬܩܒܠ . ܟܠܗ ܪܚܡ ܚܛܝܐ ܠܐ ܡܬܩܒܠ ܘܠܐ ܐܝܬ : ܐܝܟ ܕܐܝ ܠܐ ܡܬܩܒܠ ܠܡܬܩܢ :

Divina Æquitas aperiet os suum ad redarguendum, & omne os ibi oppilabitur, reumque se esse agnoscet. Exprobrabit Justitiam, quæ super omnes effusa est, & Gratiam, quæ ab omnibus rejecta est. Homines enim reservati sunt retributioni, quam ipsi non cogitant. Illa nempè Divina Æquitas aurem inclinat cogitationibus & conscientiæ, & judicium facit inter cogitationem & voluntatem. Nisi voluissem, malum operatus non fuissem. Non erat, ne cogitarem: Fuit tamen, ne vellem: & quia volui, reus factus sum. Et paulò antè:

ܫܪܝܐ ܘܠܐ ܡܬܩܢ ܡܫܬܩܠܐ : ܡܠܐ ܐܦ ܐܢܐ ܕܥܒܕ ܟܠ ܕܨܒܐ ܠܗ . ܟܕ ܨܒܐ ܡܬܩܢ ܠܐ ܡܬܩܢ . ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܠܝ ܡܕܡ ܕܠܐ ܨܒܐ . ܡܕܡ ܕܨܒܐ ܠܗ ܡܬܩܢ . ܡܕܡ ܕܠܐ ܨܒܐ ܠܗ ܡܬܩܢ . ܡܕܡ ܕܨܒܐ ܠܗ ܡܬܩܢ ܠܐ

vincit, & vincitur. Et in Hymno Feriæ tertiæ in eodem Officio.

ܒܚܛܝܐ ܚܛܝܐ ܐܢܐ ܠܡܢ ܡܬܚܝܒܢܐ. ܡܢܐ ܕܐܡܪ ܠܝ: ܐܒܠܐ ܠܝ ܕܚܛܝܬܐ. ܡܢ ܕܡܬܚܝܒ ܠܝ ܠܡܬܚܛܝ: ܐܢܐ ܕܒܨܒܝܢܝ ܠܡܬܚܛܝ: ܚܛܝܬܐ ܕܠܝ ܠܝ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܝ ܠܡܢ ܡܬܚܝܒ ܠܝ: ܐܢܐ ܕܒܨܒܝܢܝ ܠܡܬܚܛܝ: ܠܡܢ ܡܬܚܝܒ ܠܝ:

Mea me mala voluntas ad peccata trahit. Quum pecco, de Diabolo queror. Væ mihi, qui Diabolum peccati causam facio: nam Diabolus ad peccandum minimè compellit. Ego voluntate mea pecco. Cur ergo de Diabolo queror? Ex quibus duo collige: Primum, Divinam Gratiam nulli Viatori denegari: hoc enim significat *& Justitiam super omnes effusam, & Gratiam ab omnibus rejectam fuisse*, nempè *à peccatoribus*; de his enim sermo est: quam utique non rejicerent, si non haberent. Secundum, Gratiam ita omnibus esse concessam, ut nullius libertatem impediat: Hoc enim convincunt comparatio vitæ præsentis cum Nundinis, & Adami cum Loth, quam comparationem etiam habet S. Augustinus: sed pro Loth Jobum cum Adamo confert: eodem tamen sensu. Quum autem Syri gratiam Adamo collatam, ut Scholastici loquuntur, entitativè, etsi non formaliter majorem fuisse affirmant, atque inde colligunt, quod anteà asserverant, libertatem scilicet sua voluntate vincere & vinci, manifestè declarant, se in ea sententia esse, homines sub æquali, vel etiam majori Gratia constitutos, alterum assentiri, alterum verò dissentiri gratiæ; quod S. Augustinus de Civit. Dei lib. 12. cap. 6. explicat exemplo duorum eandem mulierem aspicientium, quorum alter eam concupiscit & deficit, alter tentationi resistit, & Gratiæ cooperatur.

Lib. de Patient.

26. Marcionistas & Arianos impugnat, Universum non ab Angelis, sed à Deo per Verbum conditum fuisse probans: ubi quædam de Præscientia Dei. ܐܠܗܐ ܚܝܠܐ ܕܒܟܘܪܗ ܥܒܕ ܡܬܬܡܗܐ ܘܠܐ ܡܬܥܝܦܐ:

Inaspectabilis Deus per Primogenitum suum opifex est admirabilis idemque infatigabilis.

27. Deum corporis expertem esse, & incomprehensibilem. ܐܠܗܐ ܕܠܝܬ ܦܓܪܐ: ܘܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܡܪ ܥܒܕ ܡܫܬܡܗ ܗܘܐ:

Deus, qui est per essentiam tùm natura, tùm nomine gloriosus.

28. Naturam habere omnium rerum modum, quem excedere vel omnino, vel absque scelere non possis. ܠܝ ܟܝܢܐ ܕܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܠܐ ܢܥܒܪ: ܐܘ ܕܠܐ ܢܚܛܐ ܡܢܗ: ܕܟܝܢܐ ܕܟܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܢܬܕܚܠ ܡܢ ܡܫܟܢܗ: ܐܦܝܗ ܘܡܥܒܪ ܘܡܫܒܚ ܕܟܝܢܐ ܕܐܠܗܐ ܕܠܐ ܢܬܕܚܠ ܡܢ ܡܫܟܢܗ ܘܡܥܒܪ: ܡܢ ܢܡܘܣ ܘܐܪܘ ܕܒܢܝ ܕܒܪܢܫܐ ܕܠܐ ܢܬܕܚܠ ܡܢ ܡܫܟܢܗ ܕܐܠܗܐ:

Si Angeli, & fulgura, atque coruscationes, & motus, ventorumque flatus, atque tempestates, servorum conservi, timentur, quando nos miseros cum impetu premunt: Si hæc, inquam, hominis infima servitia sic timentur; ecquis in illud numen oculos figere potest, cujus virtute constant universa?

29. Duas Christo inesse naturas ex differentia operationum & attributorum ejus colligit contra Paulianistas, qui Christum purum hominem esse docuerunt. Paulianistarum hæresim in Syria maximè viguisse, docent Acta S. Doctoris à nobis suprà producta pag. 47. ܐܠܗܐ ܕܡܫܬܡܗ ܒܬܪܝܢ ܥܒܕܐ ܕܒܪܝܬܐ ܕܢܦܫ ܘܒܪܘܚܐ. ܗܘܐ ܕܥܡ ܠܡܠܐ ܘܒܪܘܚܐ ܗܘ: ܕܒܗܘܢ ܡܫܬܡܗ ܠܡܪ ܘܠܡܠܐ:

Mortales Deus Deos à gratia appellavit: illi verò Deum, quasi non Deum, sed hominem disceptando circumscripserunt. Notanda sunt contra Monophysitas & Monothelitas: ܗܘܝܢ ܡܫܬܠܐ ܕܢܫܐ ܠܟܘܢ ܐܠܗ ܕܢܫܐ ܕܠܐ ܐܠܗ ܐܠܐ ܕܒܪܢܫܐ ܕܡܬܚܘܝܢ ܘܡܬܚܘܝܢ ܕ

ܠܐܕܡ : ܡܛܠ ܕܥܒܕܬ ܐܢܬ ܪܒܐ .
ܠܒܢܝܢܐ ܕܒܢܘ ܠܟ ܙܥܘܪܐ ܡܢܘܗܝ
ܕܢܣܬܟܠܘܢ ܠܘܬ ܡܟܘܟܝܟ ܘܢܣܒܬܘ
ܡܢܗܝ ܕܢܬܪܡܘܢ . ܗܐ ܠܒܢܝܢܐ ܘܡܕܡܐ
ܕܡܘܬܐ ܕܒܪܝܬ ܐܢܬ ܠܒܫܬ ܕܚܘܒܐ
ܘܠܐ ܕܡܘܬܐ ܕܚܘܪܐ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ :

Antequam Adamum conderes, ex te tibi magnus eras. Parvum te finxerunt homines, quia ad eos descendisti, eorumque modos induisti, ut demissione tua ipsi extollerentur. Jam si similitudo imaginis humanæ naturæ parvum te fecit, quanto minorem efficiet Corpus, quod ex caritate induisti, verum, non phantasticum? Quod suprà annotavimus pag. 80. de vi verbi ܗܠܛ *Hlat*, id scilicet *mistionem* quidem importare; attamen interdum etiam *conjunctionem* absolutè significare commistionis immunem, confirmatur ex modo, quo hoc loco S. Doctor mysterium Trinitatis exponit: ܬܪܝܢ ܗܘܝܢ ܚܕ ܐܡܪ ܐܒܐ ܘܒܪܗ ܬܪܝܢ ܗܘܝܢ ܚܕ . ܬܪܝܢ ܚܕ ܠܐ ܥܒܪ ܒܬܪܝܢ ܬܪܝܢ ܚܕ ܡܫܬܠܛ ܒܬܪܝܢ . ܬܪܝܢ ܚܕ ܡܬܦܪܫ ܒܬܪܝܢ :

Unum sunt, inquit, *Pater, & Filius, quia una est amborum natura. Alter in alterum non transit, alter alteri immiscetur* (idest jungitur.) *alter ab altero discernitur*. Et infrà Hymn. 40. ܡܬܚܙܝܢ ܗܘܝܢ ܠܬܪܝܢ ܚܕ ܗܘܝܢ . ܗܘܝܢ ܬܪܝܢ ܚܕ ܠܐ ܡܫܬܠܛ . ܡܬܚܙܝܢ ܠܐ ܡܫܬܠܛ ܒܬܪܝܢ : ܡܬܦܪܫ ܠܐ ܡܫܬܠܛ .

Sileant ergò pertinaces & refractariæ mentes, manifestis convictæ argumentis. Ecce Unum Tres, Tres Unum sunt: Immisti (hoc est, conjuncti,) *non infixi; discreti, non decisi*: nimirùm distincti, non separati. Ubi Immistionem pro mutua circuminsessione Divinarum personarum usurpat. Quod autem dicit Divinarum Personarum unam esse Naturam, S. Thomas 1. Par. quæst. 39. art. 2. docet, magis exprimi Unitatem Divinam per hoc, quod dicamus, tres Personas unius esse essentiæ, quàm unius naturæ. Quocirca S. Ephræm infrà Hym. 73. clarè affirmat, trium Divinarum Personarum unam esse essentiam.

33. Rursùs de incomprehensibili Dei natura. Incipit: ܡܫܬܠܛ ܒܗ ܒܪ ܡܪܝܡ : ܘܨܒܗ ܠܗ ܡܠܬܐ ܘܠܐ ܡܬܚܙܐ .

Verax Joannes te contemplatus, te pinxit, Verbum te esse & Deum inattrectabilem.

34. Miserias humanæ naturæ lapsæ deflet. : ܩܕܡ ܚܛܝܬܐ ܗܘܘ ܟܠܗ ܕܢܩܝ ܗܘܘ ܟܠܗ .

Ante Adæ peccatum, munda erant omnia.

35. Rursus de duarum Naturarum in una Christi persona coeuntium distinctione & proprietatibus alteram ab altera descernentibus. ܘܡܬܠܐ ܡܬܠܐ ܠܟܬܒܐ ܘܡܬܠܐ ܠܥܡܡܐ :

Similis est Natura Libro: & Domestici extraneis consentiunt. Comparat S. Doctor Legem cum Evangelio, Hæreticos cum Ethnicis, & Humanam naturam cum Divina, Christum denique cum Adamo. Sicut, inquit, Adam ante peccatum mundus erat & immortalis, post peccatum verò immundus & mortalis; sic Christus ante Incarnationem quidem Deus Verbum apud Deum Patrem erat, post Incarnationem verò Homo mortalis & passibilis. Et sicut Moyses initio Genesis humanam naturam describens, eam pulchram fuisse ac puram ostendit, sed posteà

per peccatum Adæ impuram effectam non conditoris vitio, sed primi parentis culpâ; ita Joannes initio Evangelii Filium affirmat Deum esse, deinde subdit illum ipsum Verbum in carne quam assumpsit, passum fuisse. ܘܗܘܐ ܕܒܪܢܫܐ ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܐܠܐ ܡܢ ܚܛܝܬܐ ܕܐܒܐ ܩܕܡܝܐ . ܘܒܪܢܫܐ ܡܫܬܘܕܥ ܠܗܘܢ ܚܒܝܒܘܬܐ ܘܒܘܙܝܐ ܕܡܠܐ : ܘܡܢ ܩܕܡ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܐ ܡܫܬܘܕܥ ܠܗ : ܗܘܐ ܡܢܗܘܢ ܕܚܝܢܐ ܘܠܐ ܚܛܝܐ . ܘܠܐ ܐܬܚܙܝܘ ܡܢܗ : ܒܪܢܫܐ ܡܫܬܘܕܥ ܠܗ ܡܢ ܚܛܝܐ .

Simile est τὸ IN PRINCIPIO τῷ IN PRINCIPIO, *Moyses Joanni consentit: ambo enim Sophistas paralogizantes sub initio Librorum suorum coarguunt: & Joannes quidem prædicat* DEUM AD PASSIONEM VENISSE; *Moyses verò* NATURAM LANGUORIBUS SUBJECTAM FUISSE: *Ne autem simul Auditores in languorem inciderent, amborum prærogativas*, Dei scilicet, & naturæ, *uterque sub initium Libri sui descripsit*. Et infrà. ܡܫܬܘܕܥ ܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ . ܗܘܐ ܡܢܗ ܕܚܝܢܐ ܘܠܐ ܚܛܝܐ : ܘܡܘܫܐ ܩܕܡ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܐ ܡܫܬܘܕܥ ܠܗ :

Joannes exclamans dixit, Deus erat & apud Deum. Moyses quoque scripsit, Vidit Deus cuncta, & placuerunt ei. Et paucis interjectis: ܡܛܠ ܕܚܛܝܐ ܐܬܚܣܪ ܡܢ ܛܒܝܬܐ : ܡܫܝܚܐ ܐܬܡܙܥ ܡܢ ܩܪܝܢ : *Natura defecit propter Adam: & Christus minoratus est propter Corpus*. Denique: ܠܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܒܐ ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܒܐ : ܡܫܝܚܐ ܠܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܦܓܪܐ : ܡܫܝܚܐ ܠܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܡܬܚܙܐ :

Non enim purus erat Adam (in statu Innocentiæ) *nisi à delictis: sic & Christus sine Corpore necessitatibus obnoxius non erat*.

36. Rursùs contra Arianos Filii Divinitatem & cum Patre æqualitatem demonstrat. ܢܚܬ ܒܪܐ ܕܠܘܬ ܥܒܕܘܗܝ : *Descendit Filius, ut servos inviseret*. Ubi in Arianos Episcopos invehitur. ܡܛܠ ܕܐܢܘܢ ܪܥܝܐ ܕܥܡܐ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܬܚܙܘܢ : ܐܦ ܪܥܝܐ ܕܥܡܐ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܬܚܙܘܢ . ܐܦ ܐܢܘܢ ܕܚܪܬܐ ܕܥܒܕܘ ܠܗ ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܐ ܡܫܬܘܕܥ ܠܗ . ܘܐܦ ܐܢܘܢ ܕܡܪܝܐ ܕܥܡܐ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܬܚܙܘܢ ܠܐ ܡܫܬܘܕܥ ܠܗ . ܘܐܦ ܐܢܘܢ ܕܚܪܬܐ ܕܥܒܕܘ ܠܗ ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܐ ܡܫܬܘܕܥ ܠܗ .

Huius temporis Pontifices quum vidissent Dei Filium pro ovibus suis contumeliis probrisque oneratum, velut ebrii, nudum hominem existimavere Pastorum atque Pontificum principem. Et Agricolæ quidem, qui eum egere in crucem, ipsum esse hæredem vineæque dominum senserunt. At Pastores isti pecoris socium crediderunt eum esse, quoniam propter caritatem suam Agnum seipsum fecit, Paschatis festo die mactandum. Et infrà: ܐܙܠܘ ܗܫܐ ܘܡܠܠܘ ܡܢ ܡܕܡ : ܕܠܐ ܐܝܟ . ܕܚܝܠܘ ܕܢܘܢ ܡܛܠ ܡܪܝܗܘܢ : ܘܐܦܘ ܕܚܡܐ ܕܚܝܐ ܕܢܢܬܠ ܠܗ ܘܐܢ ܢܬܡܛܪ .

Agedum, effare, quid tandem pro illo pertulisti? Si illum non honorasti, ne inhonores. Perge edissere, quibus pro ipso flammis ustus es, ut ad illum usque contumaciæ tuæ fumus ascenderit? Alludit S. Ephræm, ni fallor, ad acta in Synodo Tyria, in quibus legitur Potamonis in Eusebium Cæsareensem invectiva iisdem propè verbis concepta. Epiphan. adv. Hæres. l. 2. t. 2.

37. In idem argumentum.

ܠܡܕܡ

ܐܝܟܢܐ ܕܡܬܠܐ ܗܘܐ ܕܥܠ ܫܦܘܬܐ
ܕܒܢܝܢܫܐ ܕܗܘܐ ܡܫܬܠܛ ܒܗ ܛܥܘܬܐ
ܘܡܬܟܢܬܐ . *Isaias memorat, frænum*
Isa. 30. 28. *erroris maxillis hominum injectum.*

38. In idem. ܚܘܒܟ ܡܪܝ ܡܕܡܪ ܠܢ
ܘܡܥܒܕ ܠܢ ܫܦܪܐ . *Caritas tua, Domine, nos sollicitat & alacres facit.*

39. In idem. ܐܢ ܥܡܡܝܐ ܘܨܠܒܝܗ ܠܡܪܝ
ܐܡܪܘ ܕܐܠܗ ܗܘܐ : ܐܝܟ ܕܐܢܫ ܦܫܝܛܐ
ܕܐܠܗ ܗܘܐ . ܐܠܐ : *Si Ethnici, Fili, & Crucifixores Domino velut simplici homini insultarunt, patuit eum Deum esse.*

40. Rursùs mysterium Augustissimæ Trinitatis exponit per similitudinem Solis. ܡܢܘܪܐ ܕܢܗܝܪ ܗܘܐ
ܠܢ ܠܢ ܘܠܐ ܢܫܬܠܛ ܒܗ . ܡܢ ܕܠܐ
ܢܚܙܐ : ܡܢ ܕܠܐ ܢܫܬܠܛ . *Lucerna nostra Sol est, nec tamen ullus potis est Solem capere. Qui ergò hominem? qui ipsum Deum?* Notanda est formula, qua Syri Spiritus Sancti efficientiam in Sacramentis exponunt. ܢܘܪܐ ܘܡܪܝܐ ܗܘ ܕܡܫܚܐ
ܘܡܬܚܒܪ ܥܡ ܦܬܝܬܐ . ܕܢܗܘܐ ܠܟܦܪܢܐ
ܘܡܬܥܪܒ ܥܡ ܚܠܬܐ : ܕܢܗܘܐ ܠܩܘܪܒܢܐ
. *Ignis est mysterium & figura Spiritus Sancti, qui aquis jungitur, ut ad expiationem fiant, & Pani immiscetur, ut fiat in Oblationem.* In Ritualibus Syrorum dicitur Spiritus Sanctus *corporari* in Chrismate, hoc est, sensibilis fieri per speciem Chrismatis. In Officio Dedicationis Ecclesiæ ad Vesperas idem de Pane Eucharistico & de Vino dicitur: quia nimirùm sub speciebus Panis & Vini latet virtus Spiritus Sancti.

41. Ex Forma Baptismi, trium divinarum Personarum æqualitatem demonstrat. Eodem argumento Basilius & Nazianzenus frequenter contra Arianos & Macedonianos præcipuè utuntur. Incipit: ܡܢܘ
ܕܚܙܐ ܠܗ : *Quis unquam vidit.* Et infrà: ܐܝܢܘܢ ܕܡܫܬܡܥ
ܒܟܠܗ ܥܠܡܐ ܕܫܠܝܚܐ ܕܐܬܪܒܘ
ܘܠܐ ܡܫܬܢܝ : ܘܚܕܐ ܒܥܕܬܐ ܕܡܥܡܕܘ
ܠܡܫܬܐ ܘܠܐ ܚܕܝܢ . ܠܐ ܐܦܠܝ
ܡܢ ܕܡܫܬܡܥ ܠܗ ܕܡܬܚܙܐ . ܠܐ
ܢܗܘܐ ܕܡܬܚܙܐ ܠܗ ܕܡܬܚܙܐ . ܠܐ
ܢܗܘܐ ܕܡܬܚܙܐ ܠܗ ܕܡܬܚܙܐ : ܐܝܟ
ܕܐܢ ܕܡܫܬܡܥ ܠܗ ܕܡܬܚܙܐ . ܠܐ ܢܗܘܐ
ܕܡܬܚܙܐ ܠܗ ܕܡܬܚܙܐ . ܠܐ ܢܗܘܐ
ܕܡܬܚܙܐ ܠܗ ܕܡܬܚܙܐ : ܐܝܟ
ܕܐܢ ܕܡܫܬܡܥ ܠܗ ܕܡܬܚܙܐ . ܠܐ ܢܗܘܐ
ܕܡܬܚܙܐ ܠܗ ܕܡܬܚܙܐ . ܠܐ ܢܗܘܐ
ܕܡܬܚܙܐ ܠܗ ܕܡܬܚܙܐ . ܠܐ ܢܗܘܐ
ܕܡܬܚܙܐ ܠܗ ܕܡܬܚܙܐ : ܐܝܟ
ܕܐܢ ܕܡܫܬܡܥ

velut aquæductu quodam inclusos, coërcuit deduxitque?

43. Ejusdem argumenti. ܕܚܝܠܐ ܕܒܝܥܐ ܕܚܝܐ ܕܢܦܫܐ : *Exigui ovi objectu superbos audacis animæ spiritus comprimito.*

44. De Divinis nominibus. Horum quædam propria, alia impropria & metaphorica esse. Videtur pars hymni superioris. Incipit: ܫܡܗ ܕܡܬܩܪܐ ܠܟ ܘܠܡܢ ܕܡܬܩܪܐ ܠܟ : *Illius nomina indicant tibi, quomodo, quemvè ipsum à te vocari deceat.*

45. Ex natura summi boni colligit, Divinam substantiam in unica Persona contineri non posse, quin in alterum defluat. ܥܝܢܐ ܘܢܫܡܬܐ ܡܠܦܢ ܠܡܠܦ : *Oculus & Animus se invicem doceant.*

46. Ex Divinarum Scripturarum summa auctoritate arguit, Filium esse verè Filium, Patrem esse verè Patrem: his quippè nominibus in Scripturis Divinæ Personæ passim indicantur; inepta autem forent, si Filius à Patre non procederet in similitudinem naturæ, nec ejusdem cum illo esset substantiæ. Quamobrem Ariani contrarium sentientes, ΑΠΑΤΟΡΕΣ, idest, *sine Patre* dicti sunt. Vide Nicephor. lib. 9. cap. 17. Incipit: ܐܬܝܬܘ ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܐܒܐ ܠܗܘܢ ܠܗܘܢ : *Facessite hinc Audaces animæ, remittite spiritus, animos comprimite.*

47. Probi hominis officium esse, nihil de Deo curiosiùs scrutari, minimèque in rebus, quæ ad ipsum non pertinent, esse curiosum. Syrorum sui temporis insanam circa Religionis mysteria curiositatem, atque disputandi, altercandique libidinem acri vehementique oratione objurgat, ut alibi frequenter. Mirum sanè est, quot sectas & errores intra quatuor priorum Ecclesiæ sæculorum spatium sola Syria per hujusmodi rixas, disceptationesque protulerit. Incipit: ܚܟܝܡܐ ܘܡܠܦܢܐ ܕܥܡܐ ܡܬܩܢܝܢ : ܐܘܡܢܐ ܕܡܢܝܢ : ܚܟܝܡܐ ܕܡܬܩܢܝܢ : ܕܡܠܐ ܕܡܬܩܢܝܢ : ܘܐܝܟ ܕܡܬܩܢܝܢ ܠܟ : ܕܒ ܡܬܩܢ ܠܟ : ܕܒ ܡܬܩܢ ܠܟ : ܕܒ ܡܬܩܢ ܠܟ : *Norunt docti, quæ vulgus miratur, artificum opificia, sapientum textrinam, fabrilia opera, & Scenofactoriam, Sculpturam, atque fundendorum metallorum scientiam, Scripturam, & Arithmeticam, pondera, & modos musicos, inventa sapientum, qui terrarum etiam dimensiones & spatia, & aquarum libramenta exploravere.*

48. Humanam Rationem Divinæ Fidei pedissequam esse, non ducem. ܗܒ ܠܝ ܕܐܦܬܚ ܥܝܢܝ ܕܐܦܬܚ ܠܝܕܝܕܟ : ܕܡܠܐ ܡܠܐ ܠܡܡܠܠ ܥܡܟ : *Da mihi, ut meos sensus aperiam Dilecto tuo, qui solus potis est de Te narrare.*

49. Noë alter generis humani pater Christum adumbrabat perditi hominis Reparatorem, & *sæculi futuri Patrem*, Is. 9. ܐܘ ܡܐ ܕܢܚ ܕܢܚ ܕܢܚ ܕܢܚ ܕܢܚ ܕܢܚ ܕܢܚ ܕܢܚ : *O miram Noëmi innocentiam atque sanctimoniam, si eum omnibus hominibus sui temporis componatur.*

50. In Arianos iterùm insurgit. ܒܪܐ ܗܘܐ ܥܡ ܐܒܐ ܩܕܡ ܟܠܗ : *Filius erat cum Patre ante omnia.*

51. Gliscentes suo tempore errores circa Divini Verbi Incarnationem

nem & augustissimum Trinitatis mysterium recenset. ܡܢܘ ܡܚܘܐ ܠܟ ܕܐܬܪܝܬ ܠܡܟܘܬܟ ܠܬܚܬܝܬܐ ܕܟܠܗ ܕܒܪܝܬܐ ; *Quisnam tibi rependat, quòd Majestatem tuam ad infima omnia abjecisti:* Hunc sermonem scripsit S. Doctor postquam Apollinaris Laodicenus ab Ecclesia ob manifestam hæresim defecit: ad Apollinarem enim pertinent quæ sequuntur: ܐܝܬܝ ܕܗܫܐ ܡܠܦ ܕܦܓܪܐ ܒܠܚܘܕ ܡܠܬܐ ܕܐܬܚܕ ܥܡ ܢܦܫܐ . ܗܢܐ ܕܩܒܠ ܦܓܪܐ ܡܢ ܡܠܬܐ ܕܡܬܟܪܙ ܒܗ ; *Est qui nunc doceat, solum Corpus à Verbo assumptum fuisse, quique nunc prædicet, ab illo suscepta corpus simul & animam.* Hic fuit Apollinaris præcipuus error asserentis, carnem à Verbo assumptam fuisse simul & animam, sed mente carentem; hanc enim Verbo præsente & assumptam naturam gubernante, futuram fuisse otiosam existimavit.

52. Iterùm in Arianos invehitur. ܫܡܗ ܕܐܒܐ ܡܘܕܥ ܕܐܝܬܘܗܝ ; *Nomen Patris ipsum esse Genitorem indicat.*

53. Arianorum argumenta dissolvit ex Scripturis petita, Divino Verbo tribuentibus quæ in Divinam substantiam non cadunt. ܡܢܘ ܕܠܐ ܢܬܚܙܐ ܙܕܝܩܐ ܕܡܬܚܫܕ ܠܡܫܩܠ ܟܠܗ ܡܕܡܐ ܕܫܦܠܐ ; *Ecquis non miretur Justum minimè recusantem, quæ superùm sunt describere, quæque erant infima signare?* Expendit illud Proverb. 8. *Dominus creavit me*, quo Ariani Filii Divinitatem maximè oppugnabant, ut patet ex omnibus ferè Patribus, qui Arianos oppugnarunt, tùm præcipuè ex Epist. Eusebii Nicomediensis apud Theodoretum lib. 1. cap. 6. idque ad humanam Christi naturam referendum docet, & concludit in hæc verba: ܒܫܡܗ ܕܐܒܐ ܡܘܕܥ ܕܐܝܬܘܗܝ : ܫܡܐ ܕܒܪܝܬܐ ܕܐܬܩܪܝ ܒܟܠ ܡܬܠܐ ܕܫܠܝܡܘܢ . ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܫܠܝܚܐ ܒܟܠ ܡܠܬܐ ܕܫܠܝܚܐ . ܡܢ ܫܕܐ ܒܟܠ ܡܠܬܐ ܕܫܕܝܐ . ܫܡܐ ܕܒܪܐ ܒܟܠ ܡܠܬܐ ܕܒܥܝܬܐ . ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܒܟܠ ܡܠܬܐ ܕܡܫܬܥܝ . ܫܡܐ ܕܐܠܗܐ ܒܟܠ ܡܠܬܐ ܕܡܫܬܒܚ . ܡܢ ܫܡܝ ܕܐܝܬ ܠܗ ܢܦܫ ܠܐ ܢܬܪܓܙ ; *Nomen proprium ubique recurrit: appellativum & adscititium bis terve ad summum auditur. Agedum, & supputa: reperies in uno dumtaxat Proverbio* CREATURAM *a Salomone dici Dei Sapientiam. Alia contra nomina accuratè supputa: audies à Patre in omnibus prodigiis, à Prophetis in omnibus linguis, ab Apostolis in omnibus vocibus, à Dæmonibus denique in omnibus suppliciis* FILIUM *uno ore prædicari. Quæ quum ita sint, quis non credat Verbum esse Filium? Quis in contumaces & contentiosos non excandescat?* In Hebraico Textu legitur קָנָנִי *Possedit me*. At in Syriaca Versione, & in Paraphrasi Chaldaica: ܒܪܫܝܬ ܒܪܝܬܗ ; *Creavit me in principio creaturæ suæ:* cui consonat Græcus Interpres ἔκτισέ με *condidit me*. Atque ita legisse D. Ephræm, patet ex dictis; qui tamen de Christo ut homine hunc textum interpretatur. Vide S. Thom. lib. 4. contra Gentes cap. 8. qui de Divina etiam Christi natura rectè exponi posse docet.

Dictioni Græcæ ὁμοούσιον, vocem exactè respondentem Syrorum sermo non habet, nec patitur. Syri, qui consubstantialitatem Verbi asseruerunt, adhibent voces ܫܘܝܐ ܠܐܒܐ *Æqualis in essentia*: Ita in edi-

editione Syriaca Symboli Nicæni: ܒܪ ܛܒܥܐ *Filius naturæ*, idest, consors naturæ: ܕܡܝܐ *similis*, & ܕܡܝܐ ܟܠܗ *omninò similis*, ut in hoc præsenti Hymno S. Ephræm: ܚܙܝ ܒܪܐ ܘܐܒܐ ܘܚܙܝ ܕܗܘ ܕܡܝܐ ܟܠܗ ܠܐܒܘܗܝ: *Intuere Filium, & Patrem, & vide illum omninò similem esse Genitori.* Scio, ab Arianis illas voces inductas fuisse, ut dictionem ὁμοούσιον excluderent; ideòque Catholicis suisse suspectas in iis locis, in quibus Arianorum hæresis populum in factiones diviserat. Earum tamen usum nullus unquam Patrum Mesopotamenis & Chaldæis exprobravit, quia Ariana lues eas provincias vel nunquam afflavit, vel in ipso exortu restincta est. Id præter Athanasium epist. 1. contra Arianos, & alios antiquos, testatur Sobensis in Epitome Canonum cap. 5. pag. 71. ܕܚܕܝܢ ܕܥܒܕܘ ܠܗܘܢ ܟܠ ܡܕܡܐ ܕܡܬܝܚܣ ܠܗܘܢ ܠܬܪܥܝܬܐ ܕܡܫܬܡܥ ܠܗܘܢ ܠܡܬܩܪܝܘ ܫܡܗܬܐ ܕܡܥܪܒܝܐ ܕܠܡܐ ܕܗܘܘ ܠܗܘܢ ܫܐܠܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܘܡܕܡܪܝܢ ܗܘܘ ܕܠܡܐ ܕܡܕܡܪܝܢ ܗܘܘ ܕܠܡܐ ܕܡܬܚܙܝ ܠܗܘܢ ܕܚܠܦܐ ܕܡܬܝܡܐ ܘܠܐ ܡܬܚܙܝ ܠܗܘܢ ܕܚܠܦܐ ܕܡܬܝܡܐ ܘܠܐ ܡܬܚܙܝ. *Porrò*, inquit, *Dei Servi, quibus ea omnia quæ ad Religionem spectabant, curæ erant, in illud præcipuè incubuerunt, ut Occidentalium nomina acciperent, quia Orientales nullam habuerant de Fide quæstionem, aut diffidium.* Arianam hæresim intelligit, & de Chaldæa & Mesopotamia loquitur.

Hieronym. in Dialog. adverſ. Luciferianos. Theodoret. l. 2. cap. 18. Socrat. lib. 3. cap. 8.

54. Trinitatis arcanum omnibus sæculis absconditum, per Verbi Incarnationem omnibus credere volentibus Divina benignitate patuisse. ܡܛܠ ܕܡܬܓܠܝ ܒܗ ܛܘܒܐ ܕܐܠܗܐ ܠܟܠ ܕܡܗܝܢܝܢ ܠܡܗܝܢܘܬܗ ܕܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܐܬܐ ܠܥܠܡܐ ܠܐ ܝܕܥ ܥܡܐ ܡܢ ܦܘܡܗܘܢ ܕܩܠܝܢ ܐܬܠܦ ܕܡܢ ܩܠܗܘܢ ܕܡܫܡܥ ܐܒܐ ܕܒܪܐ ܠܡܩܪܝܗ ܐܒܐ. *Quum Regis cœlestis Filius in terras descendisset, populus quæ non noverat, ex eorum vocibus didicit, quum audiret Patrem attestari Filio, & Filium vocare Patrem.*

55. Dei arcana, quæ sunt maximè propria ipsius, ita latere, ut à nemine, nisi cui vel per se, vel per alios ipse detexerit, perspiciantur. Quamobrem frustrà ab homine indagari, quem communia & satis pervulgata sæpissimè latent. In id generis argumentis Sanctus Doctor, ut vides, creberrimus est: nam & suprà identidem recurrunt. ܡܢܘ ܢܦܫܟ ܒܪܝ ܕܫܘܝܐ ܠܡܕܡܐ ܠܗ ܕܡܬܝܠܕ ܠܡܕܡܐ ܕܒܪܝܬܐ ܕܟ

Eadem ferè tractaverat suprà Hym. 1. ubi de natura Animæ. ܡܬܠܗ ܚܘܠܐ ܕܢܦܫܗ : *Cedo mihi, cui suus ipsi animus perspectus cognitusque fuerit.*

58. Eandem positionem promovet atque confirmat, Eunomianis objiciens admirandum & impenetrabile naturæ opificium in herbis, & arboribus, in odoratis præsertim, inque balsamica & medicinali vi præditis, terræque & aquæ insitum spiritum vitaliter vegetum, & alentem omnia, cujus interiore motu plantæ omnes vigescunt, crescunt, frondescunt, germinant: ܡܢܬܗ ܡܝܐ ܚܘܠܝܢ ܕܟܠܗ ܐܝܟܢܐ ܕܢܬܚܙܝܢ ܠܡܝܐ ܕܒܓܘܦܐ ܘܡܬܚܘܪܝܢ : *Aquas intra Arborum fibras meare vidistin', ibique multiplices induere formas?*

59. De mysterio Incarnationis: ubi exortas suo tempore, seù potiùs resuscitatas de Hæreticorum Baptismo quæstiones memorat: Ariani enim Orthodoxos rebaptizabant. ܡܢܬܗ ܕܡܝܐ ܕܫܘܬܦܘܬܢ ܘܕܫܘܒܚܐ ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܒܡܪܝܐ : *Aquæ propitiationis nostræ, & fluenta reconciliationis nostræ versa sunt illis* (Arianis) *in aquas contradictionis.* Et infrà: ܡܢܬܗ ܕܠܐ ܬܪܝܢ ܡܢܬܗ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢ ܕܟܠ ܚܕ ܡܬܚܙܐ ܘܡܢܬܗ ܕܟܠ ܚܕ ܡܬܚܙܐ ܠܚܕܝܢ . ܡܢܬܗ ܕܠܐ ܡܬܝܕܥ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܚܕܝܢ ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܟܠ ܚܕ ܡܬܚܙܐ . ܡܢܬܗ ܕܠܐ ܡܬܝܕܥ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܚܕܝܢ ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܟܠ ܚܕ ܡܬܚܙܐ ܠܚܕܝܢ : *Rixantur inter se: alter alterum percontatur, quis te baptizavit, & unde tuus prodiit Baptismus? Alter alterum admonet, cavesis, inquit, ne te Sacerdotis illius Schismatici manus baptizet. Fontes itaque Baptismi in dissensionis & rixæ aquas contentiosæ factioni cesserunt.* S. Doctori consonant in hac materia, præter Historicos, Basiliani Canones, & Nicæni, occasione hujus diffidii hoc ipso tempore editi.

60. De Divinitate Verbi adversùs Arianos. ܡܢܬܗ ܕܠܡܐ ܗܘܐ ܩܪܐ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܗ ܕܠܐ ܝܠܕ ܠܐܡܬܐ ܕܫܪܪܐ ܠܐ ܡܢܝܢ : *Quid necesse fuit, vocare Patrem & Filium, si Pater ille veritatis Filium non genuit?*

61. In idem. ܡܢܬܗ ܕܠܐ ܢܬܝܪܐ ܕܢܬܝܪܐ ܡܢ ܕܠܐ ܡܬܝܪܐ ܡܢ ܕܠܐ ܡܬܝܪܐ ܕܠܐ ܢܬܝܪܐ : *Erit ne, qui non timeat Domini comminationem, intentantis molam collo ejus, qui injicit scandalum uni ex filiis lucis?*

62. In idem. ܡܢܬܗ ܕܫܘܬܦܢ ܡܢܢ ܥܒܕ ܥܠܝܢ ܘܦܪܩܢ ܡܢܢ . ܗܘ ܒܪܝܬ ܡܢ ܟܠ : ܡܪܝܐ ܕܦܪܩܢ ܡܢ ܥܒܕܐ ܕܟܠ : ܗܘ ܡܢ ܕܢܬܝ ܗܘ : *Ab initio noster nos socius jugo subegit, ut nostris conservis serviremus. Filius Dei nos ab omnibus vindicavit. Qui autem nos Dominus ab ea servitute redemit, socius noster factus est.*

63. In idem. ܡܢܬܗ ܕܠܐ ܡܬܚܙ ܒܪܝ : *Ecquis non sensit, Fili.*

64. In idem. ܡܢܝ ܚܦܘ ܩܘܨܐ ܕܫܕܐ ܡܪܝ ܕܫܕܐ ܗܘ : *Vepres evelle, quæso, Domine, quas Diabolus seminavit.*

65. In idem. ܡܢܬܗ ܕܡܢ ܡܬܚܙܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܐ ܡܢ ܕܠܐ ܢܬܚܙܐ : *Quis unquam eò progressus est, ut abs-*

absque lumine quæreret, & sine luce perscrutaretur?

66. Iterùm de Incomprehensibilitate Divinæ naturæ. ܐܝܬܝܘܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܕܠܐ ܡܫܬܟܚܐ ܠܗ ܡܠ

decr. Concil. Nic. pag. 410. S. Cyrillus lib. 6. Thesaur. Maximus Taurin. hom. 1. de Euseb. Vercell. & alii Patres.

74. In idem. ܡܢ ܢܚܦܨ ܠܟ ܒܪܝܪܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܟܝܢ ܢܬܟܢܫܘ ܠܟ ܒܚܕ ܚܙܝܢ ܘܬܬܚܙܐ ܠܟ ܡܢܘ ܕܢܬܚܙܐ ܠܟ ܐܢܬ ܗܘܐ ܕܝܕܥ ܢܦܫܟ : *Quis mihi vires sufficiat, ut intuear & contempler te, ô Luminare, in quod Domini tui mysteria, addensata velut acie, confluxerunt.*

75. In idem. ܡܬܕܡܪ ܐܢܬ ܠܫܡܫܐ ܕܝܠܟ ܕܠܐ ܡܫܬܟܚ ܠܗ ܠܡܢ ܠܡܒܪܝܗ . ܡܢܘ ܠܡܒܪܝ ܠܗ ܕܒܪܝܐ ܠܟ ܐܢܬ ܗܘܐ ܕܝܕܥ ܢܦܫܟ : *Solem lucernam tuam miraris, vilis homuncio, nec capis: qui ergò Conditorem capias? Homo es: nosce teipsum.*

76. In idem. ܫܡܗܬ ܐܝܠܢܐ ܕܐܝܟ ܕܢܬܝܠܕ ܦܐܪܗܘܢ ܕܢܬܝܠܕ ܘܢܗܘܢ ܡܪܝܪܐ ܐܘ ܡܬܩܢܐ . *Plantarum nomina earum fructus fortiuntur, seù dulces fuerint, seù amari.* Ex Patris natura naturam Filii arguit, ut suprà.

77. In illud Matth. 24. 36. *de die autem illa & hora nemo scit, neque Angeli cœlorum, nisi solus Pater.* ܒܝܘܡܐ ܗܘܢܐ ܕܫܥܬܐ : *Horam illam &c.*

Opponebant Ariani, Christum diem Judicii ignorasse, ut inde colligerent, eum non esse Patri æqualem. Hanc objectionem diluit S. Ephræm hoc loco, docens Christum eâ scientia, qua Patrem perfectè noverat, novisse etiam diem Judicii, velut effectum in sua causa. Vide Maldonatum in cap. 24. Matth. qui pro expositione nostri Doctoris producit S. Athanasium, Ambrosium, Gregorium Nazianzenum, Cyrillum, Theodoretum, & alios, quorum testimonia recitat Petavius tom. 2. lib. 2. cap. 3.

78. Hic Hymnus, & alter qui proximè sequitur, ad eandem cum superiori materiam pertinent. Primus incipit: ܠܡܢܐ ܡܬܚܟܡܬ ܠܝܠܕ ܕܠܐ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ ܠܟ ܠܒܪܐ : *Quorsum instas, ut Filio horam illam incognitam fuisse suadeas?* Secundus: ܐܡܪ ܠܝ ܡܢܘ ܕܡܫܬܟܚ ܠܟ ܒܝܢ ܬܪܬܝܢ ܠܡܢܘ ܕܝܬܝܪ ܡܫܬܒܚ . ܠܡܢܘ ܕܝܠܟ ܐܘ ܕܝܠܢ ܕܝܬܝܪ . ܡܢܘ ܕܝܠܟ ܐܘ ܕܝܠܢ ܕܝܬܝܪ ܡܫܬܒܚ ܠܟ ܡܢ ܕܡܫܬܟܚ ܠܟ ܒܝܢ ܬܪܬܝܢ ܡܫܬܒܚ ܠܟ ܡܢ ܕܡܫܬܟܚ ܠܟ ܒܝܢ ܬܪܬܝܢ ܡܫܬܒܚ ܠܟ ܡܢ ܕܡܫܬܟܚ ܠܟ ܒܝܢ ܬܪܬܝܢ . ܘܡܢܘ ܕܝܠܟ ܐܘ ܕܝܠܢ ܕܝܬܝܪ ܡܫܬܒܚ ܠܟ ܡܢ ܕܡܫܬܟܚ ܠܟ ܒܝܢ ܬܪܬܝܢ ܡܫܬܒܚ ܠܟ ܡܢ ܕܡܫܬܟܚ ܠܟ ܒܝܢ ܬܪܬܝܢ . ܘܡܢܘ ܕܝܠܟ ܐܘ ܕܝܠܢ ܕܝܬܝܪ ܡܫܬܒܚ ܠܟ ܡܢ ܕܡܫܬܟܚ ܠܟ ܒܝܢ ܬܪܬܝܢ . *Dic sodes, utrum ex his putes comparatione facta esse magis laude dignum, utrum in tua lance præponderet: Scivisse, vel non scivisse? Et tamen illi Patri, qui suprà omnem comparationem est, ostendit, se haudquaquam scire, neque audere horam indagare; ut illius horæ memoria te deterreret, quin & eadem hora te admoneret increparetque, ne dominum omnium horarum scrutareris.*

80. De Fide. Hic Hymnus ad reliquos suprà indicatos pertinere videtur, qui & eundem titulum præferunt. ܡܠܐ ܡܫܬܒܚ ܦܪܝܢܐ ܕܢܗܘܐ ܒܠܒܐ ܕܡܫܬܡܥ ܠܗ . *Quærite, & audite sapienter, alteram animæ animam fidem esse.*

81. De Margarita, quæ est ipsa Fides, Hymni septem: quorum primus incipit: ܒܫܒܚ ܡܢ ܡܪܓܢܝܬܐ ܕܡܫܬܟܚ ܠܝܬ . ܒܪܝܫ ܕܐܢܐ ܕܐܬ ܡܠܟܬܐ ܡܫܬܢ ܠܗ ܡܢ ܕܐܬ ܡܠܟ : ܠܐ ܕܐܢ ܡܠܟܐ ܕܐܢ ܡܢ ܕܐܬ ܡܠܟ .

Accidit olim, fratres regnique cœlestis filii, ut in manus veniret Margarita. Apparebant in ea affabrè elaborata symbola quædam, imagines, & figuræ illius summæ sempiternæque majestatis. Fons erat, ex quo latices arcanorum Filii haurire iceret. Secundus:

ܕܡܘܬܗ ܕܡܢܘ ܬܪܝܨ ܗܘܐ :

Cujusnam imaginem repræsentes, tuum silentium edisserat. Tertius:

ܠܐ ܡܛܐ ܠܟ ܕܥܪܛܐ
ܕܢܟܝܢܐ . ܐܦܠܐ ܐܢܐ ܕܫܩܠܬ
ܠܗ ܠܡܪܓܢܐ ܕܥܪܛܐ ܠܟ .

Non tibi probro fuit nuditas Margarita. Tuo amore ebrius fuit vel ille mercator, qui te nudavit. Quartus: ܗܘ

ܕܡܗܝܡܢܐ ܐܬܐ ܕܐܬܒܪܐ
ܠܗ . ܡܛܠܗ ܕܐܬܐ ܠܗ ܦܪܕܝܣܐ .

Latro fidem adeptus est, quæ vicissim illius compos effecta, ipsum in Paradisum subvexit. Quintus:

ܗܢܘ ܡܛܠܬܐ ܕܡܫܝܚ ܡܠܟܐ . ܕܥܡ
ܕܡܫܬܘܝ ܠܫܡܗ . ܢܗܘܘ ܗܢܘܢ ܕܟܝܠ
ܕܡܫܝܚ ܕܢܫ ܕܡܬܬܠܐ .

Gratia, quæ cum columna gratis ascendit, claro huic lumini affinis est, quod hominibus gratis prælucet. Sextus:

ܢܦܩ ܡܢ ܡܠܬܢ ܘܡܬܬܐ ܕܥܡ ܡܪܝܡ .

Spiret è nostris sermonibus odorata Patrum memoria. Septimus & ultimus:

ܠܡܪ ܕܠܡܢ ܢܪܐ ܕܡܬܬܐ ܕܟܬ
ܡܢܢܢ : ܢܗܘܘ ܕܡܬܚܙܝܢ : ܘܡܢ
ܕܢܢܚܘ : ܢܗܘܘ ܕܡܫܬܠܡܝܢ
ܠܡܫܚܐ ܠܢܘܪܐ .

Visi sunt mihi Contentiosi (idest, Hæretici) *velut instructâ acie dimicare, dum nituntur gustare ignem, spiritum videre, lucem attrectare.* S. Ephræm Patriarcha Antiochenus citat quendam sermonem S. Ephræm *de Incarnatione & de Margarita* apud Photium Cod. 229. quem etiam laudat, & *sermonem de Margarita contrà Marcionem* appellat Leontius Byzantinus lib. 1. adversùs Nestorium & Eutychen cap. 3. in Biblioth. Patrum tom. 4. par. 2. Inter opera S. Doctoris à Vossio edita legitur *sermo in Margaritam pretiosam* to. 3. pag. 163. cui consentiunt loca à S. Ephræm Antiocheno, & à Leontio Byzantino citata. Vide Tillemontium tom. 8. pag. 303. & 757. Ab eo differunt Hymni nostri suprà memorati; de quibus tamen dubium nullum oriri potest, quin auctorem habeant S. Ephræmum nostrum: nam id convincitur tùm ex stylo, qui eundem S. Doctorem sapit; tùm ex continuata serie Hymnorum ejusdem, qui *de Fide* inscribuntur; tùm demùm ex ætate Codicis Nitriensis septimi, in quo continentur, qui scriptus esse dicitur anno Græcorum 834. idest, Christi 523. nimirùm, tribus circiter annis, antequam Ephræm Amidenus ex Comite Orientis ad Sedem Antiochenam evectus fuisset. Nec mirum, quum Sanctus Doctor diversos sermones frequenter *in eandem materiam* scripserit: nam id factum etiam videmus in sermonibus ejusdem *de Nativitate Domini*, *de Fide*, *de non scrutanda Dei natura*, *de Jona & Ninivitis &c.* qui tùm in nostris Codicibus, tùm apud Vossium frequenter occurrunt. In Cod. nostro Syriaco III. fol. 227. laudatur Sancti Doctoris Hymnus:

ܘܠܐ ܚܪܘܢܐ : *Adversùs scrutatores*, de quo suprà pag. 78. Item apud Vossium tom. 3. pag. 178. extat ejusdem *Sermo adversùs eos, qui Filii Dei naturam curiosè scrutari nituntur*: qui tamen omninò differunt ab iis, quos in Libro de Fide suprà recensuimus.

Cæterùm Hymnorum nostrorum *de fide* duo habemus satis vetusta exemplaria: Alterum in Codice Nitr. VII. cujus ætatem infrà describemus initio Hymnorum ejusdem S. Do-

S.Doctoris *adversùs hæreses*. Alterum in Cod. Nitr. IX. cui fol. 150. annotationem hanc amanuensis apposuit:

ܗܠܝܢ ܕܡܫܬܠܡܘ ܫܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ
ܡܐܡܪܐ ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ
ܠܐܬܪܐ ܡܫܬܠܡ ܘܐܡܝܢ ܕܟܬܒ ܗܢܐ
ܡܢ ܐܢܫܐ ܠܐ ܢܫܬܠܡ ܠܗ ܩܠܝܠܐ :

Absoluti sunt in hoc Codice Hymni octoginta septem de Fide, quos gloriosus ac beatus Mar Ephræm edidit. Eundem Codicem scripsisse dicitur Barlaham Edessenus, uti ad calcem adnotatur. Haud dubium, quin sit ille Barlaham, qui anno Christi 550. vivebat, ut diximus suprà pag. 83. & ex characteris forma colligitur. Pertinuit olim Liber ad Zoaram Tagritensem, qui ipsum Scetensibus Monachis (& fortasse Moysi Nisibeno ejusdem loci Abbati, de quo suprà pag. 84.) dono dedit, ut ex subjectâ epigraphe intelligitur: ܣܝܡ

ܗܕܐ ܦܬܐ ܕܝܗܒܘܗܝ ܘܒܪܟܘܗܝ
ܠܒܢܝܗܘܢ ܠܥܒܕܐ ܕܡܪܝ ܙܘܪܐ ܕܒܝܬ
ܫܘܪܝܐ ܕܐܬܪܐ ܕܡܫܬܐ ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ
ܡܘܫܐ ܕܝܩܢܐ ܘܠܝܘܣܦ ܘܠܐܒܪܗܡ
ܕܡܢ ܕܢܦܪܩ ܗܢܐ ܐܘ ܢܫܩܠ ܠܗ
ܡܢ ܐܬܪܐ ܗܢܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܡܪܝ
ܡܪܝ ܕܢܬܪ ܠܗ ܘܢܒܪܟ ܠܗ . ܘܠܟܠ
ܕܡܢ ܕܢܫܬܠܡ ܗܢܐ ܡܬܪܬܝ ܘܢܗܘܐ
ܠܗ ܫܘܠܡܐ ܡܢ ܡܪܝ ܡܪܝ ܘܢܗܘܐ
ܠܗ ܪܘܚܐ ܕܡܪܝ ܡܪܝ . ܗܠܝܢ ܕܟܬܒ
ܗܢܐ ܢܫܬܠܡ ܗܢܐ ܡܢ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ
ܠܐܬܪܐ ܕܡܫܬܐ ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ ܡܪܝ
ܕܢܬܪ ܠܗ ܘܢܒܪܟ ܠܗ : ܕܢܗܘܐ ܫܠܡ ܡܢ
ܡܪܝ ܡܪܝ ܕܢܬܪ ܠܗ ܘܢܒܪܟ ܠܗ . ܗܠܝܢ
ܕܟܬܒ ܗܢܐ ܢܫܬܠܡ ܗܢܐ ܡܢ ܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ ܠܐܬܪܐ ܕܡܫܬܐ ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ
ܙܘܪܐ ܕܬܓܪܝܬܝ : ܕܢܗܘܐ ܫܠܡ ܡܢ

Dedit Librum hunc Monasterio Syrorum, quod in Scetensi deserto situm est, Zoaras Pauli filius Tagritensis: ut Dominus parcat, & benedicat ei, ac filiis ejus, Abdallæ nimirùm, & Moysi Diacono, & Joseph, & Abraham. Quicumque annotationem istam deleverit, aut Librum hunc ex præfato monasterio abstraxerit, anathema sit, & furor Domini in ipsum descendat. Amen. Qui autem in eo legerit, oret pro humili ac peccatore Josepho Episcopo sacri monasterii Rasiphtæ propter Dominum nostrum. Zoaras Syriacè *Parvulum* significat, ut interpretatur etiam D. Hieronymus in epist. ad Eustochium Virginem. Hujus nominis celeberrimus est apud Syros *Zoaras* quidam, Synodi Chalcedonensis oppugnator, qui unà cum Anthimo CP. damnatus fuit in Synodo sub Menna, eumque velut de sua secta optimè meritum venerantur Jacobitæ, qui anno Christi 650. Templum sub nomine ejusdem jam extruxerant, teste Dionysio Patriarcha in Chronico fol. 124. ubi de Joanne Patriarcha, & Simeone Episcopo hæc scribit:

ܒܫܢܬܐ ܕܫܬܝܢ ܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܕܡܪܝ
ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܐܬܩܒܪ
ܘܐܬܬܩܒܪ ܒܥܡܝܕܐ ܒܗܝܟܠܐ ܕܡܪܝ
ܙܘܪܐ . ܘܒܗܝ ܫܢܬܐ ܒܗܝ ܩܪܝܬܐ ܕܥܡܝܕ
ܐܬܩܒܪ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܕܣܐ
ܘܐܬܬܩܒܪ ܒܒܝܬ ܡܪܝ ܙܘܪܐ :

Anno (Græcorum) 961. *objit Sanctus Mar Joannes Patriarcha Antiochiæ, & sepultus fuit Amidæ in templo Sancti Mar Zoaræ. Eodem quoque anno in eadem Urbe Amida objit Sanctus Mar Simeon Edessæ Episcopus, sepultusque fuit in Domo Mar Zoaræ.* De Tagrit, seù Martyropoli vide infrà, ubi de S. Marutha. Rasiphta verò, apud quam situm erat monasterium Josephi Episcopi, urbs est Mesopotamiæ, quam Syri quidem dicunt ܪܨܦܐ *Rosapha*, & ܪܨܦܬܐ *Rasiphta*; Græci verò *Sergiopolim* appellare consueverunt, ob S. Martyris Sergii fratrisque ejus Bacchi Reliquias, quæ ibidem magnâ cum

cum veneratione asservabantur, ut testatur Evagrius Hist. Eccles. lib. 4. cap. 28. & lib. 6. cap. 21. ubi etiam describit donaria, quæ Chosroës Persarum Rex ad Ecclesiam S. Sergii misit.

VII.

Adversùs Hæreses Hymni LVI.

ܡܕܪܫܐ ܕܥܠܡܐ ܡܬܩܛܠܐ ܠܟܝܢܐ
ܡܫܡܫܢܐ ܡܪܝܐ .

Adversùs Hæreses.

EXTANT in Cod. Nitr. VII. cum hac epigraphe fol. 291. ܡܠܬܐ ܕܡܪܝܐ ܕܥܠܡܐ ܕܗܘ ܩܛܝܢܐ ܕܡܪܕܘܬܐ ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܡܢ ܐܝܢܐ ܕܡܬܝܡܐ ܘܡܫܬܡܥܐ : ܡܪܕܘܬܐ ܘܟܝܢܐ . ܘܒܠܘܡܐ ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ . ܘܐܝܟ ܘܡܢܗܘܢ . ܘܐܘܟܝ ܘܟܝܢܐ ܡܬܩܛܠܐ ܠܟܝܢܐ . ܘܡܘܩܝܢܘܬܐ . ܘܡܢ ܕܡܪܕܘܬܐ ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܡܫܬܡܥܐ . ܘܐܝܟ ܕܡܢ ܡܬܝܡܐ ܘܡܫܬܡܥܐ ܡܢܗ . ܘܡܢܗܘܢ ܠܥܠܡܐ ܡܬܩܛܠܐ . ܘܡܢ ܡܪܕܘܬܐ ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܡܫܬܡܥܐ ܡܢܗ . ܘܩܝܡܘܬܐ ܕܡܝܬܐ ܕܡܬܩܛܠ ܡܢ ܡܪܝ ܡܢ ܡܢ . ܘܡܢ ܡܪܕܘܬܐ ܕ

ܡܢܬܐ ܕܒܝܬ ܕܢܘܗܪܐ ܕܒܪܕܝܣܢ ܕܫܡܥ ܩܠܐ ܘܙܡܪܐ . ܡܬܬܠܝ ܗܘ ܕܒܪܝܬܐ ܕܥܠܡܐ ܕܫܦܝܪ ܒܪܘܝܐ ܕܩܠܐ ܘܙܡܪܐ ܡܫܚܬ ܢܘܡܘܣ ܕܥܠܡܐ : *In specubus Bardesanis audies voces & carmina. Animadvertens enim ille in primo homines ætatis flore musices suavitate capi quammaximè, carminum concentu Juvenum mores corrupit.*

Ex hoc ipso Hymno discimus, Marcionem austerioris vitæ speciem affectasse, fortasse ut propudiosissimi criminis, ob quod ab Ecclesia ejectus fuerat, infamiam contereret, abstinentiam & cœlibatum simulasse, suisque Symmystis indixisse. ܘܐܬܐ ܕܡܪܩܝܘܢ ܠܫܠܝܚܐ ܕܐܦܘܣܛܠܐ . ܕܠܒܫ ܠܗܘܢ ܠܓܘܪܐ ܕܠܐ ܢܬܓܠܝ ܒܗ . *Lupos Diabolus Apostolorum vice Marcioni dedit. Ut illos operiret, agnorum vestimenta surripuit.* Et infrà: ܠܒܫ ܠܡܪܩܝܘܢ ܩܛܝܢܐ ܕܢܛܪ ܒܢܝܗܘܢ ܕܢܗܘܘܢ : *Saccum Marcioni accommodavit, ut filios lucis infuscaret.* Et paucis interjectis: ܡܪܩܝܘܢ ܕܡܬܡܬܠ ܠܐܓܪܐ ܘܪܚܡ ܨܘܡܐ : *Marcion Anguem imitatus, jejunium amavit.* Tradit S. Epiphanius, Marcionem è patrio solo expulsum, Romam profugisse, atque subinde alia ex aliis loca mutasse: quapropter eundem Caino comparat S. Ephræm: ܡܪܩܝܘܢ ܕܡܚܐ ܠܐܒܘܗܝ ܕܒܪܗ : ܕܢܦܠ ܠܥܠܡܐ ܕܢܦܠ ܘܢܕܚ ܠܗ . *Quoniam verò Marcion suum Conditorem ejuraverat, mundum sibi ubique infestum habuit. In ipso mundo extorris, profugus, tremens.* Quamobrem à Tertulliano Hamaxobio instabilior dictus est lib. 1. cap. 1.

Manetem deinde adoritur. *Manes* ܡܢܝܐ Chaldaicum nomen Vas, Vestem, instrumentum quodlibet significat. Huc spectat, quod S. Ephræm hoc loco scribit: ܡܢܝܐ ܕܡܢܝ ܠܒܫ ܠܗ ܕܒܗ ܢܬܒܙܐ ܘܡܠܠ ܡܠܝܗ : *Manetem Diabolus tamquam propria induit veste, ut eo, velut instrumento suo abuteretur, suaque per ipsum promeret oracula.* Vulgatissimum est, Orientalium Nationum pestem Mahometem viridi colore in primis delectatum: qui verò hoc tempore se Mahometica stirpe progenitos jactant, (sunt autem inter Arabes frequentissimi) ejusdem coloris thiaram, velut generis sui notam, gerunt. Ex Manetis disciplina morem istum Arabas, ut multa alia, corrogasse credibile est: in Arabia enim Manichæorum secta à Scythiano Arabe prima velut lineamenta accepit, perfectionem posteà à Manete in Perside & in Mesopotamia. Id videtur indicare S. Ephræm, dum scribit: ܙܝܬܐ ܡܨܒܥܐ ܠܡܢܝ ܕܢܬܠ ܠܚܝܠܐ : *Viridi colore Manetem Diabolus tinxit, ut incautos falleret.* Sed hæc utcumque se habeant, germanus sensus verborum S. Doctoris mihi videtur omninò diversus: quare sic interpretor: *Pallore Manetem Diabolus tinxit &c.* Significat autem, Manetem oris pallore opinionem abstinentiæ & austerioris vitæ affectasse, ut simplicioribus animis obreperet: quæ multorum Hæresiarcharum ars fuit. Simili oris specie, corporisque configuratione ad fraudem & fallaciam se Arium composuisse, ut alios præteream, auctor est Epiphanius.

2. Sequitur alter Hymnus, cujus initium: ܡܢ ܕܒܪ ܕܫܡ ܫܡܗ ܕܕܝܣܢ : *Quis ille primus Bardesani à Desan imposuit nomen.* Desan, seù ut Syri efferunt, *Daisan*, fluvius est Edessæ muros alluens, de quo suprà pag. 32. Hunc Græci Syriacum etymon interpretari, σκίρτον *Scirtum* hoc est, *Saltatorem* vocant: de quo vide

vide infrà notanda in Chronico Edesseno ad annum Græcorum 836. Christi 525. Ex insigni loco hujus Hymni discimus, præter alios errores Manichæorum ab Epiphanio aliisque antiquis Patribus commemoratos, hunc etiam eos excogitasse, ut dicerent, peccata post Baptismum commissa nullo Pœnitentiæ remedio indigere: ubi de potestate Clavium Ecclesiæ tradita præclarè loquitur, & laboriosæ Pœnitentiæ necessitatem adstruit. ܡܢܐ ܡܫܚܬܐ ܕܟܠܒܐ ܕܡܬܬܝܗܒܝܢ ܒܗ ܠܟܠ ܕܢܬܐ. ܡܢܗܢܝܢ ܟܠܐ ܕܡܫܟܚܝܢ ܠܟܠ ܡܕܡܐ ܕܡܬܬܝܗܒ ܡܢܗ. ܠܟܠ ܕܡܬܝܗܒ ܠܗ ܕܢܫܩܠ ܠܗ ܡܕܡ ܕܢܫܬܩܠ ܡܢܗ: ܫܘܝܐ ܡܫܬܐ ܠܟܠ ܡܕܡ. ܕܡܘܐ ܕܡܢܗ ܡܫܟܚ ܡܘܕܥ ܘܡܫܟܚ ܕܡܘ ܡܕܡ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܫܘܝܐ ܠܟܠ ܡܕܡ. ܕܡܢ ܕܡܫܟܚ ܠܟܠ ܡܕܡ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܫܘܝܐ ܠܟܠ ܡܕܡ ܕܡܫܟܚ ܠܟܠ ܡܕܡ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܫܘܝܐ ܠܟܠ ܡܕܡ. ܕܡܢ

baticis exprobrat, qui dum Sabaticorum abusum impugnat, ritum à primis Christianis in administratione Baptismi exponit: ab illis enim Sabatici acceperunt, quod impiè mulieribus permittebant. Gnosticorum eandem fuisse disciplinam, tradit Tertullianus. Sabaticos, non Sabatianos vertendum esse, duxi, nequis eos cum Sabatianis hæreticis confunderet, qui longè post Sancti Ephræmi obitum exorti sunt sub Innocentio I. & Arcadio. Vide Socratem lib.6. cap.5. qui eos Novatianorum surculum fuisse tradit, & propter observantiam azymorum in Paschate ab illis defecisse: nec alium ipsis errorem attribuit. Porrò Sabaticos Ephræm Marcionistas, seù potius, sectam quandam Marcionistarum appellat, quia contra communem Ecclesiarum Orientis morem Sabato jejunabant: id enim perspicuè tradunt Epiphanius, Theodoretus, Tertullianus, & omnes Antiqui.

Sabaticis Cuchitas adjungit Sanctus Doctor, qui nullis interjectis verbis sic prosequitur: ܐܝܟ ܟܘܟ ܟܘܟܝܬܐ ܕܫܡܗ . ܟܘܟܐ ܕܟܝ ܐܢܘܢ ܡܫܬܘܬܐ . *Item Cuch Cuchitis mysterium fuit nominis sui: Cuchas enim, seù amphoras, inanes suis eos institutionibus effecit.* Cuchitas nominat idem S. Doctor inferiùs hymn. 22. eosque in Testamento antiquissimis hæreticis accenset, Marcionistis, nimirùm, Manichæis, & Bardesanitis. Quinam ii fuerint, ingenuè fatetur Bollandus se ignorare ad diem 1. Febr. Ex verbis S. Ephræmi perspicuè colligitur, auctorem eorum Syrum quemdam fuisse, ܟܘܟ *Cuch* nomine, à quo *Cuchitæ*, hoc est, *Amphorarii*. Encratitæ simile nomen meruere, qui aquam pro vino offerebant, teste Sancto Epiphanio hæres. 46. Marcionistæ aquam etiam ad sua mysteria adhibebant, eodem Epiphanio teste: & Aquarii hæretici apud Augustinum lib. de hæres. c. 4. Cuchitarum sectam ad Ephesinæ usque Synodi tempora in Syria viguisse, prodit Gregorius Barhebræus, vulgò Abulpharagius, in Ethicis Par. 1. cap. 5. sect. 4. ubi quosdam ex iis testatur Cantibus Syriacis condendis operam dedisse. Verba ejus sunt hæc: ܐܝܟ ܟܝܢܐ ܕܐܬܝܠܘ ܒܫܢܬܐ ܕܐܦܣܘܣ ܓܒܪܐ ܕܚܝܠܐ ܕܪܘܚܐ ܕܫܒܚܘ ܣܓܝܐܐ ܙܡܪܐ ܕܫܒܚܐ ܕܐܬܝܠܘ ܒܗ ܟܘܟܝܐ ܕܐܬܝܠ ܒܗ ܟܘܟܝܐ : *Item sub tempus Ephesinæ Synodi inclaruerunt viri Cuchitæ pietate insignes, qui fervore spiritus rapti, plurimos Cantus edidere.* Cantibus hujusmodi præfigitur in Officiis Syrorum titulus iste ܟܘܟܝܐ *Cucojo*, idest, *Cuchita*, & passim occurrunt ad Canticum trium Puerorum in Matutino, præcipuè verò in Officio Defunctorum. Sed quum Barhebræus Cuchitas *pietate insignes & fervore spiritûs raptos* dicat, suspicor illum hoc loco non Cuchitas hæreticos, S. Ephræmo commemoratos, intelligere, sed alios orthodoxos viros, qui *figlinam* exercuerint: nam ܟܘܟܝܘܬܐ *Cuchiuto* artem figularem significat, unde commodè potest derivari ܟܘܟܘܝܐ *Cuchojo* figulus. Sic interpretatur hunc Barhebræi locum Joannes Gariri filius, Presbyter Damascenus in Cod. Ecchell. XII. qui laudata Barhebræi verba Arabicè reddit hunc in modum: وايضا فى عهد المجمع المجتمع فى افسس نشا اناس فاخورين حذاق : *Item temporibus Concilii Ephesini inclaruerunt quidam Sapientes Figuli &c.* ubi Syriacam vocem ܟܘܟܘܝܐ *Cuchoje*, idest, *Cuchitæ*, vertit Arabicè فاخورين *Fachurin*, *figulos*.

3. Tertius Hymnus incipit:

ܢܩܝܡ ܕܚܦܝܘܗܝ ܕܗܘܝܢ ܘܩܪܝܢ ܠܗ ܕܢܬܝ ܘܩܪܝܘ ܠܗ ܠܥܡܡܐ ܕܢܬܝ ܘܡܕܡܐ ܕܢܬܝ ܘܡܕܡܐ ܕܢܬܝ ܘܡܕܡܐ ܕܢܬܝ ܘܡܕܡܐ ܕܢܬܝ ܘܡܕܡܐ ܕܢܬܝ ; *Age, Fidei desertores quasi fures redarguamus. Opes, quas suffurati sunt, adversùs eos clamant: vocales enim sunt. Nomina arripuere, quæ rebus nunquam extantibus accommodarent. Ita Dei nomen aliquando adscivere sibi honorata ab Ethnicis numina.* Marçionistas, Manichæos, & Bardesanitas apertè pulsat, Polyarchiam inducentes. Manetem genere Persam omnes veteres faciunt. Manichæorum tamen hæresim ab Indorum disciplina manasse, solus Ephræm affirmat: cui de hæresi inter Syros exorta attestanti credendum est, præsertim quum S. Epiphanius prodiderit, Scythianum Manichææ hæreseos primum auctorem Indorum regiones, in quibus magnam & copiosam mercaturam faciebat, & frequenter adiisse, & eorum consuetudine fuisse delectatum. Credibile autem est, hominem qui Græcorum linguam & literas summo studio edisceré sategisset, Brachmanum & Gymnosophistarum sectas explorare haudquaquam neglexisse. Verosimile etiam est, quatuor libros ab ipso relictos eosdem esse cum illis, quos Brachmani jactant à Brahama fuisse conscriptos: par enim utrorumque numerus, & idem argumentum. Utcumque res se habuerit, compertum est ab Europæis viris doctissimis, Brachmanas cum Manichæis in multis convenire. Vide Philostratum in Vita Appollon. Tertullianum Apol. cap. 24. Clementem Alexandr. lib. 1. Strom. & ex recentioribus Henr. Lord. in histor. de Relig. Ban. De Manichæorum origine sic decernit Sanctus Ephræm:

ܡܢܝܐ ܕܡܢܝܢ ܠܗ ܕܢܬܝ ܘܡܕ

ܕܢܬܝ ܘܡܕ ; *Error quoque Indicus Manetem tenuit, qui duo pugnantia Numina introduxit.* Babylonium eundem fuisse, docet infrà Hym. 14.

4. Nihil magis pervulgatum, quàm Chaldæos Astrologiæ studio ab ipso gentis primordio summoperè delectatos. Studium scientiam peperit, scientia superstitionem. Inde maleficæ artes ferè omnes prodiere, adeò ut Chaldæorum Philosophiæ accommodari meritò possit, quod de Platonis doctrina Tertullianus lib. de Anima pronunciat, ipsam scilicet omnium superstitionum condimentarium factam fuisse. Indidem Fati nomen audiri cœpit, humanæ societati libertatique exitiale, omniumque scelerum oblatâ impunitate vehiculum. Ex hoc præcipuè capite contra Astrologos primus inter Syros Bardesanes Edessenus quum adhuc sana atque integra mente esset, acerrimè pugnavit in insigni Opere de Fato adversùs Abidam Astrologum. Bardesanem imitatus S. Ephræm, decem Hymnos contra Astrologos hoc loco instituit. Primus incipit: ܕܩܪܝܢ ܠܗ ܠܡܪܝܡ ; *Thesauropœorum personam gessere Justi, dum majestatis opes humanæ naturæ reserarunt, elementis ad nutum obsequentibus. Sic olim Mosi paruit mare &c.* Pergit, & patrata à Josue & Isaia in sole miracula commemorat. Deinde concludit, stellas ad hominis obsequium conditas fuisse, nec fieri posse, ut in eum exerceant quod ab ipso patiuntur, imperium. Porrò his adeò exactè cohærent, quæ apud Augustinum lib. quæstion. ex utroque mixt. ut Sancti Ephræmi mentem Augustinus interpretatus videatur; Quamobrem prætermitti non

Euseb. Epiphan. hæres. 36.

non possunt. *Ad subruendum*, inquit, *Fatum pertinet, quod Sol sub Josue jussus est stare, & obedivit ejus imperio contra id, quod sibi in ratione mundi fuerat præscriptum: & sub Ezechia amplius factum legitur, ut reverteretur retrò; ut certum haberet, eum posse quindecim annos addere ad vitam, qui de hora nona fecerat sextam. At Mathematici negant addi posse ad vitam &c.* Aliud etiam argumentum profert Augustinus contra Mathematicos lib. 7. Confess. & lib. 5. de Civitat. quod S. Ephræm hoc loco doctè expendit, ubi facta mentione utriusque miraculi subdit:

ܟܘܟܒܐ ܕܝܘܡܐ ܗܘܐ ܡܫܬܥܒܕܝܢ
ܠܬܫܥ ܫܥܝܢ. ܩܠܝܠ ܗܘܐ ܕܢܬܝ
ܘܡܛܠܝܢ ܕܠܐ ܡܛܠܝܢ ܟܬܒܘ
ܠܐ ܡܛܠܝܢ ܡܛܠܝܢ.

Pueri illius diei Horoscopum torserunt: (Supple, ut se nihil efficere, nihil posse fateretur.) *Sub eodem quippe Fato nati, nec Servi, nec Reges omnes fuere.* Stante enim sole reliqua omnia sidera constitere: quare nullum reliquerunt Mathematicis effugium, ut sicut solent, reponant, modicum intervallum non modicam inducere Horoscopo varietatem; quamobrem mirum non esse, si non unum, uno licet partu effusi, parvuli exitum consequantur. Illo siquidem die nullus stante sole in cœlo siderum motus: ergo nulla circa parvulos Horoscopi variatio fuit. Tertium Sancti Ephræmi argumentum:

ܦܪܨ ܒܒܝܬܗ ܕܟܠܕܝܐ:
ܠܐ ܡܫܬܥܒܕ ܡܠܟܘܬܐ ܘܠܐܢܫ
ܠܐ ܡܫܬܥܒܕ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܢ ܡܛܠ
ܕܢܫܬܠܛ. ܫܡܫܐ ܕܩܝܡ ܒܡܪܘܡܐ
ܠܐ ܡܫܬܠܛ. ܫܡܫܐ ܕܩܝܡ ܒܡܪܘܡܐ
ܠܐ ܡܫܬܠܛ ܗܘ ܐܠܐ ܫܡܫܐ:
ܐܠܐ ܠܡܢܝ ܘܢܬܠ ܠܟܠܗܘܢ ܠܟܠܗܘܢ.

Persis Patria Chaldæorum Chaldæos revincet: nec enim confuso Regum ordine cæco regitur aut turbulento imperio, sed Regi defuncto filius hæres ex ordine succedit: Fatum scilicet qui prædicant, ipsi improbant, illo quem ipsi statuerunt, ordine edocti, vanum utique esse nomen FATUM, *quod constitutum ab ipsis ordinem perturbare nequiverit.* Tetigit hoc etiam argumentum S. August. in quæst. ex utr. Et in sensu quidem Mathematicorum habet vim ineluctabilem. Fatum est, dicunt Planetarii, servire. Ubi fata erant, resumit Augustinus, quando nemo serviebat ante Nemrod, vel Nini tempora? Fatum item est imperare. An qui in Perside regnarunt, eodem sub fato natos fuisse credibile est? Quis ergo fatorum vim elisit, illisque invitis intercessit, ne Regum filii servirent? Homines utique decernentes, statuta Regni sarta tecta perpetuò manere. Hunc locum adhuc fusiùs pertractat Sanctus Ephræm:

ܡܫܬܥܒܕ ܕܝܘܡܐ ܗܘܐ ܡܫܬܥܒܕ
ܡܢܝܢ ܡܫܬܥܒܕ ܗܘܐ ܡܪܝ ܘܐܡܬܝ
ܠܐ ܗܘ ܡܬܩܠܝ ܕܗܘܐ ܡܢܝ. ܫܠܝ
ܕܗ ܕܡܛܠ ܕܗܘܐ ܡܫܬܥܒܕ ܡܢ ܡܛܠ
ܠܐ ܡܫܬܥܒܕ ܗܘ ܐܠܐ ܡܢ ܡܛܠ ܕܢܫܬܠܛ
ܡܢ ܡܫܬܥܒܕ ܡܢ ܡܛܠ. ܐܡܝ
ܕܗܘ ܡܫܬܥܒܕ ܡܢ ܡܛܠ ܕܡܫܬܥܒܕ: ܡܪܝ
ܡܢܝ ܠܐ ܡܢܝ ܕܡܫܬܥܒܕ. ܘܡܢ
ܫܠܝ ܕܡܢܗ: ܘܐܡܬܝ ܕܡܫܬܥܒܕ.
ܠܐ ܐܡܪ ܡܢܗ ܘܐܡܬܝ ܘܢܬ
ܕܡܫܬܥܒܕ ܘܢܬ ܡܢ ܡܛܠ ܗܢ.

Constitit Sol eo die medio in cœlo. Affirmant autem Mathematici, *Solem eo momento diademata dispensare. Supputa itaque, quot unà in urbe matres per idem tempus partus suos fuderint; nec tamen fieri potuit, ut omnes uno die, uno in oppido rerum potirentur. Æquales scilicet eo die natura peperit. Ast voluntas Summi Domini æquales discrevit, ut libera quidem in thalamo, ancilla in sterquilinio pareret; nec valuit Fatum coæquare, quæ rerum omnium Constitutor discreverat.*

5. Secundus in Chaldæos Hymnus incipit : ܐܘܢ ܟܠܕܝܐ ܕܥܒܕ ܠܝ ܟܠ ܕܥܒܕܬܝ ܘܟܠ ܕܐܡܪ ܠܝ . ܐܝܟ ܕܐܢܐ ܫܡܥ ܠܗ ܫܡܥ ܐܘܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܠܬܐ ܕܐܢܐ ܡܠܠ ܘܡܢܐ ܕܐܢܐ ܡܠܠ ܗܠܝܢ ܡܠܝ ܗܘܝܢ ܕܐܢ ܡܠܬܐ ܠܝܬ ܠܗ ܡܢ ܡܠܠ ܗ

Attamen ex paucis, quæ Eusebius ex illo Opere descripsit lib. 6. Præpar. Evang. cap. 10. vix dubitari potest, quin ista, quæ in sequentibus hymnis contra Fatum proferuntur, S. Ephræmus ex Bardesane fuerit mutuatus, ܟܕ ܠܝܬ ܡܢ ܫܘܠܛܢܐ ܕܡܘܠܕܐ. ܘܠܡܢ ܢܗܘܐ ܚܝܒܐ ܕܡܘܠܐ ܕܚܬܢܘܬܐ: ܫܘܐ ܩܢܝܢܐ ܠܚܬܢܐ. ܫܢܐ ܕܡܘܠܐ. ܡܢ ܡܢ ܗܝ ܕܢܬܩܛ ܕܟܠܗܘܢ ܘܡܫܬܘܕܥ ܒܥܠܡܐ ܕܟܠܗ ܡܠܬܐ. ܘܟܕ ܡܬܩܛ ܡܢ ܚܫܘܒܐ ܕܚܫܘܒܐ:

Neque enim ex Fato manarunt Circumcisio, & Præputium. Illa siquidem solemnes statosque ritus observat, istud rerum discrimina. Circumcisio cibos discernit: Præputium mores. Undenam auctus est continentium in Orbe terrarum numerus, quorum instituta & Fatum, & naturam floccipendunt? Sidera' ne hos purioris vitæ mores Sanctis infuderunt? Eadem habet contra Astrologos S. August. lib. qq. supracit. *Quomodo*, inquit, *fiunt, quæ contra Fatum sunt? Si est Fatum, non facit contra se.* Id tamen Astrologis minimè absonum visum fuisse, testatur Origenes hom. 3. in Hierem. c. 5. scribens: *Jam quidam existimant, ex Astrorum cursibus Christianos fieri.* Alterum argumentum S. Doctoris est, ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܠܐ ܕܚܛܝܐ: ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܚܠܐ ܕܢܬܩܛ.

ܐܝܬܝܗ ܘܐܦܝܠܘ ܡܬܚܬܢܝܢ ܘܐܢܫܐ ܠܐ :

In animantibus deprehendere est, non utique his à Fato ordinata esse connubii tempora, hominibus verò confusa.

9. Sextus in Chaldæos: ܡܠܦܢܐ ܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ ܕܟܘܟܒܐ ܡܠܟܐ . ܕܡܬܚܙܐ ܡܬܢܗܓܢܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܬܚܙܝܢ ܠܗ :

Os rationale astri rationalis dicis, cujus ratio cursusque superiori vi cogente gubernatur? Et infrà: ܡܠܬܐ ܘܐܠܗܬܐ ܘܐܠܦܐ : ܢܦܠ ܡܬܬܐ : ܐܬܪܐ ܡܬܪܘܢܐ : ܡܫܬܐ ܡܠܬܐ : ܪܘܦܐ ܘܡܬܢܝܢܐ ܡܬܪܘܢ ܐܢܫ ܐܪܥܐ ܘܐܪܥܘܬ . ܡܬܝܠܐ ܘܡܬܝܢ ܡܬܪܘܢ ܘܐܢ ܡܢ ܡܬܝ ܘܐܬܝ ܡܢ ܡܬܝ :

Fluctibus absorptæ naves, obruti portus, vulnera & mortes, concussiones & motus, bella & alluviones, urbium excidia Horoscopum infringunt, dum æquant. Tabernacula Hebræorum, & Hagarenorum tentoria clamant, arbitria esse ritus, & leges. Hæc ferè ex Bardesane: quæ libenter proferimus, quia egregium illud Bardesanis opus de Fato periit.

10. Septimus in eosdem: ܫܡܫܐ ܕܡܢܗܪ ܡܢܗܪ ܕܝ . ܘܠ ܫܡܫܐ ܕܡܢ ܫܡܝܗ ܫܡܝܗ : ܘܫܡ ܘܐܪܝܗ ܗܢܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܕܝ :

Sol suis nos radiis petit, torretque. Si igitur reliqua sidera eadem lege suos moderantur aspectus, consequens est, ut æqualem semper habeant ortum. Astrologi nostri sæculi *Ascendens* appellant eam cœli partem, quæ hora qualibet ab inferiori Hemisphærio surgit ab Oriente. Hinc S. Doctor tantam rerum atque eventuum inæqualissimam varietatem à solo ortu stellarum provenire non posse deducit.

11. Octavus in eosdem. ܐܝܟ ܐܝܟ ܡܪܝ ܐܝܟ . ܕܡܫܡܫ ܒܟܝܢܝܢ ܐܝܕܝ . ܕܡܫܪܐ ܠܚܪܝܬܢ ܠܚܪܝܬܐ .

O qui nostris languoribus medicas adhibes manus, nostram, quæso, libertatem medicare, & sanctifica. Ubi de libertate arbitrii habes locum insignem. ܕܐܡܪܝܢ ܕܡܪ ܡܫܬܘܬܢ ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ . ܘܐܝܟ ܕܢܗܘܢ ܒܪܝܬ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܕܟܠ ܡܕܡ ܕܡܬܚܙܐ ܡܬܢܗܓ

hensos fuisse Malos propter libertatem. Si quod existeret Principium malum, hoc aut admoneret Deus, aut cogeret. Rursùs si Fatum homicidas efficeret, omnes homines non sicarios, sed Fatum accusarent.

12. Nonus adversùs eosdem.

ܟܠܗ ܕܐܢܘܢ ܕܚܛܝܢ ܡܫܬܡܥܝܢ
ܟܬܒܐ ܕܚܝܘܬܐ ܘܡܬܡܫܟ . ܡܘܫܐ ܒܦܓܪܗ
ܡܫܟܚ : ܕܐܦܝܪܘܢ ܡܫܬܡܥܝܢ ܟܠܗ
ܕܥܡܡܐ ܠܐ ܢܫܬܟܚܘܢ :

Filios erroris claram veritatem, Josepho interprete usus, docuerat Justus. Quum verò invalesceret in dies error, Moses eorum corporibus illam inscripsit, ne memoriâ excideret.

13. Decimus in eosdem. ܥܣܪܝܐ
ܕܟܬܒ ܥܠ ܟܗܢܐ ܕܒܥܠܐ ܕܚܠܠ .

Nefariam Sacerdotum Baalitarum turbam conspicatus Elias,

14. Materiam non esse sempiternam, contra Marcionem, Bardesanem, & Manetem. ܕܠܐ ܢܗܘܐ
ܠܥܠܡ ܘܡܬܩܠܣܢ ܡܢܢ
ܕܥܡܡܐ ܠܐ ܡܬܚܫܒ :

Si quando durioris naturæ res in opus veniant, duris instrumentis utendum est. Et infrà. ܡܢ ܟܕ ܡܬܬܥܒܕ ܡܕܝܢܬܐ
ܥܒܝܕ ܥܡܠ ܡܫܝܚܐ ܘܡܬܩܠܣ ܠܐ ܡܬܚܙܐ .
ܠܡܢܐ ܕܡܫܬܡܥ ܡܢ ܡܫܝܚܐ . ܡܢ ܠܐ ܡܬܚܙܐ
ܒܟܝܢ ܠܐ ܕܡܬܚܙܐ . ܡܫܝܚܐ ܠܐ
ܡܫܬܡܥ . ܡܢ ܐܝܟ ܕܡܬܚܙܐ
ܕܡܬܚܙܐ . ܡܢ ܐܝܟ ܕܡܬܚܙܐ
ܘܐܝܟ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ . ܡܢ ܕܡܬܚܙܐ
ܕܡܬܚܙܐ ܘܕ

Fædi turpesque ii sunt, quos scelera propriâ voluntate commissa inquinarunt.

18. Adversùs eosdem. ܩܕܝܫܐ ܕܦܓܪܐ ܘܠܒܐ ܡܢܘܢ ܕܢܗܘܢ ܡܬܚܙܝܢ ܠܟ ܐܪܚܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ.

Si corporum, atque tenebrarum natura fugienda est, quænam tibi per nocturnas horas ad justitiam patebit via?

19. In idem. ܕܩܕܝܫܐ ܕܠܒܐ ܕܐܬܚܛܦ ܡܢܗ ܠܐܠܗܐ ܕܫܪܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܗܢܐ ܕܦܓܪܐ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܕܡܢ ܫܘܬܦܘܬܗ

ܕܢܢ ܢܦܩܘܢ ܙܒܢܐ .

Supputent tempora, quis quo antiquior sit. An Manes primogenituræ jura præripiat? Antiquior illo est Bardesanes. Is audeat se seniorem prædicare? Junior est primis. Marcion quippè est illa prima spina, & primogenitus Auctoris peccati: zizania præcox & temporanea. Justus, oro, contundat germen ejus.

Tertiam Ecclesiæ notam profert, successionem nempè Episcoporum per legitimam ordinationem ab Apostolis deductam, qua Hæreticos carere ostendit, & sine qua Ecclesia nullo modo consistere potest. ܗܘܝܢ ܕܢܬܩܢܘܢ ܡܢ ܡܢܐ ܩܒܠܘ ܐܝܕܐ . ܐܢ ܡܢܢ ܩܒܠܘ ܘܟܦܪܘ : ܫܘܬܦܐ ܠܢ ܠܝܬ ܕܢܬܒܥܐ ܫܪܪܐ ܕܢܬܒܥܘܢ . ܐܢ ܕܝܠܢ ܩܢܝܢܢ ܠܟܗܢܘܬܐ ܕܢܩܢܘܢ ܠܗ ܐܝܕܐ : ܫܘܬܦܐ ܠܢ ܠܝܬ ܕܢܬܒܥܐ . ܡܢ ܕܝܠܢ ܩܕܡܝܐ ܗܘ ܠܟܠ ܚܕ ܕܢܩܢܐ ܐܝܕܐ ܕܢܫܬܪܪ ܠܗ ܘܢܫܬܩܠ : ܗܢܐ ܠܟܘܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܚܦܝܪܘܬܐ ܘܕܫܢܝܘܬܐ . ܗܫܐ ܕܝܠܢ ܟܠ ܚܕ ܡܫܬܠܛ ܕܢܩܢܐ ܐܝܕܐ ܕܢܫܬܪܪ ܠܗ ܘܢܫܬܩܠ : ܗܢܐ ܠܟܘܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܚܦܝܪܘܬܐ ܘܕܫܢܝܘܬܐ .

Distinctè interrogentur, à quo manum susceperint. Si hanc à nobis susceperunt, & abnegarunt, plura non habet quæ requirat veritas nostra. Si autem ipsi temerè Sacerdotale officium præsumpserunt, & hoc sat est ad eorum probrum & ignominiam. Jam enim quilibet fiet Sacerdos, dummodo suo velit capiti manum imponere. En confusionem desperatissimam. Sacerdotium per manus impositionem traduci continuarique, Syri communiter tradunt & prædicant in suo Pontificali ad omnes Ordinationes.

23. In idem. ܡܫܬܐ ܕܫܠܝܚܐ ܬܪܬܥܣܪ ܗܘܘ ܒܪܝܐ ܘܠܝܬ ܐܝܕܐ ܕܫܡܐ ܕܐܒܐ ܕܒܪܝܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܡܦܪܫܘ ܡܢܗ ܐܝܕܐ ܘܡܦܪܫܘ ܡܢ ܥܠܡܐ : ܚܛܝܐ ܕܙܪܥܐ ܕܐܢܫܐ ܡܛܠ ܕܙܪܥܘ ܙܒܢܐ ܕܫܢܐ ܘܙܒܢܐ ܕܫܢܝܐ : ܡܫܬܐ ܕܫܠܝܚܐ ܬܪܬܥܣܪ ܗܘܘ ܒܪܝܐ : *Duodecim Apostoli terras omnes excoluerunt; nec tamen ulla orbis pars cujusquam Apostoli sibi adscivit nomen, donec zizaniæ, quæ post agricolarum obitum pullularunt, triticum suis nominibus afficerent.*

24. In idem: & indicat alteram Ecclesiæ Catholicæ notam, quæ est Antiquitas doctrinæ. ܡܢܗ ܕܡܫܬܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܟܬܒܘ ܠܗ ܠܟܬܒܐ ܕܠܐ ܢܬܟܪܟܘܢ .

Scripturas Impii obliterare ausi sunt, ne redarguerentur.

25. In idem. ܢܬܐ ܘܢܬܒܥ ܠܡܠܟܐ ܕܐܠܗܐ ܕܡܫܬܘܫܐ ܘܐܙܠܘ ܒܫܘܬܐ .

Agite, confutemus eos, qui erroris viæ se committunt.

26. In idem. ܚܟܡܬܐ ܕܡܢ ܩܕܡ ܕܢܬܒܥ ܠܐ ܡܫܬܘܫܐ ܘܠܐ ܟܬܒܘ ܒܗ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܗܘܘ .

Ingens & operosa quæstio, de doctrinis omnium Impiorum disquirere, an olim extiterint à principio.

27. In idem. ܡܐ ܕܡܢ ܩܕܡ ܕܟܬܒܘ ܠܗ ܟܬܒܐ ܕܡܠܟܐ ܕܓܢܒܘ ܠܗ ܠܟܬܒ ܕܒܛܝܪܘܬܐ ܕܢܬܟܢܫܘ ܠܗ ܐܝܟ ܕܢܗܘܢ .

Similes videntur Impii nefariis quibusdam, qui Regis sigillum suffurati, eo clanculùm ad struendas fraudes abutuntur.

28. Iterùm contra Manichæos de Bono. ܨܠܡܐ ܕܛܒܐ ܕܠܐ ܡܢ ܓܘܫܡܗ ܕܠܐ ܡܢ ܩܪܝܒܘܗܝ ܐܬܝܠܕ ܐܠܐ ܡܢ ܦܓܪܐ .

Umbra, carissimi, nec per se, nec sibi existit, sed à corpore oritur.

29. De Insomniis. ܡܢ ܕܚܠܡܐ ܕܡܬܚܙܐ ܒܫܢܬܐ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܒܫܢܬܐ ܕܡܬܚܙܐ : ܕܚܠܡܐ ܕܡܬܚܙܐ ܠܗ

ܫܪܝܐ ܕܠܟ ܠܟ ܐܢܬ ܗܘ ܠܟ ܠܐ .

Cætera omnia dimitte, teque ad teipsum contrahe, impenetrabilis naturæ mens. Teipsam intra te require. Quum somnus oppressit, ubi es? An in te? An extra te per omnia discurris?

30. De Scripturarum Divinarum stylo humanæ mentis imbecillitati divinitùs accommodato: ubi de affectibus Deo metaphoricè attributis differit. ܡܢܐ ܕܥܒܕ ܢܦܫܗ ܠܡܪܝ ܪܒܐ ܐܢ ܠܐ ܠܝܬ ܒܗ ܠܡܬܩܢܘܬ ܢܦܫܗ ܠܡܬܩܢ ܠܗ ܐܢ ܠܐ ܡܬܩܢ ܢܦܫܗ ܠܢܦܫܗ ܕܠܝܬ ܒ

ܐܕܝܠ ܕܚܘܝܐ ܫܒܚ ܠܐܠܗܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܟ ܡܪܝܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܟ ܡܪܝܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܟ ܡܪܝܐ :

Filii veritatis, Deo habete gratias: quia persecutores vestri, vestri præcones facti sunt.

46. In idem. ܡܢܘ ܕܢܬܝܠ ܦܓܪܐ ܠܐ ܡܕܡ. ܗܘܐ ܕܡܫܬܡܥ ܠܗ ܡܢ ܡܪܝܐ ܠܡܢܐ ܠܐ ܡܫܬܩܕ ܡܬܩܪܒܘܬܗ :

Quis corpori humano pretium ponat? Diabolus utique. Vidit ille, te à Domino diligi: idcircò te incessere non desinit.

47. In idem. ܒܬܘܠܬܐ ܕܥܒܪܝܬܐ : *Virgines filiæ Hebræorum.*

48. In idem. ܡܪܩܝܘܢ ܕܐܦܠ ܠܐܠܗܐ ܐܚܪܢܝܐ ܘܠܐܠܗ ܐܚܪܢܝܐ ܐܦܠ ܡܢܗ ܐܬܦܠܛ :

Marcion, qui alienigenam, & peregrinum quendam Deum excogitavit, ab eodem alienus & peregrinus evasit. Ubi S. Doctor materiam non esse sempiternam iterùm demonstrat.

49. In idem. ܢܬܚܐ ܠܡܪܩܝܘܢ

Marcionem impugnemus.

50. Contra Marcionem, Bardesanem, & Manetem. ܡܪܩܝܘܢ ܡܫܬܒܫ ܘܡܛܥܐ ܠܥܠܡ : *Confusus est Marcion, qui erravit, & in errorem alios induxit.*

51. In idem. ܛܒܐ ܘܡܬܝܩܐ ܛܒܬܐ ܕܡܬܝܩܐ : *Bonus, qui suavia, & jucunda bona impertiit.* Ubi Bardesanis errores indicat. ܘܠܘܝ ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝܐ ܠܡܢ ܕܐܬܐ ܕܡܬܪܦܐ ܡܢ ܡܪܝܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܒܥ ܪܫܝܬܐ ܘܡܫܪܐ ܫܡܝܢ ܘܡܟܪܙ ܙܕܝܩܐ : *Illud væ, quod Dominus comminatus est, Bardesani adhæsit, qui septem principia per se subsistentia statuit, & signa Zodiaci prædicat, horam*

ܐܕܝܠ ܕܚܘܝܐ ܫܒܚ ܠܐܠܗܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܟ ܡܪܝܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܟ ܡܪܝܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܟ ܡܪܝܐ :

Quare per illud dumtaxat exiguum temporis descendit Alienigena, languentibus medelam laturus: & hoc tempore, quo ægris farta est domus, quare medicus suum detrectat opus?

39. In idem. ܛܒܐ ܕܡܬܝܩܐ ܘܐܦ ܒܝܫܐ ܕܡܬܝܩܐ ܠܡܬܝܢ ܛܒܘܬܐ ܠܡܬܝܢ ܛܒܘܬܐ :

Bonus Altissimus, cujus etiam mala prudentibus bona sunt.

40. In idem. ܟܠܒܐ ܕܡܫܬܒܚ ܘܡܫܬܩܕ ܠܡܫܐ ܠܡܫܐ ܕܥܒܪ ܠܐ ܗܘ ܡܢܗ ܘܡܫܬܩܕ ܠܡܫܐ : *Viles & rabidi canes, qui adversùs Mosen illum admirandorum operum patratorem allatrare, & maledicta jacere ausi sunt.*

41. De variis erroribus Ethnicorum, atque Hæreticorum. ܠܡܕܡ ܕܠܐ ܢܥܒܕ ܠܢ ܐܚܪܢܐ ܕܡܬܩܢ ܛܥܘܬܐ : *Ne, quæso, nobis aliud Simulacrum fingamus, occultum idolum.*

42. Adversùs Marcionistas, & Manichæos de Unitate Divinæ naturæ, & malum Deum non esse carnis conditorem. ܛܒ ܘܠܐ ܡܛܝܐ ܕܒܪܝܬܐ ܕܒܝܫܐ : *Bonus, qui malo adversatur.*

43. In idem. ܬܪܝܢ ܠܐ ܡܫܬܐܠ ܠܐܒܠܝܣ : *Duo poposcit Diabolus.*

44. In idem. ܡܢܘ ܕܐܬܐ ܠܒܪ ܐܢܫ ܕܐܬܐܣܝܘ ܡܢ ܡܪܝܐ ܘܐܦܠ ܠܐ ܡܫܬܡܥ ܕܠܐ ܗܘ ܡܪܝ ܥܠܡܐ : *Unde, rogo, venit in mentem iis, qui à Salvatore curati sunt, ipsum non esse mundi conditorem, sed illius Adversarium?*

45. In idem. ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܗܘ

ram observat, septenaria docet, & de temporibus interrogat. Vide suprà pag. 48.

52. In eosdem: & de resurrectione carnis. ܒܬܚܝܐ ܕܦܓܪܐ

Bardesanem redarguamus.

53. De Unitate, & simplicitate Dei contra eosdem. ܐܢܐ ܠܚܕ ܐܠܗܐ ܗܘܝܢ ܠܥܠܡ ܗܝܡܢܢܐ ܐܚܝ :

Et ego quidem in unum Deum, fratres, semper credidi. Varia Bardesanis scripta hoc loco commemorat S. Doctor, quæ ex Sozomeno, & Theodoreto nos suprà indicavimus; & addit ab eodem centum & quinquaginta Psalmos eleganti carmine fuisse elaboratos ad imitationem Psalterii Dauidici. ܕܒܡܙܡܘܪ ܕܕܘܝܕ ܕܥܒܕ ܠܗ ܡܢ ܡܠܬܐ ܕܡܬܩܢܐ ܘܕܫܦܝܪ

præsertim exorta ipsius tempore Aerii hæresis, qui teste Epiphan. hær. 75. & Augustino hæres. 53. docuit, non esse pro Defunctis orandum. Extant autem magnâ ex parte in Codice Nitr. XVI. cujus ad calcem hæc temporis nota legitur: ܗܳܠܳܐ ܫܠܡܘܬܳܐ ܕܡܬܝܠܝܢ ܕܡܝܬܐ ܘܠܳܐ ܡܬܝܠܝܢ ܕܚܝܐ ܒܫܒܥܐ ܕܫܒܬܐ ܫܥܬܐ ܚܕܬܐ ܕܬܫܪܝܢ ܫܢܬܐ ܕܬܪܝܢ ܫܠܝܢ ܡܐܬܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܣܠܘܩܘܣ ܡܠܟܐ ܕܣܘܪܝܐ . ܟܬܒܗ ܡܢ ܚܛܝܐ ܘܡܢ ܪܚܡܢܘܬܐ ܕܬܪܝܨ ܬܐܘܕܘܪܘܣ . ܗܳܠܳܐ ܕܩܘܪܝܢ ܠܗ ܠܡܪܝ ܡܪܝ ܪܚܡ ܥܠܝ ܘܠܥܒܕܝ ܕܫܪܝܪܐ ܘܠܡܫܬܒܚܬܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܡܪܝ ܡܪܝ ܪܚܡ ܥܠܝ ܘܠܥܒܕܝ ܕܫܪܝܪܐ ܘܠܡܫܬܒܚܬܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܡܪܝ ܡܪܝ ܪܚܡ ܥܠܝ ܘܠܥܒܕܝ ܕܫܪܝܪܐ ܘܠܡܫܬܒܚܬܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ; *Absolutus est Liber iste de Exequiis Defunctorum feria quinta, hora undecima, mense Octobri, die octava, anno centesimo trigesimo quinto suprà millesimum ab initio regni Seleuci Nicatoris Regis Syriæ. Scripsit eum peccator, & miserationum indigens Theodorus.* Is Christi annus fuit 823. quo dies octava Octobris in feriam quintam incidit: atque adeò ex Theodori sententia Epocha Seleucidarum Christianam Vulgarem antecessit annis 312. ut suprà etiam ex Barlaham Edesseno notavimus pag. 83. Reliquos de Defunctis Hymnos habemus in Codice XVII. ut sequens Catalogus demonstrabit.

Cantus XXXI. *Cantus de Defunctis.* ܩܠܐ ܕܡܬܝܠܝܢ :

Sunt unus suprà triginta, quos Syri partim Officio Defunctorum, partim Feriali inseruere. Extant autem in Cod. Nitr. XVI. à fol. 1. usque ad fol. 28. ubi Cantus primus, & pars secundi desiderantur.

Odæ XLIX. *Odæ de iisdem.* ܥܘܕܬܐ ܕܡܬܝܠܝܢ :

Sunt novem suprà quadraginta de singulis Defunctorum gradibus, nimirùm, de Pueris, Juvenibus, Viris, Mulieribus, Monachis, Clericis, Diaconis, Presbyteris, & Episcopis. Extant autem in eodem Cod. Nitr. XVI. à fol. 31. & in Codice Nitr. XVII. ut sequitur.

1. De Sacerdotibus: cujus initium: *Fratres, & dilectissimi, per Deum qui me à vobis sejunxit, adiuro vos, ut quum ad Orationis pensum persolvendum in Choro conveneritis, mei vobis memoria succurrat.* ܐܚܝܢ ܡܚܒܒܝܢ . ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܕܦܪܫܢܝ ܡܢܟܘܢ . ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܟܕ ܡܬܟܢܫܝܢ ܠܨܠܘܬܐ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܕܝܟܪܢܐ ܕܝܠܝ .

2. De Pueris. *Laus tibi Deus noster, ex ore infantium & lactentium.* ܫܒܚܐ ܠܟ ܐܠܗܢ ܡܢ ܦܘܡ ܛܠܝܐ ܘܝܢܩܐ .

3. De iisdem. *Pignora tibi Infantes sint, & sursum in cælo recumbant.* ܗܘܘ ܠܟ ܛܠܝܐ ܪܗܝܢ ܘܠܥܠ ܒܫܡܝܐ ܢܬܪܥܘܢ .

4. De iisdem. *Carissime fili, quem Gratia in utero matris formavit.* ܚܒܝܒܝ ܒܪܝ ܕܒܛܢ ܐܡܗ ܨܝܪܗ ܛܒܬܐ .

5. De iisdem. *Quum resurrectionis aura afflaverit, ossa justorum congregabuntur.* ܟܕ ܢܦܚ ܪܘܚܐ ܕܩܝܡܬܐ ܢܬܟܢܫܘܢ ܥܨܡܬܐ ܕܙܕܝܩܐ .

6. De iisdem, *Væ mihi, quia appropinquavit dies resurrectionis, quo boni à malis separabuntur.* ܘܝܠܝ ܠܝ ܕܩܪܒ ܝܘܡܐ ܕܩܝܡܬܐ ܕܢܦܪܫܘܢ ܛܒܐ ܡܢ ܒܝܫܐ ܘܠܐ ܢܬܚܙܘܢ ܒܚܕܐ .

7. De iisdem. *O domicilium temporis, cur spes nostras in hac vita collocasti?* ܐܘ ܒܝܬܐ ܕܙܒܢܐ ܠܡܢܐ ܫܪܝܬ ܫܒܪܝܢ ܒܗܕܐ ܚܝܐ .

8. De

8. De iisdem. *Agite dum, ingredimini fratres, & corruptionem in sepulchris cernite.* ܐܝܟ ܟܕܟܝ ܐܙܠܘ ܐܚܝܢ ܘܚܙܘ ܠܦܓܪܐ ܒܩܒܪܐ .

9. De iisdem. *Mementote ergo, fratres, ubi nunc estis, & ubi cras eritis.* ܗܘܝܢ ܗܘܝܢ ܕܐܝܟܐ ܕܗܫܐ ܐܢܬܘܢ ܘܐܝܟܐ ܕܡܚܪ ܢܗܘܢ :

10. De omnibus Defunctis. *Proh quanta erat Adæ gloria, quando conditus est: & quanta fuit ejusdem depressio, quando mortuus est.* ܐܝܟ ܕܝܩܪܐ ܗܘܬ ܠܐܕܡ ܒܙܡܢ ܕܐܬܬܪܥ . ܐܝܟ ܕܡܟܝܟ ܗܘܬ ܠܗ ܒܙܡܢ ܕܡܝܬ .

11. De Juvenibus. *Dies mortis cunctis hominibus æqualis est: iis tamen amarus, & acerbus, qui in Juventutis flore decedunt.* ܐܝܟ ܕܝܘܡܐ ܕܡܘܬܐ ܠܟܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܗܘ ܕܡܪ ܘܩܫܐ ܠܐܢܘܢ ܕܡܬܪܚܩܝܢ ܒܫܘܪܝܐ ܕܫܒܚܐ .

12. De iisdem. *Hæc dies oculos ad lacrymas provocat.* ܗܢܐ ܝܘܡܐ ܡܥܪܪ ܥܝܢܐ ܠܒܟܝܐ .

13. De Pueris. *Quàm amara est mors Puerorum! quàm acerba infantis à matre separatio!* ܐܝܟ ܡܪܝܪ ܗܘܬ ܡܘܬܐ ܕܛܠܝܐ . ܐܝܟ ܩܫܝܐ ܗܘܬ ܦܪܘܕܐ ܕܛܠܐ ܡܢ ܐܡܐ .

14. De Mulieribus. *Lacrymæ in oculis: in auribus naeniæ.* ܐܝܟ ܕܡܥܐ ܒܥܝܢܐ : ܘܒܐܕܢܐ ܢܝܢܝܐ .

15. De omnibus defunctis. *Tamquam viator, in Haman defunctorum pernocta, & festina, recede ex ea in regionem voluptatum.* ܐܝܟ ܐܪܚܐ . ܒܗܡܢ ܡܝܬܐ ܠܝܠܝ ܘܐܙܠ ܡܢܗ ܠܥܠ

ܒܥܕܢܐ ܕܢܝܚܐ . ܘܐܬܝ ܒܥܓܠܐ ܕܢܗܘܐ ܠܐܚܪܢܐ .

16. De iisdem. *Mortem, & Diabolum altercantes audivi, quis eorum majorem exerceret in humanum genus potestatem.* ܫܡܥܬ ܡܘܬܐ ܘܩܛܠܐ ܕܡܬܟܪܟܝܢ ܡܢ ܗܘ ܪܒ ܕܢܫܠܛ ܒܒܢܝ ܐܢܫܐ .

17. De iisdem. *Stat anima magno cum dolore ac mærore. Trahunt eam hinc, & inde, ut ad alterutram eat partem. Urgent Dæmones, ut in Gehennam, unàcum ipsis, præceps ruat. Contrà Angeli instant, ut eosdem in regionem lucis sequatur.* ܩܝܡܬ ܢܦܫܐ ܒܥܨܒܐ ܘܒܚܘܫܐ . ܡܫܬܚܒܐ ܠܗ ܡܢܗ ܘܡܢܗ ܕܬܐܙܠ ܠܬܪܝܗܘܢ . ܫܐܕܐ ܡܫܬܠܚܝܢ ܥܡܗܘܢ ܠܓܗܢܡ ܠܬܚܬܐ : ܐܠܐܟܐ ܩܝܡܝܢ ܕܢܦܠܘܢ ܠܬܪܝܗܘܢ ܠܢܗܝܪܐ ܕܢܗܘܐ .

18. De iisdem. *Propitius esto mihi propter misericordiam tuam, Pater: & fiant super me misericordiæ tuæ in Judicio tuo.* ܡܬܚܢܢ ܗܘܐ ܠܝ ܡܛܠ ܪܚܡܝܟ ܐܒܐ ܘܢܗܘܢ ܪܚܡܝܟ ܥܠܝ ܒܕܝܢܟ .

19. De iisdem. *Domine, ne statuas me cum impiis.* ܡܪܝ ܠܐ ܬܩܝܡ ܥܡ ܪܫܝܥܐ .

20. De Clericis, Hymnus 1. *Fratres Ecclesiæ filii, misericordiam pro me implorate, ne à cœlesti Ecclesia extorris fiam.* ܐܝܟ . ܐܚܝ ܕܥܕܬܐ ܩܪܝܒܝ : ܒܥܘ ܪܚܡܐ ܥܠ ܪܚܡ ܕܠܐ ܐܬܪ ܡܢ ܥܕܬܐ ܕܫܡܝܐ .

Hic hymnus tribuitur Isaaco in Cod. Nitr. XVII. fol. 173.

21. De iisdem, Hymnus 2. *Congregamini, fratres, & commemorationem*

tionem meam peragite. ܐܬܬܝܗ ܠܐܬܪܐ ܕܝܠܝ ܥܒܕܘܢ ܘܩܢܘܡܘ.

22. De iisdem, Hymnus 3. *Valete fratres, & preces pro me fundite: quumque in Sanctuario astiteritis, mei vobis memoria succurrat.* ܐܬܬܝ ܩܢܘܡܘ ܚܒܪܐ ܕܝܠܝ ܕܐܝܟ ܕܐܬܝܬܘܢ ܒܩܕܫܐ ܕܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܕܟܪܢܐ ܕܝܠܝ ܒܠܒܟܘܢ.

23. De iisdem, Hymnus 4. *Sancte Pater noster, Vade in pace: Dominus tuus in thalamo voluptatis te lætificabit.* ܐܒܐ ܩܕܝܫܐ ܙܠ ܒܫܠܡܐ: ܡܪܝܟ ܒܚܕܪܐ ܕܥܢܓܐ ܢܚܕܝܟ.

24. De iisdem, Hymnus 5. *Beate Pater noster, consolare discipulos tuos, qui tua consuetudine privantur.* ܐܒܐ ܒܪܝܟ ܢܚܡ ܬܠܡܝܕܝܟ ܕܡܬܡܢܥܝܢ ܡܢ ܡܠܬܟ.

25. De iisdem, Hymnus 6. *Audite, & obstupescite fratres, dum Ecclesia Beatum hunc lacrymis prosequitur, qui eandem reliquit.* ܫܡܥܘ ܘܬܬܡܗܘ ܐܚܝܢ ܕܥܕܬܐ ܒܒܟܝܐ ܡܨܠܝ ܠܗܢܐ ܕܫܒܩ ܠܗ ܠܥܕܬܐ ܕܢܝܚܐ.

26. De iisdem, Hymnus 7. *Decessisti Pater. Ne orphanos relinquas nos, athleta veritatis.* ܐܒܐ ܐܙܠܬ ܐܒܐ. ܠܐ ܬܫܒܩ ܝܬܡܐ ܠܢ ܐܬܠܝܛܐ ܕܫܪܪܐ.

27. De iisdem, Hymnus 8. *Saulem Regem lacrymis prosequutus est David.* ܘܒܟܝ ܥܠ ܫܐܘܠ ܡܠܟܐ ܕܕܘܝܕ.

28. De iisdem, Hymnus 9. *Vado, nec timeo: quia Dominus meus vocat me. Coronam gloriæ capiti meo imponet, meque exhilarabit.* ܐܙܠ ܘܠܐ ܐܕܚܠ ܡܛܠ ܕܡܪܝ ܩܪܐ ܠܝ. ܟܠܝܠ ܝܩܪܐ ܠܪܝܫܝ ܘܢܚܕܢܝ ܠܝ.

29. De iisdem, Hymnus 10. *Laus tibi, Altissime, qui ad Infimos descendisti. Homo factus es, & resurrexisti, ut corpore tuo nostra corpora resuscitares.* ܫܒܚܐ ܠܟ ܡܪܝܐ ܕܢܚܬ ܠܬܚܬܝܬܐ. ܐܢܫ ܗܘܝܬ ܘܩܡܬ ܕܢܩܝܡ ܦܓܪܝܢ ܒܦܓܪܟ.

30. De iisdem, Hymnus 11. *Convertere ad me, quæ fui domicilium Beati.* ܗܦܟ ܠܝ ܕܗܘܝܬ ܕܝܪܬܐ ܕܒܪܝܟܐ.

31. De Episcopis, Hymnus 1. *Ecquis non gaudeat de Beati triumpho? Ecquis non fleat de ejusdem decessu?* ܡܢܘ ܠܐ ܢܬܚܕܐ ܒܙܝܚ ܒܪܝܟܐ. ܡܢܘ ܠܐ ܢܒܟܐ ܒܦܓܪ ܡܝܬܘܬܗ.

32. De iisdem, Hymnus 2. *Dies, in quo Justi dumtaxat gaudent.* ܝܘܡܐ ܗܘ ܕܙܕܝܩܐ ܒܠܚܘܕ ܢܬܚܕܘܢ.

33. De iisdem, Hymnus 3. *Accessit mors, & membrum à nobis separavit.* ܐܬܬ ܡܘܬܐ ܘܦܪܫ ܐܒܪܐ ܡܢܢ.

34. De Diaconis. *En membrum nostrum ex hoc perturbationis domicilio ad illam quietis lucem translatum est.* ܗܐ ܐܒܪܢ ܡܢ ܗܢܐ ܕܪܝܓܙܐ ܠܢܗܪܐ ܕܢܝܚܐ ܐܬܝܗܒ.

34. De Fratribus, seù Monachis, Laicis. *Quoniam ejus labia canticum Spiritûs cecinere, dimitte debita ejus.* ܡܛܠ ܕܣܦܘܗܝ ܫܒܚ ܪܘܚܐ ܫܪܝ ܠܗ ܠܚܘܒܝܗ.

36. De Episcopis. *Præstantissimus Senex: castus virgo.* ܡܢ ܩܕܡܝܐ ܕܣܒܐ ܕܢܩܝ ܒܬܘܠܬܐ.

ܗܕ

ܗܘܝܬ ܬܪܝܢ : ܟܕ ܐܠܝܐ ܒܡܕܒܪܐ .

37. De iisdem. *Ut in deserto claruit Elias, sic in pace juventus tua.*

ܐܢܬ ܟܠܗ ܚܝܐ ܘܐܢܐ ܚܒܝܒ ܬܪܝܢ ܠܟ . ܠܡܪܝ .

38. De omnibus defunctis. *Fratres pro me rogate.* ܐܚܐ ܩܠܝܢ ܐܢܬ ܩܢܝܢ ܠܝ ܡܠܬܐ .

Hucusque in Cod. Nitr. XVI. Quæ sequuntur Odæ, extant in Cod. Nitrien. XVII. videlicet.

39. De omnibus Defunctis. *Fratres valete, & pro me orate, qui è vestro agmine decessi.* ܐܚܐ ܩܠܝܢ . ܐܢܬ ܩܢܝܢ ܠܝ ܡܠܬܐ ܕܐܢܐ ܡܢ ܟܠܗ ܚܝܐ ܕܐܬܪܟ ܐܢܐ ܡܢ ܟܠܗ ܚܝܐ ܕܐܬܪܟ ܐܢܐ ܡܢ ܟܠܗ ܚܝܐ ܕܐܬܪܟ .

Cod. Nitr. XVII. fol. 72.

40. Paræneſis Pentaſyllaba de Defunctis: fol. 173. ܡܐܢܝ ܕܡܝܬ ܐܢܬ ܕܝܕܥ ܗܘ ܐܚܝ .

Beatus, qui ſe mortalem eſſe agnoſcit, fratres.

41. Ode tetraſyllaba de defunctis fol. 195. ܒܪܟ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܦܬܚ ܬܪܥܐ ܘܦܬܚ ܠܫܝܘܠ .

Benedictus Chriſtus, qui clavis factus eſt, & inferos reſeravit.

42. Ode tetraſyllaba de iisdem, ibid. ܠܟ ܫܒܚܐ ܡܪܝܐ ܕܡܩܝܡ ܡܝܬܐ ܡܢ ܩܒܪܐ : *Laus tibi, qui mortuos è tumulis ad vitam revocas.*

43. Ode tetraſyllaba de iisdem, fol. 196. ܒܪܟ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܒܪܝܬ ܟܝܢܢܢ ܡܢ ܫܘܪܝܐ : *Benedictus, qui naturam noſtram pro ſua gratia ab initio creavit.*

44. Ode tetraſyllaba de iisdem, ibid. ܒܪܟ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܩܝܡ ܡܝܬܐ ܘܡܫܪܐ ܠܢ ܫܘܒܪܐ : *Benedictus Chriſtus, qui reſurrectionis mortuorum ſpem nobis dedit.*

45. Ode tetraſyllaba de Doctoribus defunctis fol. 197. ܐܚܐ ܡܪܝܐ ܕܐܠܦܢܐ ܘܬܠܡܝܕܐ : *Fratres, filii, & diſcipuli, mementote mei.*

46. Ode tetraſyllaba de Monachis defunctis ibid. ܒܪܟ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܡܢ ܚܒܝܒܘܬܗ ܩܪܐ ܠܚܒܪܐ ܕܚܝܐ . *Benedictus, qui pro ſua dilectione amicos ſuos ad convivium vitæ invitavit.*

47. Ode tetraſyllaba de Defunctis fol. 200. ܒܪܟ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܒܩܠܗ ܡܝܬܐ ܩܡܝܢ ܘܒܩܝܡܬܐ ܠܒܫܘܬܐ : *Benedictus, cujus voce mortui reſurgunt, & in reſurectione gloriam induunt.*

48. De iisdem fol. 202. ܡܫܝܚܐ ܕܢܦܩ ܠܟ ܐܦܠܐ ܗܘ ܢܬܠ ܠܟ ܢܝܚܐ ܥܡ ܙܕܝܩܐ . *Chriſtus qui te abduxit, ipſe tibi donet requiem cum juſtis.*

49. De iisdem fol. 203. ܒܪܟ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܒܩܠܗ ܡܝܬܐ ܡܬܩܪܝܢ ܠܚܝܐ ܘܒܫܘܬܐ ܠܒܫܘܢ : *Benedictus, cujus voce mortui ad vitam revocantur, & gloriam induunt.*

Carmina de Defunctis XV. ܩܪܝܢ ܘܡܠܝܢ : Extant in Codicibus Nitr. XVI. & XVII. ſequenti ordine. Carmina Heptaſyllaba XV.

1. De Epiſcopis defunctis Cod. Nitr. XVI. fol. 48. ܡܘܬܐ ܕܙܕܝܩܐ ܘܩܪܒܐ ܕܦܓܪܐ ܗܘ ܕܡܫܐ ܘܡܩܝܡ ܚܘܫܐ : *Mors juſtorum certamini carnalium affectionum finem imponit.*

2. De

2. De Monachis defunctis fol. 50. ܐܘܝ ܡܘܬܐ ܕܡܪܝܪ ܘܒܟܝܢ ܐܕܢܝܢ ܡܛܪܝܢ : *Proh quàm amara est mors tua, cujus nuncium aures nostras mærore affecit.*

3. De iisdem fol. 52. ܡܘܬܐ ܕܙܕܝܩܐ ܗܘ ܕܚܕܘܬܐ ܘܕܩܕܝܫܐ ܗܘ : *Mors justis voluptas est, & Sanctis gaudium.*

4. De Presbyteris, & Diaconis defunctis fol. 56. ܫܡܥܢܢ ܕܩܝܡܬܐ ܕܡܝܬܐ ܕܠܐ ܢܫܬܪܘܢ ܒܫܐܘܠܐ ܠܐ ܢܬܩܝܡܘܢ : *Audivi resurrectionem fore: & gavisus sum, quòd mortui in inferis nequaquam remanebunt.*

5. De Mulieribus defunctis fol. 61. ܡܪܝ ܕܙܕܝܩܐ ܘܕܩܕܝܫܐ ܕܡܫܠܡ ܠܟܠ ܥܒܕܐ : *Domine justorum & Sanctorum, qui mercedem cunctis operariis reddis.*

6. De Viro qui orphanos relinquit fol. 62. ܐܪܚܐ ܡܠܐ ܫܕܪܢܝ ܕܐܙܠ ܡܢ ܒܝܬܟܘܢ : *Via me, carissimi, vocavit, ut à vobis abscederem.*

7. De Mulieribus, quæ orphanos relinquunt fol. 64. ܚܘܐ ܕܡܘܬܐ ܒܠܒܗ ܡܬܗܦܟ ܠܒܟܝܐ ܘܐܙܠ ܠܒܟܝܬܐ ܘܬܡܗ ܗܘܝܬ : *Hevæ mortem animo revolvens, in lacrymas abii, & stupore perculsus sum.*

8. De Divitibus, & Principibus viris, fol. 79. ܡܢܘ ܕܢܬܙܕܩ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܗܢܐ ܕܩܒܪܐ ܗܢܐ ܕܡܢܘ ܗܘܐ : *Justitiam percontatus sum, cujusnam tumulus iste sit.*

9. De Defunctis fol. 81. ܫܡܥܢ ܕܩܪܝܢ ܠܟܠ ܕܡܘܬܐ ܕܐܬܐ ܠܗ ܝܘܡܐ ܕܡܚܝܐ ܠܡܝܬܐ : *Novissimæ diei recordatus sum, qua vivificator mortuorum adveniet.*

10. De iisdem fol. 82. ܠܘܬ ܩܒܪܐ ܕܐܢܐ ܡܬܩܒܪ ܒܗ ܗܘܝܬ ܚܕ ܙܒܢܐ ܕܝܬܒ ܐܢܐ : *Ad tumulum, ubi humandus sum, aliquando sedebam.*

11. De Peste fol. 85. ܠܘܬ ܡܬܬܐ ܕܥܒܕ ܚܓܐ ܠܟܠ ܥܡܐ ܕܩܪܐ ܠܟܠ ܥܡܐ ܠܡܬܐ : *Solemne festum mors fecit, ad quod omnes populos invitavit.*

12. In idem fol. 87. ܡܢܘ ܥܒܕ ܕܢܗܘܐ ܕܥܠ ܡܠܬܐ ܕܐܬܓܠܝ ܠܗ ܕܡܬܟܣܝ : *Quid opus est, rerum absentium historiam modò retexere.*

13. De Sacerdotibus, & Monachis defunctis fol. 88. ܡܘܬ ܙܕܝܩܐ ܗܘ ܕܡܢܘܚܐ ܕܒܗ ܡܢ ܥܒܕܝܗܘܢ ܢܬܪܘܚܘܢ : *Mors justis portus est, in quo à laboribus suis requiescunt.* Hactenus in Cod. Nitr. XVI.

14. De omnibus Defunctis. Cod. Nitr. XVII. fol. 69. ܒܐܝܢ ܕܒܫܪܐ ܕܐܝܢ ܕܡܬܟܢܝܢ ܠܢ ܡܪܢ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܠܗ ܕܐܡܪ ܠܢ ܕܢܬܪܚܩܘ ܡܢ ܥܠܡܐ ܘܢܪܚܡܘܢܝ : *In Evangelio suo docuit nos Dominus, dicens: Renunciate sæculo, & me diligite.*

15. De Presbyteris defunctis fol. 179. ܡܢܘ ܕܢܫܪ ܫܦܝܪ ܢܬܩܢ ܩܝܢܬܐ ܘܢܢܝܐ : *Quis satis poterit, carissimi, nænias threnosque componere?*

Duo prætereà Carmina de Defunctis sub nomine Sancti Doctoris circumferuntur, quæ tamen in aliis Codicibus Isaaco adscribuntur. Primum de Peregrinis in Codice Nitr. XVII. fol. 180. cujus initium ܚܕ ܕܡܬܝܡܐ ܠܫܡܝܐ :

Me miseri imitentur. Quod Isaaco tribuitur in Cod. Nitr. XVI. fol. 40. Alterum de Sacerdotibus Codice Nitr. V. fol. 150. à tergo. ܚܙܝܢܢ ܐܚܝܢ ܕܫܠܡܘ ܝܘܡܝܢ :

Vidi fratres dies meos consummatos esse: quod ad eundem Isaacum refertur Cod. Nitr. XVI. fol. 27.

Obiter hìc observa quatuor. Primum, solemnium Exequiarum, quæ ab Ecclesia fiunt, ritum antiquissimum esse; quod manifestè convincit Ode prima. Secundum, Animas statim ab ipso decessu judicari, quod negant Photiani, & S. Ephræm clarè affirmat Ode 17. Tertium, Purgatorio igne Animas in gratia decedentes expiari, easdem vivorum precibus, sacrificiis, aliisque piis operibus juvari, de quo vide Hymnum 15. & infrà in Testamento. Quartum denique, Animas Sanctorum Cœlum conscendere, & Angelis associari ante diem extremi Judicii, ut in Ode 1. & 3. & Cantu 12. de Mulieribus fol. 15. & Carm. 5. de iisdem fol. 61. & 62.

IX.

Hymni Paræneticí XV.

ܡܕܪܫܐ ܕܡܠܦܢܘܬܐ ܡܪ .

Paræneses.

DE Paræneticis, seù Adhortatoriis Sancti Doctoris Hymnis hæc Sobensis in Catalogo :

ܐܝܬܝܗ ܟܬܒ ܡܕܡܪܐ ܘܫܒܚܬܐ ܘܩܢܝܐ ܕܡܪܝܐ ܟܡܪ ܐܚܝܢܐ :

Edidit quoque Orationes metricas, Hymnos, & Cantica. Ubi per *metricas Orationes* carmina heptasyllaba intelligit, de quibus infrà: per *Hymnos* verò, & *Cantica*, sermones asceticos designat, ab iis quos hactenus enumeravimus, diversos. Hujus generis metricæ lucubrationes extant in Officiis Syrorum ad finem quarti Nocturni, quarum plerasque ad Ephræmum, ejusque Discipulos referendas esse, arguitur tùm ex sermonis nitore atque venustate, quæ sæculum Ephræmiticum sapiunt: tùm etiam quia ab omnibus Syrorum nationibus leguntur; quod indicio est, eas ante Nestorium, Eutychen, & Dioscorum ab hominibus Orthodoxis editas fuisse: alioquin communes omnibus Syrorum Ecclesiis nequaquam essent, sed vel à solis Maronitis, vel à Jacobitis, aut Nestorianis dumtaxat admitterentur. In Cod. Nitr. XVII. quindecim Paranetici Hymni S. Ephræmo adscribuntur; videlicet.

1. Paranesis de Pœnitentia.

ܚܕ ܚܛܝܐ ܡܬܚܢܢ : ܫܒܚܝܢ ܡܠܐܟܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ :

Uno peccatore pœnitentiam agente, gaudent Angeli, sicut scriptum est.

2. Paranesis pentasyllaba.

ܐܬܪܝ ܕܚܝܐ ܡܬܝ ܕܝܢ ܕܢܬܪܒܐ ܘܟܠ ܕܚܛܝܐ ܢܬܪܒܐ :

Odiosam conditionem meam stupeo. Quantum enim vita mea producitur, tantum meorum mensura criminum crescit.

3. Paranesis ad animam : ܐܝ ܢܦܫܐ ܕܒܟܝ ܚܛܝܬܐ ܐܬܝ ܘܬܒ ܘܬܬܚܢ ܢܝܚܬܐ .

Anima, quæ in mala incidisti, commovere, & time, & pœnitentiam exhibe. Hæc Paranesis, unàcum tribus sequentibus, est ad tonum ܡܪܝ ܩܘܡ , *Surge Paule*, qui frequenter occurrit in fine Nocturni in Officiis Maronitarum.

4. Paranesis. ܡܬܚܙܐ ܕܡܬܚ ܠܝ ܡܢܝ ܕܠܐ ܡܬܝ ܠܥܘܪܢ :

Astutus inimicus trahit me. Veni in adjutorium meum, Domine Victorum.

5. Pa-

5. Paræneſis Alphabetico ordine.

ܐܘ ܡܪܝܐ ܕܐܬܝܬ ܠܡܚܝܐ ܢܫܡܢ : ܐܬܪܦܐ
ܠܝ ܕܡܪܝ ܕܚܛܝܐ ܕܣܓܝܐ .

Medice, qui ad ſalutem noſtram veniſti, medere, quæſo, morbis meis, qui multi ſunt.

6. Paræneſis. ܐܠܗܐ ܕܢܚܬ ܘܗܘܐ
ܒܪܢܫܐ ܕܠܡܚܝܐ ܢܫܐ ܕܒܪܢܫܐ :

Deus, qui deſcendit, & factus eſt homo, ut homines gratia ſua vivificaret.

7. Paræneſis ad animam. ܐܘ
ܢܦܫ ܕܬܬܐ ܕܢܬܚܝܒ ܠܕܝܢܐ
ܕܠܐ ܡܬܚܙܝ ܕܩܪܒ ܕܝܢܐ ܘܢܘܪܐ ܡܬܬܩܢ
ܠܓܘܫܡܝ ܕܝܢ ܕܡܬܩܢ .

O Anima infelix, uſquequò non reſipiſcis? quia appropinquavit judicium, & ignis paratus eſt membris meis.

8. Paræneſis, & ſupplicatio.
ܐܝܟ ܕܨܒܝܢ ܠܟ ܒܬܪܝ ܢܗܘܐ ܠܟ ܒܪܝ ܕܚܛܝܐ ܐܢܐ .

O cui beneplacitum eſt in Pœnitentibus, beneplaceat tibi in me, qui peccator ſum.

9. De negatione Simonis Petri, ejuſque pœnitentia, hymni duo: Primus incipit: ܐܚܝܢ ܕܚܒܝܒܐ
ܕܒܟܝܬܐ ܕܥܪܝܢܢ : ܘܐܦ ܠܢ
ܕܢܒܟܐ ܠܥܠܬܢ ܕܥܒܕܢ ܠܡܫܝܚܐ ܒܫܘܝܬ ܥܒܕܝܢ .

Cariſſimi fratres, flete nuditatem meam, qui Chriſtum pravitate operum meorum ad iram concitavi. Secundus: ܕܚܢ ܗܘܐ ܡܢܟܪ ܠܬܠܡܝܕܐ
ܕܐܬܝܠܗ ܠܡܫܝܚܐ . ܠܡܢܐ
ܡܢܟ ܐܬ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝܟ .

Negavit, & exiit Diſcipulus. Occurrit ei Pœnitentia, & dixit: Quò fugis à Magiſtro tuo, Simon? Legitur ad Nocturnum Feriæ ſextæ in Paraſceve.

11. Paræneſis de Pœnitentia.
ܐܘ ܚܕܘܬܐ ܕܥܕܢܐ ܕܐܬܝ
ܡܢܐ ܕܠܐ ܡܬܩܢܝܢ :

O ſæculum, quàm amarum es! cujus lucra non poſſidentur.

12. Oratio pentaſyllaba. ܐܒܐ
ܪܚܡܢܐ ܫܪܐ ܠܝ ܒܛܝܒܘܬܟ
ܘܡܢ ܥܘܬܪܝ ܕܡܚܐ ܒܐܣܦܘܬܐ ܕܟܝ .

Pater miſericors, expia me gratia tua; & ſordes meas ablue hyſſopo tuo, Domine univerſorum. Extat in Officio Feriali Maronitarum.

13. Paræneſis. ܐܢܬ ܐܢܐ
ܕܢܫܒܚ ܠܟ : ܕܠܐ ܡܬܩܢ ܠܦܘܡܟ .

Canam, ſi licet impuro ori pſallere.

14. Oratio. ܐܘ ܡܘܗܒ ܕܥܬܐ ܕܡܕܥܬܐ
O largitor diſcretionis.

15. Paræneſis. ܒܝܬ ܕܡܬܪܘܝ
ܕܐܙܡܢܘ ܠܡܪܝ ܥܡ ܚܬܢܐ ܕܡܫܝܚܐ
ܕܥܠ ܡܫܬܝܬܐ ; *Beati invitati, qui unàcum Sponſo ad nuptias ingreſſi ſunt.*

Demùm in eodem Codice Nitrien. XVII. fol. 79. habetur Oratio pentaſyllaba, cujus initium,
ܗܒ ܠܝ ܒܪܝ ܛܒܐ ܕܡܚܫܒܬܝ :

Da mihi, Fili Optimi, cogitationum mearum deſiderium: quæ tamen in Codice noſtro Syriaco V. num. 22. Iſaaco tribuitur. Legitur autem in Officio Feriali Maronitarum.

X.

Sermones de diverſis omnes Heptaſyllabi.

Sermones Heptaſyllabi XXXI.

PRIMUS *de Virginis Annunciatione* inſcribitur, in quo Sancti Ephræmi præter nomen & metrum, omnia deſideres, judicium, ingenium, eruditionem, ſtylum. Incipit:
ܢܦܩ ܡܠܐܟܐ ܠܘܬ ܡܪܝܡ
ܕܐܬܐܡܪ ܠܗ ܠܡܪܝܡ :

Exiit rumor in Israel, Mariam Virginem concepisse. Fingit Auctor, Judæos Virginei Conceptus fama concitos concilium convocasse: in publico illo Sacerdotum & Seniorum Synagogæ conventu coactam fuisse Dei Matrem aquas Zelotypiæ, quæ Num. 5. describuntur, Sacerdote propinante ebibere. Adeò existimavit nugator iste nullam aliam occurrisse rationem, qua objectum adulterii crimen Virgo illibata à se amoliretur. Attamen nescio qua via in Officium Syrorum Dominicæ II. ante Nativitatem Domini hic error irrepserit. Hoc certò mihi compertum est, illud Officium à Theologis, quibus ea cura à Summo Pontifice demandata fuerat, hanc ob causam explosum fuisse, & quo minus typis cum cæteris Maronitarum Officiis ederetur, interdictum.

Vide Abul. in Matth. cap. 1. quæst. 37. & Salmer. tom. 3. Tr. 30.

Auctorem hujus Fabulæ ab ætate S. Ephræmi longè remotum sapiunt ista, quæ in eo sermone non longè ab initio leguntur. ܐܬܝܚܕܘܬܗ ܠܟܝܢܘܬܗ ܕܐܠܗܘܬܐ ܥܡ ܟܝܢܘܬܐ ܕܒܪܢܫܐ ܒܚܕܘܬܐ ܕܠܐ ܡܫܬܚܠܦܐ: *Unita est Divinitas ejus cum ipsa natura humana unione confusionis immuni*: qui modus loquendi est ipsissimus omnium Syrorum non modò Catholicorum, sed etiam Jacobitarum, quicumque post Eutychianam hæresim & Concilii Chalcedonensis definitionem scripserunt. Nec verò Codicis etsi perantiqui sexcentorum ferè annorum auctoritas morari nos debet, cujus fidem vehementer suspectam facit alter Sermo de S. Andrea Apostolo suo loco infrà censendus, qui certè alium ab Ephræmo Auctorem habet. Præterea ipse amanuensis manifestè protestatur, se non unius Ephræmi, sed aliorum quoque Auctorum Sermones colligere: quare salva etiam Codicis nostri fide stare potest latum de hoc Sermone judicium.

2. De Incarnatione Verbi. Incipit: ܡܪܝܐ ܕܝܠܝ ܡܬܬܚܙܐ ܘܡܬܬܠܐ ܠܡܚܙܐ ܕܐܠܗܐ ܕܢܚܬ ܠܡܫܟܢ ܒܟܪܣܐ ܕܒܛܢܐ. *Magnus, Dilectissimi, admiranda contemplantibus incumbit stupor: qua nempè via descenderit Deus, quavè ratione in utero habitaverit*. Extat cum sequentibus 22. Sermonibus in Codice Nitriensi V. Inscribitur: ܠܫܒܚܬܐ ܕܝܠܕܬܐ ܕܐܠܗܐ: *De Laudibus Deiparæ*, eò quod in Ecclesia Syrorum recitari soleat die 26. Decembris, quam illi Beatæ Virgini nuncupant. Differt autem ab editis à Vossio tom. 3. pag. 207. & 210. Cæterùm in toto ferè sermone Sanctus Doctor agit de Incarnatione Verbi.

3. De Jona Propheta, & Ninivitis. ܐܬܐ ܝܘܢܐ ܢܒܝܐ ܒܢܝܢܘܐ ܠܡܬܬܠ ܒܥܠܦܐ: *En Jonas in Ninive prædicavit, Judæus inter incircumcisos*. Extat apud Vossium tom. 3. pag. 140.

4. De morte Aaron Sacerdotis. ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝܐ ܠܥܡܪܡ ܡܕܡ ܥܒܕܬ ܗܢܐ. ܫܒܩ ܠܟ ܠܐܚܝܟ ܫܪܝܐ ܠܟ ܠܐܬܪܐ ܕܝܠܟ: *Affatur nutu Dominus Amramidam. Quid*, inquit, *adhuc instas Moses? Extrema fratri infige oscula, finito abire in locum suum*. In idem argumentum scripsere Jacobus Sarugensis, & Balæus, quorum Carmina his Ephræmiticis adjecta sunt. Anonymi carmen heptasyllabum occurrit in hoc ipso Codice fol. 151. cujus initium: ܢܘܪܐ ܘܐܝܬܝ ܐܗܪܘܢ: *Ignem, & ignem attulit Aaron*: quod tamen Ephræmi fœtus non est, sed ad normam Ephræmitici Carminis elaboratum, ut patet ex titulo ܠܡܬܪܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ *Ad metrum Sancti Ephræm*.

5. De

5. De Timore Dei, & consummatione sæculi. ܫܪܝܬܐ ܕܚܟܡܬܐ ܕܚܠܬܐ ܕܫܘܬܐ ܗܝ ܕܕܚܠܬܐ ܕܡܪܝܐ : *Initium sapientiæ verè est timor Domini.*

6. De Jejunio. ܗܐ ܡܛܠ ܕܐܬܝܢ ܝܘܡܐ ܕܦܘܪܩܢܐ ܘܫܥܬܐ ܡܩܒܠܬܐ ܕܐܬܝܐ ܗܫܐ . *Adsunt ecce dies salutis, & instat tempus acceptabile.*

7. In illud Psalmi, *Pone Domine custodiam ori meo, & custodiam labiis meis.* ܫܝܡ ܡܪܝ ܢܛܪܐ ܠܦܘܡܝ ܘܡܛܪܬܐ ܠܣܦܘܬܝ ܕܠܐ ܢܦܠܘܢ ܒܨܠܘܬܐ . ܡܛܠ ܕܐܢܐ ܐܡܪ ܠܟܘܢ ܐܚܝ ܕܠܐ ܢܬܚܘܢ ܒܗ ܟܕ ܢܗܘܝܢ ܡܙܡܢܝܢ : *In oratione, fratres, assiduè nos paratos esse oportet.* In hoc Sermone citat S. Doctor Apocalypsim Joannis tamquam canonicam Scripturæ partem. ܒܚܙܘܬܗ ܕܝܘܚܢܢ ܚܙܐ ܘܐܬܪܐ ܕܫܪܝܐ ܘܐܬܚܬܡ ܒܫܒܥܐ ܚܬܡܐ : *In Apocalypsi sua vidit Joannes ingentem & admirabilem Librum à Deo scriptum, septem signaculis obsignatum.* Quod ideò notavi, ut constaret Syrorum antiquissimorum de illius Libri auctoritate judicium contra Hebedjesu, qui in Catalogo manuscripto inter Libros Canonicos Apocalypsim non numerat. Vide infrà nostras in hunc Sobensis locum animadversiones.

8. Testamentum S. Ephræmi. ܐܢܐ ܐܦܪܝܡ ܡܝܬ ܘܒܝܬ ܩܝܡܬܐ ܐܟܬܘܒ ܠܟ : *Ego Ephræm morior, & Testamentum scribo.* Extat etiam sermone Syro in Cod. ms. Bibliothecæ Collegii Urbani de Propaganda Fide. Prodiit autem Latinè per Vossium tom. 3. pag. 289. & Græcè in nupera Editione Oxoniensi. Utraque tamen Versio mendis scatet, quæ ex nostro Syriaco Textu corrigi possunt: ut illud apud Vossium pag. 289. lin. 42. *Vestram enim vitam in me ponatis, licet, & meam in vobis; ex hoc lectulo, quo detentus sum, non amplius descendam*: quod sic legendum est: ܠܐ ܢܣܒܩܘ ܠܚܝܝܟܘܢ ܐܠܐ ܢܣܝܡܘ ܒܝܢ ܠܚܝܝ : ܡܢܗܠܐ ܕܒܗܠܐ ܕܐܢܐ ܐܬܚܘܪ ܠܐ ܢܢܚܬ : *Per vitam vestram, Discipuli, perque meam, ex lectulo, quem ego Ephræm ascendi, non ampliùs descendam*: & illud pag. 293. lin. 46. *Non enim loculi vestrorum monumentorum ex captivitatibus meis me rediment*: lege: ܠܐ ܡܢܟܘܬܟܘܢ ܠܝ ܠܚܝܝ : *Non enim ornamenta vestra mihi proderunt*: & alia id genus plurima. Prætereà multa Græcus Interpres de suo adjecit, quæ in Textu desiderantur, ut historiam hominis ab immundo Spiritu correpti, quem Ephræm morti proximus curasse dicitur pag. 293. à lin. 2. usque ad lin. 13. Et historiam Abagari Edessæ Regis, qui Urbem illam extruxisse perperàm narratur pag. 292. à lin. 42. usque ad lin. 50. nam in Syriaco Textu hæc de Edessa dumtaxat leguntur. ܒܪܟܬܐ ܕܐܬܝܐ ܒܗ ܕܐܬܪܐ ܕܐܘܪܗܝ ܐܡܐ ܕܚܟܡܬܐ ܕܒܗ ܩܒܠ ܒܪܟܬܐ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܒܪܐ ܕܐܠܗܐ . ܘܒܗ ܢܬܩܝܡ ܒܪܟܬܐ ܗܝ ܥܕܡܐ ܕܢܬܚܙܐ ܡܫܝܚܐ : *Benedicta civitas, in qua habitatis, Edessa sapientum mater, quæ ex vivo Filii ore benedictionem per ejus Discipulum accepit. Illa igitur benedictio in ea maneat, donec Sanctus apparuerit.* Contrà, quædam Syriacè

cè habentur, quæ in Græca versione non extant, ut digressio S. Doctoris de Moyse & Magis, & narratio ejusdem de seipso, quum videre sibi videretur palmitem è lingua germinare, quæ in fine Testamenti ante historiam Lamprotatæ leguntur. Et de visione quidem palmitis, diximus suprà pag. 34. Moysis verò congressum cum Magis, qui fusè ab Ephræmo hic describitur, puto ex alio ejusdem S. Doctoris sermone desumptum, & Testamento intertextum: nec enim probabile est, Ephræmum in ea temporis circumstantia à proposita materia digressionem ducentorum & octo versuum fecisse. Denique historia Lamprotatæ licet eodem heptasyllabo metro, quo Testamentum, conscripta sit, non tamen S. Ephræmi fœtus est, ut benè advertit Vossius pag. 299. & Tillemontius tom. 8. pag. 736. sed à Discipulis post ipsius obitum verbis Testamenti adjuncta. Id convincunt verba illa: ܟܕ ܡܠܠ ܐܦܪܝܡ ܗܠܝܢ ܡܠܬܐ ܕܢܦܠ ܠܒܝܬ ܦܬܝܚܬܐ ܥܠ ܚܕܝܗ ܕܒܟܝܐ ܡܢ ܥܝܢܝܗ ܐܡܪ ܠܗ: *Quum hæc diceret Ephræm &c. ingressa Puella prostrauit se super pectus ejus, & lacrymis obortis adjurans eum, dixit &c.* Quæ alium ab Ephræmo narrationis illius auctorem indicant. Quod autem Græcus Interpres vertit *Lamprotate magni Aristidis filia*, id in Textu Syriaco sic exprimitur: ܐܝܬ ܗܘܬ ܒܗ ܛܠܝܬܐ ܕܠܡܦܪܛܝܐ ܒܪܬ ܐܪܝܣܛܝܕܝ ܪܒܐ ܕܟܠ ܐܬܪܐ ܕܐܕܣܐ ܗܘܬ ܡܪܝܐ: *Erat autem ibi puella quædam, nomine Lamprotate, filia militis magni, qui toti Edessæ præerat.*

Cæterùm multa in hoc Testamento observatu digna occurrunt. Et primum quidem, mandatum Sancti Doctoris: ܡܢ

ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܡܕܝܢܐ : ܠܐ ܢܒܪܐ ܡܕܝܢܐ ܒܠܚܡ . ܘܠܐ ܡܠܐ ܕܢܦܫܐ ܠܡܕܡ ܘܒܗܠܝܢ ܚܠܘܐ ܡܝܡܪܐ . ܡܢ ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܚܝܐ ܘܡܝܬܐ : ܠܐ ܢܒܪܐ ܡܝܬܐ ܠܚܝܐ : ܘܠܐ ܡܢܗܘ ܡܕܝܢܐ ܡܢܝܡܐ ܕܢܬܢܐ ܘܠܐ ܡܕܡ ܕܢ . ܡܢ . ܠܐ ܠܗܝܡ ܡܢ ܕܢܬܢ ܡܢ . ܠܐ ܡܫܬܚܐ ܠܗ ܠܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܢܬܢ ܡܢ . ܘܒܟܝ ܠܗ ܠܐ ܡܫܬܚܐ : ܠܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܢܬܢ ܡܢ . ܠܐ ܡܫܬܚܐ ܠܗ

Qui me sub Altari collocaverit, Altare Dei mei nunquam videat: non enim decet fœtorem in loco sancto reponi. Qui me in Templo posuerit, Templum lucis nunquam videat: neque enim homini indigno prodest inanis gloria &c. Nolite, fratres & filii carissimi, Reliquias ex me tollere &c. Neque me inter Martyres collocetis: nam peccator ego sum & abiectus, & propter defectus meos ossibus eorum appropinquare vereor &c. Qui me super digitos tulerit, ejus manus Giezitica lepra percutiantur. Humeris tollite me, & cursim comitantes funusque curantes, sepelite me tamquam pauperem &c. Qui mecum vestimentum splendidum deposuerit, in tenebras exteriores projiciatur. Qui tunicam mecum reposuerit, igni gehennæ tradatur. In mea me tunica, & cucullo sepelite: Siquidem hominem odiosum & execrabilem cultus minimè decet &c. Qui cereum ante me tulerit, ignis è latere ejus exardescat &c. Ne unguentis me condiatis: nihil enim honor iste mihi prodest; neque cum thure, & aromatibus me humetis: inutilis quippè mihi gloria est. Thura in Sanctuario adolete; meum autem funus oratione curate. Deo odoramenta offerte; me verò Psalmis prosequimini &c. Ne in vestris me monumentis deposueritis: non enim ornamenta vestra mihi proderunt. Fidem obstrinxi Deo meo, ut cum peregrinis sepeliar &c. In Cœmeterio, ubi contriti corde jacent, ibi me deponite. Quæ omnia eximiam hujus Sanctissimi Viri humilitatem demonstrant, & ritum sepulturæ Christianis illius temporis solemnem describunt.

Vossius hunc locum non benè interpretatus est.

Secundo notandum est S. Ephræmi de Purgatorio judicium, dum facto & scripto pugnat contra exortam suo tempore Aërii hæresim, qui docuit non esse pro Defunctis orandum, ut suprà notavimus pag. 133. quem nostri temporis Hæretici uno agmine sequuntur. ܠܐ ܡܫܬܟܚܝܢ ܕܢܦܠܘܢ ܒܟܪܥܐ ܕܐܠܗܐ

ܠܒܪ : ܐܝܟܡܐ ܕܡܬܟܪܟܢܐ ܕܐܠܗܐ
ܕܚܝܐ ܠܥܠܡ . ܡܛܠ ܕܡܢ ܕܠܗܝܠ
ܕܠܐ ܡܫܬܟܚ : ܟܝܢ ܕܠܐ ܫܘܐ ܕܫܘܒܚܐ :
ܕܡܢ ܕܡܫܟܚ ܠܝܠܝ ܡܢܝ ܕܚܝܐ ܕܫܘܒܚܐ
ܕܟܝܢ ܕܡܬܟܢܫ ܠܝ ܡܢ .

Venite, fratres, extendentes me componite: quia spiritus meus defecit, & ampliùs non ero: & comitamini me in oratione, in Psalmis, & in Oblationibus. Et quando diem trigesimum complevero, mei memoriam, fratres, facite: Mortui enim vivorum Oblationibus juvantur. Notandus antiquissimus ritus celebrandi Missam pro Defunctis trigesimo depositionis die. Hanc autem Ecclesiæ traditionem, orandi scilicet pro mortuis, S. Doctor probare pergit ex Scripturis: ܠܟ ܕܐܡܪ ܠܐܒܐ ܟܡܐ ܕܐܡܪ
ܕܐܡܪ ܠ ܠܒܢܝܗ . ܕܒܪܟܘ ܠܐܠܗܐ
ܒܥܡܐ ܕܢܦܠܬܐ ܠܐܢܫ ܕܚܝܐ .
ܠܐ ܡܫܬܟܚ ܡܢܝ ܕܚܝܐ ܕܢܦܠ ܒܢܝ
ܒܢ ܒܢܝܡܝܢ : ܐܠܐ ܕܟܝܢ ܕܢܬܒܪ
ܥܡܗ ܒܟܢܫܐ ܡܢ ܐܪܥܐ : ܘܐܦܘ
ܐܠܐ ܫܡܝܢ ܡܢܝ ܕܚܝܐ ܕܒܩܪܒܢܐ
ܕܡܝܬܐ ܡܬܩܪܒܝܢ ܠܗܘܢ ܕܚܝܐ .
ܠܐ ܬܫܚܘܢ ܒܫܘܚܢܝ ܠܝ ܕܠܐ
ܡܫܬܟܚ ܡܢܝ ܕܚܝܐ ܕܬܬܪܡܘ ܒܢܝ
ܠܟܘܢ . ܐܠ ܬܫܬܘܢ ܒܫܘܚܢܟܘܢ
ܕܠܐ ܡܫܬܟܚ ܠܝ ܡܢ ܕܚܝܐ ܕܬܬܪܡ
ܠܟܘܢ ܠܐ ܡܬܬܪܡ ܠܝ ܡܢ ܕܚܝܐ
ܕܬܬܪܡ ܠܟܘܢ . ܐܠ ܬܫܬܘܢ ܒܩܒܪܝܟܘܢ
ܕܠܐ ܡܫܬܟܚ ܠܝ ܡܢ ܕܚܝܐ ܕܬܬܪ
ܒܢܝ ܕܠܐ ܡܫܬܟܚ ܠܝ ܡܢ ܕܚܝܐ
ܕܬܬܪ ܒܢ ܒܢܝ ܕܠܐ ܡܫܬܟܚ ܠܝ ܡܢ
ܕܚܝܐ ܕܬܬܪ ܒܢ ܒܢ ܒܢ ܕܠܐ ܡܫ
ܬܟܚ ܠܝ ܡܢ ܕܚܝܐ ܕܬܬ ܒ ܒ ܒ
ܕܠ ܡ ܠ ܡ ܕ ܚ ܝ ܐ ܕ ܬ ܬ ܪ ܡ
ܠ ܟ ܘ ܢ : ܕ ܡ ܠ ܡ ܕ ܚ ܝ ܐ ܕ ܬ ܬ ܪ
ܡ ܠ ܟ ܘ ܢ ܕ ܡ ܠ ܡ ܕ ܚ ܝ ܐ ܕ ܬ ܬ ܪ
ܡ ܠ ܟ ܘ ܢ : ܕ ܡ ܠ ܡ ܕ ܚ ܝ ܐ ܕ ܬ ܬ ܪ
ܡ ܠ ܟ ܘ ܢ ܕ ܡ ܠ ܡ ܕ ܚ ܝ ܐ ܕ ܬ ܬ ܪ
ܡ ܠ ܟ ܘ ܢ .

Audi patienter quæ tibi ex Scriptura proferam. Benedictionibus suis Moyses vitam Rubeno post tertiam usque generationem dedit. Si ergo mortui Deuter. 33.

non

non adiuvantur, cur ei Amramides benedixit? Et, si mortui non sentiunt, audi quid dicat Apostolus: Si omninò mortui non resurgunt, cur pro iis baptizantur? Si autem Mathathiæ filii, qui Festa & Commemorationes in mysterio dumtaxat (res nostras præfigurante) *celebrabant, sicut in Scripturis legistis, per Oblationes tamen eos à reatibus mundarunt, qui in bello ceciderant, licet operibus suis ethnici, suisque moribus mali fuissent; quanto magis Sacerdotes Filii* Dei *per Sanctas suas Oblationes, & per linguarum suarum precationes debita mortuorum condonabunt?* Hunc locum Græcus Interpres non intellexit: Vossius item malè reddidit: Alludit autem Sanctus Doctor ad caput 12. Libri secundi Machabæorum, & proposito Judæ Machabæi exemplo arguit, multò potiora esse Sacerdotum novæ Legis suffragia pro Defunctis oblata. Ex quo constat, secundum Machabæorum Librum à Sancto Doctore pro Canonica scriptura agnitum fuisse.

1. Cor. 15.

Tertium ad historiam pertinet, continetque Benedictiones Discipulorum S. Doctoris, quas hic attexere visum est in supplementum editionis Vossianæ. Benedictio Abbæ.

ܐܒܐ ܓܒܪܐ ܕܡܬܬܡܗ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝܐ ܢܫܪܐ ܦܬܓܡܟ ܐܝܟ ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ ܕܒܟܠ ܡܫܬܡܥ ܠܟ ܕܒܟ ܐܬܟܠܝܠ ܗܘܝܬ ܒܥܠܡ ܡܫܝܚܐ ܕܡܘܫܐ ܕܢܬܝܕܥܘܢ ܟܠܗܘܢ ܕܥܒܕܐ ܕܐܠܗܐ ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܠܡܢ ܕܒܟ ܐܬܟܠܝܠ ܗܘܝܬ ܒܟܠ ܡܫܬܡܥ ܠܟ ܕܒܟ ܐܬܟܠܝܠ ܗܘܝܬ ܒܥܠܡ ܡܫܝܚܐ ܕܡܘܫܐ ܕܢܬܝܕܥܘܢ ܟܠܗܘܢ ܕܥܒܕܐ ܕܐܠܗܐ ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܠܡܢ ܕܒܟ ܐܬܟܠܝܠ ܗܘܝܬ

Abba vir admirabilis. Christus magnificet nomen tuum. Splendeat os tuum, quasi Angeli vultus. Similis esto in gloria Moysi: ut ex aspectu omnes te Dei famulum esse intelligant. Ubi malè redditur à Vossio *Amba*, *Ambaner*, & *Abram* pag. 295. Benedictio Simeonis. ܫܡܥܘܢ ܢܫܡܥ ܠܟ ܐܠܗܐ ܒܝܘܡܐ ܕܩܪܝܬ ܠܗ ܠܡܪܝܡ ܕܟܠ ܕܥܠܠ ܠܬܪܥܐ ܕܫ

seù Insula Mesopotamiæ oriundus esset.

Quartò Hæreticorum Discipulorum maledictiones notandæ, Paulonæ nimirùm, & Arovandri, seù Aratoris. Et de Paulona quidem infrà sermo erit: De Aratore verò hæc Sanctus Doctor: ܐܪܘܐܕ ܚܛܝܦܐ ܕܫܘܬܐ ܕܚܡܪܐ ܘܕܡܪܝܡܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܕܡܪܝܡܘܬܐ ܕܡܪܝܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ . ܫܡܐ ܕܒܪܟ ܡܢ ܣܦܪܐ ܕܚܝܐ ܕܫܬܝܬ ܚܛܝܬܐ ܕܚܛܗܐ . ܒܪܐ ܕܦܘܡܗ ܡܠܠ ܥܠ ܚܛܝܬܗ ܕܢܣܒ ܡܢܟ ܦܘܪܥܢܐ *Arator* (vel ut habet Codex Urbanus ܐܪܘܐܕ *Aruad*) *vir rapax, deleatur memoria tua de libro vitæ, quia dereliquisti vinum Christi, & bibisti fæcem peccati. Filius, quem os tuum blasphemavit, contumeliæ illatæ sibi à te pœnas expetet.* Hunc Græci nominant *Arovandran*, *Aranad*, *Anadar*, & *Thuadar*: videtur autem Arianis adhæsisse.

Sequitur Hæreticorum omnium catalogus, & anathematizatio. ܐܪܝܢܝܐ ܐܢܘܢܝܐ : ܡܪܩܝܘܢܝܐ ܘܡܢܝܟܝܐ : ܒܪܕܝܣܢܝܐ ܘܟܘܟܝܬܐ : ܦܠܛܝܢܝܢܝܐ ܘܣܒܬܝܐ ܘܒܘܪܒܘܪܝܬܐ . ܥܡ ܫܪܒܐ ܕܫܘܬܐ ܕܫܪܪܐ ܕܐܚܪܢܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ : *Ariani, Eunomiani, Cathari, Ophitæ, Marcionistæ, Manichæi, Bardesanitæ, Cuchitæ, Paulianistæ, Valentiniani, Sabatici, & Borboritæ, unàcum aliis falsarum sectarum dogmatibus.* Sic legitur in Urbano Codice. At in nostro Nitr. V. pro Eunomianis *Leonistas*, hoc est, S. Leonis Papæ sectatores substituit amanuensis Jacobita: ܡܪܩܝܘܢܝܐ ܘܠܐܘܢܝܐ : *Marcionistæ, & Leonistæ.* Græcus Interpres pro Sabaticis & Bardesanitis, *Vitalianos & Euchitas* ponit: Sic enim hæreticos enumerat ex versione Vossii: *Similiterque ex omnibus hæreticis, Arianis, inquam, & Manichæis, Catharis & Ophitis, Marcionistis & Eunomianis, & Euchitis, atque Cauchitis; Paulianis, & Valentinianis, Vitalianis, & impuris Borborianis; reliquisque omnibus nefariis, qui ligna venerantur, & lapides, Solem item, ac Lunam: cuiusmodi etiam sunt Augures, & Astronomi, qui diversimodè separati sunt adversùs Sanctam majestatem puræ & immaculatæ Trinitatis Patris, & Filii, & Sancti atque vivifici Spiritus.* In Græca Editione Oxoniensi pro Euchitis legitur *Eutychistæ*. Verùm Syriaca Codicis Urbani lectio genuina est, & cæteris præferenda: ex ea enim palàm fit, *Leonistarum*, & *Eutychistarum* nomina ab amanuensibus pro suo uniuscujusque studio adjecta fuisse; Jacobitas nimirùm Leonem hæreticis accensuisse, & Catholicos Eutychetem. Quod autem *Vitalianorum* nomen post Paulianistas & Valentinianos legitur, suspicor illud ex corrupto Valentinianorum nomine obrepsisse. Nam in Codice Urbano sic habetur: ܦܠܛܝܢܝܢܝܐ ܘܒܣܝܢܝܐ : *Paulianistæ, Valentiniani*: In Nitriensi verò, ܦܠܛܝܢܝܐ ܘܒܛܠܝܢܝܐ *Paulianistæ, & Vitaliani*: ubi pro Valentinianis *Vitaliani* ex amanuensis incuriâ obrepsere. Quod igitur ex elementorum transpositione *Vitaliani* pro *Valentinianis* in quibusdam exemplaribus Syriacis legebatur, Græco Interpreti ansam præbuit, ut Vitalianos à S. Ephræmo nominatos crederet; quorum tamen nomen versus heptasyllabus non caperet, nisi Valentinianos excludas. Adde, quod Vitalianos in Libro adversùs Hæreses S. Doctor nunquam commemorat: Si autem eorum hæresim in Testamento rejicere voluisset, Apollinaristas potiùs nominare debebat, quorum Vitalis non auctor fuit, sed patronus, & Præsul Antiochiæ ab ipso Apollinari ordinatus.

Vide Sozomenum lib. 6. cap. 7. & Theodoret. lib. 5. cap. 4.

9. In Bardesanem Carmina duo, de quibus suprà in Vita S. Doctoris pag. 47. & 48.

11. De laudibus Edessenorum. Vide suprà in ejusdem S. Ephræm vita pag. 51.

12. De Pœnitentia Sermones duo. Primus incipit: ܡܪܝ ܡܛܠ ܕܒܥܝܢܟ ܐܦܬܚ ܠܝ: *Domine, te rogo. Optime, januam tuam pulso.* Secundus: ܐܘܨܪܐ ܕܝܢܐ ܕܬܪܥܝܬܐ ܕܝܠܝ ܠܝ ܡܠܦܢܘܬܐ: *O ingens pietatis thesaurus, da mihi doctrinæ thesaurum.*

14. In illud Ecclesiastæ, *Omnia Vanitas, & afflictio Spiritus.* ܟܠܗ ܕܒܪܢܫܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܡܫܝܚܐ ܕܫܘܪܐ ܕܡܬܪܡܐ ܡܢ ܒܝܬ ܡܪܝܐ: ܕܐܡܪ ܐܝܟ ܡܕܡܐ ܗܘܐ ܠܒܪܢܫܐ: *Propheta exclamat, dicens: Homo vapori similis est.*

15. In illud Isaiæ, *Tollatur peccator, ne videat gloriam Dei.* ܢܬܪܡܐ ܚܛܝܐ ܕܠܐ ܢܚܙܐ ܝܩܪܐ ܕܡܪܝܐ. ܡܢ ܕܡܢ ܕܡܬܚܙܐ ܠܥܝܢܝ ܡܪܝܐ ܡܕܡܐ: ܕܫܡܥܝ ܟܬܒܐ ܒܪܝܫܐ ܕܥܝܢܐ ܕܡܕܥܐ ܡܠܝܐ ܕܡܠܬܐ ܕܟܬܒܐ: *Qui Scripturas legunt, earumvè verba intentis auribus excipiunt, ii puro mentis oculo sensus earum intelligunt.* Extat etiam in Codice nostro Syriaco XVI. ubi *de Pœnitentia* inscribitur. Hic prætermitti non potest insignis locus de cultu Reliquiarum Sanctorum Martyrum, eorumque intercessione. ܡܫܝܚܐ ܕܐܚܝܐ ܢܦܫܗ ܕܟܠܗ ܥܡܡܐ ܕܐܬܝܢ ܗܘܐ: ܫܪܝ ܚܕ ܡܢ ܡܬܬܪܝܢ ܗܘܘ ܕܡܝܬܝܢ: ܚܕ ܕܐܝܬ ܒܥܠܡܢ ܗܢܐ. ܗܘ ܕܐܙܠ ܡܢ ܒܝܬ ܡܪܝܐ: ܡܢ ܕܢܚܘܪ ܠܥܠܡ ܥܬܝܕ ܠܡܬܝ. ܗܢܐ ܕܚܙܝܬ ܕܚܝܝ ܦܘܡܗ ܕܫܗܝܕܐ! ܗܠܝܢ ܕܚܝܝ ܗܢ ܠܡܬܝ ܡܫܟܚ ܐܘ ܕܡܝܬ ܡܫܬܪܝ ܐܝ ܕܚܝܝ ܗܢ ܠܡܬܝ

lium patet &c. Quicumque in sodalem acri indignatione commotus, caritatis naufragium passus est, ad illas (Martyrum Reliquias) *supplex confugiat: oret, ut discordes animos pacis vinculo jungant. Qui verò à Dæmone fornicationis vexatus, obscœnæ libidinis flammis æstuat, oleum adhibeat, quo illæ liniuntur, & protinus nefarius ille spiritus aufugiet. Medicæ artis peritissimi sunt Martyres, & iidem procurandæ sanitatis studiosissimi. Pharmacum vitæ ferunt animæ corporique perutile, medicamenta spiritu præparata utrique salutem allatura. Fiduciam à te exigunt: Hæc tibi si aderit, quæcumque poposceris, impetrabis. Si omnem ex animo dubitationem terseris, etiamsi mortuus fueris, vives. In eorum ossibus habitat Deus, ejusque vi, ac numine cuncta præstant miracula.*

16. Paræneses duæ: Prima incipit:

ܠܘܡ ܚܕܘܬܐ ܕܢܬܡܗ ܘܒܟܠ ܝܘܡܝ
ܡܫܬܘܫܝ ܘܒܟܠ ܕܚܠܐ ܫܩܦܢܝ
ܠܐ ܢܬܩܛܠ ܡܢܝܢܝ ܠܟ :

Duæ res, quarum memoria amara est, eademque terribilis & horrenda, omnes cogitationes meas & dies occupant, meque timore concutiunt. Secunda:

ܕܥܠ ܕܗܝܢ ܚܫܒܢܐ ܕܝܠܢ ܡܬܪܒܝܘ
ܘܡܬܩܛܠܝܢ : *Sæculi nostri ærumnæ increverunt juxta numerum nequitiarum ejus.*

18. Deprecatio. ܬܫܒܚܬܐ ܕܝܫܘܥ
ܕܡܬܩܢ ܐܦ ܚܘܝܬܢ ܕܨܠܘܬܢ :

Jesu precum nostrarum decus, fer opem orationi nostræ.

19. De reprehensione, & correptione. ܠܐ ܡܬܚܫܕܢܐ . ܡܢܐ ܕܡܚܐ
ܐܝܟ ܐܢܐ ܕܢܗܘܐ ܕܠܐ ܡܬܚܫܕܢܐ .

Qui arguit, oportet, ut ipse reprehensione careat.

20. De Lazaro quatriduano.

ܡܢܐ ܡܫܝܚܐ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ

ܘܐܠܦܘ ܠܝ ܠܟܘܢ ܡܫܡܥܢܐ .

Solicitatis me, Auditores, ut verba faciam.

21. De Dominica Hosannarum.

ܡܙܡܢܝܢ ܕܫܒܥ ܚܓܐ ܕܦܣܚܐ ܘܡܫܬܘܬܐ .
ܠܡܬܚܢܢܐ ܡܢܐ ܕܐܬܐ ܡܢܗ ܘܡܬܒܪܟ
ܡܫܡܫܢ . ܡܢܘ ܕܢܬܠ ܘܢܬܠ ܠܢ
ܠܡܪܝܡܘܬܐ ܕܫܘܠܡܢ .

Ad solemne festum invitati estis, carissimi, Laudis igitur munera sapienti afferte, qui vos invitavit. Vide quæ de Festo Palmarum notavimus suprà pag. 23. & 24. Interserit Sanctus Doctor eruditissimam digressionem contra Judæos, demonstrans, Prophetias omnes in Christo fuisse completas.

22. De Fide Sermones tres.

Primus incipit: ܡܫܬܡܥ ܠܢ ܡܢܐ
ܕܠܐ ܡܬܬܝܡܐ ܕܥܡܩ ܗܘܐ : ܠܐ ܕܐܬܐ ܕܡܛܠ
ܠܡܢܐ ܢܬܐ ܠܐ ܕܡܛܐ ܕܠܡܢܐ :

Nostram stupeo temeritatem, cogitans, qualem altitudinem illa ambiverit. Non quod illuc pervenerit, miror, sed quod eò se perventuram crediderit.

Secundus: ܡܫܬܡܥ ܢܬܐ ܕܠܡܐ
ܕܢܬܐ ܠܘܬ ܕܥܡܩ ܠܘܬ . ܕܡܬܬܝܡ
ܕܡܬܐ ܚܘܪ : ܕܐܦܝܗ ܡܢܝ ܡܢܐ ܕܢܬܐ :

Libuit accedere; moratur metus, ne eò remotior fiam. Audax siquidem animus dum temerè se ingerit scrutando, eò remotius retruditur. Tertius:

ܡܢ ܕܢܬܐ ܕܐܦ ܡܠܦܢܐ ܡܢ ܡܠܦܢܐ
ܡܠܦܢܐ ܕܐܬܐ ܠܬܠܡܝܕܐ ܘܥܡ
ܐܦ ܠܟܠ ܡܢܐ ܠܐ ܢܗܘܐ .

Quum docentibus atque discentibus antiquior sit doctrina, pueris se sociavit, ut cum omnibus omnia fieret. Quod suprà in Hymnis de Fide de incomprehensibili Dei natura exposuerat Sanctus Doctor, hoc loco resumit.

ſumit. Prætereà in tertio ſermone patriæ calamitates deplorat, quando Perſæ excurſionem in Romanorum ditionem fecerunt: quod in pœnam graſſantis Arianæ hæreſeos Deum permiſiſſe exiſtimat. ܗܘܐ ܟܬܝܒܐ ܕܐܠܗܐ ܕܢܬܕܝܢܢ ܠܢ ܒܝܕ ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܗ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܢܗܘܐ ܕܢܬܕܝ

26. Paræneſis. ܫܒܘܗ ܕܠܗܘܢ ܡܪܝܡܐ : *In Deum reſpicite, cariſſimi*. Extat in Codice noſtro Syriaco XVI.

27. De Peregrinatione. ܡܠܐ ܕܡܫܬܥܐ ܗܝ ܕܐܘܪܚܐ ܕܡܫܬܡܥ ܠܥܡܐ : *Admodùm acerba eſt, & arduam idiotis viam præmonſtrat Peregrinatio*. Extat unàcum quatuor ſequentibus ſermonibus in Cod. ms. Bibliothecæ Collegii Urbani de Propaganda Fide.

28. Deprecationes duæ. Prima incipit: ܒܥܝ ܠܒܝ ܕܬܘܒܟ ܡܪܝ ܕܫܒܩ ܠܝ ܡܕܡܐ ܕܚܛܝܬ ܠܟ : *Rogo dilectionem tuam, Domine: Dimitte mihi quidquid peccavi tibi*. Secunda: ܕܝܢ ܡܪܝ ܕܝܢܝ ܘܦܪܩܢܝ ܡܢ ܕܝܢ ܕܡܬܪܥܡ ܠܝ : *Judica, Domine, cauſam meam, & vindica me de Diabolo, qui me opprimit*.

30. Paræneſis ad Monachos. ܡܢ ܕܪܚܡ ܠܥܬܝܕܐ ܘܠܐ ܡܬܛܒܥ ܒܗܘܐ ܕܗܫܐ : *Qui futura diligit, præſentibus nequaquam ſe immergit*.

31. De Paupertate. ܡܢ ܟܠ ܡܕܡܐ ܕܥܠ ܡܪܝܟ ܬܫܘܐ ܠܡܣܟܢܘܬܐ ܕܡܪܝ : *Rebus omnibus abrenuncia propter Dominum tuum: & pro ejuſdem amore paupertatem dilige*.

XII.

Opera S. Ephræm, quæ Arabicè extant.

PHOTIUS in Bibliotheca Cod. 196. teſtatur ſe legiſſe S. Ephræmi *Sermones undequinquaginta*, quorum & titulos recenſet. Tres inſuper alios ſubnectit, quos genuinum ejuſdem S. Doctoris fœtum eſſe affirmat. Totidem ferè habentur in noſtris Arabicis Codicibus: eoſque è Græco ſermone translatos eſſe, patet ex hac Epigraphe, quæ ad calcem Codicis Bibliothecæ S. Petri in Monte Aureo legitur. نقل هذا الابرطمبثار الكاتب الملكى ابراهيم بن يوحنا الانطاكى واملاه من كتبه بالعربيه من نسخه يونانيه وهو يسال كل من يقرا فيه ويسمعه يذكر المهتم والناقل بالرحمه امين : *Tranſtulit hunc Librum è Græco exemplari in Arabicum ſermonem Abraham Joannis Antiocheni filius Protoſpatharius, Scriptor Melchita: qui lectores auditoreſque enixè rogat, ut preces tùm pro interprete, tùm pro eo, qui interpretationem procuravit, fundere dignentur Amen*. Scriptus autem eſſe dicitur anno Chriſti 1329. ut ex ſequenti annotatione colligitur: وكان الفراغ من هذا الكتاب المقدس بناحيه ذات الصفا من كرسى الفيوم فى الحادى والعشرين من شهر ابيب سنة الف وخمسه واربعين للشهدا الاطهار : *Abſolutus eſt ſacer iſte Liber in Dateſapha, qui Diœceſeos Phajumenſis* (hoc eſt, Arſenoitarum in Thebaide) *locus eſt, die 21. Abib, anno Sanctorum Martyrum quadrageſimo quinto ſuprà milleſimum*. Continet Sermones LI. & Encomium Nyſſeni in S. Ephræm. Paulò antiquiorem iſto nacti ſumus Codicem, quum Ægyptum luſtraremus, cui ad calcem fol. 281. hanc temporis notam Amanuenſis appoſuit: كمل ذلك فى العشر الاوسطا من

ابيب سنة الف واحد واربعين للشهدا الاطهار :

Explicit die 20. Abib, anno Sanctorum Martyrum 1041. nimirùm Christi 1325. Videtur Codex noster alium habuisse Interpretem: nec enim verba Versioni alterius Codicis omninò respondent, nec idem est Sermonum ordo & numerus: in nostro siquidem sunt Sermones quinquaginta dumtaxat, quorum etiam unus, nempè vigesimus quartus in altero Codice desideratur, pro quo alius ibi Sermo legitur, ut ex sequenti Catalogo apparet.

In Cod. nostro Arabico VIII.

1. Epistola ad Joannem Monachum de Patientia, & ut caveat, ne decipiatur à cogitationibus in vitæ solitariæ studio: & de continentia. رسالة الى يوحنا الراهب في الصبر وان لا ينخدع بالافكار في طلب السياحة وفي العفة : قد وعظنا ثاودرس عظات كثيرة الا يبتعد من موضعه وما امكننا نقنعه :

Variis licet adhortationibus cum Theodoro egerimus, ne à suo recederet loco; ei tamen persuadere non valuimus. Prodiit Latinè per Gerar. Vossium tom. 2. pag. 13. & Græcè in Editione Oxoniensi serm. 88. Contra hanc Ephræmi Epistolam duo objici possunt: Primum narratio de S. Antonio, & Macario Ægyptio pag. 14. quæ videtur ex vitis Patrum à recentiore quodam Monacho desumpta. Alterum, Boschorum, seù pascentium Monachorum mentio, qui teste Sozomeno lib. 6. cap. 33. post Ephræmi ætatem floruerunt. Utramque difficultatem solvit Tillemontius tom. 8. pag. 741. & quidem quod de Boschis Monachis testimonio Theodoreti affirmat, eorum nimirùm institutum aliqua ratione expressum fuisse sub S. Jacobo Nisibeno Ephræmi præceptore, verum esse puto, & propositæ difficultatis nodum solvere. Quod verò de vitis Patrum asserit à Timotheo Episcopo Alexandrino Petri post Athanasium Successore editis, unde Ephræmus narrationem illam è Græco in Syriacum translatam hauserit, vix probabile credo; maximè quum ille post Ephræmi obitum Sedem Alexandrinam obtinuerit: Sozomenus verò lib. 6. cap. 29. Monachorum gesta à Timotheo jam Episcopo publicata, vel saltem descripta affirmare videtur. Quare ad Acta Ephræmi, quæ Syriacè suprà dedimus, recurrendum censeo, ex quibus palàm fit, S. Doctorem Ægyptiacam Eremum adiisse, & præstantiores quosque Monachos consuluisse: atque adeò fieri potuit, ut quæ in hac Epistola de SS. Antonio & Macario narrat, ea vel auditû ibidem exceperit, vel visû perspexerit.

2. Reprehensio sui ipsius, & confessio. توبيخ لذاته واعتراف . يا اخوتي تالموا معي وليكن لكم تحنن ورافات فان ليس باطل قال الكتاب :

Fratres, vestrum meo jungite dolorem, miseremini & indulgete mihi: non enim frustrà dicit Scriptura. Voss. tom. 1. p. 72. Oxonien. serm. 2. Hujus sermonis, duorumque sequentium titulus dumtaxat habetur in Cod. Biblioth. S. Petri in Monte Aureo.

3. Sermo de eversione superbiæ. قول في عدم الكبريا كل نسك هو باطل :

Vana est omnis exercitatio &c. Voss. tom. 1. p. 93. Oxon. serm. 3.

4. Sermo de Pœnitentia: قول يحض على التوبه . تعالوا يا احبائي :

Venite dilectissimi. Voss. tom. 3. p. 90. Oxon. serm. 4. ubi inscribitur *Sermo compunctorius*: Extat etiam in Cod. Arab. Vatic. XLVI. p. 65. & in Cod. Berœensi 1.

5. Sermo asceticus, in quo multum consolationis & compunctionis est iis, qui salutem desiderant: قول تسكي فيه تعزيه كثيرة وخشوع للمريدين ان يخلصوا . يضطرني الوجع ان اتكلم :

Dolor me ad loquendum compellit. Apud Vossium tom. 3. p. 34. inscribitur *de Continentia*: Quem etiam titulum præfert in Cod. Arab. S. Petri

tri in Monte Aureo. In Editione verò Oxoniensi num. 5. *Sermo asceticus* prænotatur.

6. Ad imitationem Proverbiorum, & de Timore Dei. على مشابهة الامثال وعن المخافه الالهيه. من يومن بابن الله:

Qui credit in Filium Dei. Voss. tom. 3. p. 1. Oxon. serm. 6.

7. Paræneſis ad eorum correctionem, qui flagitiosè vivunt, & honores appetunt. عظه لتقويم المعتسيرين سيرة ذات الم ويبتغون الكرامات يا اخوتي انا مجتهد مندهل:

Angor, fratres mei. Voss. tom. 1. pag. 97. Oxon. serm. 7.

8. Reprehensio sui ipsius, & Confessio. توبيخ لنفسه واعتراف. ايها الاحبا اظن اني في اشيا كثيره منجيا ونافعا:

Quum in multis, dilectissimi, prodesse vobis videar. Voss. tom. 3. p. 99. Oxon. serm. 8. Hunc sermonem indicat Photius, dum scribit Cod. 196. *Primus deplorantem ipsum inducit, quæ admiserat in vita*: Est enim de Conversione ejusdem. Alius ejusdem argumenti Sermo sub nomine S. Doctoris extat apud Voss. tom. 2. p. 1. sed ut benè advertit Tillemont. tom. 8. p. 739. is nequaquam Ephræmi fœtus est, sed ab anonymo ex laudato serm. 8. compositus. Dubium movet Rivetus l. 3. cap. 21. quo pacto S. Ephræm affirmet in Testamento, *neminem se in vita sua læsisse, aut maledictis ac contumeliis onerasse*; hìc verò in sua Conversione narret se, dum junior esset, *pauperis cujusdam juvencam lapidibus per silvam insequutum esse, atque eidem pauperi de sua juvenca inquirenti non solùm non, ubi eam vidisset, respondisse, sed & verbis ipsum contumeliosis excepisse*. Præterea quum idem S. Doctor in Testamento scripserit, *se nunquam de Dei providentia dubitasse*, quomodo hìc affirmet, *se in ipso juventutis flore, quum adhuc in sæculo versaretur, gravi oppressum fuisse tentatione, quæ ipsi ferè persuaserat, illa quæ in hac accidunt vitâ, fortuitò casuque fieri*. Ante Rivetum hanc difficultatem sibi ipsi objecerat Vossius tom. 2. pag. 6. qui eandem sic solvit: *Ad tollendam dubitationem, eximendumque omnem contradictionis scrupulum, breviter dicimus, hìc loca concordanda esse ac tempora, & rem omnem facilè conciliari posse. Nam quæ hìc in se accusat & reprehendit, ante conversionem, dum adhuc puer esset, moribus utcumque incompositis, sicut ibi dicit, acciderunt, antequam de vitæ perfectione cogitaret: Quæ autem in suo de se commemorat Testamento, post conversionem, quæ fuit ab adolescentia &c.* Nec mirum, quod S. Doctor tanta de se facinora narret: nam levis etiam culpa velut atrox scelus præ humilitate ei videbatur. In eodem Testamento postquam scripsit, *se neminem læsisse*, subjungit, *nullum non facinus à se admissum*. Bollandus 1. Febr. pag. 60. censet, hoc Ephræmi factum antequam baptizaretur, contigisse: idque ex illis verbis probare conatur, quæ in ejusdem Sermone leguntur tom. 3. p. 106. *At de his omnibus scio me veniam consequutum esse in Tribunali*: nam ubi in Græco legitur ὀπὶ Βήματος *in Tribunali*, ipse putat reponendum ὀπὶ Βαπτίσματος, quod de Baptismo per abbreviationem scriptum asserit loco Βαπτίσματος. Verùm nec Bollandi conjectura vera est, nec Vossii interpretatio mentem S. Doctoris hoc loco exprimit. In Codice siquidem nostro Arabico sic habetur: لكن هذه كلها اعلم ان سيكون لى صفح عنها امام الموقف المرهوب والرهيب. فماذا اصنع بالافعال التى بعد هذه:

At de his omnibus (nimirùm de peccatis quæ in adolescentia sua admiserat, quæque suprà narraverat) *scio me veniam consequuturum esse* (non consequutum, sed consequuturum) *coram tremendo ac terribili Tribunali* (Christi scilicet judicantis.) *Sed non ita de operibus, quæ posteà gessi*, videli-

delicet postquam monasticam vitam amplexus est. Ubi nihil de Baptismo. Quare omninò tenenda est Vossii solutio, quam etiam Tillemontius probat p. 738. Major difficultas est in conciliando hoc Sermone cum Syriaca Ephræmi vita, quam suprà dedimus. Nam ibi dicitur gentilibus, & impiis parentibus natus, quibus relictis ad S. Jacobum Episcopum convolarit: In isto verò Sermone narrat, Christianos eos fuisse, imò & confessionis gloria insignes: *Eram* inquit, *jam gratiæ particeps factus: eram de Christo à Patribus institutus. Qui me secundùm carnem genuerant, timorem Domini tradiderunt mihi. Conspexeram vicinos pietatis studiosos. Audieram multos varia pro Christo perpessos. Parentes mei in judicio Christum professi fuerant. Martyribus sanguine sum conjunctus.* Rursùs ibi patrem nactus refertur Sacerdotem idolorum: hìc parentes agricolas: *Majores mei*, inquit, *peregrini erant, arte & manu victum quærentes, & ex collationibus victitantes. Avi mei secundis rebus utentes, in vita agricolæ erant: & parentes mei quum in his versarentur, humili conditione erant ac genere.* Quæ omnia pugnantia videntur: nisi dixeris, patrem quidem Ephræmi gentilem & Sacerdotem idolorum fuisse, qui tamen etiam posteà ad Fidem conversus sit, Christumque in judicio professus, ut indicavimus suprà pag. 26. matrem verò Christianam, puerumque Ephræmum in timore Domini instituisse: quod videtur indicare Auctor vitæ Syriacæ loco cit. dum patrem quidem ethnicum fuisse commemorans, de matre nil aliud scribit, quàm eam ex Amida genus duxisse. Quod autem S. Doctor ab utroque se parente in Christiana fide institutum asserit, communem loquendi morem imitatur, quo pluralem numerum sæpè pro singulari usurpamus, ut est illud de Latronibus Matth. 27. 44. præsertim quum sermonem istum de sua Conversione jam senex scripserit, quo tempore uterque parens fortassè decesserat, indignum probo filio arbitratus patris dedecus commemorare, quod per Baptismum jam expiarat. Neque mirum quòd pater Ephræmi sacerdos esset, & agricola: non enim Nisibi, sed in vicino quodam vico, ut asserit Sozom. lib. 3. cap. 26. natus est Ephræm, parente proculdubiò agricola, qui posteà Sacerdotium idolorum adeptus, terram colere desierit.

9. De recordatione affectionum, & commotionum animi. Confessio, & gratiarum actio. قول فى تذكر الالام باعتراف وشكر. اما ان اتب قدامك ايها المسيح المخلص: *Cupio coram te, Christe Salvator adstare.* Voss. tom. 1. pag. 138. Oxon. serm. 8. Videtur ille, quem indicat Photius Cod. 196. num. 30.

10. Sermo de Pœnitentia. قول تخصيص على التوبه الذى انحدر من حضن الاب: *Qui è sinu Patris descendit.* Voss. tom. 1. p. 152. Oxon. serm. 10.

11. Gratiarum actio cum magna compunctione. قول يشتمل على شكر الرب بخشع كثير. انت هو الاله الصالح والمتحنن وحدك: *Tu es solus Deus bonus, & misericors.* Voss. tom. 2. pag. 146. Oxon. serm. 11.

12. Sermo Paræneticus. قول وعظ اصغى الى ذاتك ايها الشبيبه: *Attende tibi ipsi, ò Juventus.* Voss. tom. 2. p. 85. Oxon. serm. 14.

13. De Compunctione. على تخشع كثير فى بعض الايام نهضت فى الدلج: *Quadam die diluculò surgens.* Voss. tom. 1. p. 141. Oxon. serm. 12.

14. Threni in Patres defunctos. قول يرثى الابا المتوفيين قلبى يوجعنى: *Cor mihi dolet.* Voss. tom 3. p. 269. Oxon. serm. 15.

15. Sermo alius in Patres defunctos. قول فى الابا المتوفيين ايضا . هذا اليوم

المتقدم

المتقدم والمشهور ؛

In hoc die primo atque insigni. Vossius. tom. 3. p. 272. Oxon. serm. 16.

16. De anima, quæ ab inimico tentatur, quomodo debeat assiduis cum lacrymis Deum interpellare. قول عن النفس اذا جربها العدو كيف سبيلها ان تبتهل الى الله بدموع متصلة . ايها السيد القدوس قد تقدمت اليك نفس محزونة ؛

Sancte Domine, anima angustiis tentationum oppressa ad te profugit. Vossius. tom. 1. p. 65. Oxon. serm. 22.

17. Sermo de Judicio, & animi compunctione. قول عن الدينونة وتخشع النفس هلموا يا اخوتى واسمعوا مشورة افرام الخاطى ؛

Venite fratres mei, & consilium Ephræm peccatoris audite. Vossius. tom. 1. p. 248. Oxon. serm. 36.

18. De Patientia, & Consummatione sæculi: & de Christi adventu, & regno Sanctorum. عن الصبر والانقضا وعن مجى المسيح وملك الصديقين . ان سيرة الصديقين لبهية ؛

Illustris est vita justorum. Vossius. tom. 1. p. 171. Photius Cod. 196. num. 49.

19. Sermo Paræneticus ad Eulogium. قول وعظى كتبه الى اولوجيوس ابها الانسان لما نظرت الى ثمر الطاعة ؛

Ad fructum obedientiæ respiciens, carissime. Vossius. tom. 2. p. 201. Photius num. 45.

20. Quod non sit ridendum, sed potiùs lugendum. فى انه لا ينبغى ان يتنزه بل الواجب ان يناح ويبكا . بدى انقلاب نفس الراهب الضحك ؛

Initium subversionis animæ Monachi est risus. Vossius. tom. 1. p. 110. Oxon. serm. 28. Phot. Cod. 196.

21. Sermo de secundo Domini adventu. قول فى ورود الرب الثانى . يابنى النور تقدموا فاسمعوا صوت مخلصنا ؛

Accedite filii lucis, & vocem Salvatoris nostri audite. Vossius. tom. 1. p. 254. Oxon. serm. 24.

22. Beatitudines. تطويبات . الطوبا لمن قد بخس العالم الانسان ؛

Beatus, qui præsentem hanc vitam odit. Vossius. tom. 1. pag. 183. Oxon. serm. 31.

23. De Virginitate. فى البتولية بولس الرسول يعلمنا عن بتولية النفس وطهارتها ؛

Paulus Apostolus docet nos de Virginitate, & puritate animæ. Vossius. tom. 1. pag. 134. Oxon. serm. 41. Phot. num. 33.

24. Allocutio ad eos, qui frequenter quidem peccant, rarò autem pœnitentiam agunt. خطبة الى الذين يخطون متكاثفا ويتوبون مرارا قليلة . حتى متى ايها الخليل تحتمل العدو ؛

Quousque, ò amice, inimicum sustines? Vossius. tom. 1. p. 24.

25. Confessio, & deprecatio. اعتراف بصلاة . اشفنى يا رب فابرا ؛

Sana me, Domine, & sanabor. Vossius. tom. 1. p. 266. Oxon. serm. 23.

26. Paræneſis de Pietate, & puritate in vita monastica. عظة فى الورع والطهارة فى الرهبانية . ايها الاخ احذر جدا ان تضيع الطريق المهدة المستقيمة ؛

Frater, attende vehementer, ne à plana rectaque via pereas. Vossius. tom. 2. p. 178. Phot. num. 38.

27. De iis, qui audacter cadunt, & excusant se in peccatis. عن الساقطين من قبل تضجيعهم ويتعللون . حجا للخطايا . ايها الاخ اذا اثرت السيرة الرهبانية فقد احببت عمل محمود ان حفظته الى النهاية ؛

Frater, monasticam desiderasti vitam, bonum appetiisti opus, si ad finem usque servaveris. Vossius. tom. 2. p. 181. Phot. num. 39.

28. Epistola ad fratrem lapsum, & de Pœnitentia. رسالة الى اخ سقط وفى التوبة . الجالسون فى طاعة اب روحانى يخطر لهم العدو خواطره ؛

Sub obedientia Patris spiritualis constitutis suggerit inimicus. Vossius. tom. 2. p. 187. Phot. num. 40.

29. Ad Fratrem quendam scisciitantem, ad quem hoc dictum pertineat, *melius est nubere, quàm uri*.

قول كتبه الى اخ سال لمن يتوجه القول الذى قيل التزوج افضل من التحرق بالشهوة . اسمع الرسول قايلا اريد كافة الناس ليكونوا مثلـــــى :

Apostolum audi dicentem: volo omnes homines esse, sicut & meipsum. Voss. tom. 1. p. 4. Oxon. serm. 81.

30. Paræneſis de Caritate. عظه فى المحبه . ايها الحبيب ان اعطـــت للعلم والافراز وموهبة الاشفـــــيـــــه :

Si tibi, carissime, donum scientiæ & discretionis, & gratia curationum concessa sit. Voss. tom. 2. pag. 199. Phot. num. 44.

31. Sermo ad Monachum, qui instituti sui pertæsus dicebat: Relinquam monasterium, & ad sæculum revertar, ut in eo vitam meam transigam. قول كتبه الى راهب ضجور كان يقول انا اترك الدير وادهب الى العالم واقيم به . رب المجد يقول ادخلوا من الباب الضـــيـــق :

Dicit Dominus gloriæ: Intrate per portam angustam. Voss. tom. 2. p. 205. Phot. num. 46. Oxon. serm. 85. cujus lacunæ, quæ extant pag. 322. ex nostro Codice suppleri possunt.

32. De pravis moribus, & negligentia. فى العاده الرديه والتواني . كما ان السيف يقطع عصب الفرس ويلقى راكبه متقنطرا .

Quemadmodum gladius nervos incidit equo, & dejicit equitem. Voss. tom. 2. p. 212. Phot. num. 47.

33. Sermo de differentia vitæ monasticæ, & sæcularis. قول فى اختلاف فروق السيره الرهبانيه والعاليه ايها الحبيب اذا ما زهدت فى العالم وصرت راهبا فـــتـــيـــقظ :

Carissime, si abdicato sæculo factus sis monachus, vigilantem te præbe. Voss. tom. 2. p. 214. Phot. num. 48.

34. Sermo de Passione Domini. قول فى الام سيدنا له المجد انا خايف ان اتكلم :

Eloqui pertimesco. Voss. tom. 3. pag. 193.

35. Sermo de Judicio, & Resurrectione. قول فى الدينونه والقيامه . ايها الاخوه تعالوا كلكم واسمعوني انا الحقير افرام :

Adeste fratres mei omnes, & audite me humilem Ephræm. Voss. tom. 1. p. 246. Oxon. serm. 36.

36. Sermo Paræneticus, de Patientia, & Compunctione. قول وعظى فى الصبر والتخشع . من يوتر ان يرضى اللـــه ويصير وارثه بالامانـــــــــــــه :

Qui Deo placere cupit, ejusque hæres per fidem evadere. Voss. tom. 1. pag. 162.

37. De resurrectione mortuorum, & responsio ad hanc interrogationem, *Nudi ingressi sumus in hunc mundum, & nudi egrediemur ex ipso.* من قيامة الموتى ومسالة ما هو القـول المكتوب اننـا ما دخلنا العالم بشى ومن الواضح اننا ما يمكننا ان نخرج منه شيا وجوابـــهـــا .

Voss. tom. 1. p. 222.

38. Sermo de iis, qui animas decipiunt, & in fornicationem atque impudicitiam inducunt, dicentes, hoc nihil mali esse. قول فى الذين يخدعون النفوس الى الفسق والطمانه بقولهم ان الامر ليس شيا . قال الله لحزقيال النـــبـــى :

Ad Prophetam Ezechielem dixit Deus. Voss. tom. 1. p. 117.

39. Sermo ad quendam fratrem de Heli Sacerdote contendentem. قول كتبه الى اخ كان يشاجر من اجل عالى الكاهن :

Voss. tom. 1. p. 6. Phot. num. 42.

40. Capita centum. Sermones, colloquia, doctrina, paræneſis, & quomodo humilitas comparetur. ماية فصل يشتمل على اخبار واحاديث وتعاليم ووعظ وكيف يقتنى الاتضاع . الاول بدو الثمر الزهر :

Initium fructificationis est flos. Voss. tom. 1. p. 221. Oxon. serm. 32.

41. Sermo de Juliano Monacho. قول عن اليانس الناســـــك . هذا المفضل فى الـــــــــــــ

quo Theodoret. in Philoth. cap. 2. & hist. Eccl. lib. 3. cap. 10. & lib. 4. cap. 25. ac Martyrolog. Rom. 14. Jan. Alius quoque est à Juliano altero, de quo in Martyrol. Rom. 18. Octobr. Meminit autem ejusdem Sozomenus lib. 3. cap. 14. & Nicephor. lib. 9. cap. 15. quorum testimonio constat, illius gesta à S. Ephræm nostro scriptis tradita fuisse. Citat hunc Ephræmi sermonem Philoxenus in lib. de Uno ex Trinitate incarnato & passo fol. 133. ubi eum disertè appellat *Julianum Sabam*: nam *Saba* Syrorum sermone *Senem* significat, quo titulo plures monachos insignitos fuisse deprehendimus.

42. De memoria mortis, de virtute, & de divitiis. فى ذكر الموت وفى الفضيله وفى الغنا . سبيلنا ان ندعن للقايـــل فليعز . بعضكم بعضـــــــــــــــــــــا :

Oportet, ut assensum præbeamus dicenti: mutuum vobis honorem deferte. Voss. tom. 1. p. 210.

43. Hypomnesticum per modum Epistolæ. فى تذكره فى نوع رسالـــه . عقلى راسخ كل ساعه المنظر الذى حدثتنيه ايهـــا الاخ : *Omni hora mente revolvo Visionem, quam mihi recensuisti, frater*: Voss. tom. 2. p. 18. Oxon. serm. 21.

44. De Virtutibus & Vitiis Capita XXIII. فصول مختصره من الفضايـــل والردايل ثلثه وعشرون فصلا . اطوب حياتكـــم ايها المحبون المســـــــــيـــــــــح :

Vitam vestram beatam prædico, Christo dilecti. Voss. tom. 1. p. 26. Oxon. serm. 1. ubi dividitur in Capita XXIV. Hunc sermonem ad *Metebinos*, seù *Metebonos* monachos scriptum fuisse asserit Photius Cod. 196. quem tamen titulum Arabicus Interpres non expressit. Si Textum Syriacum haberemus, ex eo colligere liceret, quinam ii essent. Metebinos, vel Metebonos nusquam hactenus in monumentis Syrorum legimus.

45. Consilium de Vita spirituali ad Neophitum Monachum. مشوره من السيره الروحانيه كتبها الى ناوفيطوس الراهب . انا مادح امانـــــــــــــتـــــــــــك وجرمك :

Tua mihi probatur fides, ac studium. Voss. tom. 1. p. 50. Oxon. serm. 29.

46. Paræsis Divina. عظه الاهيه ايها الحبيب هاندا اعاهدك بالرب عهدا جديدا :

Carissime, ecce novum tibi servandum commendo depositum in Domino. Voss. tom. 2. p. 171.

47. De diversitate dormitationum. فى فروق النعاس واختلافها . يا احبائى انا استشعر ان النعاس ثلـــــثـــــة انواع :

Ut arbitror, Carissimi, tres sunt dormitationum species. Voss. tom. 2. p. 127.

48. De Patientia, & Compunctione. فى الصبر والتخشع يا احبائى فلنماثل جند شجعان متيقظين متسومين ان نموت عن ملكنا : *Carissimi, imitemur strenuos milites, vigilemus & parati simus pro Rege nostro mortem oppetere*. Voss. tom. 2. p. 157.

49. Paræsis ad fratres, qui è loco in locum absque ulla firmitate vagabantur. عظه الى اخوه كانوا ينتقلـــون من موضع الى موضع اخر بغير ثـــــبـــات الامانـــــــــــــــه هى ام كل عمل صالح :

Fides mater est omnis operis boni. Voss. tom. 2. p. 140. Oxon. serm. 62. Phot. num. 35.

50. Quod oporteat, eum, qui coram fratribus legit, laboris amore legere. فى ان الذى يقرا فى مسامع الاخوه سبيله ان يقرا بمحبة التعـــــــــــب :

Voss. tom. 2. pag. 165. Hactenus ex Cod. nostro Arabico VIII.

51. De Continentia, Sermo Christi athletam exercens. فى النسك يرتاض به المجاهد . المريدون بالحقيقه يدفعون نفسهم الى الرب من اجل الموعد المـــنـــتـــظر :

Qui verè se Domino consecrare cupiunt ob futuram promissionem. Voss. tom. 1. p. 77. Hic, & sequens Sermo extat in Cod. Arab. Biblioth. S. Petri in Monte Aureo, de quo diximus suprà.

52. De Patientia, & Compunctione.

ctione. في الصبر والتخشع الاله الذى جبلنا :

Deus, qui nos formavit. Voss. tom. 1. pag. 167.

53. Sermo de Transfiguratione Domini in Monte Thabor. Extat in Cod. Arab. Vatic. XLV. p. 143. Prodiit Latinè per Vossium tom. 3. pag. 186. & Græcè in edit. Oxon. Serm. 35. Vide Tillemont. tom. 8. pag. 757.

54. De muliere peccatrice. يا اخوة اسمعوا وانظروا ما اعظم محبة سيدنا يسوع للخطاة :

Fratres, audite & videte, quanta sit Domini nostri Jesu Christi erga peccatores dilectio. Extat, unà cum duobus sequentibus, in Cod. Berœensi 1. Alius autem est ab eo, qui prodiit per Voss. tom. 3. p. 213. & Oxon. serm. 26.

55. De morte, peccato, & pœnitentia. اسمعوا يا اخوتي الموت اخير من الحياة بعمل الخطية :

Audite fratres, meliùs est mori, quàm in peccato vivere.

56. De Elia Propheta. عظيم هو اخافة الله لمن يقتنيها :

Magnus est qui timorem Dei possidet.

Denique in Cod. Arab. Vatic. LV. p. 194. extat sub nomine S. Doctoris fabulosus sermo de Sanctis Apostolis Petro & Paulo: cui titulus: قصة الرسولين بطرس وبولص وما نالهم في الكرازة الالهية على ما شرح اقرام العربي الرماوى بحضرة باسيليوس الكبير :

Historia Petri & Pauli Apostolorum, & quid ipsis acciderit in Divina prædicatione, prout retulit Ephræm Syrus Edessenus coram Basilio Magno. Initium verò: يا رب افتح باب رحمتك قدام عيني قلبي لكيما ارصف اخبار رسلك المؤيدين بطرس وبولص :

Aperi, Domine, januam misericordiæ tuæ coram oculis cordis mei, ut de electis Apostolis tuis Petro & Paulo narrare valeam. Videtur autem ex apocryphis Apostolorum periodis desumptus, & recentioris cujuspiam nebulonis fœtus esse: Tàm putida sunt, quæ in ipso narrantur.

Opera inedita S. Ephræm, quæ Græcè extant in mss. Codd. Vaticanis.

1. DE secundo adventu Domini, & consummatione sæculi. Cod. Vatic. 272. fol. 224. ἀκούσατε ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ ὅσοι τὸ ἅγιον βάπτισμα: *Auscultate, fratres carissimi, quicumque Sanctum Baptisma &c.*

2. De secundo Domini adventu, & consummatione sæculi. Cod. 1192. fol. 106. ἠρώτησάν τινες φιλόχριστοι: *Percontati sunt quidam Christum diligentes*.

3. De consummatione sæculi, de Antichristo, & de Caritate. Cod. Palat. 17. & 269. ἀγαπητοὶ μηδὲν προτιμησώμεθα: *Nihil anteponamus, carissimi*.

4. De Quiete. Cod. Vat. 442. fol. 299. ἀδελφοὶ κτήσασθε τὴν ἡσυχίαν: *Fratres, possidete quietem*.

5. De Monachis. Codice 703. fol. 53. τί δὲ ὁ προφήτης τρυγόνα κατέλιπεν: *Quare Propheta viduam turturem &c.*

6. Qualis debeat esse Monachus. Codice Alexandrino 45. fol. 138. Δεῖ τὸν νέον ἀσκητὴν ἀκτήμονα βίον ἔχειν: *Monachum novitium pauperem vitam agere oportet*.

7. Exhortatio ad Peccatores. Cod. Vat. 1259. fol. 125. πᾶς χριστιανὸς ἀποτάσσεται τῷ σατανᾷ: *Omnis Christianus resistit Diabolo*.

8. De vita stulta, & de Pœnitentia. Cod. 581. fol. 159. ὅσοι τὰ τοῦ βίου μάταια: *Quicumque vitæ vanitates &c.*

9. De verbo otioso. Cod. 497. fol. 202. τί ἐστὶν ἀργὸς λόγος: *Quid est verbum otiosum*.

10. De vigilantia & compun-

ctio-

ctione. Cod. Alexandr. 45. fol. 173. τήρει σεαυτὸν ἀγαπητὲ ἀκριβῶς : *Diligenter custodi teipsum, carissime.*

11. De Pœnitentia. Cod. Palat. 68. ἐννοήσωμεν ἀδελφοί : *Recogitemus, fratres.*

12. Preces pro septem diebus hebdomadæ. Cod. Vat. 1190. Preces aliæ diversæ Cod. 790.

13. Sententiæ per Paulum Monachum collectæ. Cod. Palat. 258.

14. Demùm fragmenta in Pentateuchum, in Josue, in Judices, in Ruth, Cod. Vat. 746. 747. 748. 751. Cod. Palat. 203. In Psalmos, Cod. Vat. 752. In Evangelium Cod. Vat. 663. 733. & 1190.

Syllabus Operum omnium S. Ephræm, quæ suprà recensuimus ex Codicibus mss. Vaticanis Syriacis, Arabicis, & Græcis.

IN *Pentateuchum*. pag. 64.
In Josue. pag. 69.
In Judices. ibid.
In IV. Libros Regum. ibid.
In Job. pag. 68.
In Psalmos fragmenta. pag. 157.
In IV. Prophetas majores. pag. 71.
In XII. Prophetas minores. pag. 69.
In Evangelium fragmenta. pag. 157.
De Fide, hoc est, de mysterio Trinitatis, & Incarnationis adversùs Arianos, Aetianos, & Eunomianos: ubi de incomprehensibili Dei natura, de Verbi consubstantialitate, & de eo quod Divina mysteria non debent curiosiùs investigari, Sermones XCV. pag. 88. 90. 97. 98. 147.
Adversùs Chaldæos, seù Astrologos, de Fato, Sermones X. pag. 122.
Adversùs Marcionem, Bardesanem, Manetem, aliosque hæreticos, Sermones XLVII. pag. 118. & 146.
De Divina Christi œconomia, à Nativitate ejusdem usque ad Resurrectionem, Sermones XXXIX. pag. 80. 88. 89. 90. 92. 94. 95. 96. 98. 139. 140. 147. 154. 156.
De diversis Christi Symbolis, VII. pag. 93. 96.
De Paradiso, XV. pag. 84.
De Ecclesia, VIII. pag. 86. 96.
De Virginitate, VI. pag. 92. 96. 153.
De libero arbitrio, IV. pag. 86. 87. 88.
Mariæ & Hevæ comparatio, III. pag. 90.
De Adam, Heva, & Henoch, VI. pag. 91.
De Loth, & filiabus ejus. pag. 97.
De Moyse, & Aaron, III. pag. 91. 140.
De Heli Sacerdote. pag. 154.
De Salomone, & Regina Saba. pag. 96.
De Elia Propheta. pag. 156.
De Jona, & Ninivitis, X. pag. 98. 140.
De Patribus, & Prophetis, qui Christi nativitatem antecesserunt. pag. 98.
De Nazareth. pag. 95.
De Bethsaida. pag. 96.
De Cana Galilæa, & Civitate Nain. ibid.
De Hiericho. ibid.
De Samaria, & muliere Samaritana, II. ibid.
De Sichem, III. pag. 95.
De Civitate Ephraim, II. pag. 96.
De Hemorrhoissa, de filia Jairi, de Samaritana, & de Chananæa. ibid.
De Muliere peccatrice. pag. 156.
De Mulieribus, quæ Christo ministrabant. pag. 96.
De Lazaro. pag. 147.
De Joanne Baptista, & altero Joanne Evangelista, deque Simone Petro, pag. 95.
De negatione Simonis Petri, II. p. 139.
De Joanne Apostolo. pag. 96.
De Juliano Monacho. pag. 154.
De laudibus Edessenorum. pag. 146.
De Patribus ætate sua defunctis, II. pag. 152.
De Defunctis XCV. p. 132. 133. 136.

De

De sua conversione. pag.151.
De virtutibus, & vitiis capita XXIII. pag.155.
Capita C. Sermones, colloquia, doctrina, Paræneſis, & de Humilitate. pag.154.
De everſione ſuperbiæ. pag.150.
De Caritate. pag.154.
De dilectione proximi II. pag.87.
De juſtitia Dei, & miſericordia. p.87.
De Patientia ad Joannem Monachum. pag.150.
De Patientia, & Compunctione, III. pag.154. 155.
De Vigilantia, & Compunctione III. pag.156.
De Compunctione. pag. 152.
De Pœnitentia, VI. pag. 138. 139. 146. 150. 152.
Ad fratrem lapſum epiſtola. pag.153.
Sermo ad Monachum, qui inſtituti ſui pertæſus ad ſæcularem vitam reverti cogitabat. pag.154.
De vita ſtulta, & de Pœnitentia. pag. 156.
Exhortatio ad Peccatores. pag.156.
Paræneſis ad correctionem eorum, qui flagitiosè vivunt, & honores appetunt. pag. 151.
Allocutio ad eos, qui frequenter quidem peccant, rarò autem pœnitentiam agunt. pag.153.
De iis, qui audacter cadunt, & excuſant ſe in peccatis. ibid.
De iis, qui animas decipiunt, & in fornicationem, atque impudicitiam inducunt, dicentes hoc nihil mali eſſe. pag.154.
De pravis moribus & negligentia. ibid.
De recordatione affectionum, & commotionum animi. pag.152.
De pravis animi affectionibus compeſcendis. pag.89.
De pietate, & puritate in vita Monaſtica. pag.153.
De paupertate. pag.149.
De Peregrinatione. pag.149.
De continentia ſermo Chriſti athletam exercens. pag.155.
De differentia vitæ Monaſticæ, & ſæcularis. pag.154.
Ad fratres, qui è loco in locum abſque ulla firmitate vagabantur. p. 155.
Quod oporteat eum, qui coram fratribus legit, laboris amore legere. ibid.
Conſilium de vita ſpirituali ad Neophitum Monachum. ibid.
De Monachis. pag.156.
Qualis debeat eſſe Monachus. ibid.
De Lucta ſpirituali. pag.148.
De verbo otioſo. pag.156.
De quiete. ibid.
Quod non ſit ridendum, ſed potiùs lugendum. pag.153.
Cogitatione, & affectu ad cœleſtia aſſurgendum. pag.89.
Quod perituræ hujus ſæculi divitiæ à futuris bonis animum avertunt. ibid.
De humanæ mentis inconſtantia, quam exemplo Sanctorum redarguit. ibid.
Bonis operibus inſudandum eſſe, ut Diaboli technæ ſuperentur. pag.88.
De anima, quæ ab inimico tentatur, quomodo debeat aſſiduis cum lacrymis Deum interpellare. pag.153.
De Oratione, IV. pag.89.
Orationes, ſeù precationes VIII. p.89. 97. 139. 147. 149.
Preces pro ſeptem diebus hebdomadæ: & aliæ diverſæ. pag.157.
Confeſſio & ſupplicatio. pag.153.
De jejunio. pag.141.
De reprehenſione, & correptione. pag.147.
Reprehenſio ſui ipſius, & confeſſio. pag.150.
Gratiarum actio cum magna compunctione. pag.152.
De diverſitate dormitationum. p.155.
De memoria mortis, de virtute, & de Pœnitentia. ibid.
De reſurrectione mortuorum, & reſponſio ad hanc interrogationem, nudi ingreſſi ſumus &c. pag.154.
De Reſurrectione, & Judicio. ibid.
De Judicio, & animi compunctione. pag.153.
De Patientia, & conſummatione ſæculi, & de Chriſti adventu, & regno Sanctorum. ibid.
De ſecundo adventu Domini, & conſummatione ſæculi, IV. pag. 153. 156.

De

De Timore Dei, & consummatione sæculi. pag.141.
Sermo ad Imitationem Proverbiorum, & de Timore Dei. pag.151.
Beatitudines. pag.153.
Paræneses XIV. pag. 138. 139. 147. 149. 155.
Sermo Paræneticus ad Eulogium. pag.153.
Sermo asceticus, in quo multum consolationis est, & compunctionis iis, qui salutem desiderant. pag.150.
Hypomnesticum per modum epistolæ. pag.155.
Sermo paræneticus in illud, attende tibi ipsi. pag.152.
In illud Psalmi, Pone, Domine, custodiam ori meo. pag.141.
In illud Ecclesiastæ, Omnia vanitas. pag.146.
In illud Isaiæ, Tollatur impius, ut non videat gloriam Dei. pag.146.
De Idolorum lapsu, & hæresum irruptione. pag.87.
Omnia ad hominum salutem à Deo disponi. pag.92.
Sententiæ variæ per Paulum Monachum collectæ. pag.157.
Testamentum. pag.141.

Cæterùm enumerata in superiori Catalogo Opera genuinum Ephræmi fœtum esse, liquet tùm ex stylo, quem describunt Hieronymus, Sozomenus, & Photius loco cit. p. 55. tùm ex veneranda Codicum nostrorum antiquitate, cujus notam habes pag. 63. 83. 117. 118. 133. tùm demùm quia iidem ferè tractatus laudantur ab Auctoribus Syris & Græcis. Vide pag.55. 56. 57. 58. Quod verò de Vitis Prophetarum non absimilia Ephræmo habeat S. Epiphanius, ut notavimus pag. 70. id Codicis nostri auctoritatem valdè confirmat: Epiphanius enim Syrus quum esset & sermonem Syriacum, Hieronymo teste, calleret, quid verò propius est, quàm ipsum, multa ex Ephræmo Syro fuisse mutuatum? doctissimi quippè Syrorum habebantur, qui ejusdem Ephræmi scripta versarent, ut de Saba Edesseno Diacono notatur in Concilio Antiocheno Act. X. Synodi Chalced. in hæc verba: *Sabas Diaconus, qui scripta Beati Ephræm per loca singula profert, vir inter Syros sapientissimus*. Apol. 1. & 3. adversùs Rufin.

Opera S. Ephræm, quæ edidit Gerardus Vossius Borchlonius, ad mss. Græcos Codices Vaticanos collata.

TOMO I.

DE Sacerdotio. pag.1. Extat Græcè in Codice Vatic. 579.
Ad quem hoc pertineat Apostoli dictum: Melius est nubere, quàm uri. pag.4. Cod. Græc. Vatic. 440. 442. 443. Cod. Alexand. 19. & 45.
Apologia ad fratrem quendam de Heli Sacerdote. pag. 6. Cod. Vat. 439. 440. 441. 442. 443. Cod. Alexandrino 19.
De festis diebus, & de dignitate Divinorum mysteriorum. pag.9.
De Caritate, sive Dilectione. p.11.
Encomium in Psalmos. pag. 14. Est continuatio sermonis præcedentis.
De Oratione. pag. 15. Cod. Alexandrino 45.
De amore pauperum. pag.16.
De Jejunio. pag.17.
Quomodo intelligendum sit illud, Duo erunt in agro. pag.18. Cod. Vat. 1259.
De his, quæ præsens hæc nostra vita in se continet. pag.19.
De Mansionibus Beatis. pag.20.
De locis beatis. pag. 21. est continuatio præcedentis.
De momentaneis non suspiciendis, & in Psal.72. pag.22. Cod. Vat. 439.

Ode

Ode in quotidie peccantes. p.24.Cod. Vat. 439. 440. & Cod. Alex. 45.

De Virtutibus, & Vitiis, capita XXIII. pag.26. Cod.Vat. 439. 440. 729. & Alex. 19. 45.

De recta vivendi ratione Capita XCI. pag. 42. Cod. Vat. 439. 440. 442. 443. ubi capita numerantur 90. & Cod. Alex. 19. ubi capita sunt 89.

Consilium de Vita spirituali ad Monachum novitium Capita XCVI. pag. 50. In Codicibus Vaticanis suprà enumeratis, ubi capita sunt 93.

De non scandalizando proximo, & de recta vitæ ratione. pag. 62.

De renunciatione vera atque perfecta. pag.62. Cod. Vat.439. & Alex.45.

Quomodo anima quum tentatur, debeat cum lacrymis Deum orare. pag. 65. Cod. Alex. 19.

De timore animi. p.69.Cod.Vat.439. 440. 442. & Cod. Alex. 19. 45.

Reprehensio sui ipsius, & confessio. pag. 72. Cod. Vat. 439. 440. & Alex. 19.

Adhortatio ad pietatem. p. 75. Cod. Vat. 440. 441. 442. 443. & Alex. 19. 45.

Sermo ad pietatem, bonaque opera Christi athletam exercens. p. 77.

De Divina gratia. pag.81. Cod.Vat. 441. 442. 443. & Alex. 19.

De Fide. p. 84. Cod. Alex. 19.

Adversùs eos, qui dicunt, Terræmotus à terræ inflatione fieri. p. 90. Cod. Vat. 439. Loquitur, inquit Baronius, de Terræmotu, qui accidit anno Christi 340. Sed quum Dionysius Jacobitarum Patriarcha duos alios terræmotus referat, alterum nempè anno Græcorum 675. & alterum anno 679. qui anno Christi 364. & 368. respondent; de his potiùs sermonem istum à S. Doctore editum fuisse existimo. Eadem de Terræmotus causa habet Philostorgius lib. 12. §. 10.

Ne decipiamur gentilium erroribus. pag. 91. Cod. Vat. 439. Ubi mortalitas in Urbe Constantinopoli describitur, & historia facti memorabilis proponitur, Domni scilicet & Macedonij, Dionysius in Chronico ad annum Græcorum 679. Christi 368. hæc habet:

ܗܘ ܙܒܢܐ ܕܟܦܢܐ ܕܗܘ ܒܟܠ ܦܪܓܝܐ ܘܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܦܪܓܝܐ ܘܡܢ ܩܠܬܐ ܕܚܝܐ ܠܐ ܡܫܟܚܘ ܐܪܥܬܗܘܢ ܕܢܫܒܩܘ ܠܩܘܣܛܢܛܢܘܦܠܝܣ ܕܢܬܟܢܫܘ ;

Eodem tempore accidit ingens fames in omnibus Phrygiæ regionibus, ita ut præ maximâ annonæ angustiâ terras suas incolæ deserent, & Constantinopolim universi convolarent. Hinc ortam fuisse pestem credibile est.

Ad eversionem superbiæ. pag. 93. Cod. Vat. 439. Alex. 19.

Ad correctionem eorum, qui vitiosè vivunt, & honores appetunt. p.97. Cod. Vat. 439. Palat.368. & Alex. 19. 45.

De morbo linguæ, aliisque vitiis. pag. 103. Cod. Vat. 441.442.443. & Alex. 19.

Non esse ridendum, sed potiùs lugendum. pag. 110. Cod.Vat.440. 441. 442. 443. 733. & Alex. 19. Huc revocanda est oratio, quæ incipit pag. 268. *Domine horam illam separationis animæ meæ à corpore mente revolvens*: est enim pars hujus sermonis. Item alia oratio quæ pag. 269. incipit: *Tibi Domine soli bono*.

Christianis abstinendum esse à ludicris. pag. 113. Cod. Vat. 440.

De iis, qui animas ad impudicitiam pelliciunt, quum dicant nihil mali esse. pag. 117. Cod. Vat. 439.

De abstinendo à cupiditatibus carnalibus: & de certamine, ac de multa securitate, ad Fratrem qui excidit. pag. 122. Cod. Vat. 440. & Alex. 45.

De abstinendo ab omni consuetudine perniciosa, & de Continentia. pag. 124.

Adversùs improbas mulieres. p.127. Cod.

Cod. Vat. 443. Videtur ex eo Libro desumptus, de quo Sozom. lib. 3. cap. 16. Vide in Not. ad pag. 32.

Antirrheticon, sive controversia, de Virginitate, & continentia. p. 130. Cod. Vat. 440. 441. 442. 443. & Alex. 19. 45.

De Castitate. pag. 133. In iisdem Codd. Vatt. & Alex.

De Virginitate. pag. 134. Cod. Vat. 439.

De Passionibus, sive perturbationibus animi. pag. 138. Cod. Vat. 439. & Alex. 19. Huc pertinet Oratio, quæ pag. 274. incipit: *Salva me Domine*.

De Compunctione. pag. 141. Cod. Vat. 439. & Alex. 19. 45. Ad hunc sermonem pertinet Oratio quæ pag. 270. incipit, *Parce, parce Domine*.

De Compunctione Sermo secundus. pag. 143. Cod. Vat. 440. Alex. 19.

De Compunctione Sermo tertius. pag. 146. Cod. Vat. 439. 729. & Alex. 19. Hujus sermonis pars est Oratio, quæ p. 271. incipit: *Salva me patiens*.

De Compunctione, & salute animæ. p. 150. Cod. Alex. 45.

De Pœnitentia Sermo primus. p. 152. Cod. Vat. 439. 729. Alex. 19. 45. Ex hoc sermone desumpta est Oratio, quæ p. 271. incipit, *Deus altissime*.

De Pœnitentia Sermo secundus. p. 157. Cod. Vat. 439. Alex. 45.

De Pœnitentia, & Conversione. p. 159. Cod. Vat. 439.

De Pœnitentia, & Patientia. p. 160.

De Patientia. p. 162. Cod. Alex. 19. & Palat. 258.

Sermo adhortatorius de Patientia, & Compunctione. p. 167. Cod. Vat. 440. Hujus sermonis pars est Oratio, quæ p. 273. incipit: *Supplico bonitati tuæ*.

De Patientia, & de Consummatione sæculi, ac de secundo adventu Domini &c. p. 171. Cod. Vat. 439. 729. Palat. 368. Alex. 45. Tribuitur Chrysostomo in Cod. Vat. 569. sed Ephræmi esse dicitur in cæteris Cod. Vaticanis, & in Cod. nostro Arabico serm. 18. Ad hunc sermonem revocanda est Precatio, quæ incipit p. 265. *Hei, hei mihi maximis peccatis prægravato*: & alia p. 273. cujus initium, *Domine Jesu Christe aperi aures & oculos cordis mei*.

Beatitudines. p. 179. Cod. Vat. 439. 441. 442. 443. Alex. 19.

Beatitudines aliæ. p. 183. In Codicibus citatis. Hujus sermonis pars est Oratio, quæ p. 270. incipit: *Ad te Salvator*.

De Beatitudinibus, & miseriis. p. 188. Cod. Vat. 440.

Interrogationes, & Responsiones. Quomodo blasphæmatur Deus *&c.* p. 190. Cod. Vat. 438. 439. 468. 562. 1259. Palat. 269. Alex. 45.

De recordatione mortis, & de virtute, ac de divitiis. p. 210.

De resurrectione mortuorum. p. 222. Cod. Vat. 439. Huc pertinet Oratio, quæ p. 274. incipit, *Deus propitius esto*: & alia ibid. cujus initium, *Gratias agimus*.

Adversùs illos, qui dicunt resurrectionem mortuorum non esse. p. 228.

De Consummatione sæculi, & de Antichristo. p. 233. Cod. Vat. 438. 562. 800. 1190. 1652.

De Antichristo & consummatione sæculi aliud metrum. p. 234.

In idem aliud metrum. p. 236.

In idem aliud metrum. p. 238. Hi quatuor videntur in unum sermonem esse conferendi.

De iis, quæ post Crucem revelanda sunt in secundo adventu Domini. p. 243.

De Judicio, & retributione. p. 246. Cod. Vat. 339. 440.

De Judicio, & compunctione. p. 248. Cod. Vat. 439. Alex. 19. 45. Huc pertinet Oratio, cujus init. p. 275. *Domine Jesu*.

De secundo adventu Christi. p. 254. Cod. Vat. 439. Alex. 19. Ex hoc serm. desumpta est Oratio, cujus init. p. 275. *Oro te*.

Threni de Divina retributione. p. 260.

Pia ad Deum Oratio. p. 262. Cod. Vat. 439. Alex. 19.

Lamentatio de die Judicii. p. 263.

Alia ejusdem Lamentatio. p. 263. *Recordatus sum diei illius atque contremui*. Cod. Vat. 790.

Lamentatio ad Animam negligentem. pag. 264.

Confessio, & deprecatio. p. 266. Cod. Alex. 19.

Oratio ad Deum. Deus juste & laudabilis. p. 268.

Oratio in Tribulatione. pag. 272. *Domine ne in furore tuo arguas me*.

Oratio ad obtinenda salutaria. p. 273. *Domine si voluntas tua est*.

TOMO II.

Narratio ad Monachos de sua conversione. p. 1. Potiùs est narratio Monachorum de Ephræmi conversione, de qua vide tom. 3. pag. 99.

Canticum de Amore Doctrinæ. p. 8. in Syrorum Codicibus passim.

Epistola ad Joannem Monachum, de Patientia &c. Cod. Vat. 439. 440. 441. 442. Alex. 19. 45.

Admonitoria oratio in formam epistolæ. pag. 18. Cod. Vat. 439. Alex. 19. 45.

De virtute ad Novitium Monachum, Adhortationes quatuor. pag. 23. Cod. Vatic. 440. 441. 442. 443. Alex. 19. 45. Ubi in octo adhortationes dividuntur.

De Virtute Capita decem. pag. 40. Cod. Vat. 439. 440. 441. 442. 443. Alex. 19. 45. Hunc sermonem rejicit Rivetus, quòd cap. 8. pag. 50. testimonium ex Irenæo lib. 1. adversùs Hæreses cap. 1. Ephræmus afferat. Sed quis Riveto indicavit, Irenæum licet Græco sermone scripsisset, non fuisse ab Ephræmo lectum, aut saltem in sermonem Syriacum conversum? nam Sanctum Doctorem Græcè calluisse, vidimus suprà pag. 55. Irenæum autem etiam à Syris scriptoribus citari, testis est Philoxenus Mabugensis, qui plura ex eo loca Syriacè profert, ut ex Codicibus Nitriensibus liquet.

Sermo asceticus in illud, attende tibi ipsi, *Capita duodecim*. pag. 56. In laudatis Codicibus Vaticanis, & Cod. Alexand. 19. Laudat Vitam S. Antonii ab Athanasio editam, cap. X. p. 79. hanc enim vel Græcè legerat, vel saltem Syriacè, ut mox indicavimus.

Sermo Paræneticus in illud, attende tibi ipsi. pag. 85. Cod. Vat. 439. Alex. 19. 45.

Paræneses, seù Adhortationes quinquaginta ad Monachos. p. 87. Cod. Vat. 440. 441. 442. 443. Alex. 19. 45. In trigesima adhortatione meminit cujusdam Stylitæ: quod argumento est, nonnullas ex his quinquaginta adhortationibus ad alium quempiam Monachum, Simeone Stylitarum Patriarcha posteriorem, referendas esse, ut docet Tillemont. tom. 8. pag. 756.

Apophtegmata, & narrationes de varia doctrina, Capita centum. p. 221. Cod. Vat. 439. 440. 441. 442. 443. Alex. 19. 45.

De Perfectione Monastica. pag. 247. Cod. Vatic. 441. 442. Alexandr. 19. 45.

De Panoplia spirituali. pag. 258.

Sermo asceticus ad fratres. pag. 263.

De Pœnitentia, & secundo adventu Domini. pag. 270. Cod. Vat. 442. 729.

TOMO III.

Sermo asceticus ad imitationem Proverbiorum. pag. 1. Cod. Alexand. 19.

Sermo Asceticus de vita religiosa. pag. 34. Cod. Alex. 19. Hujus sermonis pars est Oratio, cujus initium tom. 1. pag. 268. *Dominus Salvator*; & alia, quæ incipit p. 271. *Exurge*: & alia ibid. *obsecro te*.

De Pœnitentia. pag. 58.

De compunctione animi. p. 90. Cod. Vat. 729. 1192. Palat. 269. 364. Alex. 19.

Con-

Confessio, & sui ipsius reprehensio: seù narratio de sua conversione. pag.99. Cod. Alex. 19.

Pia, & humilis ad Deum oratio. pag.119.

De Noë, & continentia. p.121. Cod. Vat. 439.

De Abraham, & Isaac. p.122. Cod. 455.

De Loth. pag.128. Cod. 439.

De Joseph Patriarcha. p. 131. Cod. Vatic. 455. 468. 572. 695. 1190. 1216. 1255. Cod. Pal. 363.

In Danielem Prophetam, & tres Pueros. pag. 148. Codice Vaticano 439.

In Jonam Prophetam, & de Pœnitentia Ninivitarum. pag.150. Dupinius, & Tillemontius hunc sermonem, tamquam Ephræmo indignum, rejiciunt: sed extat Syriacè in Cod. Nitr. V.

In margaritam pretiosam. pag.163.

De natura Dei minimè scrutanda. pag.178.

De Transfiguratione Domini. p. 186. Cod. Vatic. 455. 561. 562. 820. 1216. 1641. 1671. 1673. Palat. 317. Plura sunt in hoc sermone, quæ indicant, auctorem ejusdem post Eutychianam hæresim floruisse, ut illud, *Ambas naturas, quæ convenerunt atque unitæ sunt in una hypostasi sive persona immutabiliter, & citra confusionem* &c. Quamobrem Dupinius tom. 2. p.571. & Tillemont. tom.8. p.757. ipsum Ephræmo Patriarchæ Antiocheno tribuunt. Certè antithesis illa, *Si Deus non erat, cur* &c. *Si caro non erat, cur* &c. quæ in eodem frequens est, iisdem planè verbis habetur apud D. Isaac Presbyterum Antiochenum sermone IX. de Fide adversùs Eutychianos & Nestorianos Cod. nostro Syriaco IV. fol.49. à tergo.

De Passione Domini. pag. 193. Cod. Vat. 439. Hujus sermonis pars est Oratio, quæ tom.1. pag. 275. incipit, *Domine Jesu Christe Rex Regum*, & alia cujus initium ibid. pag.276. *Adoro te Domine.*

Threni Beatæ Virginis super Passione Domini. pag.198.

In Crucem Domini. pag. 200. Cod. Vatic. 438. 562. 654. 702. 1216. 1259. 1636. 1641.

De Laudibus Beatæ Virginis. p.207. Hoc elogium cum Oratione sequenti ad Monachum quempiam Hierosolymitanum refert Tillemont. tom.8. pag.757.

Oratio ad Beatam Virginem. p. 210.

In Mulierem Peccatricem. pag. 213. Cod. Vat. 438. 562. 564. 1216.

In S. Basilium. pag.225. Apud Coteler. monum. Eccl. Græc. tom. 4.

In Sanctos Quadraginta Martyres. pag.230. Cod. Vat. 679.

In omnes Sanctos Martyres. pag.240. Cod. Vat. 866. 1633. 1636. 1641. Cod. Palat. 245. Allusio nominis *Pauli* ad παῦλαν, idest *quietem*, in sermonem Syriacum cadere nequit: non tamen idcircò sermo iste ab Ephræmo rejiciendus, quod pag. 243. dicatur, *Ac Paulus mutato nomine vocatus*, παῦλαν, *quietem*, *præbuit Christi discipulis*: quia S. Doctor loquitur dumtaxat de mutatione nominis *Saul* in *Paulum*: cætera Græcus interpres de suo ingeniosè adjecit.

De laudibus Sanctorum Martyrum. pag.245.

Vita B. Abramii. pag. 250. Codice Vatic. 297. 866.

De Juliano Monacho. pag.264.

De Patribus tempore suo defunctis. pag. 269. Codic. Vatic. 439. 441. Alex. 45. Palat. 269.

Sermo alius in eosdem. pag.272. Cod. Vat. 438. 439. 441. 562. Alexand. 19.

Ex eodem sermone tetrasyllaba oratio. p. 276. Cod. Vat. 439. Alexan. 19.

Sermo heptasyllabus in idem. p. 277. Cod. Vat. 439. Alex. 19.

Sermo in eos, qui obdormierunt in Christo, & de vanitate hujus vitæ &c. pag. 278. Codice Vaticano 702.

Testamentum. pag.289. Cod. Vatic. 438. 440. 790.

Ex hoc Catalogo deprehendere licet, Vossium à Riveto injuriâ carpi, dum scribit lib. 3. cap. 21. eum Ephræmo supposuisse quæcumque opera sub aliorum Monachorum nomine repererat. Bonam Vossii fidem ostendunt mss. Codices Vaticani, qui disertum Ephræmi nostri nomen præferunt. Reliquos sermones, qui in iisdem Codicibus haud extant, ex Bibliotheca Cryptæ Ferratæ summa cum fide descripsit: non paucos etiam eorundem legere est in aliis Bibliothecis, & in nupera editione Oxoniensi. Consule Dupinium to. 2. pag. 557. & Tillemontium tom. 8. p. 746. qui Vossium quidem à Riveti calumniis defendunt; arguunt tamen, quod nonnullos sermones temerè separaverit. Item multos Tractatus Ephræmo abjudicant: jure, an injuria, suprà notavimus. Interim haud silentio prætereundum est, quod Dupinius pag. 575. de sententia Ephræmi notat circa peccatum Angelorum: scribit enim, eum affirmare, Angelos è cœlo lapsos fuisse, quod filias hominum violassent. At vidimus suprà in genuino Ephræmi Opere pag. 128. eum contrariam sententiam probare.

CA-

CAPUT VII.

Isaac Senior.

I. Isaac Senior, Ephræmi Discipulus.

ISAACUM præcipuis S. Ephræmi Discipulis accenset Auctor Syrus Vitæ ejusdem in Cod. Nitrien. V.

ܘܠܝܘܡܐ ܕܢܝܚ
ܫܪܝܐ ܘܥܒܕ ܠܗ ܬܠܡܝܕܐ : ܡܢܗܘܢ
ܕܡܫܬܥܪܝܢ ܬܪܝܢ ܘܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ
ܡܥܡܝܢܐ ܚܟܝܡܐ ܘܡܘܕܥܢ : ܐܝܣܝܢܐ
ܘܥܡܕܐ ܐܢܫܐ : ܐܝܣܝܢܐ ܘܡܬܩܪܝܢ
ܥܡܕܐ : ܐܝܣܝܢܐ ܘܥܡܕܐ ܕܡܪܝܡ :
ܐܝܣܝܢܐ ܘܠܐ ܡܟܬܒ ܥܡܕܗܘܢ :

Plurimos, inquit, *Ephræmus habuit Auditores: insignes tamen præ cæteris ejus Discipuli celebrantur, Zenobius Ecclesiæ Edessenæ Diaconus*, ISAAC, *Simeon, Abraham, & alii, quos consultò prætermittimus.*

II. Cum Isaaco Presbytero Antiocheno perperàm confunditur.

Ejusdem meminerunt Syri, Arabesque Scriptores ferè omnes, ut Joannes Maro in Tractatu adversùs Nestorianos & Eutychianos: Gregorius Barhebræus, vulgò Abulpharagius in Histor. Dynastiarum pag. 91. Georgius Elmacinus Homaidus in Chronico de Theodosio Juniore, & Ebnarrahebus in Chronico Orientali, quod Cl. Abraham Ecchellensis edidit, pag. 435. licet perperàm eumdem cum altero Isaac Presbytero Antiocheno confundant, de quo infrà sermo erit.

III. Ejus scripta.

Huic Isaaco locum inter Scriptores Syros tribuit laudatus Auctor Vitæ Sancti Ephræmi loco citato:

ܘܡܢ ܕܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ
ܐܝܬܘܗܝ ܡܫܬܡܥܝܢ ܫܪܝܐ ܐܝܬܝܗ
ܕܐܝܣܝܢܐ ܕܐܝܬܝ ܠܗ ܐܝܬܘܬܐ
ܕܡܪܝܡܐ ܕܐܠܗܐ ܐܝܬܝ ܠܗ
ܕܫܪܝܐ ܕܥܠ ܟܠܗ ܐܝܬܘܬܐ :

Porrò singuli ex ejus Discipulis secundùm datam sibi sapientiam Sermones, & Expositiones, seù Commentaria scripserunt; & Divino lumine illustrati, multis mortalibus veritatis lucem & sempiternam salutem attulerunt. Ei, si bene conjicio, adscribendum est Opus, quod refert Gennadius in Catalogo cap. 26. in hæc verba: *Isaac scripsit de tribus Personis Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnatione Domini Librum obscurissimæ disputationis & involuti sermonis*: quem Cl. Jacobus Sirmondus inter *Opuscula veterum Patrum dogmatica* edidit Parisiis anno 1630. Nam Isaac alter, quem idem Gennadius cap. 66. *Presbyterum Antiochenum* vocat, non Ephræmi Discipulus fuit, sed Zenobii, ut infrà ostendemus. Quod verò Sirmondus ex Codicis Pithœani fide notavit, Isaacum istum ex Judæo Christianum fuisse, suspicabatur Vir doctus aliquod in eo Codice vitium. Quandoquidem si Isaac Judaicâ sectâ relictâ Christianam fidem amplexus fuisset, id utique Gennadius, ejusque abbreviator Honorius Augustodunensis in Catalogo notassent.

IV. Suffridus Petri Leovardiensis refellitur.

De ejus ætate hæc scribit Suffridus Petri Leovardiensis in Notis ad Catalogum Gennadii: *Hic Isaac neque Thrithemio, neque ejus appendici notus est; floruisse autem videtur circa annum* 450. *quantùm ex consequentia Catalogi apparet*. Imò ex consequentiâ Catalogi apparet, ipsum floruisse circa annum 380. Nam præmittitur Macario Ægyptio, & Evagrio Pontico, quorum ætas ad annum 400. vix extenditur: saltem Macarii, quem circa annum 390. obiisse, infrà ostendemus. Certè Sirmondus Isaacum ante annum 400. collocat. Neque obstat, quod idem Isaac apud Gennadium cap. 26. & apud Sirmondum p. 151. duas in una Christi persona naturas disertè asserit: nam his etiam vocibus plures Græcos Latinosque Patres ante Ephesinæ & Chalcedonensis Synodi tempora usos fuisse, demonstrat Peta-

tavius de Incarnat. lib. 3. cap. 6. & 7.

CAPUT VIII.

Balæus Syrus.

I. Balæus Ephræmo, & Isaaco æqualis.

BALÆUM, celeberrimum apud Syros Pentasyllaborum Hymnorum Scriptorem, ad Ephræmi, & Isaaci tempora refert Gregorius Barhebræus in Ethicis Par. 1. cap. 5. sect. 4. ubi de Cantuum Inventoribus hæc habet verba:

ܡܬܝܗܒ ܡܢ ܕܡܢ ܐܝܟܢܐ ܕܫܪܪܐ
ܕܫܘܪܝܐ ܫܪܝܪܬܐ ܕܬܫܒܚܬܐ ܕܟܝܢܐ
ܕܩܢܘܢܐ . ܡܢ ܐܝܢܐ ܕܫܢܐ ܕܐܦܪܝܡ
ܩܫܝܫܐ ܕܡܢ ܗܘܐ ܫܘܒܚܐ ܕܩܢܘܢܐ
ܕܢܝܩܝܐ ܕܥܒܕ ܠܗ ܚܕ ܡܢ ܫܘܒܚܐ
ܕܫܘܪܝܐ ܕ

nacho, qui Abbas Cosmas apud ipsos (Græcos) *appellatur. Hic autem Cyclicos Canones invenit, qui præ Græcis Cyrini Cantibus sunt longè jucundiores. Licet autem Cyrinus Chalcedonensem Synodum profiteretur, Cantibus tamen suis nihil eorum obtrusit, quæ Schismati occasionem præbuere.* (nimirùm, in iis de una, vel duabus Christi naturis non meminit.) *Qua de causa conscripti ab eodem Cantus in nostras Ecclesias, tùm in Oriente, tùm in Occidente,* (idest, in Chaldæa, & Mesopotamia,) *introducti sunt, teste præstantissimo Episcopo Lazaro Bar-Sabta.* Hactenus Bar-hebræus, qui exactum tempus, quo quisque Carminum Syriacorum inventor floruerit, ætatemque notat. Unde liquet, Balæum nostrum Isaaco Ephræmi Discipulo æqualem fuisse. Interim haud silentio prætereunda est Joannis filii Gariri Presbyteri Damasceni inscitia, qui anno Græcorum 1956. Christi 1645. Ethica Gregorii Bar-hebræi è Syriaco sermone in Arabicum convertit, ut in Cod. Ecchell. XII. Nam quod Bar-hebræus Syriacè dixerat,

ܓܝܪܓܝܣ ܕܥܡܡܐ ܬܝܐܐ :

Georgius populorum Tajorum, seù Arabum, ipse reddidit Arabicè,

جاورجى الشعوب الاسلامية :

Georgius populorum Islamitarum, hoc est, *Mahometanorum*, quasi Georgius fuerit Mahometanorum Episcopus, aut sub eorum imperio, ut interpretatur Naironus in Evoplia. Sed Bar-hebræus aliud hìc intelligit, nec de Mahometanis loquitur, aut de initio Imperii Saracenici; verùm de Arabibus Christianis, quibus Episcopos præfuisse, etiam per deserta loca, vastasque solitudines, discimus ex Socrate lib. 3. c. 27. ubi in Epistola Patrum Concilii Antiocheni ad Jovianum Imperatorem Theotimi Arabum Episcopi nomen subscriptum legitur. Idem tradit Theodoretus lib. 4. Hist. Eccles. c. 23. de Mose Saracenorum Episcopo sub Mavia Regina. Dionysius quoque Jacobitarum Patriarcha in Chronico Syriaco ad annum Græcorum 862. Christi 551. asserit, Theodorum creatum fuisse Episcopum Irtæ, seù ditionis Naamanis, ܕܢܥܡܢܝ ܘܬܚܘܡܗ : nimirùm Arabum Christianorum, qui Naamani dynastæ parebant: & huic Joannem anno Græcorum 928. successisse: Joanni demùm Georgium nostrum anno 961.

II. Differt à Beleo Monacho, & à Paulona Presbytero.

Laudatur Balæus, unà cum Ephræmo & Isaaco, in Libro Syriaco, cui titulus ܒܝܬ ܓܙܐ *Beth-gaza*, de quo consule Hottingerum in Biblioth. Orientali pag. 287. Alium existimo à Beleo monacho, Abbatis Mios magistro, de quo in Apophtegmatibns Patrum apud Cotelerium tom. 1. monumentorum Ecclesiæ Græcæ pag. 570. Noster enim in Syria claruit; At ille in Ægypto. Illud verò certum est, Balæum nostrum malè confundi cum Paulona Ephræmi Discipulo, quem veluti à recta fide apostatam, Sanctus magister in Testamento rejicit: nam Balæus Syriacè dicitur ܒܠܝ *Balai*; ille vero ܦܘܠܘܢܐ *Paulona*, quem etiam Paulinum Presbyterum vocat Gennadius de Ecclesiasticis Scriptoribus cap. 3. & post obitum Ephræmi Præceptoris contraria Fidei multa scripsisse testatur: contrà Balæus semper ut Orthodoxus habitus fuit, nihilque composuit, quod ego sciam, Orthodoxæ fidei absonum. In Concilio Chalcedonensi Actione X. Accusatores Hibæ Episcopi Edesseni quinto ei loco objiciunt, quod Balleum quendam, infamem virum, Presbyterum ordinasset. Sed præterquàm quod in Græca editione *Valentius* pro *Balleo* legitur, illud factum de Balæo nostro intelligi nequit, qui ante Ephesinæ Synodi tempora à Bar-hebræo collocatur, ut vidimus suprà. Atqui Hibas Concilio Ephesino posterior fuit: nam Episcopatum Edessæ tenuit ab anno Chri-

Christi 435. usque ad annum 458. ut infrà ex Edesseno Chronico demonstrabimus.

III. Ejus scripta.

Scripsit Balæus ligatâ oratione, metro Pentasyllabo, cujus specimen vide apud Naironum Evopl. Par. 1. pag. 51. Hoc Carminum genus in Divinis Syrorum Officiis ad finem Nocturni occurrit semper cum hac Rubrica, ܡܪܝ ܚܛܝܐܐ *Qui peccatorum misereris*. Ipsum etiam imitatur Hebedjesu Sobensis Episcopus in Paradiso suo, (sic enim inscribit Librum Carminibus quinquaginta comprehensum,) ubi carmine sexto disertam Balæi nostri mentionem facit.

Quinque Hymnos sub Balæi metro in Codice Nitriensi XVII. habemus: nimirùm, I. fol. 184. cujus initium, ܐܘܗ ܕܥܠܡܐ ܚܝܒܐ : *ò pravum sæculum*. II. fol. 189. ܐܚܝܢ ܢܬܒܘܢ : *Fratres, consideremus*. III. fol. 190. ܐܘܗ ܡܪܝ ܕܚܝܐ ܘܕܥܠܡܐ ܡܬܩܢܬ : *Heus tu, qui vitâ sæculi frueris*. IV. fol. 192. ܬܢܚܡܘ ܒܦܪܝܣܐ : *consolamini in promissis*. V. fol. 194. ܒܝܘܡܟ ܕܡܬܓܠܐ : *In die tua, quum revelabitur*. Quibus subjungitur Sextus metro Tetrasyllabo, incipitque, ܙܕܝܩ ܕܦܬܚ ܒܦܪܨܘܦܐ ܕܥܠܡܐ : *Juste, cujus ostium in faciem malorum occluditur*. Omnes autem Parænetici sunt, & Balæo fortassè adjudicandi, præter quartum, qui Ephræmum habet auctorem, quum inter ejusdem hymnos de Paradiso legatur num. 7.

In Codice Nitriensi V. fol. 152. à tergo, extat Hymnus de obitu, Aaron Summi Sacerdotis sub expresso nomine Balæi, cujus initium, ܐܡܪ ܡܘܫܐ : *Dixit Moyses*. Est autem Tetrasyllabus: nam licet Balæus metro Pentasyllabo cuncta ferè opera ediderit, quandoque tamen aliis Syrorum metris lucubrationes suas alligavit, ut Tetrasyllabo, & Heptasyllabo: quemadmodum Ephræmus ipsius magister, Sozomeno teste lib. 3. cap. 16. nullum metri genus reliquit, quod non usurpaverit. Non enim iis assentiri possum, qui asserunt, Ephræmum, Balæum, & Jacobum trium metrorum, nimirùm quinque, septem, & duodecim syllabarum, primos Inventores fuisse. Ante ipsos Bardesanem, & Harmonium hisce metris Opera plurima conscripsisse, ostendimus suprà in Ephræmo.

CAPUT IX.

Zenobius S. Ephræmi Discipulus.

I. Zenobius Ephræmi Discipulus.

ENOBIUS, Divi Ephræm Discipulus, laudatur ab eodem Sancto Doctore in Testamento, ܐܢܫܐ ܓܒܪܐ ܙܢܘܒܝ ܘܨܝܕܐ ܘܩܪܒܐ. ܐܝܟ ܢܘܪܐ ܕܢܝܪ ܒܝܥܪܐ ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܡܠܬܟ ܘܢܫܬܪ ܡܘܬܪܐ ܕܕܚܠܐ. ܐܝܟ ܕܐܪܝܐ ܕܡܫܒܚ ܒܝܥܪܐ ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܡܠܬܟ ܕܢܫܒܪ ܡܘܬܪܐ ܕܫܝܥܐ. ܗܐ ܕܓܒܪ ܕܕܘܝܕ ܢܨܚ ܠܓܠܝܬ ܒܢܝ ܫܝܥܐ. ܗܘ ܕܢܨܚ ܠܗ

roris. Propheticis utere armis, & Apostolicam indue galeam. Aderit tibi Deus tuus, subsidiaria cohors invicta. Ubi *Gaziræus* nuncupatur, quasi oriundus ex *Gazira*, seù *Insula*: Sic appellant Syri Mesopotamiæ partem, quæ Euphrate undique clauditur. Vide quæ suprà notavimus in Testamento S. Ephræm pag. 144.

II. Ecclesiæ Edessenę Diaconus, & Magister Isaaci Presbyteri Antiocheni.

Auctor Syriacæ Ephræmi vitæ, Zenobium Ecclesiæ Edessenæ Diaconum appellat. Magistrum Isaaci Doctoris eundem nuncupat Joannes Barsusan Jacobitarum Patriarcha, cujus verba refert Abraham Presbyter Mardenus in Cod. nostro Syriaco IV. infrà producenda.

III. Ejus scripta ex Hebedjesu.

Ejus scripta refert Hebedjesu in Catalogo pag. 38. ܙܢܘܒܝܘܣ ܟܬܒܐ ܕܡܪܩܝܘܢ ܗܘ : ܘܠܦܠܓܘܢ . ܘܠܐܓܢܛܘܣ ܘܠܐܒܪܗܡ ܘܠܐܝܘܒ : *Zenobius scripsit contrà Marcionem, & contrà Pamphylium. Item Epistolam ad Isidorum, & Lucillum, & Abraham, & Job.* Non paucos reperio Syros, qui contra Marcionem scripserunt. Unde conjicere est, Marcionistarum hæresim in Syria valdè propagatam fuisse: quod etiam testatur Theodoretus in Philoth. in vita S. Jacobi, & lib. 5. hist. eccles. cap. 31.

CAPUT X.

Absamias Presbyter Edessenus.

I. Absamias Ephræmi ex Sorore Nepos, ac Presbyter Hymnos de Hunnis conscribit.

BSAMIAS Divi Ephræmi ex sorore Nepos, ac Presbyter Edessenus, magnam doctrinæ famam apud Syros obtinuit circa annum Christi 400. Ex ejus scriptis nil hactenus reperire potui. Laudatur tamen à quibusdam Historicis Syris, & inter Scriptores collocatur. Hæc de ipso in Chronico Edesseno leguntur: ܫܢܬܐ ܕܡܪܝܐ ܡܫܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܥܠܝܗ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܒܐܪܥܐ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܗܘ ܕܒܘܥܐ ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܠܗ : *Anno* (Græcorum) 715. (Christi 404.) *Absamias Presbyter, sororis beati Mar Ephræmi filius de Hunnorum excursione in Romanorum ditionem Hymnos & Sermones composuit.* Idem habet de Absamia Dionysius Jacobitarum Patriarcha in Chronico: ܫܢܬܐ ܕܡܪܝܐ ܡܫܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܥܠܝܗ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܡܢ ܐܪܥܐ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܗܘ ܕܒܘܥܐ ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ ܘܡܫܡܫܢܐ : *Anno* Græcorum 708. (Christi 397.) *florebat Absamias Doctor, Sancti Ephræmi ex Sorore nepos, qui de Hunnorum excursione Hymnos composuit.*

II. Abselamus ab Hebedjesu perperàm appellatur, & ex Presbytero Episcopus Edessenus fingitur.

Ejusdem meminit Hebedjesu in Collectione Canonum Synodalium Par. I. cap. 3. fol. 61. in Codice Syriaco Vaticano XLVI. quamvis eum pro Absamia appellet ܐܒܣܠܡܘܣ *Abselamum*, & ex Presbytero faciat Episcopum Edessenum: nam loquens de trecentis decem & octo Patribus Nicænis: Omnes, inquit, vulnera & cicatrices pro Christi confessione gerebant, præter hos undecim Episcopos, qui sequuntur: videlicet: ܐܒܣܠܡܘܣ ܕܡܫܝܚܐ ܘܡܘܪܝܐ ܘܡܢ ܫܡܝܐ ܘܡܢ ܐܪܥܐ . ܡܫܝܚܐ ܘܡܫܡܫܢܐ . ܡܪܝ ܘܝܘܚܢܢ . ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ . ܡܪܝ ܐܓܢܛܘܣ . ܡܪܝ ܠܘܩܝܣ . ܡܪܝ ܦܠܓܘܢ . ܡܪܝ ܐܝܣܝܕܘܪܘܣ . ܡܪܝ ܐܝܘܒ . ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ . ܡܪܝ ܐܝܣܝܕܘܪܘܣ . ܡܪܝ ܐܝܘܒ .

ܐܒܫܠܡܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ: *Abselamus Edessæ Episcopus, sororis Sancti Ephræmi filius: Jonas Circesii: Maras Doræ: Georgius Singaræ: Jacobus Nisibis: Maruthas Maipherakæ: Joannes Lystrorum: Simeon Amidæ: Adæus Aghel: Eusebius Cæsarææ: & Joseph Nicomediæ*, (sic vocat Eusebium Nicomediensem.) Textus intentum satis probat, etsi scateat erroribus. Falsum enim est Abselamum fuisse Episcopum Edessæ; quum ex chronico Edesseno habeamus, Aitilaham Edessenæ Ecclesiæ præfuisse ab anno Græcorum 635. usque ad annum 657. hoc est, uno anno antequam Nicæna Synodus fieret, usque ad annum Christi 346. & in actis ejusdem Synodi nomen Aitilahæ Edesseni subscriptum sit, non Abselami. Falsum quoque est, omnes Episcopos, præter nominatos, cicatricibus pro Christi confessione notatos fuisse: Alexander enim Alexandrinus, Macarius Jerosolymitanus, aliique non pauci, nulla à Tyrannis vulnera acceperunt. Æquivocasse credo Hebedjesu in eo, quod omnes Episcopi in damnatione Arii consensere, præter duodecim: quod verum est. Vide Baron. ad annum 325.

CAPUT XI.

Gregorius Abbas.

I. Gregorius Epiphanio æqualis.

REGORIUS, monasterii cujusdam in Palæstina Abbas, quarto vergente sæculo claruit, S. Epiphanio æqualis. De eo hæc legimus in epistola ejusdem S. Epiphanii ad Joannem Patriarcham Hierosolymitanum, quam Sanctus Hieronymus Latinè reddidit. *Sed & illud vehementer admiratus sum, quod meis loquutus es Clericis, asserens te per Sanctum Presbyterum & Abbatem Monachorum Gregorium mandasse mihi, ne quemquam ordinarem, & ego hoc pollicitus sim &c.* Loquitur Epiphanius de Pauliniano D. Hieronymi fratre, quem ipse in suo monasterio, *Ad* nuncupato, Diœcesis Eleutheropolitanæ, Presbyterum, Joanne inconsulto, creaverat; Joannes enim objiciebat Epiphanio, quod per Gregorium Abbatem, & Zenonem Presbyterum admonitus, ne quemquam ordinaret, ordinasset tamen, & in aliena Diœcesi ordinasset.

II. In Cypro Abbas.

E Palæstina in Cyprum navigasse Gregorium, ibique Monachis præfuisse, colligimus ex Codice nostro Syriaco VI. fol. 319. à tergo, ubi domicilium in Cypro fixisse disertè dicitur his verbis: ܡܐܡܪܐ ܕܓܪܓܘܪܝܘܣ ܡܢܙܪܝܐ ܕܩܦܪܘܣ ܒܝܬ ܡܢܙܪܐ: *Sermo Sancti Gregorii Monachi in insula Cypro.* Id etiam non obscurè indicat Gregorius ipse in Cod. Nitr. XIX. ubi Theodorum & Epiphanium sic alloquitur: ܐܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܛܒܬܐ ܕܥܒܕܬܘܢ ܥܡܝ ܡܛܠ ܕܐܙܠܬ ܒܬܪ ܡܪܝܐ ܩܕܝܫܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܬܝܬܘܢ ܘܟܝܪܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܩܒܠܬܘܢ ܗܠܝܢ ܬܪܬܝܢ ܕܠܐ ܐܬܪܝܢ ܡܢܗ ܡܢ ܟܠ ܡܢ ܕܡܬܩܪܝܢ ܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ: *Verùm & hoc multum vobis debeo pro caritate, quam erga me ostendistis: quia quum ad hanc Insulam venissem, vos duo me propter Deum post Archiepiscopum sequuti estis, & summo honore assecistis.* Ex quibus verbis liquet, Epiphanium ad Episcopatum Salaminæ in Cypro evectum fuisse, postquam Gregorius in eadem Insula Monachis præfectus fuerat: nam eum veluti Abbatem idem Epiphanius unà cum Theodoro consuluisse dicitur in laudato Codice Nitriensi; Et quidem Archiepiscopo

Cy-

Cypri adhuc vivente, cui posteà ipse Epiphanius successit. Prætereà in Codice nostro Syriaco VI. duæ Gregorii Epistolæ ad Epiphanium leguntur, in quibus ille tamquam senex & Abbas, Epiphanium ut juvenem & Monachum alloquitur; filium enim suum vocat, & ad arctioris disciplinæ cursum excitat.

Unde colligo tria. Primum, Gregorium relicto Monasterio, cui in Palæstina præfuerat, in Cyprum profectum fuisse ante Epiphanium, ibique Monachis etiam præfuisse, è quorum numero Epiphanius ipse posteà fuerit. Alterum, Epiphanium non simul atque Salaminam pervenit, illius urbis creatum fuisse Episcopum, ut indicare videtur Polybius ejusdem vitæ auctor; sed aliquandiu in eadem Insula monachum egisse, donec Salaminæ Archiepiscopus ex hac luce migravit. Tertium denique, nostrum Gregorium alium fuisse ab eo, qui Zeugmatis ad Euphratis ripam Abbas fuit, & in extrema senectute vivebat, dum Philotheum Theodoretus publicavit, ut ejusdem Operis cap. 5. legitur: nec non à Gregorio Archimandrita monasterii S. Theodosii, quod in Eremo Hierosolymitana situm est, quem sibi ac Sophronio Sophistæ æqualem fuisse narrat Joannes Moschus in Prato Spirituali cap. 91. 92. Noster enim Gregorius vel ante, vel paulò post Epiphanium decessit, hoc est, circa annum Christi 400. Illi verò diù posteà floruerunt; præsertim Archimandrita S. Theodosii, qui anno sexcentesimo in vivis erat.

III. Syriacè scripsit.

Sobensis in Catalogo Gregorium Syris Scriptoribus accenset: Sic enim scribit pag. 91. ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܢܙܚܐ ܚܕܐ ܣܦܪ ܐܓܪܬܐ :

Gregorius monachus unum composuit Librum: nec non Epistolas. Et jure quidem: nam opera ejusdem, quæ ex mss. Codicibus Vaticanis mox recensebimus, Syrum auctorem redolent, non Græcum in Syrorum linguam conversum. Palæstini autem, qualis erat Gregorius, Syriacè loquebantur, teste D. Hieronymo in vita S. Hilarionis: & Epiphanium ipsum, Gregorii familiarem, Syriacè calluisse idem Hieronymus docet Apol. 1. & 2. adversùs Rufinum, ubi eundem πενταγλωσσον vocat, hoc est, linguarum quinque peritum, nimirùm Hebraicæ, Syriacæ, Ægyptiacæ, Græcæ, & Latinæ. In Cypro demùm sermonem Syriacum in usu fuisse, ostenditur ex ingenti Syrorum eam Insulam incolentium numero, quibus Episcopi etiam ex Syria non rarò præfuerunt, ut Spiridion & Epiphanius. Quumque Oriens post tertiam & quartam Synodum in factiones divisus esset, tres Cypri partes Syriacum Ritum amplexæ sunt, nimirùm Maronitæ, Jacobitæ, & Nestoriani, qui suos ibidem Episcopos habebant. Vide Acta Concilii Florentini, ubi Epistolæ Eugenii IV. leguntur ad duos Cypri Archiepiscopos, Maronitarum scilicet, & Nestorianorum: de quibus etiam Naironus in Evopl. Par. 1. pag. 92. Certè Jacobus Edessenus, qui initio octavi sæculi floruit, in Epistola ad Adæum Presbyterum de Benedictione Aquæ in nocte Epiphaniæ Cod. Ecchellensi IV. pag. 274. Proclum Cypri Episcopum laudat, eumque auctorem Orationis illius Syrorum, *Magnus es Domine* &c. agnoscit. Paulum etiam ejusdem Insulæ Episcopum è Græco in Syriacum sermonem convertisse triginta Nazianzeni Homilias deprehendimus ex annotatione, quæ in fine Codicis cujusdem Nitriensis in Scetensi Syrorum monasterio legitur in hæc verba: ܗܠܝܠܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܬܪܐ ܕܣܘܪܝܐ ܕܐܬܪܐ ܕܣܘܪܝܐ ܕܐܬܪܐ ܕܣܘܪܝ

ܐܘܡܬܐ ܕܐܘܪܬܗ ܕܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܩܫܝܫܐ ܕܡܬܪܓܡ ܡܢܗ ܘܫܪܐ ܕܒܗ ܫܘܠܛܢܐ ܕܟܠܗ ܡܠܬܗ ܘܡܢܗ ܐܬܥܒܕ ܟܠ ܥܒܕܘܗܝ ܘܟܠ ܡܬܩܢ ܗܢܐ ܘܒܠܫܢ ܣܘܪܝܐ ; *Tomus Primus Operum Gregorii Theologi, in quo triginta Homiliæ continentur. Transtulit eum è Græco in Syriacum Paulus Cypri Episcopus anno* (Græcorum) *nongentesimo trigesimo quinto* (Christi 624.) *Scriptus autem fuit, hoc est, assutus & compactus anno Græcorum* 1156. (Christi 845.) *sub Dionysio Patriarcha Antiochiæ, & Davide Episcopo Uremæ castri, quod apud Euphratem situm est.* Alterum in eodem Scetensi monasterio vidimus Operum Nazianzeni Codicem ab eodem Paulo Episcopo Syriacè redditum, qui scriptus esse dicitur anno Græcorum 1101. Christi 790. Neutrum tamen extrahere licuit, ut in Præfatione indicavimus.

IV. Opera ejus, quæ extant in Codicibus nostris. Sermones X.

1. *Sermo asceticus ad Monachos, ut sibi caveant à Dæmonum insidiis.* Extat in Codice nostro Syriaco VI. fol. 319. à tergo, ubi sic inscribitur, ܠܡܪ ܡܐܡܪܐ ܕܡܢܗܪܝܐ ܕܒܝܬ ܡܕܡܟܪܐ ܘܒܝܬܐ ܕܢܝܚܘܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܚܕܐ . *Item scribimus partem sermonis Sancti Gregorii Monachi in insula Cypro.* Incipit autem: ܠܐܚܘܗܝ ܐܒܗܬܝ ܘܒܢܝ ܥܕܬܝ ܕܡܪܝܐ ܕܒܟܠܗ ܫܘܪܝ ܘܒܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܘܟܠ ܡܕܒܪܘܗܝ ܫܕܝܘ ; *Patribus, Fratribus, ac Filiis meis, qui pro vero Domini, ac Redemptoris nostri Jesu Christi amore, sensibile hoc sæculum, cunctasque ejus operationes abdicarunt.* Ex præfixo operibus Gregorii titulo, & ex iis, quæ sequentibus sermonibus præmittuntur, palàm fit, non integros ejusdem Tractatus, à Sobensi memoratos, in nostris Codicibus exhiberi, sed partem dumtaxat.

2. *De animi affectibus.* ܐܝܬ ܕܐܡܪܝܢ ܕܐܢܬ ܗܘ ܡܬܬܪܥܝܬܐ ܕܢܦܫܐ ; *Quidam aiunt, mentem esse commotionum animi causam.* In Codice Nitr. XIX.

3. *Exhortatio ad Monachos.* ܚܙܘ ܐܚܝ ܕܡܢܙܚܐ ܕܫܐܪܘܬ ܕܫܐܪܝ . *Videte, Fratres mei Monachi: cavete vobis à Dæmonum insidiis.* In Cod. nostro Syriaco VI. fol. 334.

4. *Ex sermone quarto fragmentum.* Extat in Codice Nitrien. XIX. cujus initium: ܐܝܟ ܕܡܟܝ ܒܐܪܚܐ ܕܡܬܩܢ ܘܡܬܪܚ . ܐܝܟܢܐ ܕܐܙܠ ܒܐܪܚܐ ܩܫܝܬܐ ܘܩܫܝܬܐ . *Quemadmodum qui longam asperamque iniit viam.* In eodem Codice Nitr. XIX.

5. *Ex sermone quinto.* ܒܬܠܬ ܡܕܡܢܐ ܕܩܕܝܫܐ . ܕܩܕܝܫ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܫܪܐ ܘܡܬܝܕܥ ܕܩܕܝܫ ܗܢܐ ܡܫܟܢ ܘܡܬܝܕܥ ܠܐ ܡܬܝܕܥ . *In tribus hisce sanctis rebus sancta ac divina virtus manet, & inhabitat.* In eodem Codice Nitr. XIX.

6. *Ex sermone sexto de Fratribus Monachis, qui Cœnobiis, & Monasteriis præficiuntur.* ܒܬܠܝܬ ܡܕܡܢܐ ܕܐܚܐ ܕܡܢܙܚܐ ܕܡܬܩܢܝܢ ܒܥܕܬܐ ܘܒܡܢܙܚܐ . ܠܐ ܬܗܘܘܢ ܠܬܠܡܝܕܟܘܢ ; *Nolite itaque discipulos vestros despicere.* In eodem Codice Nitrien. XIX. Ejusdem sermonis pars

pars altera habetur in Codice nostro Syriaco VI. fol. 328. ubi incipit:

ܟܕ ܕܝܢ ܢܗܘܐ ܡܫܡܫܢܐ ܠܐ ܟܝܠܐ
ܕܢܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܚܝܢ ܒܟܠ ܫܘܦܪܐ
ܘܫܠܡܘܬܐ ܕܡܠܬܐ ܗܘܐ ܠܡܬܠܐ .

Præfectum autem Cœnobio oportet talem se præbere, ut cunctis Fratribus probitate morumque integritate exemplo sit.

7. *Sermo septimus de sancta contemplatione, seù Theoria, quæ Syriacè Visio Divina interpretatur.*

ܡܐܡܪܐ ܫܒܥܝܐ ܕܥܠ ܐܬܪܬܐ ܕܚܙܘܬܐ
ܕܐܠܗܝܬܐ ܕܡܬܪܓܡܐ ܚܙܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ .
ܡܢܗ ܣܓܝܐܝܢ ܡܢ ܡܠܝܐ ܕܟܬܒܐ
ܕܚܙܘܬܐ ܕܐܠܗܝܬܐ ܕܟܬܒ ܘܡܨܥܝܢ
ܕܟܬܒ ܘܡܬܟܬܒܝܢ ܠܘܚܝܐ ܕܠܒܐ :

Quoniam multi conati sunt falsam opinionem statuere, mutilantes textus, falsa opponentes, & verba sua componentes. In Codice Nitr. XIX.

8. *Sermo ad peregrinos Monachos, qui in cellis habitant.*

ܡܐܡܪܐ ܠܓܠܝܐ ܕܐܝܬܝܢ ܒܟܠܝܐ .
ܠܐ ܡܫܬܡܥ ܒܟܠܝܐ ܕܝܠܗ ܐܠܐ
ܒܫܬܩܐ ܘܒܟܠ ܡܕܡ ܕܡܬܡܠܠ :
ܐܝܟ ܕܐܡܪܢ ܒܡܐܡܪܐ ܚܡܝܫܝܐ
ܕܡܪ ܒܪܝܫ ܡܐܡܪܐ ܕܡܐܡܪܢ ܗܘܝܢ ܒܫܬܩܐ .

Fratres autem, qui in Monastica institutione sunt antiquiores, sedeant cum silentio in cellis suis, sicut sermone quinto declaravimus. In Cod. Nitr. XIX.

9. *De virtutum exercitio per modum Interrogationis & responsionis ad amicos suos Theodorum, & Abbatem Epiphanium, qui eundem interrogaverant.*

ܡܐܡܪܐ ܕܡܬܬܪܓܡ ܫܐܠܬܐ ܘܦܘܩܢܐ
ܕܐܠܦܝܢ ܡܢ ܬܠܡܝܕܝܗܘܢ ܕܐܠܦܝܢ
ܬܐܘܕܘܪܘܢ ܘܐܦܝܦܢܝܘܣ ܐܒܐ ܕܐܬܪܐ
ܕܫܐܠܘ ܠܗ ܠܗܘ ܐܚܝ ܡܪܝ .

Quoniam sæpè inscitiam meam, Fratres, interrogastis. In Cod. Nitr. XIX. Tres quæstiones sub hoc sermone comprehenduntur. Prima,

ܡܐܡܪܐ ܕܡܢ ܩܪܝܢܐ ܕܢܦܫܬܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ .

De vocatione animarum, quæ fit à Deo; incipitque,

ܡܫܬܡܥ ܐܡܪ ܡܢ ܩܪܝܢܐ ܕܢܦܫܬܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܗܟܢܐ ܕܡܢ ܡܢܝܚܐ .

Monachus (Gregorius) *dicit: Vocatio animarum fit à Deo hunc in modum.* Secunda de sæculi abrenunciatione, cujus initium:

ܢܐܡܪ ܕܝܢ ܡܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܫܘܬܦ ܒܗ ܡܢ ܩܪܝܢܐ ܕܐܠܗܐ .

Dicamus modò de sæculi abrenunciatione, quæ fit ab iis, quos Deus vocavit. Tertia demùm:

ܡܐܡܪܐ ܕܡܢ ܬܪܓܝܠܘܬܐ ; *de virtutum exercitio*, quæ incipit:

ܟܕ ܐܬܝܢ ܡܢ ܩܕܡ ܐܒܐ ܕܡܢܐܬܐ ܕܐܠܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܢ ܡܪܝ ܕܐܠܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܢ ܡܪܝ ܕܐܠܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܢ ܡܪܝ :

Postera autem die, quæ erat feria sexta, post meridiem venimus ad cellam Abbatis Gregorii ego Theodorus, & Epiphanius frater meus.

10. *Responsio ad quæsita Monachorum de institutione Monastica.*

ܫܐܠܬܐ ܕܫܐܠܘ ܡܢ ܠܐܚܝ ܕܡܢܝܚܐ ܕܡܢ ܡܢܝܚܐ ܕܡܢ ܡܢܝܚܐ . ܡܢ ܡܢܝܚܐ . ܡܢ ܡܢܝܚܐ ܕܡܢ ܡܢܝܚܐ ܕܡܢ ܡܢܝܚܐ ܕܡܢ ܡܢܝܚܐ ܕܡܢ ܡܢܝܚܐ ܕܡܢ ܡܢܝܚܐ .

Fra-

Fratres dicunt. Rogamus te, ut sermonis faciendi onus sustinere velis propter Deum, nobisque edisseras, quale sit præcipuum opus &c. In Cod. nostro Syriaco VI. fol. 337. Exponit Gregorius mysterium eorum, quæ in Tonsura Monachi fiunt; ubi adamussim traditur Ritus tonsuræ Monachorum, qui etiamnum apud Syros observatur. Monastici etiam habitûs forma describitur, nimirùm, ܡܘܕܪܐ *tunica*, ܙܢܐ *zona*, ܟܘܠܠܐ *cuculla*, ܡܠܦܢܐ *pallium*, ܣܐܢܕܠܐ *calcei*: Demùm *convivium*, quod fit absoluta Tonsuræ solemnitate: & post convivium jubetur Monachus in Ecclesia septem diebus permanere. Sed de his alibi suo loco.

Epistolæ III. Epistola 1. *ad Theodorum Monachum.* ܠܬܠܡܝܕܐ ܕܚܕܬܐ ܕܡܪܝܐ ܕܝܫܘܥ ܕܨܒܝܢ ܕܢܦܫܗܘܢ ܕܢܫܘܕܘܢ ܘܐܪܚܐ ܩܫܝܬܐ ܘܡܨܥܬܐ ܕܢܥܒܪܘܢ ܒܗ ܠܡܘܢܐܟܐ ܕܫܪܝܪܐ ܕܢܬܩܢܘܢ ܒܗ. *Qui in nova præceptorum Jesu vita animas suas despansare volunt, & arctam angustamque hanc instituti Monastici viam amplecti.* In Cod. nostro Syriaco IV. fol. 326. Theodorus iste Gregorii Discipulus, Monachus & Abbas in Cypro fuit, ut habemus ex Codice Amidensi XV. fol. 46. ubi dicta ejusdem proferuntur.

Epistola 2. *ad Epiphanium.* ܠܡܪܝ ܕܝܫܘܥ ܕܡܫܝܚܐ. ܡܢܐ ܕܥܒܪ ܠܟ ܡܘܕܐ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܕܟܠܗ ܒܪܢܫܐ ܕܬܫܟܚ ܚܢܢܐ ܒܥܝܢ ܡܪܝ ܟܠܗ. *Quære tibi modum, peccator, ut coram summo Judice fiduciam invenias.* Pars hujus epistolæ habetur in eodem Cod. Syr. IV. fol. 329.

Epistola 3. *ad Epiphanium.* ܠܡܪܝ ܕܪܚܡ ܕܚܕܘܬܐ ܘܫܘܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܬܚܒܪܝܢ ܒܗ ܕܢܬܩܢܘܢ ܒܗ ܘܢܬܚܒܪܘܢ ܒܗ: *Qui sanctum amorem inquirunt, ut Divinam caritatem assequi valeant, ii sanctis fidei humilitatisque armis sese communiant.* In eodem Codice Syriaco IV. fol. 331.

CAPUT XII.

S. Maruthas Episcopus Tagritensis.

I. Maruthas Episcopus Tagrit, seù Maipherkin in Mesopotamia.

MARUTHAS Tagritensis in Mesopotamia Episcopus doctrina & miraculis claruit circa finem sæculi quarti. Cujus urbis Episcopatum gesserit, antiqui Scriptores Græci Latinique nusquam indicant. Syri tamen Tagritensem Ecclesiam eum rexisse, disertè scribunt, ut legere est in Chronicis, & in Codicibus Liturgicis passim: quam quidem urbem variis nominibus appellant, ܬܓܪܝܬ *Tagrit*, ܡܝܦܪܟܝܢ *Maipherkin*, ܡܝܦܪܟܬ *Maipherkat*, ܡܝܦܪܟܬܐ *Maipherakta*, & ܡܕܝܢܬ ܫܗܕܐ *Medinat-Sohde*, hoc est, *Martyropolis*, seù *urbs Martyrum*. Situm ejusdem Procopius lib. 1. de Bello Persico designat, scribens: *Persæ sub Cabade Martyropolim obsident, quæ in regione, quæ Sophosene dicta est, ab Amida ducentis & quadraginta stadiis distans ad Boream ventum, propè Nymphium fluvium, qui Persas à Romæis disterminat.* Idcircò à Photio Codice 52. Maruthas noster appellatur *Episcopus Sopharenorum*, idest, Sophosenorum, nempè urbis Martyropolis, quæ regionis Sophosenes Metropolis est. Baudrandius in novo Lexico Geographico pro 240. stadiis,

I. uthas Epi- us Tagrit, Maipher- n Mesopo- a.

ſtadiis, quibus Martyropolim ab Amida diſtare diximus, perperàm numerat ſtadia octoginta. Eam inſuper Epiſcopalem facit ſub Amideno Archiepiſcopo: quod tamen verum fuit uſque ad Saracenici Imperii initia dumtaxat: nam poſt occupatam à Saracenis Meſopotamiam, alia prorsùs fuit cùm Provinciarum, tùm Epiſcopatuum diviſio, ut Scriptores Syri Arabeſque docent; & Martyropolis quidem ad eam amplitudinem, atque magnificentiam ſub Imperio Habbaſidarum evaſit, ut Jacobitæ primum ſuæ ſectæ poſt Patriarcham Epiſcopum, quem *Catholicum* Græca voce appellant, & Syriacè *Maphrianum*, in eadem urbe ſedem habere voluerint. Quam ob cauſam Marutham noſtrum Syri recentiores *Catholicum Tagrit* ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܬܓܪܝܬ, & *Maphrianum Orientis* ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܝܢܚܐ appellare ſolent; eo ipſum nomine decorantes, quod nonniſi poſtremis temporibus ejus ſucceſſores Epiſcopi obtinuerunt.

II. Proficiſcitur Conſtantinopolim ſub Arcadio.

Chriſtianorum, qui in Perſide ſub Iſdegerde ſævissima perſecutionis procella jactabantur, commiſeratione motus Maruthas, Conſtantinopolim proficiſcitur, Arcadium Imperatorem rogaturus, ut Iſdegerdem in Chriſtianos pacatiorem reddere ſatageret. Eodem tempore Theophilus Alexandrinus ut Eudoxiæ Auguſtæ morem gereret, Epiſcopos adversùs S. Joannem Chryſoſtomum Chalcedone collegerat, inde in Urbem Regiam, quò ab Imperatore accitus fuerat, tranſmiſſurus. Adfuiſſe in eo Concilio Epiſcopos Syros, ſcribit Chryſoſtomus ad Innocentium Papam. Eorum tamen exemplum Marutham adeò non movit, ut oblatam eodem tempore occaſionem in Meſopotamiam remeandi illicò arripuerit, nullum exiſtimans in tanta rerum perturbatione locum ſibi relictum eſſe agendi cum Imperatore de Perſicæ Eccleſiæ rebus. Narrantur hæc à Sozomeno lib. 8. cap. 16. & à Socrate lib. 6. cap. 15. qui de Marutha hoc etiam ſubdit: *Sed Maruthas Epiſcopus Meſopotamiæ, fortè imprudens, Cyrini pedem calcavit: ille eo vulnere graviter affectus, Conſtantinopolim unàcum reliquis Epiſcopis transfretare non potuit: ſed ipſe quidem manſit Chalcedone, reliqui verò Conſtantinopolim trajecerunt.*

III. A Theodoſio Imperatore ad Iſdegerdem Perſarum Regem allegatur.

Extincto Arcadio, quum Theodoſius ejuſdem filius Imperium ſuſcepiſſet, Marutham ad Regem Perſarum Legatum deſtinavit, petens, ut à perſecutione Chriſtianorum deſiſteret, fœduſque cum Romanis ſtatueret. Quid in hac legatione Maruthas præſtiterit, audiamus Socratem lib. 7. cap. 8. *Fortè igitur*, inquit, *negotii cujuſdam neceſſitas tunc exegit, ut Maruthas Epiſcopus Meſopotamiæ, cujus paulò anteà mentionem fecimus, ab Imperatore Romano* (Theodoſio Juniore) *ad Regem Perſarum* (Iſdegerdem) *deſtinaretur. Rex autem Perſarum quum eum virum eximia pietate præditum eſſe deprehendiſſet, magnum illi honorem exhibuit, & tamquam Dei verè amicum auſcultavit. Ea res offendit animos Magorum, qui apud Regem Perſarum plurimùm valent. Verebantur enim, ne is perſuaderet Regi, ut Chriſtianam Religionem amplecteretur: etenim diuturnum capitis dolorem, quo Magi eum liberare non potuerunt, Maruthas precibus ſuis curaverat. Fraudem ergo comminiſcuntur Magi. Et quoniam Perſæ ignem colunt, ſolebatque Rex ignem perpetuò ardentem in æde quadam adorare, hominem quendam ſub terrâ occultantes, eo tempore, quo Rex adorare conſueverat, exclamare juſſerunt: Foras exturbandum eſſe Regem; impiè enim illum egiſſe, qui Sacerdotem Chriſtianorum Deo carum eſſe exiſtimet. His auditis Iſdegerdes, (hoc enim nomine vocabatur Rex Perſarum,) licet Marutham reverentiâ proſequeretur, dimittere tamen in animo habebat. At Maruthas verè Deo acceptus, oratio-*

tionibus vacabat, quarum subsidio fraudem Magorum detexit. Itaque Regem adiens, noli, inquit, ò Rex, ampliùs deludi; sed ingressus, postquam vocem audieris, effossa humo fraudem deprehendes: Non enim loquitur ignis, sed hominum fraus, & machinatio istud facit. Rex Maruthæ morem gerens, denuò in ædiculam ingressus est, in qua ignis perpetuò ardens servabatur. Quumque eundem vocem iterùm audisset, locum effodi jussit. Tùm is, qui vocem illam emittebat, quæ Dei esse putabatur, deprehensus est. Itaque Rex ira inflammatus, gentem Magorum decimationis supplicio addixit. Quo facto Maruthæ permisit, ut ubicumque vellet, Ecclesias ædificaret. Exinde apud Persas Christiana Religio latiùs propagata est.

IV. Iterùm in Persidem mittitur.

Maruthas verò tunc quidem è Perside discedens, Constantinopolim reversus est. Sed non longo post tempore, legatus iterùm missus est ad Persas. Atque iterùm Magi fraudes ac dolos excogitarunt, ne Rex ullo pacto eum admitteret. Tetrum enim fœtorem machinatione quadam excitarunt eo loci, quo Rex procedere solitus erat, eumque à Christianis excitatum esse calumniati sunt. Sed quum Rex, utpotè qui suspectos jamdudùm habebat Magos, fœtoris hujus auctores diligentiùs investigaret, rursus deprehensum est, pestiferi illius odoris artifices Magos esse. Rursùs ergo multos ex illis supplicio affecit; Marutham verò majori adhuc in honore habuit. Et Romanos quidem deinceps dilexit, eorumque amicitiam amplexus est. Parùm autem abfuit, quin ipse Christianus fieret, quum Maruthas, unàcum Abda Persidis Episcopo, alterum etiam miraculum edidisset. Ambo siquidem Dæmonem, quo Regis filius vexabatur, depulerunt, quum priùs jejuniis ac precibus incubuissent. Verùm Isdegerdes quidem antequam perfectè Christianus esset, morte præventus est. Hactenus Socrates.

V. Duas Synodos celebrat in urbe Ctesiphonte

Eo Regis fauore indulgentiaque usus Maruthas, collapsas Ecclesias reparare, & disciplinam Ecclesiasticam restituere satagebat. Quamobrem Concilium in urbe Ctesiphonte celebravit, de quo hæc Dionysius Patriarcha in Chronico ad annum Græcorum 725. Christi 414.

unàcum Isaaco & Jaballaha illius urbis Episcopis.

ܫܢܬܐ ܕܡܬܩܪܒܐ ܠܡܪܝ ܡܪܝ ܬܐܘܕܘܣ ܩܣܪܐ ܘܠܡܪܝ ܝܙܕܓܪܕ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣ ܘܥܒܕ ܫܠܡܐ ܒܝܢܗܘܢ ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘܬ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܩܛܝܣܦܘܢ ܘܡܪܝ ܡܪܘܬܐ ܕܡܝܦܪܩܛ ܩܪܝܐ ܗܘ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܬܠܬ ܫܢܝܢ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܐܪܩܕܝܘܣ ܕܐܬܝ ܠܡܠܟܐ ܕܦܪܣ ܕܢܫܪܐ ܠܗ

Patriarcharum Chaldæorum nusquam legitur Abdas; Salomon verò Bostrenus in Libro Apum cap. 51. Jaballaham quidem discipulum Abdæ appellat, non tamen Successorem. Theodoretus denique hist. Eccles. lib. 5. cap. 39. scribit, Abdam zelo immoderato impulsum Pyreum, hoc est, fanum Igni consecratum, destruxisse, eaque de causa excitatam ab Isdegerde in Christianos persecutionem, & Abdam ipsum trucidatum: quod tamen factum de nullo Seleuciensium Episcoporum sub Isdegerde narratur.

VII. Maruthas noster cum altero ejusdem urbis Episcopo à non nullis perperàm confunditur.

Liquet prætereà, Marutham nostrum non Nicænæ Synodo interfuisse, ut quidam Orientales comminiscuntur; sed illius Concilii decreta in Perside observanda curasse: idque centum ferè annis postquàm illa Synodus habita fuerat. Nam ipse quidem vivebat sub Theodosio Imperatore, & Isdegerde Persarum Rege circa annum Christi 410. ut suprà vidimus: Nicæna verò Synodus coacta fuit sub Constantino Magno, & Sapore Rege anno 325. Prætereà idem Maruthas noster in historia hujus Concilii meminit alterius Maruthæ Maipheractensis, unius ex Patribus Nicænis, tamquam à se diversi, ut ostendit Hebedjesu in Epitome Canonum Synodalium cap. 3.

VIII. Messalianos damnat in Concilio Antiocheno.

Photius in Biblioth. Cod. 52. tradit, Marutham Concilio Antiocheno adversùs Messalianos habito interfuisse. *Quapropter*, inquit, *etiam ipse Flavianus* (Patriarcha Antiochiæ, ad quem Synodus Sidæ in Pamphylia congregata epistolam contra Messalianos scripsit) *Synodum indixit adversùs eosdem illos Hæreticos, accedentibus tribus Episcopis, Biza* (seu Basilio) *Seleuciæ, & MARUTHA gentis Supharinorum, & Sami, ad quos se cùm Presbyteri, tùm Diaconi ad triginta conjunxerunt*. Utriusque Synodi meminit Theodoretus hist. Eccl. lib. 4. cap. 11. suppressis tamen Maruthæ, Bizæ, & Sami nominibus. Id accidisse narrat Card. Baronius anno Christi 383.

IX. Concilio Constantinopolitano interest, ex Mari, & Amro Nestorianis.

Mares, & Amrus Nestoriani in vita Cajumæ decimi quarti Chaldæorum Patriarchæ referunt, Marutham Concilio Constantinopolitano sub Theodosio Magno interfuisse, licet in subscriptionibus Patrum Maruthæ nomen nusquam appareat. Quod verò scribit Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. p. 271. scilicet, pro *Mareas Amidenus*, quod nomen legitur in Latinis illius Concilii subscriptionibus reponendum *Maruthas*, id stare nequit, quin Amida cum Martyropoli confundatur. At Martyropolim ab Amida stadiis 240. distare, ex Procopio suprà demonstravimus.

X. Renaudotius Martyropolim cum Beth-Garme confundit.

Idem Renaudotius Martyropolim confundit cum *Beth-Garmai* ܒܝܬ ܓܪܡܝ seù, ut ipse legit, *Beit-Garme*, quam vocem interpretatur *Ossuarium*, sivè *Cœmeterium*, quasi inde *Beit-Garme* dicta sit, quòd Martyrum ossa ad eam translata fuerint. Nihil vero propius dici potuit: Verum tamen non est: nam *Beth-Garme* non urbs quædam erat, sed regio Persis subjecta, etiam tempore Maruthæ, ut docet nos Simeon Episcopus Betharsamensis in epist. de Barsauma Nisibeno, & Nestorianis, ubi duas urbes ad regionem Beth-Garme refert, nimirùm ܒܝܬ ܣܘܪܝ *Beth-Sori*, & ܠܘܣܩܝܘܢ *Loscium*. Martyropolis verò civitas fuit Romanæ ditionis usque ad tempora Justiniani, ut tradit Procopius lib. 1. de Bello Persico: idque confirmatur tùm ex Actis Martyrum Orientalium infrà ex nostro Codice producendis, tùm ex Agathia Scholastico lib. 4. p. 136. ubi Vararanem Persarum Regem, Saporis filium & Isdegerdis decessorem, nuncupatum fuisse asserit *Cerma saa*, hoc est, *Regem Cermæ* regionis, quam debellaverat, quæque jam in Persarum ditionem transierat, etiam dum Martyropolis Romanis parebat.

XI. Fabulæ Coptorum de Marutha.

Porrò nugantur Copti, dum in Synaxario ad diem 22. Mechir de Marutha nostro hæc legunt: في هذا اليوم تذكار مارونا الاسقف ونقل اعضا القديسين المستشهدين بمدينة ميافرقين على ايام ديقلاتيانوس فاما مارونا الاسقف فلكثرة فضله وفضيلته ارسله ثاودوسيوس الملك الكبير ابو ارغاديوس وانوريوس الى ملك الفرس رسولا للمدينة التى كانت بينهم فاكرمه سابور ملك الفرس ونزله فى قصر من قصور المملكه فبلغه ان الملك له ابنة مجنونه فاستدعاها فلما حضرت بين يديه فصلى عليها فبرئت لوقتها ففرح سابور الملك بذلك وزاد فى كرامته فطلب منه اجساد القديسين الذين استشهدوا فى بلده فارس فدفعهم له فبنا عليهم كنيسة وبنا حول الكنيسة حصنا كبيرا وبنيت داخل الحصن مدينة فاسموها باسم مشتق من اسم القديسين وهو مارونا . ثم بعد ان عاد الى الملك واقام فى بلاد الروم سنينا تنيح فى مثل ذلك اليوم الذى كرز فيه الكنيسه فصار يعيد له ولتكريز الكنيسه :

Hoc est: *Hodie commemoratio Marunæ Episcopi, & translatio corporum Sanctorum Martyrum, qui sub Diocletiano in urbe Miapherkin passi sunt. Et Marunas quidem Episcopus ob eximiam probitatem & virtutem à Theodosio Magno Imperatore Arcadii & Honorii patre ad Persarum Regem allegatus fuit in urbem positam inter Imperii utriusque fines. Sapores verò Persarum Rex Marunam perhonorificè exceptum, in regio Palatio diversari jussit. Quumque is filiam Regis à Dæmone vexari comperisset, eandem adesse jussit, fusisque ad Deum precibus, confestim liberavit. Quo beneficio Sapores ingenti lætitia affectus, majori adhuc in honore Marunam habuit. At ille Sanctorum Corpora qui in Perside martyrio coronati fuerant, à Rege postulavit: quibus impetratis, in Ecclesia, quam ædificavit, ea recondidit: Circa Ecclesiam verò amplissimam Arcem excitavit, & intra Arcem urbem, cui nomen Sanctorum, idest, Marunæ inditum fuit. Mox ad Imperatorem reversus, annos aliquot in terris Romanæ ditionis vixit, migravitque ad Dominum recurrente die, quo Ecclesiam illam dedicaverat. Quamobrem ipsius Festum, unàcum Ecclesiæ dedicatione peragitur.* Hactenus Coptici Synaxarii Auctor, vera falsis permiscens. Inprimis *Marunas* perperàm pro Marutha ponitur; idque non ob defectum unius puncti ex amanuensis incuria natum, quod literæ ن *Nun* appositum ex مارونا *Maruna*, مارونا *Marutham* faceret; sed certo Coptorum consilio, qui in Ecclesia disertè *Marunam* legunt. Deinde Marutham allegatum fuisse fingit à Theodosio Magno ad Saporem, quum id sub Theodosio Juniore & Isdegerde contigerit. Tertiò filiam Regis Persarum à Dæmonio liberasse, quum Isdegerdes filium energumenum, non filiam habuerit. Quartò Martyres in Perside passos dicit sub Diocletiano, qui tamen coronam adepti sunt sub Sapore temporibus Constantini Magni & Constantii, & novissimè sub ipso Isdegerde, Arcadio & ejus filio Theodosio imperantibus: Horum enim corpora postulavit Maruthas, & partim reposuit Martyropoli, partim Constantinopolim aliasque ad urbes Romani Imperii transmisit. Denique quum Michael Episcopus Meligensis Synaxarii Coptici Auctor causam ignoraret, cur urbs Tagrit, seù Miapherkin Martyropolis appellata fuisset, comminiscitur novam urbem; nam Tagrit quidem condita jam fuerat, antequam Maruthas nasceretur; *Martyrum* verò *urbs* idcircò nuncupata est, quòd illuc multa Sanctorum Martyrum corpora ex Perside, Maruthæ ipsius operâ, illata fuissent.

XII. Quid de eodem Maronitæ, Melchitæ, Jacobitæ, Nestoriani, & Mahometani.

Eadem ferè de Marutha tradunt Maronitæ, & Melchitæ in Synaxario ad diem 16. Februarii. Nec absimilia habent Jacobitæ & Nestoriani. Quin & Zacharias Mahometis Kazuinensis, scriptor Mahometanus, in Opere quod appellavit *Miracula gentium*, præter suprà memoratos errores alterum de suo adjecit, Marutham nimirùm sub Constantino

Ma-

Magno vixisse, teste Renaudot. tom. 2. pag. 270.

XIII. Corpus ejus in Scetensi Cœnobio, & memoria in Martyrologiis.

Corpus S. Maruthæ in urbe Martyropoli olim conditum, post frequentes Persarum Arabumque in Mesopotamiam incursiones, è Syria in Ægyptum translatum fuisse, & in Scetensi Deiparæ Syrorum monasterio collocatum testabantur ejusdem loci Cœnobitæ, qui illud mihi, dum Nitriensem eremum obirem, monstrabant. Memoriam ejus colunt Syri die 16. Febr. Latini verò & Græci 4. Decembr. Extat ad eundem Sancti Joannis Chrysostomi epistola XIV. in qua summis ipsum laudibus prosequitur. Vide Tillemont. in vita Chrysostomi tom. 11. p. 284. Acta ejusdem Syro sermone fusiùs descripta legimus in laudato Scetensi Syrorum monasterio in quodam præstantissimo Syriaco Cod. num. 9. quem comparare nullo pretio licuit, ut in Præfatione indicavimus.

Opera S. Maruthæ.

XIV. Ejus scripta. 1. Liturgia.

ANAPHORA, seù *Liturgia* ܐܢܐܦܘܪܐ. Extat in omnibus ferè Codicibus Missalibus, videlicet, in Cod. Nitr. IV. fol. 150. Cod. Ecchellen. V. fol. 88. Codice Vaticano Syr. XI. fol. 38. Cod. Vat. Arab. LIX. fol. 40. & Cod. nostro Syr. XIX. quem ex Oriente adveximus. Prodiit Syriacè in Missali Maronitarum anno 1594. pag. 172. & Latinè per Renaudotium tom. 2. Liturg. Orient. pag. 261. Ejusdem meminit Illustrissimus Stephanus Edenensis Patriarcha Antiochenus cap. 2. de Orthodoxis Anaphorarum Auctoribus num. 7.

ܡܪܘܬܐ ܕܡܝܦܪܝܢܐ ܠܬܪܝܢ ܫܢܝܢ
ܥܠ ܪܘܡܐ ܚܡܫܐ ܥܡ ܫܢܝܢ
ܡܐܬܘܬܗܘܢ ܫܪܝܢܐ ܡܢܟܪ ܫܢܝܢ
ܐܦܘܢܗ ܗܘܝܢܐ ܠܐ ܡܢܟܪ ܫܢܝܢ
ܕܗܘܐ ܡܫܬܡܥ ܠܡܠܟܐ ܕܦܪܣ :
ܡܢ ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܡܪܝ ܐܠܗܐ :
ܐܝܬܘܗܝ ܠܗ ܚܝܠ ܚܝܢܐ :

Maruthas Episcopus Tagritensis, Joannis Chrysostomi familiaris, quem Theodosius minor Romanorum Imperator ad Persarum Regem pro pace Ecclesiarum allegavit, scripsit Anaphoram, cujus initium, Deus qui es natura bonus. Laudatur denique apud Schultingium tom. 3. p. 106. num. 23.

Commentaria in Evangelium. 2. Commentaria in Evangelium.

ܦܫܝܛܐ ܕܐܝܢܘܢ ܕܒܫܘܡܐ :

Hæc ad manus non habemus. Citantur tamen in Codice nostro Syriaco III. fol. 346. à terg. ubi de institutione Eucharistiæ, & reali in eadem Christi præsentia sic loquitur:

ܘܐܡܪܝܢ ܕܡܢ ܕܟܠܗ ܡܕܒܚܐ ܕܡܫܝܚܐ
ܕܡܬܩܪܒ ܕܟܠܗ ܕܢܝܢ . ܐܝܟ ܕܐܝܬ
ܠܗ ܡܠܟ ܚܝܠܗ ܘܫܘܠܛܢܗ ܐܝܟ . ܟܕ
ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܐܝܟ ܕܠܐ
ܡܬܚܙܐ . ܡܢ ܡܕܒܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ
ܒܗ ܟܠܗ ܫܘܠܛܢ ܕܡܫܝܚܐ . ܗܘ
ܕܡܬܩܪܒ ܡܢ ܡܕܒܚܐ ܕܡܫܝܚܐ
ܕܐܝܬ ܒܗ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܡܫܝܚܐ .
ܡܢ ܕܐܝܬ ܒܗ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܡܫܝܚܐ
ܕܐܝܬ ܒܗ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܡܫܝܚܐ
ܕܐܝܬ ܒܗ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܡܫܝܚܐ .

ܗܳܕܐ ܐܳܡܪܶܗ ܕܥܳܒܶܕܘܢ ܠܗܳܕܳܐ ܕܶܟܪܳܢܳܐ ܠܳܐ ܕܢܶܬܪܶܟܘܢ ܠܗܳܕܳܐ ܕܶܟܪܳܢܳܐ ܕܢܶܬܪܶܟܘܢ ܠܗܳܕܳܐ ܕܶܟܪܳܢܳܐ ܕܢܶܬܪܶܟܘܢ :

Hoc, inquit, *facite semper in meam commemorationem. Necessum erat, & valdè consentaneum, ut istud fieret. Nam si perpetua Sacramentorum participatio haud tradita fuisset, undenam posteri partam à Christo salutem agnovissent? aut quis eis persuadere, eosvè ad tanti mysterii cognitionem adducere potuisset? Hoc etenim frequenter, & compluribus creditu difficillimum erat. Prætereà cæteri subsequentium temporum Fideles à communione Corporis & Sanguinis extorres fuissent. Verùm nunc quotiescumque ad Corpus & Sanguinem accedimus, eaque super manus nostras accipimus, sic credimus, nos Corpus amplecti, & Carnem ex Carne ejus, Osque ex Ossibus ejus fieri, sicut scriptum est. Nam etiam Christus* FIGURAM ET SPECIEM *haud ipsum appellavit, sed dixit*, HOC VERE EST CORPUS MEUM, ET HIC EST SANGUIS MEUS. Præclarum hoc de Sacramento Eucharistiæ testimonium recentiorum Hæreticorum audaciam infringit. Maruthas siquidem sub juniore Theodosio vivebat, & Codex noster exaratus est anno Christi 861. uti ad calcem ejusdem adnotatur. Non igitur novum dogma est, quod de vera ac reali Corporis Christi præsentia in Eucharistia prædicamus; sed potiùs novam hæresim procudunt Calviniani, qui talem præsentiam negant.

His Maruthæ verbis arguitur impudentia recentioris Jacobitæ, qui Liturgiam ejusdem turpiter interpolavit. Nam primò in Cod. Nitr. IV. fol. 150. in Ecchell. V. fol. 89. & in Codice Collegii Maronitarum de Urbe pag. 288. non Azymum, sed Fermentatum panem à Christo in Cœna adhibitum affirmat, obtrudens sub Maruthæ nomine hæc verba: ܠܚܡܳܐ ܡܚܡܺܝܥܳܐ ܢܣܒ ܚܳܡܺܝܪܳܐ : *Panem Fermentatum accepit in manus suas*: id enim Maruthas, qui in symbolorum consecratione attendendam esse docet Christi institutionem & exemplum, ne somniavit quidem; præsertim quum saltem usque ad annum Christi 775. Azymum adhibere in Eucharistia consueverint Syri in Mesopotamia, teste Dionysio Jacobitarum Patriarcha in Chronico ad annum Christi 510. cujus verba referemus infrà, quum de Dionysio Barsalibæo sermo erit. Deinde in Codice Collegii Maronitarum p. 295. Maruthæ affingit errorem Græcorum recentiorum *circa invocationem Spiritus Sancti*, dum eâ solâ, aut non solis verbis Domini consecrari Eucharistiam credunt: sic enim post verba Domini fingit Marutham adventum Spiritus Sancti super Hostiam implorantem: ܘܠܚܡܳܐ ܚܳܪܳܐ ܡܫܬܳܠܳܐ ܢܗܦܟ ܡܢ ܦܓܪܳܐ ܕܝܢ ܘܢܗܦܟ ܠܗܳܕܳܐ ܕܡܫܬܠܡ ܥܠ ܨܠܒܳܐ : & *nudum* (seù communem & simplicem) *hunc Panem convertat, efficiatque Corpus illud, quod pro nobis in Cruce immolatum est*: & super Calicem: ܘܠܚܡܪܳܐ ܕܚܡܪܳܐ ܢܗܦܟ ܡܢ ܕܡܐ ܘܢܗܦܟ ܠܗܳܕܳܐ ܕܡܫܬܦܟ ܥܠ ܓܘܠܓܘܬܳܐ : *Et vinum, quod in hoc Calice est, convertat efficiatque Sanguinem illum, qui pro nobis in summitate Golgothæ effusus est*. Quam opinionem ex recentiorum Græcorum officina scriptor, vel potiùs depravator Codicis Jacobita proculdubiò hausit: nam in aliis ejusdem Liturgiæ exemplaribus diversa est Sancti Spiritus apud Marutham invocatio, ut rectè observat Stephanus Edenensis Maronitarum Patriarcha in Libro Candelabrorum, seù Expositione Missæ Syrorum. Neque audiendus est Naironus in Evopl. p. 167. qui contendit, vocem illam ܫܝܬܝܡܐ *Scihimo*, quæ

quæ Pani adjungitur, non nudum consecrationisque expertem Panem, sed *Azymum* significare. Hanc explicationem nec verborum contextus, neque sermo Syriacus patitur; ut meritò Renaudotius interpolationis notam ibi agnoverit to. 2. p. 273.

3. Historia Martyrum, & Odæ in eosdem.

Historia Martyrum, qui in Perside passi sunt. Item Hymni & Cantus in eosdem. De quibus Hebedjesu in Catalogo p. 50. ܡܪܘܬܐ ܕܫܗܕܐ ܕܒܦܪܣ ܗܘܘ ܘܫܒܚܬܐ ܗܢܘܢ ܕܗܘ ܐܝܟ ܡܪܘܬܐ ܕܡܪܝܡ ܘܫܒܚܬܐ ܕܡܪܝ ܡܪܘܬܐ ܕܡܪܝ ܘܫܒܚܬܐ ܕܡܪܝ :

Maruthas Episcopus Maiphercat, & Medicus peritissimus, composuit Librum Martyriorum, & Hymnos & Odas in Martyres. Hymni, quos hoc loco Sobensis recenset, inserti sunt Officiis Syrorum, Maronitarum videlicet, Jacobitarum, & Nestorianorum; Hymnisque Ephræmi, Isaaci, aliorumque ita permisti, ut nullo ferè indicio à reliquis discerni possint: nam nullum adhuc Codicem nacti sumus, in quo unius Maruthæ Odæ digestæ sint.

Historia verò Martyrum, seù Collectio Martyriorum, duplex est: altera eorum, qui sub Sapore Rege in prima Persecutione coronati sunt, ut suprà in S. Simeone Barsaboë notavimus. Altera eorum, qui sub Isdegerde, & Vararane in secunda Persecutione lauream adepti fuere, Imperatoribus Honorio, Arcadio & Theodosio Juniore. Utramque Historiam duobus tomis Marutham nostrum complexum fuisse, indicant relata Sobensis verba. Et Primam quidem ex Persis, Syris, atque Edessenis, qui illam teste Sozom. lib. 2. cap. 14. literis consignarunt, Maruthas collegit, extatque integra in Codicibus nostris Syriacis I. & II. de quibus infrà. Ex secunda verò Historia duo tantùm habemus Martyrum Acta in Codice nostro II. nimirùm, fol. 85. à terg. *Martyrium Maharsaporis anno Vararanis Regis secundo*: & fol. 86. à terg. *Martyrium S. Jacobi Intercisi*. Reliqua in Syriæ angulis adhuc fortassè delitescunt. Certè Acta Abdæ Episcopi, cujus causâ Persecutio Isdegerdica mota est, vidi in Scetensi Syrorum Monasterio, quum Nitriensem Eremum lustrarem. Extabant autem in præstantissimo Codice Syriaco, qui sexaginta passiones Martyrum partim Orientalium, partim Occidentalium complectebatur.

Historia Martyrum sub Isdegerde, & Vararane.

Porrò in Martyrio S. Jacobi Intercisi occurrit nota temporis, ex qua non parùm Historia Ecclesiastica illorum temporum illustratur. Nam sub initium Acta illa memorant, S. Jacobum martyrio functum fuisse anno Alexandri 733. Vararanis 2. In fine verò annus unus ex utraque Epocha demitur: & dies insuper mensis atque hebdomadæ adnotantur. Verba Maruthæ sunt hæc:

Quo anno passus sit S. Jacobus Intercisus.

ܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܕܡܠܟܘܬ ܦܪܣ ܕܫܦܘܪ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣ ܕܗܘ ܫܗܕܐ ܕܝܥܩܘܒ ܫܠܝܡܐ ܕܫܢܬ ܚܕ ܕܐܠܦ ܘܫܒܥ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܐܠܦ ܘܫܠܬ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܫܢܝܢ :

Anno Alexandri 733. Vararanis Persarum Regis 2. martyrium B. Jacobi consummatum est. Et infrà:

ܗܘ ܕܟܠܠ ܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܫܢܬ ܫܢܬ ܕܐܠܦ ܘܫܒܥ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܐܠܦ ܘܫܠܬ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܐܠܦ ܘܫܠܬ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܐܠܦ ܘܫܠܬ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܫܢܝܢ :

Coronatus est autem inclytus Jacobus anno Alexandri 732. (in Codice nostro pro ܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܕܡܠܟܘܬ ܦܪܣ 732. ex amanuensis oscitantiâ obrepsit ܫܢܬ ܫܒܥ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܐܠܦ 762.) *qui est annus Vararanis Persarum Regis*

Regis primus, die 27. Tesri posterioris (hoc est, Novembris) *juxta Græcorum supputationem Feria sexta*. Nimirùm, anno Christi 421. quo Feria sexta in diem 27. Novembris incidit. Atque hinc duo discimus: Primum, S. Jacobum Intercisum sub Isdegerde quidem Vararanis patre Christianam fidem abnegasse; martyrium verò non sub Isdegerde, ut vulgò creditur, sed sub Vararane anno regni ejus primo pertulisse. Alterum, Epocham Græcorum hìc usurpatam trecentis undecim annis Christianæ Æræ initium antecedere: ea enim Græcorum Epocha, quam Arabes passim sequuntur, uno anno Maruthæ calculo posterior est: quare Græcorum, seù Seleucidarum Epochæ initium ab illo anno procedere supponunt, qui ante Christianam Æram putatur annus 312. & est Periodi Julianæ 4402. quo Olympias 117. iniit. Hæc est celebris Arabum Epocha, quam Albatenius & alii Mahometani Scriptores passim appellant

تاريخ ذى القرنين

Tarik Dilkarnain, hoc est, Epocha τοῦ διπέρατος, sivè *Cornigeri*: Alexandrum autem intelligunt. Nominis hujus originem petunt viri eruditi non pauci ab eo, quòd Alexander se Jovis Ammonis filium credi volebat. Sed fortassè Arabes ista non noverant, & siquidem noverant, omnem illi Idololatriæ memoriam aversantur: eisque longè notius erat, quod Daniel Regem Græcorum, Persici Imperii eversorem, Hircum disertè appellat, licet *Unicornem*; & & quia Hircum nominare nolebant, *Cornigerum* dixerunt. *Bicornem* fortè dixerunt, quòd duo Solis cornua, Orientem, scilicet, & Occidentem, obtinuerit. Hæc παρεργῶς. Majorem habet difficultatem, invenire modum, ut Maruthas sibi ipse constare dicatur, quando sub initium Historiæ hujus Martyris disertè scribit, Sancti Jacobi martyrium anno Alexandræo 733. Vararanis 2. consummatum fuisse; posteà in fine ad superiorem annum 732. illud idem martyrium retrahere videtur, dictisque contraria docere. Sed nisi librarii incuriâ id factum dicamus, optimè secum ipse Maruthas conciliabitur, si Seleucidarum annos computemus eo calculo, quo Auctores Librorum Machabæorum utuntur. Duplex enim est horum annorum initium, & aliàs à Verno tempore, seù Nisan Syriaco, aliàs ab Autumno subsequenti progrediuntur; Unde fit, ut unus idemque annus, & primus & secundus numeretur, ut benè observant docti Interpretes apud Serarium in Comment. ad lib. Machab. & Petavius lib. 2. de doct. tempor. cap. 22. Ricciolus lib. 3. cap. 7. Kristmannus in Kalendario Syrorum pag. 226. Et probabile est, Marutham qui Syriacè scribebat, Syrorum calculum observasse: & rursùs quia res gestas in Perside & Chaldæa literis mandabat, ex Persico & Chaldaico Kalendario annos supputasse.

Persecutio Isdegerdica.

Ex dictis conciliari possunt Auctores, qui de Persica hac Persecutione in diversas sententias scissi sunt. Theodoretus Hist. Ecclesiast. lib. 5. cap. 39. asserit, Isdegerdem Vararanis patrem persecutionem in Christianos commovisse propter Abdam Susæ urbis Episcopum, qui Pyræum, hoc est, Ignis delubrum inconsulto zelo raptus destruxerat. Idem scribit Theophanes in Chronographia. Cyrillus quoque Scythopolitanus in Vita S. Euthymii Abbatis, quæ per Monachos Benedictinos Congregationis S. Mauri Græcè & Latinè prodiit, hæc disertè habet: *Initio motæ tunc Persecutionis in Perside circa finem regni Isdegerdis Persarum Regis, quum Magi omnes Christianos capere vellent, subditorum Saracenorum Præfectos ubique constituerunt, nequis Christianorum in Perside degentium ad Romanos confugeret*. Id refert Pagius in Critica Baronii ad annum Christi 414. & addit, Persecutionem ab Isdegerde causâ Abdæ illo eodem anno inchoatam, durasse usque ad annum 420. quo Isdegerdes mortuus

tuus est. Socrates tamen lib.7. c.18. affirmat, Isdegerdem Christianos in Perside degentes nullatenus fuisse persequutum. Agathias quoque Scholasticus lib.4. pag.136. expressè notat, *Isdegerdem nullum bellum adversùs Romanos suscepisse, neque eos ulla affecisse molestia*. Demùm Dionysius Jacobitarum Patriarcha in Chronico initium hujus Persecutionis conjicit in annum primum Vararanis: ܒܫܢܬܐ ܕܬܠܬܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܫܢܝܐ ܕܫܪܝܪܐ ܕܦܪܘܩܐ ܩܫܐ ܘܩܛܝܠܐ ܕܪܕܦܬܐ ܠܡܫܝܚܝܐ ܒܦܪܣ ܗܘܬ: *Anno*, inquit, *septingentesimo trigesimo secundo acerba, vehemens, & crudelis persecutio adversùs Christianos in Perside excitata est*. Is annus fuit Christi 421. quo Vararanes regnare cœpit, & Jacobum Martyrem membratim cædi jussit, ut suprà notavimus; licet idem Dionysius singulari prorsùs opinione S. Jacobi martyrium ad annum Alexandri 734. Christi 423. promoveat. Conciliantur hi Auctores, si dicatur, ab Isdegerde quidem motam fuisse Abdæ causà persecutionem, sed mox sopitam: (quod enim Pagius affirmat eandem ad obitum usque Isdegerdis continuatam fuisse, nullo idoneo teste probat:) A Vararane verò initio regni sui instauratam, & procedente die magis auctam: præsertim postquam Vararanes expeditionem in Romanos suscepit, & signa cum iis frequenter contulit, testibus Socrate loco suprà citato, & Dionysio ad annum Græcorum 735. nam hujusmodi persecutiones in Perside tunc potissimùm excitari consueverunt, quum bellum Romanis indicebatur, ut notat idem Dionysius ad annum Græcorum 738. Christi 427. quo constituta fuit pax Romanos inter & Vararanem. ܗܘܝܢ ܕܩܪܒܐ ܕܐܝܟܢܐ ܕܐܬܪܥܝܘ ܡܢ ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܕܪܘܡܝܐ ܘܒܪܝܫ ܩܛܠܐ ܕܐܬܥܒܕ ܠܡܫܝܚܝܐ ܒܦܪܣ ܗܘ: ܗܘ ܕܩܛܠܐ ܕܐܬܥܒܕ ܠܡܫܝܚܝܐ ܒܦܪܣ ܗܘ ܒܛܠ ܘܫܠܡ ܗܘ: *Hoc itaque modo bellum, propter Christianos in Perside degentes susceptum, finem accepit: simul etiam persecutio, quæ adversùs ejusdem regionis Christianos excitata fuerat, conquievit*: quæ ipsissima sunt Socratis verba lib.7. cap. 20. ubi id factum notatur Consulatu Honorii tertiodecimo, & Theodosii decimo, anno quarto Olympiadis trecentesimæ: hoc est, Christi 422. ut observat Pagius.

Historiam Martyrum sub Sapore coronatorum à Marutha nostro conscriptam fuisse, rectè arguitur ex ipsis Auctoris verbis, quibus narrationem suam sic concludit: ܗܠܝܢ ܕܒܬܪ ܗܢܘܢ ܣܗܕܘܬܐ ܕܐܬܥܒܕ ܒܕܝܢܐ ܕܐܬܩܛܠܘ ܘܡܘܬܗܘܢ ܘܡܠܝܬܗܘܢ ܕܚܙܝܢ ܗܘܝܢ ܘܐܝܟ ܕܚܙܝܢ ܗܘܝܢ ܠܢ. ܐܝܬܝܢ ܕܩܕܡ ܙܒܢܐ ܕܝܠܢ ܗܘ: ܗܢܘ ܕܒܬܪ ܗܢܘ ܣܗܕܘܬܐ ܕܐܬܥܒܕ ܒܕܝܢܐ ܕܐܬܩܛܠ ܘܡܘܬ ܗܘ ܘܒܛܠ ܗܘ: ܗܢܘ ܕܩܕܡ ܙܒܢܐ ܕܝܠܢ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܩܫܝܫܐ ܕܡܪܝ ܡܪܝ ܘܡܪܝ ܗܘ. *Porrò ex iis posterioribus Martyribus, quorum martyria, mortes, & acta apud Judices habita singula descripsimus, quidam sunt, qui temporibus nostris martyrium consummarunt, quosque nos ipsi vidimus; alii verò ætatem quidem nostram antecessere; quorum tamen accuratam historiam ex ore senum Episcoporum, ac Presbyterorum summa fide dignorum accepimus: quippè qui æquales illis fuere, rerumque ab iis gestarum spectatores*. Maruthas enim sub finem primæ Persecutionis Persicæ florebat, testibus Photio, Mari, & Amro num. 8. & 10. Hæc autem Persecutio cœpit sub Sapore anno Christi 330. ut in S. Simeone Barsaboë statuimus, duravitque annis 40. ut in Actis Martyrum habetur, nimirùm usque ad annum

Historia Martyrum sub Sapore.

annum 370. Jure igitur affirmare licuit Maruthæ, passiones Martyrum, quas describit, se vidisse & audisse: quæ verba etsi in alium quempiam ejusdem temporis Scriptorem Maruthæ supparem competere posse non negamus; quia tamen Episcopus Sobensis disertè nos docet, à Marutha istorum Martyrum Acta in unum volumen congesta fuisse, non omninò temerè historiam, quam præ manibus habemus, Maruthæ adjudicamus.

Illud certè extra dubitationem est, hanc Historiam ad Eusebium Cæsareensem nullo jure pertinere, etsi aliqua Martyrum in Perside coronatorum Acta collegisse Eusebium non negemus; eorum nimirùm, qui initio motæ à Sapore persecutionis interfecti sunt, ut Simeonis Barsaboë, Tarbæ ejusdem Sororis, Millesii, & aliorum paucorum. Horum enim gesta Eusebium Actis Martyrum Occidentalium inseruisse, videtur colligi posse ex Hebedjesu in Catalogo pag. 18. ubi hæc habet: ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܩܣܛܢܛܝܢܘܣ ܘܡܪܛܘܪܐ ܕܡܥܪܒܝܐ ܘܡܐܡܪܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܩܕܝܫܐ: *Historiam Constantini, & Martyrum Occidentalium, & Sermonem de laudibus eorum.* Quibus verbis tria Eusebii Opera designat. I. *Historiam Constantini Imperatoris*: quam quatuor libris complexus est. II. *Historiam Martyrum Occidentalium*, ingenti volumine comprehensam, cujus partem habemus in Codicibus nostris Syriacis I. & II. Denique *Historiam Martyrum Orientalium*, quam per *Sermonem de laudibus eorum*, seù per *Panegyrica eorum*, ut vertit Abr. Ecchellensis, intelligere videtur Hebedjesu. Neque obstat, quod Hebedjesu in Eusebio *Sermonem de laudibus Martyrum* cum Historia Occidentalium conjungere videtur, inquiens: ܡܪܛܘܪܐ ܕܡܥܪܒܝܐ ܘܡܐܡܪܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܩܕܝܫܐ: *Et Martyrum Occidentalium, & Sermonem de laudibus eorum*: nam affixum pronomen *eorum* de Martyribus in genere intelligendum est, non ad Occidentales coarctandum, quum Hebedjesu Eusebiana ibi opera diuersi argumenti, diversorumque Voluminum enumeret: alioquin ex Constantini, & Martyrum Occidentalium historia unum opus conflari deberet, ex illis Hebedjesu verbis, *Historiam Constantini, & Martyrum Occidentalium*; quod tamen falsum est, quum perspicuum omnibus sit, Eusebium diversos de Constantino & Martyribus libros conscripsisse.

Ab hac ergo Eusebiana omninò diversam in Codicibus nostris habemus Martyrum Orientalium Historiam, quam ad Marutham spectare convincunt illorum Martyrum Acta, qui nonnisi post Eusebii obitum passi sunt, ut Barhadbesciaba Diaconus, Acepsimas Episcopus, Joseph Presbyter, & Aitallahas Diaconus, quorum primus martyrium subjit anno persecutionis decimoquinto, reliqui anno quadragesimo, hoc est, anno Christi 345. & 370. Eorum insuper Martyrum Acta, qui ante Eusebii mortem coronati sunt, multas continent vel temporum, vel locorum notas, quæ ad Eusebium referri nequeunt; cujusmodi est illud, quod in Vita S. Simeonis Barsaboë narratur *De potestate à Juliano Apostata Judæis facta excitandi Templum Hierosolymitanum*; & illud in Vita S. Barbeescemini Episcopi, qui post Saadusatum Martyrem Simeoni in Episcopatu Seleuciensi successit, nimirùm, *eo martyrium passo, Seleuciensem Sedem annis circiter viginti Episcopo caruisse*: quæ omnia post Eusebii obitum contigere. Denique sermonis Syriaci nitor & elegantia certissimum conflant argumentum, ea Syriacè ab Auctore Syro edita fuisse, non Græcè ab Eusebio. Contrà alia Martyrum Occidentalium gesta, quæ Eusebius ipse literis consignavit, etiam in Syrorum sermonem conversa Græcismum redolent, & lon-

& longè ab ea sermonis puritate deflectunt, ut conferenti utraque apparet.

Codices nostri, in quibus Acta Martyrum exhibentur.

Duo satis vetusta exemplaria nobis suppeditavit Scetense S. Mariæ Syrorum monasterium. Et primus quidem Codex, licet in fine mutilus sit notaque temporis careat; nongentorum tamen annorum ætatem videtur superare, quum præfixa eidem (etsi diverso charactere) B. Simeonis Stylitæ Vita, scripta esse dicatur anno Antiochenorum 521. die 17. Aprilis, feria 4. idest, anno Christi 474. quo Feria 4. in diem 17. Aprilis incidit. Secundus Codex recentior est, & præter nostrorum Martyrum, aliorum etiam Sanctorum Acta illis inserta complectitur: plura insuper continet additamenta genuinis Martyrum gestis ab amanuensi facta, ut legenti ea constabit.

Summa Actorum Martyrũ, qui sub Sapore passi sunt.

Interim totius hujus Historiæ seriem per summa capita hic retexere nec injucundum, nec inutile fore duxi, donec Deo aspirante, & jubentibus iis, penes quos est summa in hoc negotio potestas, integra in lucem prodeat.

Anno primo Persecutionis. S. Simeon & Socii.

Primus omnium apparet Simeon Barsaboë Seleuciæ & Ctesiphontis Episcopus, qui unàcum Abdechala ܥܒܕܝܐܠܐ, & Anania ܚܢܢܝܐ Presbyteris, passus est anno regni Persarum 117. Saporis 31. Feria sexta majoris Hebdomadæ, Luna 14. Nisan. (Additur in alio Codice, *Anno Alexandri* 655. *a Passione Domini* 296.) Hos uno die in cœlum prævenit Guhastazades ܓܘܗܫܬܙܕܝܣ Saporis regis nutritor. Quo die coram Simeone interfecti sunt centum viri: quumque unum ex ejusdem Presbyteris in tormentis titubantem, Pusices Karogabar, ܦܘܣܝܣ ܩܪܘܓܒܪ, hoc est, artificum Regis Præfectus, in fidei confessione confirmaret, illicò comprehensus obtruncatur, unàcum filia Virgine. De his vide Sozomenum hist. Eccles. lib. 2. cap. 9. 10. 11. & Martyrolog. Rom. die 21. Aprilis. Metaphrastes in Vita Sanctæ Thermetis pro *Simeone Barsaboë* legit *Jombaphæum* apud Lipom. tom. 7. Fortasse pro *Baphæo*, hoc est, *Papæ discipulo*, nomen *Jombaphæus* obrepsit. In Menolog. Basilii Imp. colitur memoria S. Simeonis sociorumque die 14. Aprilis.

Martyres plurimi.

A sexta autem illa Feria, qua Simeon cæsus est, usque ad Dominicam Hebdomadæ secundæ Pentecostes (idest, usque ad Dominicam in Albis) per decem continuos dies innumerabilis Christianorum multitudo martyrium subjit. ܡܢ ܫܬܝܬܐ ܕܝܘܡܐ ܕܫܬܝܬܐ ܕܣܗܪܐ ܕܢܝܣܢ ܘܥܕܡܐ ܕܬܪܬܝܢ ܫܒܬܐ ܕܨܠܬܐ ܕܥܕܬܐ ܕܫܪܝܐ ܘܥܕ ܫܒܬܐ ܕܩܕܡ ܨܠܬܐ ܕܥܕܬܐ ܕܫܪܝܐ ܘܥܕ ܫܒܬܐ ܕܩܕܡ ܨܠܬܐ ܕܥܕܬܐ ܕܫܪܝܐ ܘܥܕ ܫܒܬܐ ܕܩܕܡ ܨܠܬܐ ܕܥܕܬܐ ܕܫܪܝܐ ܘܥܕ ܫܒܬܐ ܕܩܕܡ ܨܠܬܐ ܕܥܕܬܐ ܕܫܪܝܐ ܘܥܕ ܫܒܬܐ ܕܩܕܡ ܨܠܬܐ ܕܥܕܬܐ ܕܫܪܝܐ ܘܥܕ ܫܒܬܐ ܕܩܕܡ ܨܠܬܐ ܕܥܕܬܐ ܕܫܪܝܐ ; *A sexta hora Feriæ sextæ Lunæ decimæ quartæ*, (Verba sunt Maruthæ) *qua edictum hujusmodi promulgatum fuit, usque ad alteram Dominicam Hebdomadæ secundæ Pentecostes, decem dierum spatio, gladius nunquam in suo opere cessavit*. Ubi notanda tria: Primum, Græcos & Syros nomine *Pentecostes* totum illud dierum quinquaginta spatium intelligere, qui à Paschate Resurrectionis usque ad Spiritus Sancti adventum numerantur. Alterum, Lunam decimamquartam Nisan, seu Aprilis anni 330. licet in sabbatum diemque 18. Aprilis inciderit, ad sextam tamen Feriam ex Judaico more referri: Judæi enim Pascha suum à præcedente vespere auspicantur: unde sententia nostra de anno obitus S. Simeonis magis confirmatur. Tertium denique Christianos Persas tempore S. Simeonis Paschale Festum non Luna decimaquarta Nisan, sed Dominico die proximè sequenti celebrasse: quod inde constat, quia Feria illa sexta, in quam Luna decima-

quarta incidit, non appellatur dies Paſchatis, ſed *ante feſtum Paſchatis*, ut expreſsè notat Sozom. lib. 2. c. 11.

S. Milles Epiſcopus. 1

Milles 1 Suſæ Epiſcopus à Gadiabo Lapethę ordinatus, in eadem perſecutione ab Hormiſda Guphrizo ad Maheldagdar Rozichorum urbem, perductus, & carceri unàcum Abroſimo Presbytero & Sina Diacono mancipatus, poſt varios cruciatus, tandem ipſe quidem à Guphrizo & Narſete ejuſdem fratre pugionibus transf-

NOTA.

1 De S. Milleſio in Actis noſtris tria narrantur, quæ hìc ſubnectere pretium operæ duximus. Primum de S. Jacobo Niſibeno Cod. 2. fol. 62. à tergo.

At B. Milles (ex Ægypto in Meſopotamiam reverſus) *Niſibin urbem venit, reperitque B. Jacobum Epiſcopum conſtruendæ Eccleſiæ occupatum: cujus egregium & ingentem animum, ſuſceptique ædificii amplitudinem & majeſtatem admiratus, ibidem aliquantiſper commoratus eſt. Quum verò Adiabam inde deſcendiſſet, non modicam B. Jacobo quantitatem fili ſerici ad impenſas domus tranſmiſit.*

Alterum de Papa Seleuciensi Epiſcopo, S. Simeonis deceſſore & magiſtro, loco cit.

Mox ad Aramæos, ſeù Aſſyrios profectus, Seleuciæ & Cteſiphontis Eccleſiam teterrimo ſchiſmate ſciſſam reperit. Cauſa mali tanti ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus Papa Aghæi filius putabatur, homo intolerandi faſtus, & ambitionis immenſæ: adeò ut Antiſtites, qui ex diverſis locis ejus cauſam cognituri ad Synodum convenerant, ſuperbè aſpernaretur; Presbyteros verò, & Diaconos ſuæ Eccleſiæ indignis modis tractaret. Milles hominem Deo odioſum, & civibus ſuis infeſtum publicè adoritur: Ecquod te, inquit, fratrum tuorum crimen impulit, ut talia adverſùs eos audeas, membra tua ſuperbè deſpiciens, eaque abſque cauſa & præcipiti odio exagitans, quaſi Deum fabulam putes? An non ſcriptum eſt, Qui fuerit princeps inter vos, ſit veſter ſervus? *Hæc Milles: Cui Papa, Tu me, ait, iſta doces inſulſiſſimum caput, quaſi non illa ego norim? Tùm verò Milles tractum ex pera Codicem Evangeliorum, in medio ſuper pulvinar depoſuit, ſimulque ad Papam converſus, Si te, inquit, piget iſta à me, qui mortalis ſum, diſcere, agedum judicium pete ab Evangelio Domini, quod externis oculis tuis patet, quandoquidem internus tuæ mentis oculus ad ejus mandata cæcutit. Hìc verò*

transfoditur; Abrosimus verò & Sina lapidibus obruuntur Luna 13. Tesri posterioris, idest Novembris, anno Persecutionis primo. De quo vide, quæ diximus suprà cap. 2. Gadiabi Lapethæ Episcopi meminit Sozomenus lib. 2. cap. 13. ubi eum Gaddiabem vocat, & secundo post Barbasimem loco ponit.

Anno 2. Persecutionis. Innumerabilis Martyrũ multitudo.

Anno Saporis 32. recurrente eodem die, (Feria scilicet sexta in Parasceve, prosequitur Maruthas) *publicatum est edictum crudele, & educta est immitis romphæa, gladiaque impertita est potestas ad perdendum quemcumque dicentem, Christianus ego sum.*

ܚܢܢ ܠܟܡܝ ܡܠܘܡܝ ܘܦܩܘܢ ܡܢܟܝܠ
ܟܘ ܕܢܘܢ ܡܢܢ ܢܥܒ ܦܘܡܝܢ ܘܠܐ
ܘܢܦܠ ܡܠܟܐ ܡܢܟ ܫܘܠܛܢ ܘܠܐ ܢܡܘܬ
ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ ܢܩܦ ܠܟ ܠܡܚܙܐ
ܘܠܐ ܢܡܘܬ ܐܢܬ ܕܡܝܢ ܗܘܝ ܠܟ ܐܬܐ .

Eadem habet Sozomenus lib. 2. c. 11. *Sequente autem anno*, inquit, *eo ipso die, quo Passionis quidem Christi memoria celebrabatur, Resurrectionis verò expectabatur festivitas, crudelissimum edictum Saporis per universam Persarum ditionem propositum est, quo cuncti, qui se Christianos confessi essent, mortis supplicio addicebantur. Quo quidem tempore ajunt innumerabilem Christianorum multitudinem gladio cæsam esse.* Id accidit die 9. Aprilis, in quem incidit Feria sexta in Parasceve anni Christi 331. licet in Martyrologio Romano horum Martyrum memoria ad diem 22. Aprilis rejiciatur: in quam tamen competere nequit Feria sexta in Parasceve ex ulla Auctorum sententia: unde corroboratur argumentum nostrum contra Pagium & Henscherium cap. 1. num. VIII.

S. Tarba Virgo, unàcum Sorore, & ancilla.

Tarba ܬܪܒܐ, ejusque Soror, & Virgo quædam ejusdem ancilla, in duas partes dissectæ sunt Luna 5. Mensis Jar, hoc est, Maii. Tarbulam vocat Sozomenus lib. 2. cap. 12. Ejus vitam descripsit Metaphrastes

verò Papa diabolicis actus furiis, & Sacrum Codicem impia manu contundens, loquere, ait, Evangelium, loquere. Ad has voces commotus S. Milles, accurrens Evangelium manibus complexus, osculatusque, suis oculis admovit: Deinde audiente frequenti populo alta voce Papam compellens: Quia, inquit, ô superbe, talia ausus es adversùs verba vitæ Domini nostri, ecce adstitit Angelus ejus, & corporis dimidium tui arefaciet ad terrorem multorum; neque simul exanimaberis, sed tibi manebit vita diù in signum & portentum. Eodem momento Papa è cœlo tactus, dimidia corporis parte obriguit, & ad alterum latus collapsus, in eo situ per duodecim annos ad mortem usque cum incredibili dolore jacuit: quæ res ingenti terrore populum universum perculit.

Tertium de quodam Diacono, qui gravissimi flagitii reus, nec illud confiteri volebat, nec à sacro Ministerio abstinere: fol. 63. à tergo:

ܗܘ ܕܐܬܐ ܠܡܬܝ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܐܬܝ ܠܗ

apud Lipom. tom. 7. ad diem 5. Aprilis: ubi pro *Tarba*, seù *Tarbula* habet *Thermetem*: pro Simeone Barsaboë *Simeonem Jombaphæum*; & pro die 5. Maii *Nonas Aprilis*. Præterea sororem Tarbæ, cujus nomen nec in nostris Codicibus, nec apud Sozomenum extat, *Pherbutam* vocat. Denique Persicum nomen ܡܘܦܬܐ, quod *Præfectum* sonat, *Mauptam Magorum principem* reddit. Ejusdem Tarbæ, ancillæque ejus (omissâ sorore) meminit Martyrologium Romanum die 22. Aprilis in hæc verba: *Inter quas & Sancti Simeonis Episcopi Soror nomine Tarbula, cum pedissequa sua, quæ stipitibus alligatæ, serraque scissæ, crudelissimè necatæ sunt*. Id verò contigit, ut videtur, anno motæ Persecutionis secundo, Christi 331.

S. Sciaadost, seù Sadoth, Episcopus Seleuciæ, unàcum 128. Sociis.

Sciaadost ܫܥܘܕܘܣܬ Simeonis in Episcopatu Successor, unàcum centum & duodetriginta Sociis, comprehensus Seleuciæ anno secundo Persecutionis, Saporis 32. & carceris squalore per quinque menses maceratus, in Lapetham Huzitarum urbem perducitur, ibique capite plectitur. Reliqui Martyres Seleuciæ gladio cæsi sunt Luna 10. Sabat, hoc est, Februarii. *Sciaadost* Persico sermone *Regis amicum* significat. Chaldæi pro ܫܥܘܕܘܣܬ *Sciaadust*, habent frequentiùs ܝܫܘܕܘܣܬ *Jesudust*, idest, *Jesu amicum*. Hujus mentio fit in Martyrol. Rom. die 20. Februarii, ubi *Sadoth* appellatur. De eodem Græci in Menologio eadem die: In eo verò, quod jussu Basilii Imperatoris editum est, die 20. Martii, & 19. Octobris, ut apud Ughell. tom. 6. ubi pag. 515. *Sadoth* dicitur, Sociosque habuisse narratur *centum viginti octo*: ex quo numero *octo* desiderantur pag. 1094. Nostris Codicibus exactè respondent acta edita à Metaphraste apud Lipom. tom. 5. si pauca excipias, quæ meliùs verti potuissent: nam pro *Seleucia* ܣܠܘܩ reddidit *Salec*; pro *regione Huzitarum* ܐܪܥܐ ܕܚܘܙܝܐ *patriam quæ vocatur Bethuza*: & pro *Lapetha* Huzitarum metropoli ܒܝܬ ܠܦܛ, *Beth-Lapat*.

Anno Persecutionis 2. Saporis 32. *Barsebias Archimandrita* ܒܪܣܒܝܐ ܐܪܟܡܢܕܪܝܬܐ, unàcum decem Sociis monachis, jussu Præfecti urbis Astahar ܐܣܬܗܪ ܪܒ ܡܕܝܢܬܐ: comprehensus, fractis primùm cruribus, gladio demùm cæsus est Luna 7. Haziran, seù Junii, sequenti post Millesii martyrium anno. His ex Magorum Secta quidam eadem die additus est, qui cœlesti visione admonitus, relicto idolorum cultu, Barsebiæ adhæserat. In Codice nostro I. desideratur initium Passionis horum Martyrum, qui ad calcem ejusdem Cod. coronati dicuntur Luna 17. Junii. Eorum corpora ad Christianorum terrorem pependerunt in Templo *Nair* ܢܝܪ, seù, ut legitur in Cod. 1. *Nabit* ܢܒܝܬ ܐܠܗܬ ܦܪܣܝܐ, *Persarum Deæ*.

S. Barsebias Archimandrita cum 11. Sociis.

Anno Persecutionis 3. Saporis 33. *Daniel Presbyter* ܕܢܝܐܝܠ ܩܫܝܫܐ: & *Varda filia fœderis*, hoc est, *Virgo Deo Sacra* ܒܬܘܠܬܐ ܕܚܝ ܡܫܝܚܐ post varia tormenta decollantur *in regione Rozichorum* ܒܐܪܥܐ ܕܪܘܙܝܟܘܪ: Luna 25. Sabat, seù Februarii, secundo post martyrium Millesii anno.

Anno 3. Persecutionis. S. Daniel Presbyter, & Varda Virgo.

Anno Persecutionis 4. Saporis 34. *Narses* Episcopus Sciaharcadatę Garmæorum urbis ܫܥܪ ܐܪܟܐ ܕܓܪܡܝܐ ܕܒܝܬ ܫܝܢ: & *Jo-*

Anno 4. Persecutionis. S. Narses Episcopus cum Josepho.

& *Joseph* ejusdem Discipulus martyrio funguntur Luna 10. Novembris. Horum memoria colitur in Menologio Basilii Imp. die 20. Novembris, apud Ughell. tom.6. pag.1139.

S. Joannes Episcopus.

Eodem anno passi sunt Martyres, qui sequuntur. *Joannes Episcopus oppidi Seleuciæ* ܡܕܝܢܬܐ ܕܣܠܘܩܝܐ ܕܒܬܪ ܗܘܐ ܡܩܛܠ, occisus in pago *Hasin* ܒܬܪ ܚܣܝܢ ܡܬܐ, jussu Artasciri Adiabeni reguli ܐܪܬܐܣܝܪ ܕܐܕܝܒܝܢ ܡܠܟܐ, qui Saporis Regis germanus erat. Ejus meminit Sozomenus lib. 2. cap. 13. Dicitur autem *Episcopus oppidi Seleuciæ*, nimirùm oppidi cujusdam, quod ad Seleuciensem Archiepiscopatum spectabat: qua ratione *Sapores*, & *Isaac* mox laudandi, urbibus Seleuciensis Provinciæ præfuisse dicuntur.

S. Sapores Episcopus.

Sapores Episcopus oppidi Seleuciæ flagris in carcere tandiù cœsus est, donec animam efflaret: cujus caput præcidi, sibique afferri jussit Artascirus, ut de morte ejus certior fieret.

S. Isaac Episcopus.

Isaac ejusdem Provinciæ Episcopus lapidibus obruitur in urbe *Nicatoris* ܒܬܪ ܢܩܛܘܪ ܐܘܡܢܐ ab ejusdem loci pseudochristianis, quos Artascirus ad hanc impietatem compulit.

S. Isaac Presbyter.

Isaac Presbyter pagi *Hulsar* ܕܗܘܠܣܪ ܡܬܐ extra urbem Seleuciam jussu *Adargusnasaph* Præfecti ܐܕܪܓܘܣܢܣܦ ܪܒ ܚܝܠܐ, lapidibus similiter obrutus interiit.

S. Papa Presbyter.

Papa Presbyter pagi *Helmin* ܕܗܠܡܝܢ ܡܬܐ, jubente Artasciro Adiabenæ provinciæ regulo, in *Galal* pago ܒܓܠܠ ܡܬܐ interficitur. In Menologio Basilii die 20. Novembris colitur memoria *Joannis*, *Saporis*, & *Isaaci* Episcoporum: nec non *Isaaci*, atque *Dapii* Presbyterorum. Haud dubium, quin pro *Dapio* legendum sit *Papa*, quod nomen Chaldæis familiare fuit.

S. Uhanam Clericus.

Uhanam puer Clericus ܐܘܗܢܢ ܛܠܝܐ ܕܒܓܙܐ ܡܬܐ, in *Gazac* pago ܕܒܢܝ ܡܬܐ per Seleuciences Christianas fœminas, ab Artasciro ad id compulsas, lapidibus appetitus martyrii coronam adeptus est.

S. Guhastazades Eunuchus.

Guhastazades Artasciri Adiabeni reguli Eunuchus ܓܘܗܐ ܕܐܪܬܐܣܝܪ ܡܠܟܐ ܕܐܕܝܒܝܢ ܕܒܪ ܡܕܝܢܬ ܐܪܬܐ ܕܒܪ ܡܕܝܢ ܡܠܟ ܣܪܝܣ: in urbe Seleucia per Vartaranem ܒܪ ܐܪܬܐ Presbyterum pagi Salucana ܕܣܠܘܩܢ ܡܬܐ pessimum Apostatam interficitur. De quo hæc Sozomenus lib. 2. cap. 11. *Porrò quum Christiani omnes absque ulla miseratione trucidarentur, multi in ipso palatio necati sunt: Atque inter hos* AZADAS *Eunuchus Regi longè carissimus. Quem quum Sapores peremptum accepisset, incredibili dolore perculsus est.* Eadem ex Sozomeno leguntur in Martyrologio Rom. die 22. Aprilis: *In quo fidei certamine passus est Azades Eunuchus Regi carissimus.*

SS. Sasannes, Mari, Timæus, & Zaron Laici.

Sasan ܣܣܢ, *Mari* ܡܪܝ, *Timæus* ܬܝܡܐܘܣ, & *Zaron* ܙܪܘܢ, *sæculares* ܓܒܪܐ ܚܠܝܢ, ex *Loscium* Modainæ urbecula ܒܠܘܣ ܩܪܝܬܐ ܕܡܕܝܢܬ in Huzitarum regionem jussu Saporis deportati, ibidem pro Christo necantur.

S. Bauta.

Bauta nobilissima Seleuciensium fœmina ܒܘܬܐ ܡܪܬܐ ܕܣܠܘܩܝܐ ܕܒܢܝ ܒܓܙܐ ܡܬܐ jussu

jussu Adargusnasaphi Præfecti contra Ædes suas obtruncatur.

SS. Tecla, & Danac Virgines.

Tecla ܬܩܠܐ, & *Danac* ܕܢܟ, Virgines Seleuciensés, jussu ejusdem Adargusnasaphi jugulantur. In Menologio Basilii die 20. Novembris laudantur *Boëthazar* Eunuchus, & *Sasannes*, & *Tecla*, & *Anna* Martyres in Persidé.

SS. Taton, Mama, Mazachia, & Ana Virgines.

Taton ܬܛܘܢ, *Mama* ܡܡܐ, *Mazachia* ܡܙܟܝܐ, & *Ana* ܐܢܐ, Virgines Seleuciensés, extra urbem in loco qui dicitur ܗܘܪܐ *Hevara*, idest, *Candidus*, jussu Adargusnasaphi necantur: ܡܢܗ ܕܕܡܐ ܕܐܢܐ ܗܘܘܐ ܚܝܢܐ ܕܟܢܫܐ ܕܠܗܝܢܐ ܕܢܫܬܐ ܕܡܢܝܢܐ ܕܒܝܬ ܡܫܟܢܐ ܕܐܠܗܐ ܕܚܝܘܬܐ ܕܟܠܗ ܕܪܘܚ ܡܫܝܚܐ. ܕܟܠܗ ܕܪܘܚ ܡܫܝܚܐ ܕܒܝ ܡܫܟܢ ܕܐܠܗ ܕܚܝܘܬ ܟܠܗ. ܕܟܠ ܕܪܘܚ ܡܫܝܚ ܕܒܝ ܡܫܟܢ ܕܐܠܗ ܕܚܝܘܬ ܟܠܗ: *Quarum sanguine irrigata ficus arida revixit, & multis annis graviter affectis corporibus adhibita medelam attulit; donec ab impuris Manichæis invidiâ stimulante radicitùs evulsa est. Quamobrem halitu leonis, hoc est, lepra correpti complures ex eadem secta periere, morbique causam confessi sunt: & ipsis visum fuit grande miraculum.*

SS. Abiat, Hati, & Mamlacha Virgines.

Abiat ܐܒܝܐ, *Hati* ܚܬܝ, & *Mamlacha* ܡܡܠܟܐ, Virgines è regione Garmæorum, jussu Saporis Regis interficiuntur. In Menologio Basilii die 5. Octobris fit mentio *Mamelchtæ* Persæ, quæ fuerat Dianæ Sacerdos.

Anno 5. Persecutionis. Martyres 120.

Anno Persecutionis 5. Saporis 35. Luna 6. mensis Nisan, centum viginti Martyres Seleuciæ gladio cæsi sunt: in quibus novem Virgines, reliqui Presbyteri, Diaconi, & diversorum ordinum Clerici. Eos Jazdunducta ܝܙܕܢܕܘܟܬܐ Adiabenarum fœminarum nobilissima per sex mensés in carcere propriis facultatibus aluerat, cæsosque in agro quinos sepeliri curavit. *Jazdunducta* autem *Filiam Dei* significat. *Jazdandul* vocatur à Metaphraste apud Lipom. tom. 5. in vita SS. Acepsimæ, Josephi, & Æithalæ die 3. Novembris. De his loquutus videtur Sozomenus lib. 2. cap. 12. propè finem, quum ait: *Cæterùm quum ex præcepto Saporis, sicut anteà retulimus, reliquis omnibus prætermissis, soli Sacerdotes ac Doctores Christianæ legis comprehendi cœpissent, Magi & eorum principes regionem Persarum circumeuntes omni studio perquisitos Episcopos ac Presbyteros divexarunt, ac præcipuè in partibus Adiabenorum. Hæc Persidis regio est, maxima ex parte à Christianis habitata.*

Anno 6. Persecutionis. S. Barbesceminus Episcopus, cum 16. Sociis.

Anno Persecutionis 6. Saporis 36. *Barbesceminus* ܒܪܒܫܡܝܢܘܣ Seleuciæ & Ctesiphontis post Sciaadostum Episcopus, unàcum sexdecim Sociis (quorum nonnulli Presbyteri erant, alii Diaconi, alii diversorum ordinum Clerici) comprehensus, in *Ledan* Huzitarum urbem ܒܠܕܢ ܕܚܘܙܝܐ adductus fuit: ubi in carcere per annum integrum detentus, demùm unàcum Sociis decollatus fuit Luna 9. Canun posterioris, idest, Januarii. Erat autem *Barbesceminus* Simeonis Barsaboë ex sorore nepos, ut in nostris Codicibus adnotatur. Ejusdem meminit Sozomenus lib. 2. cap. 13. propè finem: *Episcopi verò*, inquit, *quos quidem accepi*, BARBASIMES, *Paulus*, *Gaddiabes* &c. Barbesceminо cæso adeò persecutorum immanitas in Christianos effærata est, ut Seleuciensis Ecclesia per viginti annos Episcopo carere coacta fuerit: Sic enim scribit Maruthas: ܐܝܟ ܕܡܫܟ

Plurimi Martyres.

ܡܢ ܗܠܟܝܡ ܕܡܗܦܟܢܐ ܕܡܘܬܐ
ܕܟܠܗܘܢ ܥܠܡܐ ܠܐ ܡܛܐ ܚܕ ܡܢ
ܬܫܥܝܢ ܘܬܪܝܢ ܫܢܝܢ ܗܘܐ ܡܢ .

Propter istud autem crudelissimum edictum vacavit Seleuciæ & Ctesiphontis urbium Episcopatus annis circiter viginti. Nimirùm usque ad mortem Saporis Regis, quæ vigesimo tertio post Barbescemini martyrium anno accidit, ut infrà. Exemplar illius edicti refert Maruthas Codice nostro I. fol. 98. à tergo:

ܕܠܐ ܕܢܬܝܡܪ ܟܠ ܡܢ ܕܪܚܡ ܠܝ :
ܘܢܬܪ ܠܗ ܡܠܟܘܬܝ : ܘܠܐ ܢܬܚܙܐ
ܠܗ ܠܐ ܢܗܘܐ ܟܐܝܢ ܒܐܪܥܝܗܘܢ
ܕܠܐ ܢܣܓܕ ܠܢܘܪܐ ܘܠܡܝܐ
ܕܢܬܚܝܒ ܠܗ ܠܐ ܢܣܓܕ ܠܫܡܫܐ
ܘܠܡܝܐ . ܡܢ ܕܥܒܪ ܠܐ ܥܒܕ :
ܢܗܘܐ ܡܬܬܪܡܐ ܡܢ ܪܫܝܐ ܕܡܠܟܘܬܐ
ܕܗܘܝܢ ܢܗܘܐ ܒܗ ܡܬܚܝܒܢܘܬܐ .

Quicumque me amat, meumque regnum cupit, illud sibi curandum intelligat, ut nullus Christiano notus nomine in suis finibus, aut sua sub ditione commoretur, quin Solem adoret, Ignem & Aquam colat, atque animantium cruorem comedat. Quicumque ista facere detrectaverit, magistratibus traditus, ex ipsorum sententia torqueatur & pereat.

Plurimi Martyres.

Hoc sævissimum Saporis edictum innumerabilis Martyrum cædes consequuta est, quorum martyrium describitur ab eodem Marutha Codice II. fol. 90. hoc præfixo titulo:

ܣܗܕܘܬܐ ܕܩܛܝܠܐ ܒܟܠܗ ܐܬܪܐ
ܕܡܢ ܫܘܠܛܢܐ ܩܛܝܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢ
ܐܢܫܐ ܕܬܪܥܐ ܕܦܪܬܐ ܕܩܛܝܠܐ :

Passio Martyrum, qui variis in locis à Præfectis interfecti sunt, præter eos, qui in Porta Regis cæsi fuerunt.

Et infrà: ܣܓܝܐܐ ܡܢ ܩܛܠܐ ܕܠܐ

ܕܩܛܝܠܐ ܣܗܕܘܬܐ ܐܢܫܐ ܕܣܓܝܐ
ܡܢܗܘܢ ܐܬܬܝܕܥܘ ܠܐ
ܐܠܐ ܡܢ ܡܢܝܢܐ ܕܡܬܟܬܒܝܢ ܠܐ
ܕ ܒܟܠܗ ܕܟܬܒ ܡܢ ܒܬܪ ܕܟܬܒ
ܐܬܟܬܒ ܠܗ ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܒܟܬܒܘܬܐ :

Complures enim ubique locorum martyrio perfuncti sunt, ex quibus paucorum dumtaxat nomina describere licuit, quæ à nonnullis memoriæ prodita fuerant.

Anno Persecutionis 7. Saporis 37. *Jacobus* Presbyter pagi *Tela Scialila* ܬܠܐ ܫܥܠܠܐ, & *Maria* Virgo ejusdem Soror, jussu Narsetis Tamsaporis ܬܡܣܦܘܪ comprehensi, quum Sanguinem comedere, Christumque abnegare recusarent, à *Mahdade* ܡܗܕܕܐ nobili inter Christianos Viro, ad hoc flagitium adacto, jugulantur in pago *Teldara* ܬܠܕܪܐ Luna 17. Martii.

Anno 7. Persecutionis. S. Jacobus Presbyter, & Maria Virgo.

Eodem anno *Tecla* Virgo, unàcum aliis quatuor Virginibus, jussu Narsetis Tamsaporis per Paulum Presbyterum pagi *Casciaz* ܟܣܝܥ impium Apostatam necantur Luna 6. Junii.

S. Tecla Virgo cum aliis quatuor Virginibus.

Anno Persecutionis 15. Saporis 45. *Barhadbesciaba* ܒܪܗܕܒܫܝܥܐ Diaconus civitatis *Arbel* ܐܪܒܝܠ jussu Saporis Tamsaporis Præfecti, per Aghæum ܐܓܝܐ Christianorum oppidi *Tabal* ܛܒܠ nobilissimum, ad id compulsum, capite multatur Luna 20. Julii.

Anno Persecutionis 15. S. Barhadbesciaba Diaconus.

Anno 23. Persecutionis. S. Heliodorus, & Dausas Episcopi, Mariabes Presbyter, & Hebedjesu Diaconus, cum 272. Sociis.

Anno Persecutionis 23. Saporis 53. expugnato Zebedæo Romanorum castro ܙܒܕܝܐ ܕܪܘܡܝܐ millia circiter novem Virorum ac mulierum in Persidem abducta sunt: quos inter Episcopus loci *Heliodorus* ܗܠܝܘܕܘܪܘܣ, & *Dausas* ܕܘܣܐ atque

Ma-

Mariab ܡܪܝܐܒ Presbyteri, & Diaconus *Hebedjesu* ܥܒܕܝܫܘܥ. Et Heliodorus quidem quum in pago *Stacarta* ܣܬܟܪܬܐ gravi morbo decumberet, Dausam impositâ manu Episcopum ordinat, & mox ad Dominum migrat: Dausas verò Mariabum Chorepiscopum designat. Quumque illa captivorum turba in varias Persarum urbes dispersa fuisset, Dausas Episcopus unàcum Mariabo Chorepiscopo, Hebedjesu Diacono, aliisque ducentis nonaginta septem viris ac mulieribus, ad montem Masebdanum ܡܨܒܕܢܘܢ in pagum *Gaphetam* ܓܦܬܐ relegantur. Ubi exquisitis ab Adarpharo ܐܕܪܦܪܢ Præfecto suppliciis affecti, gladio cæsi sunt omnes, præter viginti quinque viros ac mulieres, qui Solem adorantes mortem evasere. De Dausa & sociis hæc Sozomenus lib. 2. cap. 13. *Dausas quidem captivus à Persis abductus fuerat ex loco quodam, qui Zabdæus dicitur: tunc temporis verò pro fidei doctrina occisus est unàcum Mareabde Chorepiscopo & Clericis suis ducentis circiter & quinquaginta, qui unàcum illo capti fuerant à Persis.* Eorundem mentio fit in Martyrol. Rom. die 22. April. *Mareas quoque, & Bicor Episcopi, cum aliis viginti Episcopis, & Clericis ferè ducentis quinquaginta; Monachis etiam, & Sacris Virginibus plurimis.* Vide Menologium Basilii ad diem 9. Aprilis, quo die Heliodori Episcopi sociorumque commemoratio celebratur.

Anno 36. Persecutionis. Quadraginta Martyres, in quibus Episcopi duo: Presbyteri 16. Diaconi 9. Monachi sex: & Virgines septem.

Anno Persecutionis 36. Saporis 66. *Quadraginta Martyres* pro Christi nomine occubuerunt: ex quibus Episcopi duo, *Abdas* urbis Cascar ܟܫܟܪ, & *Hebedjesu* alterius cujusdam civitatis regionis Cascarensium. Presbyteri sexdecim, *Abdalla* ܥܒܕܐܠܗܐ, *Simeon*, *Abraham*, *Aba* ܐܒܐ, *Ajabel* ܐܝܥܒܝܠ, *Joseph*, *Hani* ܚܢܝ, *Hebedjesu*, *Abdalla*, *Joannes*, *Hebedjesu*, *Mari*, *Barhadbesciaba*, *Rozichias* ܪܙܝܟܝܐ, *Abdalla*, & *Hebedjesu*. Diaconi novem, *Eliab* ܐܝܠܝܐܒ, *Hebedjesu*, *Hani*, *Mariab*, *Mari*, *Abdias* ܥܒܕܝܐ, *Barhadbesciaba*, *Simeon*, & *Mari*. Monachi sex, *Papa*, *Evolesus* ܐܘܠܝܣ, *Hebedjesu*, *Phachida* ܦܚܝܕܐ, *Samuel*, & *Hebedjesu*. Virgines denique septem *Maria*, *Tata* ܬܬܐ, *Ema* ܐܡܐ, *Adrane* ܐܕܪܢܝ, *Mama* ܡܡܐ, *Maria*, & *Maracha* ܡܪܟܐ. Abdas Episcopus, unàcum duodetriginta sociis gladio cæsus est in Ledan Huzitarum urbe feria 6. Luna 15. Jar, seù Maii: quem eâdem die, eodemque loco ad coronam sequuti sunt Barhadbesciaba, & Samuel fratres, qui Sanctos Christi Martyres ex facultatibus suis aluerant. Postero die Hebedjesu Episcopus, & Abdalla Presbyter martyrio ibidem perfuncti sunt. Septem verò præfatæ Virgines ex Ledan urbe Lapetham perductæ, quum Solem adorare nollent, & de Jesu Christo libera voce testarentur, gladio feriuntur Luna 22. Maii. Horum Quadraginta Martyrum meminit Metaphrastes in vita S. Bademi die 8. Aprilis apud Lipom. tom. 7. verbis istis: *Quo tempore Quadraginta illi Sancti Martyres interfecti sunt, comprehensus fuit Bademus* &c. Abdam verò, & Hebedjesu, seù Abdjesum inter Martyres Episcopos recenset Sozomenus lib. 2. cap. 13. inquiens: *Sub eodem principatu innumerabilis multitudo Presbyterorum, Diaconorum, Monachorum, & Sacrarum Virginum, & aliorum, qui in Ecclesiis ministrabant,*

bant, & pro doctrina fidei laborabant, martyrio consummata est. Episcopi verò, quos quidem accepi, Barbasymes, Paulus, Gaddiabes, Sabinus, Mareas, Mocius, Joannes, Hormisda, Papas, Jacobus, Romas, Maares, Agas, Bochres, ABDAS, ABDJESUS, *Joannes, & Abramius, Agdelas, Sapores, Isaac, & Dausas.* De Feria 6. & Luna 15. Maii, quæ in Actis horum Martyrum notantur, dubium oritur, quomodo conciliari possint cum anno Persecutionis 36. & Saporis 66. qui in iisdem quoque Actis leguntur: nam ex dictis in S.Simeone, & ex dicendis in fine hujus Capitis, annus ille incidit in Christi annum 366. in quo tamen Luna 15. Maji non in feriam 6. competit, sed in feriam secundam. Dicendum igitur, Lunam Maji *decimam quintam* ܬܠܬܥܣܪܐ, pro *decima nona* ܬܫܥܣܪܐ, librarii incuriâ obrepsisse, quemadmodum suprà in passione Barsebiæ Archimandritæ *Lunam* 17. *Junii* pro *septima* malè notatam vidimus. Neque verò ex hoc Amanuensis errore adminiculum ullum pro aliis Scriptorum sententiis trahi potest: nam ex principiis eorum, qui Persecutionis Persicæ initium in an. Christi 341.343. vel 349. collocant, sequitur, anno Persecutionis trigesimo sexto, hoc est, Christi 377. 379. & 385. Lunam Maji decimam quintam incidisse in feriam secundam, in quartam, & in quintam, non in sextam, ut habent Acta Martyrum. Ii solùm feriam sextam cum Luna Maji 15. anno Persecutionis 36. hoc est, Christi 380. conciliant, qui ejusdem Persecutionis initium ab anno Christi 344. ducunt; sed Saporis Regis vitam ad annum 380. protrahi non posse, videbimus infrà.

S.Bademus Archimandrita.

Eodem Persecutionis, & Saporis anno *Bademus Archimandrita* ܒܕܡܘܣ ܪܝܫܐ ܕܡܢܙܪܐ, è monasterio, quod ipse apud Lapetham patriam suam exstruxerat, unàcum septem monachis ejusdem Discipulis, pertractus, & Regi Sapori oblatus, quum Christum constantissimè confiteretur, jussu ipsius Saporis Luna 10. Aprilis gladio cæditur à Narsete quodam Ariuni urbis regionis Garmæorum Domino ܡܪܝܗ ܕܓܪܡܝܐ ܕܐܪܝܘܢ ܡܕܝܢܬܐ: qui ne bonis suis spoliaretur, à Christiana Religione defecerat. Monachi verò illi postquam per quatuor annos squalore carceris macerati fuissent, tandem extincto Sapore dimissi fuerunt. Acta Bademi Sociorumque è Syriaco accepit Metaphrastes, eademque in Latinum conversa leguntur apud Lipomanum tom.7. ubi pro Lapetha habetur *Betlapat*: pro Ariun Garmæorum urbe *Aria urbs, cujus fines Betgerme appellabantur*: & pro die 10. Aprilis *octava dies* ejusdem mensis. In Menologio Basilii passio ejusdem refertur ad diem 9. Aprilis. Quod autem scribit Maruthas, discipulos Bademi mansisse in carcere *quatuor annos*, & post mortem Saporis Regis fuisse dimissos, id consonat Agathiæ Scholastico, qui refert lib. 4. Saporem annis septuaginta vixisse. Nam quum Sapores Bademum interfecit, annum ætatis regnique agebat sexagesimum sextum, ut initio Actorum Bademi dicitur. Rectè igitur concludit Maruthas, Socios Bademi monachos post quatuor annos dimissos fuisse, quum Sapores jam interjisset.

Anno 40. Persecutionis.

Anno Persecutionis 37. Saporis 67. comprehensi sunt *Acepsimas* Episcopus regionis Honitæ ܐܩܦܣܡܐ ܩܪܝܬܗ ܕܗܢܝܬܐ: *Joseph* Presbyter pagi Beth-Catubæ ܝܘܣܦ ܩܫܝܫܐ ܕܒܝܬ ܩܛܘܒܐ: & *Aitallahas* Diaconus regionis Beth-Nuhadræ ܐܝܬܠܗܐ ܕܝܩܘܢ ܕܒܝܬ ܢܘܗܕܪܐ: qui tribus annis cum dimidio in car-

S. Acepsimas Episcopus, Joseph Presbyter, & Aitallahas Diaconus.

cere detenti, coronam tandem adepti sunt postremo Saporis anno: & Acepsimas quidem Luna 10. Octobris; Joseph verò feria 6. hebdomadæ primæ Pentecostes: Aitallahas autem feria 4. hebdomadæ ultimæ Pentecostes. Horum Martyrum mentio fit in Menologio Basilii die 3. Novembris. Sozomenus pro Josepho Presbytero habet *Jacobum*, & duos insuper Diaconos addit lib. 2. cap. 13. inquiens, *Acepsimas Episcopus, Jacobus Presbyter, Aithalas Diaconus: Azadanes, atque Abdjesus Diaconi*. In Martyrologio Romano ad diem 22. Aprilis *Aithalas* Presbyter dicitur: *Acepsimas Episcopus cum Presbytero suo Jacobo: Item Aithala & Josepho Presbyteris, Azadane & Abdjesu Diaconis, & compluribus aliis Clericis*. Eorum Acta è Syriaco in Græcum conversa descripsit Metaphrastes apud Lipom. to. 5. die 3. Novembris: ubi pro *Honita regione*, & *Phacaa* pago ܦܚܘܬܐ unde Acepsimas oriundus erat, habet *Naëßon*: & pro *Beth-Catuba* pago, legit *Beth-Labuca*, quem *pagum rectè scribentis* perperàm exponit: nam *Catuba* Syriacè scribentem sonat, non *Labuca*. Annus autem, quo Passio horum Martyrum contigit, est Christi trecentesimus septuagesimus, qui ex dictis in S. Simeone Barsaboë, anno Saporis septuagesimo & postremo respondet: Atque adeò Feria 6. hebdomadæ primæ Pentecostes, qua Joseph passus est, in diem 2. Aprilis incidit, & Feria 4. hebdomadæ ultimæ Pentecostes, qua Aitallahas coronam promeruit, in diem 12. Maji, quum Pascha anno 370. celebratum sit die 28. Martii.

Ex hactenus dictis tria observare licet, quæ in Persecutione Persica notatu digna occurrunt. Primum, Tempus hujus Persecutionis, quæ per quadraginta integros annos duravit, nimirùm à trigesimo primo Saporis anno usque ad septuagesimum. Alias enim legimus ab eodem Sapore motas persecutionis procellas ante annum trigesimum primum; nimirùm anno decimo octavo, & anno trigesimo, ut in Isaia Adabi cap. 4. pag. 16. diximus; sed eæ nullo adhuc edicto regio excitatæ fuerant. Alterum Christianos à Sapore ejusque Præfectis frequenter adactos fuisse, ut strenuos Christi milites morte afficerent. Sic Isaac Episcopus, & Uhanam Clericus à Seleuciensibus Christianis ad hanc impietatem compulsis lapidibus obruti sunt: sic Jacobus Presbyter & Maria sacra Virgo à Mahdade jugulati, & Barhad. besciaba Diaconus ab Aghæo obtruncatus. Tertium, Orientales Christianos tanta religione à comedendo Sanguine abstinuisse, ut eum deficere à fide judicarent, qui Sanguine vesceretur. Tria enim à persecutoribus postulabantur, ut mortem vitarent: nimirùm, Christum abnegare: Solem, Ignem, & Aquam colere: Sanguinem demùm comedere. Hæc in edicto Saporis expressè leguntur; In Actis autem Jacobi Presbyteri & Mariæ Virginis comestio sanguinis cum abjuratione Christi conjungitur. V. Tertull. in Apol.

4. Canones.

Canones XXVI. quos ipse Maruthas in Concilio Seleuciæ & Ctesiphontis, unàcum Isaaco illius loci Archiepiscopo, condidit. Exstant in ms. Syriaco Florentino, teste Renaudotio tom. 2. Liturg. Orient. pag. 272. hoc titulo: *Canones & Regulæ constitutæ à Synodo Episcoporum Persarum habita in civitatibus Seleuciæ & Ctesiphontis, civitatum regni Persidis, in legatione D. Maruthæ Episcopi Miapharechin ad Isdegerdem Regem filium Saporis anno undecimo regni ejus*. Laudantur in epistola Simeonis Episcopi Beth-Arsamensis, quam suo loco referemus, ubi de Marutha sic: ܡܥܠܡܐ ܡܫܬܘܬܐ ܕܐܝܟ ܡܢܗܠܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܗܘ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܣܠܘܩܝܐ ܘܩܛܣܦܘܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܦܪܣ ܒܫܠܝܚܘܬܗ ܕܡܪܝ ܡܪܘܬܐ ܩܫܝܫܐ ܕܡܝܦܪܟܝܢ ܩܕܡ ܐܣܬܪ ܡܠܟܐ ܒܪܗ ܕܫܦܘܪ ܒܫܢܬ ܚܕ ܥܣܪܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܡܠܟ ܫܦܘܪ ܒܪ ܗܘܪܡܙ ܡܠܟ ܦܪܣ ܕܗܘ ܒܫܢܬ ܚܕ ܥܣܪ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܡܠܟ ܫܦܘܪ ܒܪ ܗܘܪܡܙ ܡܠܟ ܦܪܣ

ܕܒܬܪܗ ܘܩܒܠܘܗܝ ܥܠܝܗ ܕܐܘܪܬܗ
ܕܡܬܩܪܝܐ ܘܡܢ ܩܕܡܝܐ ܘܩܝܡܘ :

Quam etiam (fidem) *amplexi sunt, sub Marutha Episcopo, qui à Cæsare Romanorum Imperatore ad Isdegerdem Regem Regum anno regni ejus undecimo allegatus fuit, confirmaruntque quadraginta Episcopi ditionis Persarum*. Omnes sunt de disciplina Ecclesiastica, eodem Renaudotio teste, præter secundum, qui expositionem Fidei continet. Canonibus præmittitur *Epistola Maruthæ*, quæ scripta dicitur in Concilio quadraginta Episcoporum, præsente Isaaco Catholico, seù Primate illarum urbium & ipsius Maruthæ fratre.

5. Historia, & Canones Concilii Niceni Syriacè redditi.

Historia Concilii Nicæni, & Canones ejusdem à Marutha in Syrorum sermonem translati: de quibus Hebedjesu pag. 50. ܘܗܘ ܡܬܠܐ ܕܩܢܘܢܐ ܕܐܠܦܝܢ ܘܬܠܬܡܐܐ ܕܩܕܡܝܐ ܕܐܬܝܗ ܗܘ ܡܪܝ ܡܪܘܬܐ ܕܡܝܦܪܩܛ ܘܥܒܕ ܗܘ ܣܦܪܐ ܕܬܪܝܨܝܢ ܘܬܠܬܝܢ ܕܩܢܘܢܐ ܕܐܬܝܠܕܘ ܡܢ ܩܕܡܝܐ ܘܡܢ ܐܚܪܢܐ ܕܐܬܝܠܕܘ ܗܫܐ ܒܫܢܬܐ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܡܪܘܬܐ ܕܡܝܦܪܩܛ ܘܥܒܕ ܗܘ ܣܦܪܐ ܕܬܪܝܨܝܢ ܘܬܠܬܝܢ ܕܩܢܘܢܐ ܕܐܬܝܠܕܘ

stantes ceperant, Regi Persarum restituere prorsùs abnuerent, atque interim captivi, qui erant circiter septem hominum millia, fame consumerentur, (quæ res animum Regis Persarum vehementer angebat,) Acacius eam rem haudquaquam negligendam putavit. Convocatis igitur Clericis, qui sub ipso erant: Deus, inquit, noster nec lancibus indiget, nec poculis. Nam neque comedit, neque bibit: quippè qui nulla re opus habeat. Quum igitur multa vasa partim aurea, partim argentea possideat Ecclesia ex benevolentia, & liberalitate eorum, qui in ipsam adscripti sunt, consentaneum est, ut illorum pretio captivos à militibus redimamus, eisque cibos subministremus. Quum hæc aliaque ejusmodi illis diseruisset, vasaquidem sacra conflari jussit: deinde pro singulis captivis pretio militibus persoluto, aliquandiù eos aluit, tandemque viatico instructos, ad Regem Persarum remisit. Hoc admirabilis Acacii facinus Regem Persarum ingenti stupore perculit, quòd Romani & bello & beneficentia hostem vincere studerent. Ferunt etiam optasse Regem, ut Acacius in conspectum ipsius veniret, quò ipse ejus viri aspectu frueretur: idque Imperatore Theodosio annuente factum fuisse.

Hæc iisdem planè verbis de Acacio refert Dionysius Jacobitarum Patriarcha in Chronico. ܒܫܢܬܐ ܕܬܠܬܝܢ ܘܫܒܥܝܢ ܘܚܡܫ ܠܡܢܝܢܗ ܕܝܘܢܐܝܐ . ܕܗܘܐ ܟܕ ܢܦܩ ܫܠܡܐ ܕܦܪܣܝܐ ܘܫܒܥܐ ܐܠܦܝܢ ܕܓܒܪܐ ܡܝܬܝܢ ܒܟܦܢܐ : ܡܛܠ ܕܗܢܘܢ ܕܗܘ ܡܬܚܫ ܠܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܠܐ ܡܫܬܘܩܩ ܠܗ ܡܕܡ ܕܚܝܠ ܘܡܟܘܠ ܘܡܕܡ ܕܫܬܐ ܘܡܕܡ ܕܫܩܝ . ܗܘ ܕܡܬܝ ܠܗ ܠܐ ܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܕܡ : ܡܛܠ ܕܣܓܝ ܡܕܡ ܕܡܫܬܡܫ ܒܗ ܠܐ ܡܬܒܥܐ ܠܗ ܡܕܡ ܕܢܣܒ ܡܢ ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܐܠܦ ܓܒܪܐ ܡܝܬܝܢ ܒܟܦܢܐ ܡܫܩܠ ܠܗ ܠܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ ܘܡܢ ܗܢܐ ܕܥܒܕ ܫܬܝܢ ܡܢ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܬܝ

Simeonis duobus sæculis distant, ut Acacius Babuæi in Seleuciensi Throno Successor, primusque Nestorianorum Patriarcha, de quo infrà; vel acerrimi fuerunt Nestorianismi oppugnatores, ut Acacius Melitinensis, quem proinde Nestorianus ipse Hebedjesu cum illo præcipui honoris titulo *Mar* nunquam nominasset. Acacius verò Beræensis, qui Romam ad Innocentium I. pro reconciliatione Flaviani Antiocheni missus fuit, siquas Epistolas scripsisset, Græcis potiùs Scriptoribus, quàm Syris à Sobensi accensitus fuisset. Prætereà idem Sobensis in Catalogo p. 78. refert Marim Persam commentariis illustrasse Epistolas Acacii:

ܡܪܝܐ ܦܪܣܝܐ ܐܝܟ ܕܦܫܩ ܦܝܫܩܐ
ܘܦܬܓܡܐ : ܡܦܫܩܢܐ ܕܫܘܡܐ ܘܐܦܣ :

Mares Persa, inquit, *edidit commentaria in Danielem: item expositionem Epistolarum Acacii*. Ex quibus verbis duo colligimus: Primum, Acacii Epistolas de re Canonica, vel Dogmatica fuisse, quas proinde Mares expositione dignas judicavit, non secùs atque Græci nonnulli commentariis illustrarunt Epistolas Basilii, vel Timothei Alexandrini. Alterum, laudatum Sobensis testimonium de Acacio Seleuciensi intelligi non posse: Mares enim Persa, qui Acacii literas commentatus fuisse dicitur, Seleuciensi Acacio junior erat; quippè qui sub Ephesinæ Synodi tempora famosam illam Ibæ Edesseni epistolam, Episcopus ipse acceperat. Acacius verò Seleuciensis diù post Concilium Chalcedonense Episcopatum obtinuit, ut docet æqualis ipsi Simeon Beth-Arsamensis in Epistola de Nestorianis, in qua testatur, eum post Ibæ mortem anno Christi 489. è Schola Edessena jussu Zenonis Imperatoris expulsum, in subjectam Persis Assyriam profugisse.

II. ia à Con- o Impera- nstaurata.

I. Episto-

CAPUT XIV.

Rabulas Edessæ Episcopus.

ABULAS ab anno Christi 412. usque ad annum 435. Edessæ Episcopatum gessit: de quo hæc Auctor Chronici Edesseni. I. Rabulæ ætas.

ܗܢܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܕܡܐ ܕܐܬܝܢ
ܠܡܠܟܐ ܪܒܐ ܕܐܘܓܘܣ ܘܒܢܐ ܠܟܢܝܫܬܐ
ܕܐܣܛܦܢܘܣ ܕܗܘܬ ܒܬܪ ܒܝܬ ܣܝܡܬܐ
ܕܫܒܬܐ ܘܐܬܪܝܬ ܗܘܬ ܠܟܢܝܫܬܐ ܕܝܗܘܕܝܐ .
ܕܗܘ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܬܠܬ .

Anno Græcorum 723. (Christi 412.) *Rabulas Edessenum Episcopatum accepit. Hic Imperatoris jussu ædificavit Templum S. Stephani, quod antea domus Sabati, idest Synagoga Judæorum fuerat*. Et infrà:

ܗܢܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܕܡܐ ܕܐܬܝܢ
ܒܪܘܟܝܐ ܡܢܗ ܒܫܢܬ ܫܬܡܐ ܘܫܬܝܢ
ܕܐܣܛܦܢܘܣ ܕܗܘ ܡܢ ܟܠܗܘ
ܥܠܡܐ ܒܝܪܚ ܐܝܠܘܠ ܝܘܡ ܬܡܢܝܐ
ܡܠܦܢܐ ܕܐܘܓܘܣ ܗܘ ܡܪܝ :

Anno 746. *die* 8. *Augusti migravit ex hoc sæculo Rabulas Edessæ Episcopus, cui magnus Ibas suffectus fuit*. Idem in Chronico tradit Dionysius Patriarcha.

Theodorus Lector hist. Ecclesiast. lib. 2. *Rabulas*, inquit, *Episcopus Edessæ cæcus erat: Accusavit autem Andream Samosatensem, quod contra duodecim capita Cyrilli scripsisset*. Sic legit Henr. Valesius pag. 565. Nam Rabulas initio quidem Joannis Antiocheni Patriarchæ sui partes sequutus, Cyrillum ac Memnonem ob Capitula duodecim deponendos in Concilio Ephesino censuerat, omnes II. Causam Cyrilli contra Orientales acriter defendit.

nes Ægyptios Episcopos cum eodem Cyrillo communicantes, velut hæreticos, aversatus; posteà verò mutata sententia, causam Cyrilli tanto animi ardore fovit, ut coacta Edessæ Synodo, Joannis omniumque Orientalium communioni renunciaverit: scripta etiam Theodoreti & Andreæ Samosateni contra Cyrilli Capitula proscripserit, flammisque addixerit. At Græcus Textus contrarium planè sensum reddit: Sic enim habet: ἀνδρέας δὲ τῶν σαμοσατῶν ἐνεκάλει, ὡς γεγράφαντα κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων θεοδωρήτου *Andreas autem Samosatensis accusavit eum* (Rabulam), *quod contra duodecim Theodoreti Capitula scripsisset*. Hanc lectionem exhibent anteriores Valesio editiones, quas Baronius ad annum 435. num. VI. sequitur; eamque tùm Græca verba quæ suprà retulimus, tùm res gestæ ipsius Rabulæ confirmant. Nam hic etiam postquam Cyrillum inter & Joannem pax inita fuit, pro Cyrillo quidem adversùs Andream & Theodoretum scripsit; Nestorii verò hæresim fortiter impugnavit, ut Cyrillus ipse de eo testatur in Epistola, in qua sic eundem alloquitur: *Semper quidem tua splenduit Sanctitas, præcipuè autem modò, facta omnibus Orientalibus columna & fundamentum veritatis, & sicut quendam pestiferum expellens morbum, novæ & abominandæ hæreseos Nestorii blasphæmiam; nam procedit quidem ex altera radice; illius dico, qui de Cilicia erat, ista impietas*. Diodori autem Tarsensis & Theodori Mopsvesteni scriptis acriter restitit, unâcum Acacio Melitinensi, ut tradit Liberatus in Breviario cap. 10. Quamobrem Andreas Samosatenus eum Alexandro Metropolitano suo, velut Theodori Mopsvesteni insectatorem & Orientalium Episcoporum inimicum, accusavit, ut liquet ex ejusdem Andreæ epistola ad Alexandrum, quæ cap. XLIII. Synodici recitatur. *Hi qui pro recta fide laborant*, inquit Andreas, *scripserunt mihi ab Edessa, quia Rabulas apertissimè declinavit à dogmatibus veritatis, & persequitur rectæ fidei defensores: ita ut Theodorum quidem beatum rectæ glorificationis magistrum præsumeret anathematizare in Ecclesia, & multa mala contra eum diffunderet; anathematizaret verò & illos, qui ea quæ illius sunt, legunt, insuper & illa quæ scripsimus, & quicumque veniunt & non portaverint ad combustionem Theodori Codicem, & eos qui præter illa quæ Cyrilli sunt, sapiunt &c. Amici verò* (nempe Ibas adhuc Presbyter, & qui cum illo erant Edesseni) *qui persecutionem sustinent, interrogant nos, si oporteat jam scissionem fieri, & ostendi fiduciam, quia circa ea consilium minimè id nunc usque fecerunt. Mihi autem rationabile videtur, ut qui fiducialiter impiè agit, & omnes abjuravit Orientales, & nos contra eum clarè pugnemus*. Hactenus Andreas contra Rabulam. Joannes demùm Antiochenus ubi quæ gesta fuerunt à Rabula, intellexit, convocata Antiochiæ Synodo, misit ad Episcopos Osrhoënæ Provinciæ decretum cap. XLIV. Synodici relatum, in quo hæc de eodem Rabula. *A multis, & dignis fide viris subtiliter & integrè didicimus, quia honorandissimus Rabulas & Edessam perturbat, & omnes qui vicinas Provincias habitant, Apostolicæ fidei valdè contraria perpetrans, & eos qui rectè sapere elegerunt, vertit in fugam, & multa molitur contra Orthodoxam fidem. Unde compulsi sumus hæc discentes à plurimis, vestræ Religiositati Epistolam destinare: ut si vera sint ista, quæ hìc diffamantur à pluribus, immunes vos ab ejus communione servetis, donec eum evocantes ad nos, & integrè discutientes quæ ad eum pertinent, aut ignoscamus satisfacienti, aut convictum subdamus satisfactionibus regulæ*.

III. A S. Alexandro Acœmeta, Fidei mysteriis eruditus.

Rabbulum vocat monachus Acœmeta, vitæ S. Alexandri Acœmetarum parentis Scriptor apud Bollandum ad diem XV. Januarii: Eumque testatur, ab eodem Alexandro ex idolorum cultu ad Christi fidem per-

tra-

tractum, relicta Præfecti dignitate, qua ornatus erat, constructoque uxori ac filiabus Monasterio, in Eremum secessisse, atque annis aliquot anachoreticam vitam duxisse: Dein Episcopum ordinatum, annis triginta Edessenæ Ecclesiæ præfuisse. Verùm ex Chronico Edesseno, & ex Dionysio Patriarcha jam suprà vidimus, eum tribus suprà viginti annis dumtaxat Episcopatum gessisse usque ad annum Christi 435. quod ideò repetimus, nequem decipiat conjectura clarissimi Viri Bollandi, qui ejus obitum consignat circa annum 437. Idem Bollandus p. 1024. & Pagius ad annum 435. num. XXXIII. videntur asserere, Rabulam S. Eulogio successisse. Sed ex iisdem Chronicis liquet, Eulogium quidem Barsæ anno Christi 378. substitutum fuisse: Eulogio verò Cyrum anno 387. Cyro autem Sylvanum anno 397. Sylvano Phachidam an. 399. Phachidæ Diogenem ann. 409. Diogeni demùm Rabulam nostrum anno 412.

IV. Ejus scripta.

Epistola ad S. Cyrillum. Exstat Latinè tom. V. Concil. Labb. pag. 469. Ejusdem Cyrilli rescriptum ad Rabulam habetur in Concilio V. Oecumenico Collatione V. ex quo fragmentum suprà dedimus.

Canones in Edessena Synodo à Rabula sancitos laudat frequenter Gregorius Bar-hebræus in Opere, cui titulus: ܟܬܒܐ ܕܬܘܬܐ *Liber directionum.* Exstant autem in Bibliotheca Secreta Medicea in ms. Cod. Syriaco, cujus meminit Renaudotius tom. 2. Liturg. Oriental. pag. 272.

CAPUT XV.

Ibas Edessæ Episcopus.

I. Ibæ ætas.

IBAS Rabulæ Edesseno successit anno Christi 435. ut docet Auctor Chronici Edesseni, cujus verba suprà retulimus. De eo hæc in eodem Chronico: ܗܘܐ ܚܕܬܐ ܒܢܐ ܕܫܘܬܐ ܕܫܠܝܚܐ ܩܪܝܢ ܗܠܝܢ ܕܫܘܬܐ ܕܩܕܡܝܐ : *Hic novam ædificavit Ecclesiam, quæ hodie Apostolorum appellatur.* Et infrà. ܒܫܢܬ ܬܫܥܝܢ ܘܫܒܥ ܡܐܐ ܕܝܘܢܝܐ ܫܠܝܛܐ ܕܫܘܬܐ ܕܐܦܣܩܘܦܐ ܪܒܐ ܕܐܬܪܐ ܕܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܬܪ ܩܕܡܝܐ ܕܐܬܬܝܗܒ ܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܐܒܐ ܕܫܘܬ

que Edessenam Sedem post Rabulam adeptus est, invidiam amicorum ejusdem Rabulæ subiit. Accusatur itaque apud Imperatorem Theodosium & Proclum Patriarcham CP. à Samuele, Cyro, Mara, & Eulogio Ecclesiæ Edessenæ Presbyteris, quòd esset primus turbarum inter Orientales & Ægyptios ortarum auctor fautorque pertinacissimus; quòd Theodori libros in linguam Syriacam transtulisset; quòd ipsos per omnem Orientem disseminasset; quòd demùm Procli ad Armenios Tomo noluisset subscribere, & annexa illi impia Capitula damnare. Proclus accusatores ad Joannem Patriarcham Antiochenum remittit, contestans eundem, ut Ibam corrigeret ac puniret. Verùm *quum à scriptis Procli* (ut habent Acta Synodalia Concilii V.) *nulla emendatio pro querimoniis Accusatorum facta esset, defuncto Joanne interpellaverunt Domnum ejus successorem* (ac Nepotem,) *iterùm Ibam accusantes*. Hæc initia longæ illius accusationis, quæ usque ad Chalcedonensem Synodum perduravit. Ex hac impii Theodori causa originem duxit Nestorianismus Ibæ affictus, & multa criminum capita eidem objecta, à quibus tamen absolutus fuit in duabus Synodis, Tyri, scilicet, & Beryti, quarum Acta vide in Concil. Chalcedon. Act. 9. & 10. Id factum refert Eminentiss. Card. Baronius anno Christi 448. Verùm doctissimus Norisius in Dissert. IV. de anno & epochis Syro-Macedonum, utramque Synodum, Berytensem scilicet & Tyriam, anno 449. habitam fuisse demonstrat: cujus sententiam probat Pagius ad an. 448. num. 9. Summa rei gestæ hæc est. *Quum quidam Clerici Edesseni* (verba sunt Pagii loco cit.) *Ibam apud Domnum Patriarcham Antiochiæ accusassent, Domno Ibæ amico accusatoribus non obscurè infesto, iidem in Regiam Urbem profecti, Theodosio Imperatori, ac S. Flaviano Episcopo Constantinopolitano rem integram detulerunt. Theodosius die 26. Octobris currentis anni* (448.) *Damascio Tribuno ac Notario mandatum dedit, ut in Phœniciam statim profectus, à delegatis Judicibus Ibæ causam discutiendam curaret. Damascio à S. Flaviano collega additus fuit Eulogius Diaconus: Judices verò designati sunt Photius Tyri Metropolita, Eustathius Beryti in Phœnice maritima Episcopus, ac Uranius Antistes Himerorum, quæ urbs erat in Provincia Osrhoëne, cujus Ibas erat Metropolita. Photius Collegas Judices, Ibam, & ejus accusatores Tyrum advocavit. Clerici accusantes statim ac venêre, tota passim urbe publicarunt Ibam dixisse*: Non invideo Christo facto Deo: in quantum enim ipse factus est, & ego factus sum; *quæ blasphæma verba quum Photius Tyriis scandalo esse intelligeret*, jussimus, *inquit Act. X. Synodi Chalced. pag.* 639. eos egredi à Tyro; scandalizabatur enim civitas, quæ nunquam tale aliquid cogitaverat, vel audierat. *Ita Judicium Berytum ejusdem Provinciæ urbem Tyro M. P. LIV. distantem translatum fuit. Ibas, quò objectam sibi hæreticæ propositionis calumniam repelleret, suum quendam Diaconum Beryto Edessam submisit, ut à Clero Edesseno literas obtineret, quibus testarentur, numquam ea verba ab Iba prolata se audivisse. Clerus epistolam Ibæ favorabilem scripsit, quam recitat Baron. num. LXII. & seq. -- Rogant insuper Photium ac Eustathium Judices, curent Ibam velociter ad suum gregem reverti: & maximè salutari festo Sancti Paschatis appropinquante: quum id temporis & propter catechismos, & propter eos, qui digni sunt Sancto Baptismate, opus esset ejus præsentia. -- Cæterùm quum Ibas & Cleri Edesseni testimonio, & propria asseveratione immunis ab hæreseos crimine appareret, & alia eidem objecta* [1] *crimina partim diluis-*

NOTA.

1. *Crimina*. Samuel, Cyrus, Mara, & Eulogius in libello, quem Photio Tyri & Eustathio Beryti Episcopis contra Ibam obtulerunt, duodeviginti criminum capita eidem

luisset, partim Judicum decreto correcta fuissent, Episcopi Judices sedulam operam navarunt, in Clericis accusatoribus cum suo Episcopo conciliandis. Quod ubi se assequutos cognoverunt, Tyrum iterùm reversi sunt, ut eidem urbi, cui paulò ante ea Ecclesiasticorum litigia scandalo fuerant, mutuam inter eosdem redintegrandam concordiam ostenderent. Ita quibusdam conventionibus Ibam inter & accusatores pax inita fuit, quam Ibas dato sacramento, alii subscriptione firmarunt apud Tyrum (die decima mensis Peritii anno Tyriorum 574. juxta Romanos die 25. Februarii anno Christi 449.) *Pacis formula cum subscriptionibus legitur Act. IX. Synodi Chalcedon. pag.* 629. -- *Quare Ibas pleno mense ante Paschalia festa absolutus*, (Pascha enim anno 449. die 27. Martii celebratum est,) *Edessenam suam Metropolim repetens consueta Ecclesiæ instituta circa Catechumenos exercere potuit, priusquam illos Sabato Sancto salutaribus undis ablueret, quod enixè Clerus Edessæ ab Episcopis Judicibus postulaverat.*

III. Iterùm à Clericis Edessenis accusatur, & deponitur in Latrocinio Ephesino. Sedi tamen suæ restituitur in Synodo Chalcedonensi.

Verùm non modo Clerici ejus accusatores ab inita cum eodem pace resilierunt; sed etiam iidem Episcopi, qui Ibam absolverant, ipsum eodem anno damnarunt, & Sede Episcopali dejecerunt in Latrocinio Ephesino. Et quidem in hoc Conciliabulo causam Ibæ post diem 8. Augusti, qua jam incumbente nocte S. Flavianus damnatus fuit, discussam iterùm fuisse, ostendit idem Pagius ad annum 449. num. 12. Eum prætereà in eadem Pseudo-Synodo Episcopatu dejectum, liquet ex Act. X. Concil. Chalcedonen. testatumque faciunt cæteri Scriptores. Audi Auctorem Chronici Edesseni.

ܗܢܐ ܕܥܕܬܐ ܡܬܩܪܒܐ ܠܡܪܝܡ

dem objiciunt. 1. Quod ex mille quingentis solidis, quos ad captivorum redemptionem civitas Edessena contulerat, quingentos ille sibi vendicasset. 2. Quod calicem gemmatum eidem Ecclesiæ ante annos undecim à quodam pio viro oblatum, non reposuisset in Ecclesia. 3. Quod de Ordinationibus acciperet. 4. Quod Abrahamium maleficum hominem, Batenorum Episcopum ordinasset. 5. Quod Balleum, seù Valentium adulterum, Presbyterum creasset, eosque, qui ordinationi contradixere, puniendos judici tradidisset. 6. Quod Danielem, suum ex fratre nepotem, juvenem adhuc eumque luxuriosissimum, Charrensem Episcopum fecisset. *Hellenopolis*, seù *Paganorum civitatis* Episcopum vertit Latinus Interpres: *Charras* enim, seù *Haran* Syri appellare solent *Paganorum urbem*, quòd ab ea idolorum cultus initium duxerit. 7. Quod omnes Ecclesiasticos redditus fratri suo, vel consobrinis conferret. 8. Quod hæreditates, & munera, & quæcumque Ecclesiæ offerebantur, in eorumdem usum converteret. 9. Quod ea, quæ in expensas detentorum in carcere eroganda fuerant, in domos suorum erogasset cognatorum. 10. Quod modicum & vitiosum vinum ad Sacrificium Altaris daret, itaut vix Populo communicanti sufficeret; ipse verò multum & optimum vinum haberet. 11. Quod Nestorianus esset, & S. Cyrillum hæreticum appellasset. 12. Quod Daniel Episcopus quosdam suæ maximè intemperantiæ Clericos ordinaret. 13. Quod Perozum Presbyterum volentem relinquere sua propria Ecclesiis nullos redditus habentibus, prohibuisset, dicens, cautionem ejus se habere trium millium & ducentorum solidorum. 14. Quod Danielem Episcopum testantem & relinquentem omnem facultatem suam Challoæ amicæ suæ ejusque nepotibus, minimè redarguisset. 15. Quod Challoa Danielis Episcopi amica, quæ priùs nihil habebat, multis rebus Ecclesiasticis abutens, quæ apud ipsam erant, ducentos, & trecentos solidos feneraretur: ut ex hoc manifestum fieret, unde esset harum rerum collectio. 16. Quod Abrahamius Diaconus primitùs pauper & nihil ferè habens, multas & innumeras res habuerit, quæ reverà Edessenæ erant Ecclesiæ. Volentem autem eas eidem Ecclesiæ, ac pauperibus ex testamento relinquere, hortatus esset Daniel Episcopus, ut sub scripto testamento suam in ipsum transmitteret hæreditatem, jurans ei, eam post ejus mortem se pauperibus erogaturum: Postquam autem hanc Daniel adeptus est, Challoæ amicæ suæ dedisset. 17. Quod à Paganis Haranitis in sacrificiorum impietatem lapsis accipiens Daniel Episcopus sportulam, remitteret crimen, negotians & hinc sibimet lucrum. 18. Quod è prædio Lasargaritha Ecclesiæ Edessenæ silvas cædentes, portassent ad prædia Challoæ amicæ Danielis Episcopi, & quæ voluerunt, ædificassent. Porrò Daniel iste Charrarum Episcopus, unàcum Iba avunculo suo, depositus fuit in Latrocinio Ephesino, eique Joannes substitutus, qui Concilio Chalcedonensi subscripsit. Idem Daniel in causa Ibæ sub Domno subscriptus legitur in Concilio Antiocheno, licet in Græco pro *Charris* malè *Beræa* ponitur.

ܡܫܝܚܐ ܘܗܘܐ ܘܢܗܘܢܘܢ ܐܝܒܐ
ܕܐܦܣܘܢܝܐ ܕܐܬܝܐ . ܘܐܬܝܐ
ܠܩܕܡܝܐ ܡܢܗܘܢ ܫܢܬܐ . ܘܗܘܐ
ܫܢܬܐ ܚܕܐ ܕܡܢܗܘܢ ܐܝܒܐ
ܕܐܦܣܘܢܝܐ ܘܡܫܝܚܐ ܗܘܐ ܒܬܪܝܢ
ܫܢܝܢ : ܡܛܠ ܕܥܕܡܐ ܕܩܠܩܝܕܘܢ
ܘܥܕ ܫܢܬܐ ܬܪܝܢ : ܡܛܠ ܕܫܢܬܐ
ܕܚܡܫ ܘܬܠܬܝܢ : ܡܛܠ ܕܫܢܬܐ
ܕܬܪܝܢ ܘܥܣܪܝܢ : ܡܛܠ ܕܫܢܬܐ
ܕܬܪܝܢ ܘܬܠܬܝܢ : ܡܛܠ ܕܫܢܬܐ
ܕܬܪܝܢ ܘܫܬܝܢ : ܡܛܠ ܕܫܢܬܐ
ܕܬܪܝܢ ܘܬܠܬܝܢ : ܡܛܠ ܕܫܢܬܐ
ܕܬܪܝܢ ܘܫܬܝܢ :

Anno 756. (Christi 445.) *Dioscorus factus est Alexandriæ magnæ Episcopus. Item altera Synodus Ephesi coacta fuit*, (non anno 445. sed 449.) *in qua Dioscorus anathemate perculit magnum Flavianum Episcopum Constantinopoleos, Domnum Antiochiæ, Irenæum Tyri*, IBAM *Edessæ, Eusebium Dorylei, Danielem Haran, Sophronium Telæ* (seù Constantinæ) *& Theodoretum Cyri*. Idem de Latrocinio Ephesino scribit Dionysius in Chronico, licet illud anno Græcorum 757. Christi 446. celebratum fuisse perperàm existimet.

Quo autem mense Ibas Edessâ excesserit, prodit laudatus Auctor Chronici Edesseni. ܗܢܐ ܕܚܕܝܐ
ܡܫܬܡܫܝܢ ܠܐܝܒܐ ܕܐܦܣܘܢܝܐ
ܡܢ ܝܘܡܐ ܚܡܫܝܢ ܫܢܬܐ
ܕܢܝܣܢ ܥܕ . ܡܢ ܝܘܡ ܫܬ
ܥܣܪܝܢ ܕܬܡܘܙ ܡܬܩܝܡ ܐܝܒܐ
ܠܐܦܣܘܢ ܡܢ ܝܘܡ ܚܡܫ ܥܣܪ
ܕܬܡܘܙ ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ ܠܐܦܣܘܢ :

Anno Græcorum 759. *Ibas Episcopus Edessâ excessit die* 1. *Januarii: cui Nonnus substitutus fuit die* 21. *Julii, tenuitque Sedem annis duobus*: Nimirùm usque ad Synodum Chalcedonensem, quæ Ibam, Nonno ejecto, Edessæ restituit anno 451. Verùm quum Ibas Edessenam Sedem reliquit, annus erat Græcorum 760. non 759. hoc est Christi 449. non 448. Errorem autem ex librarii incuria in hunc Chronici locum obrepsisse, convincitur ex iis verbis, quæ sequuntur de Nonno: *tenuitque Sedem annis duobus*: nam a die 21. Julii anni 448. quo Nonnus in locum Ibæ substitutus esse dicitur, usque ad annum 451. quo Synodus Chalcedone celebrata fuit, non anni duo, sed tres effluxissent.

IV. Ejus obitus.

Quot demùm annis post recuperatam Sedem Ibas vixerit, docet idem Auctor Chronici Edesseni.

ܗܢܐ ܕܚܕܝܐ ܡܥܡܪ ܠܐܝܒܐ
ܕܢܝܣܢ ܡܢ ܝܘܡ ܕܬܡܘܙ
ܠܐܦܣܘܢ ܕܐܬܝܐ ܠܐܝܒܐ ܕܐܦܣܘܢ
ܗܘܐ ܒܬܪ ܫܢܬ ܬܠܬ ܡܐܐ
ܘܚܡܫܝܢ ܘܬܠܬ ܫܢܝܢ ܗܘܐ
ܡܫܝܚܐ ܠܐܦܣܘܢ :

Anno 769. (hoc est vertente anno Christi 457.) *die* 28. *Octobris obiit Ibas Episcopus Edessæ, & Nonnus in locum suum rediit*. Et quidem Ibam ineunte anno Christi 457. in vivis fuisse, colligitur ex Tom. IV. Concil. pag. 891. ubi cum aliis Episcopis subscripsisse dicitur precibus Leoni Imperatori missis pro Concilii Chalcedonensis confirmatione. Nonnum verò eodem anno inclinante post Ibæ obitum Sedem Edessenam recuperasse, liquet ex Codice Encyclico in eodem Tom. IV. Concil. in quo ipse primus inter Episcopos Provinciæ Osrhoënæ subscripsit epistolæ ad Leonem Imperatorem ea de causa missæ: quod & Pagius confirmat ad annum 451. num. 53. ubi Garnerium meritò reprehendit, qui scripsit, eum Synodi Oecumenicæ Ephesinæ tempore Ecclesiam Edessenam administrasse.

V. A Jacobitis adhuc ut Nestorianus rejicitur.

Jacobitæ, qui Chalcedonense Concilium rejiciunt, Ibam quoque, veluti Nestorianum, in Professione Fidei, quam ante Sacrorum Ordinum susceptionem coram Episcopo emittunt, etiamnum execrantur, ut liquet ex Cod. Ecchell. IV. p. 95. De eodem hæc scribit Simeon Beth-Arsamensis in Epistola, cui titulus

lus, *de Barsauma Nisibita, & Hæresi Nestorianorum in Persidem invecta.*

IV. Ejus obitus.

ܡܬܬܘܗ ܕܡܢ ܒܠܐܘܢܝܘܬܗ ܩܕܡܐ ܢܘܢܝܐ . ܗܘܐ ܕܡܢ ܢܘܢܝܐ ܟܡܐ ܚܢܝܢܐ ܕܟܠܗܘܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܒܠܚܘܢ ܕܟܠܗܘܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܟܬܒܘܗܝ ܕܟܠܗ ܕܒܗ ܒܟܝܢܘܬܗ ܕܢܘܢܝܐ : ܐܡܪ ܗܘ ܕܐܠܗ ܐܢܐ ܠܐ ܡܚܣܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܐܠܗ ܗܘܐ ܕܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܕܡܝܬ ܥܡܝ ܒܒܪܝܘܬܐ ܕܡܢ ܩܕܡ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܩܕܡ ܐܒܐ ܕܠܥܠܡ . ܘܠܗܕܐ ܟܡܐ ܢܘܢܝܐ ܕܐܬܩܛܠ ܠܗ ܕܥܡܗ ܕܢܣܛܘܪܝܢ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܟܠ ܐܬܪܐ ܕܡܫܬܠܛܢ ܒܦܪܣ ܘܒܟܠ ܐܬܪ ܕܡܫܬܠܛ ܒܗ ܢܘܢܝܐ : ܗܘ ܕܐܬܩܛܠ ܠܗ ܠܐ ܡܚܣ ܠܡܫܝܚܐ ܕܐܠܗ ܗܘ ܕܗܘܐ ܒܪܢܫܐ . ܕܡܝܬ ܥܡܝ ܒܒܪܝܘܬܐ ܕܡܢ ܩܕܡ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܩܕܡ ܐܒܐ ܕܠܥܠܡ ܘܥܠ ܗܢܐ ܐܬܩܛܠ ܠܗ ܕܥܡ ܢܣܛܘܪܝܢ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܟܠ ܐܬܪ . *A Theodoreto* (Nestorianum errorem) *accepit Ibas, qui præter alias multas blasphæmias, quibus præfatos magistros suos adamussim imitabatur, istam in quadam sua Oratione adjecit, dicens: Ego Ibas nequaquam invideo Christo, qui Deus factus est: nam Deus appellatus est, quum homo esset mei similis, & ejusdem mecum naturæ. Quapropter anathematis sententia lata fuit in Ibam, & Theodoretum Cyri, unàcum omnibus eorundem sociis & sectariis.* Loquitur Beth-Arsamensis de Conciliabulo Ephesino, in quo Ibas & Theodoretus damnati sunt.

V. Jacobitis adeò ut Nestorius rejicitur.

VI. Ejus Epistola.

Scripsit famosam *Epistolam ad Marim Persam*, quum adhuc Orientales cum Ægyptiis contenderent. Joannem enim Patriarcham suum sequutus, Cyrillum magnum & Ephesinam Synodum decessoremque suum Rabulam carpit; Nestorium verò commendat, ejusque hæresim stabilire conatur. Exstat tom. V. Concil. Labb. pag. 661. quæ post Ibæ mortem anno 536. à Patribus Quintæ Synodi damnata fuit. Consule Eminentissimum Baronium ad annum prædictum, ubi probat, à Quinta Synodo Epistolam Ibæ, non Ibam ipsum damnatum fuisse, utpote qui in quatuor Conciliis, Antiochiæ, Tyri, Beryti, atque Chalcedone hæresim Nestorianam abjuraverit, & in communione Ecclesiæ diem clauserit.

VII. Initia, & progressus Nestorianismi in Mesopotamia, in Assyria, & in Persidæ.

Sed quamvis Ibas ab errore, cujus patrocinium olim susceperat, seipsum tandem Divino favente numine revocasset, non tamen efficere potuit, ut eos, quos Nestorianismo infecerat, ad Orthodoxam fidem reduceret. Adeò Epistolæ ejus Assyrios Persasque dementarant. His adde, quòd Schola Persica, quæ Edessæ florebat, ab eo usque tempore Nestorii partes adversùs S. Cyrillum tutari cœpit, quo Joannes Patriarcha Antiochenus cunctos Orientales Episcopos, atque adeò Edessenum ipsum Antistitem, in suam sententiam pertraxit. Præceptorum ejusdem Scholæ, Auditorumque conatus Rabulas compescuit, dum in vivis fuit. Sub Iba vires resumpserunt; nec eos coërcere potuit Nonnus Ibæ successor, licet hostis esset Nestorianorum infensissimus; donec Cyro Edessæ Episcopatum adepto, eversa Schola est, & Scholastici in Persidem relegati. Audi Beth-Arsamensem in laudata Epistola.

ܡܬܬܘܗ ܕܡܢ ܒܢܘܢܝܐ ܩܕܡܐ ܕܐܦ ܒܥܡܗ ܗܘܐ ܡܬܬ ܡܢ ܟܠܗ ܐܘܪܬܗ . ܡܢ ܠܐܝ ܥܒܕܗ . ܘܠܡܒܥܐ ܠܐܘܟܠ ܒܪܝܬܗ ܕܟܠܗ ܕܡܫܬܠܛܢ ܒܦܪܣ ܘܒܟܠ ܐܬܪ ܕܡܫܬܠܛ ܒܗ ܢܘܢܝܐ ܕܐܬܩܛܠ ܠܗ ܕܥܡ ܣܛܘܪܝܢ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܟܠ ܐܬܪ . ܡܢ ܟܕ ܡܬܬ ܩܕܡ ܕܐܦ ܢܘܢܝܐ ܕܐܬܩܛܠ ܠܗ ܕܥܡ ܣܛܘܪܝܢ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܟܠ ܐܬܪ . ܗܘ ܗܘܐ ܡܫܬܠ ܒܪܝܬܗ ܕܡܪܝ ܦܪܣܝܐ ܘܥܠ ܗܢܐ ܐܬܩܛܠ ܠܗ ܕܥܡ ܣܛܘܪܝܢ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܟܠ ܐܬܪ . ܡܢ ܟܕ ܡܬ ܩܕܡ ܕܐܦ ܢܘܢܝܐ ܕܐܬܩܛܠ ܠܗ ܕܥܡ ܣܛܘܪܝܢ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܟܠ ܐܬܪ . ܗܘ ܗܘܐ ܡܫܬܠ ܒܪܝܬܗ ܕܡܪܝ ܦܪܣܝܐ ܘܥܠ ܗܢܐ ܐܬܩܛܠ ܠܗ ܕܥܡ ܣܛܘܪܝܢ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܟܠ ܐܬܪ . ܗܘ ܗܘܐ ܡܫܬ ܒܪܝܬܗ ܕܡܪܝ ܦܪܣܝܐ ܘܥܠ ܗܢܐ ܐܬܩܛܠ ܠܗ ܕܥܡ ܣܛܘܪܝܢ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܟܠ ܐܬܪ . ܗܘ ܗܘܐ ܡܫ ܒܪܝܬܗ ܕܡܪܝ ܦܪܣܝܐ ܘܥܠ ܗܢܐ ܐܬܩܛܠ ܠܗ ܕܥܡ ܣ ܢܣܛܘܪܝܢ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܟܠ ܐܬܪ : ܗܘ ܗܘ ܕܐܬ ܩܕ ܕܐ ܢ ܢ ܣ ܢ ܣ ܢ ܣ

ܡܢܘܗܝ : ܡܫܚܬܐ ܕܚܝܐ ܕܐܪܕܫܝܪ :
ܡܫܚܗܘܗܝ ܕܢܝܢܘܐ : ܡܫܬܝ ܕܢܗܪܘܬܐ :
ܡܫܬܐ : ܡܫܠܐ ܕܢ ܡܫܠ ܡܢ ܡܢܬܐ
ܕܚܝܐ ܕܐܬܝܐ : ܐܪܕܘܡ ܡܪܝܐ :
ܡܢܗܘܢ ܕܢܚܬܐ : ܐܪܝܐ ܡܢ ܕܢ
ܕܡܢ ܡܢܬ . ܘܐܝܟ ܕܡ ܡܫܬܡܫ
ܐܝܬܐ ܐܝܟܡܘܢ ܕܡܢ ܕܬܪ ܐܘܟܝܢ
ܕܡܢ ܡܢܬ . ܡܢܟܘ ܡܢܐ ܕܡܢ ܡܢܬ
ܐܝܬܘ ܡܢܘܢ ܕܗܘܐ ܡܢ ܐܘܪܗܡ
ܕܡ ܡܢܬ ܕܡܢ ܐܘܪܗܡ ܕܡܢ ܡܢܬ
ܡܢ ܕܡ . ܡܫܬܡܫ ܡܢܐ
ܕܡܢ ܡܢܬ ܡܢ ܡܢܬ ܐܝܟܢܐ ܕܡܢ
ܐܘܪܗܡ ܡܫܬܡܫ ܕܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ
ܕܡܢ ܐܝܟ ܕܡ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ
ܡܢ ܕܡ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ :
ܐܪܝܐ ܕܡ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ
ܕܡ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ .

Idest: *Ab Iba Nestorianum errorem accepit Mares quidam ex urbe Hardascir: atque exinde cœpit Persarum regio Nestorianismo infici per Ibæ epistolas, & per Magistrorum ejusdem Orationes atque Commentaria*, (Nestorii nimirùm, Theodoreti, Theodori, ac Diodori, quæ in Syrorum sermonem convertebantur.) *Ab eodem Iba post Marim accepit Maro quidam Elita Presbyter Edessenus*, (Is fortassè est Maronius Diaconus, qui subscribitur in Concilio Antiocheno in causa Ibæ, Act. X. Concil. Chalced.) *qui in Edessena Persarum Schola Præceptorem agebat. In illa autem Schola complures è Persarum regione literis vacabant, quos inter Acacius Assyrius, Barsaumas Maræ Carduensis servus, Maanes Hardascirensis, Absotas Ninivita, Joannes Garmachita, Michæas, Paulus Cachæi ex oppido Huzitarum, Abraham Medus, Narses Leprosus, Ezelias ex oppido Maris, aliique ejusdem cum Iba sententiæ. Defuncto autem Iba, omnes Persæ unàcum reliquis Edessenis Scriptoribus, qui ejusdem persuasionis erant, excedere Edessa jussi sunt: Item schola, ubi Persæ literas Edessæ edocebantur, operâ ac studio Beati Mar Cyri Edesseni Episcopi, jussuque Zenonis Romanorum Imperatoris funditùs eversa est, cujus loco Templum nomini S. Mariæ Dei genitricis excitatum.* Id accidit annorum Græcorum 800. Christi 489. uti narrant Auctor Chronici Edesseni, & Dionysius Patriarcha. Idem de Schola Edessena tradit Theodorus Lector hist. Eccl. lib. 2. pag. 558. *In urbe Edessa*, inquit, *erat Schola Christiana Persicæ gentis, ut ajunt, ex quo factum est, nisi me conjectura fallit, ut Persæ Nestorianam hæresim sequerentur, quum quidam qui Nestorii ac Theodori dogmata amplectebantur, ei Scholæ præfuissent, & doctrinam, quæ ipsis placebat, Persis tradidissent.* Et infrà p. 566. *Zeno Imperator Scholam, quæ Persarum vocabatur, in urbe Edessa sitam sustulit atque evertit, utpote quæ Nestorii ac Theodori doctrinam auditoribus insinuaret.* Hanc Scholam diversam fuisse existimo ab iis, de quibus Auctor vitæ Sancti Alexandri Acœmetæ apud Bollandum ad diem 15. Januarii pag. 1023. *Erectæ in ea urbe sunt jam olim divino nutu linguæ Syriacæ Scholæ in vicinarum civitatum commodum. Nam viri principes atque alii locupletes liberos suos eò institutionis gratiâ ablegant. Sacrum igitur principatum adeptus Rabulas studuit, cooperante Spiritu Sancto, omnes in veram & stabilem fidem adunare..... Exteros gentilium filios bis in mensem è schola ad se evocabat, eosque verbum veritatis docebat. Ac suscepto Sancti Spiritus signaculo, eoque pacto maximum consequuti emolumentum in patriam revertebantur, & successu temporis bonis assueti moribus, eosdem liberis suis in hoc usque tempus inserunt.* Nam hæ quidem scholæ in vicinarum civitatum commodum institutæ fuerant, in quibus Christiani

ſtiani cum gentilibus Syriacam linguam promiſcuè docebantur. Schola verò Perſica Chriſtianæ gentis dumtaxat erat, ejuſque ex Perſarum ditione: Sacras prætereà literas ibidem juvenes Perſæ docebantur, ut ex Theodoro colligitur.

VIII. Renaudotii opinio de origine Neſtorianiſmi in Oriente reſellitur.

Hæc initia Neſtorianiſmi in Meſopotamia, in Aſſyria & in Perſide. Progreſſus ejuſdem fuſiùs narrantur à Beth-Arſamenſi in citata epiſtola, quam ſuo loco integram dabimus. Summa ejus hæc eſt. Barſaumas, Acacius, Narſes, Michæas, Abſotas, Abraham, aliique ſupra memorati Scholæ Edeſſenæ Magiſtri cum ſuis Auditoribus Edeſsâ ejecti, terraſque Romani Imperii relinquere coacti, tanto animi ardore Neſtorianorum dogma in ditione Perſarum ſub Pheroze Rege promoverunt, ut Babuæo Seleuciæ & Cteſiphontis Epiſcopo, atque totius Aſſyriæ Perſidiſque Primate è medio ſublato, Sedem illam, ipſo Pheroze annuente, invaſerint. Reliquis urbibus Neſtorianos Epiſcopos, quibus Pherozes, utpote Romanis infenſus, impensè favebat, præfecerunt: adeò ut Chriſtiani ferè omnes, qui Perſis ſubditi erant, ejurata Orthodoxa fide, Neſtorianam hæreſim brevi amplexi fuerint. Hæc fortaſsè non viderat Vir eruditiſſimus Euſebius Renaudotius, quum cauſas propagati in Meſopotamiam & Perſidem Neſtorianiſmi retexere aggreſſus, ſcribebat tom. 2. Liturg. Oriental. in Præfatione num. III. *Quamvis à Diodoro Tarſenſi, Theodoroque Mopſveſteno originem habuiſſe hæreſim, quam poſteà Neſtorius amplexus eſt, Græci Latinique vulgò doceant, in quo conſentientes habent Orientales omnes; tamen illa in Conſtantinopolitana potiùs Diœceſi, quàm in aliis Provinciis incrementum accepit. In Syria propagata vix fuit, niſi poſtquam Meſopotamia, in qua deinceps maximè viguit, à Perſarum Regibus occupata eſt. Eò ſcilicet confluxerunt Neſtoriani ex toto Romano Imperio, quum legibus proſcripti, Eccleſiiſque ſpoliati, apud Barbaros integram libertatem nanciſcerentur. Nec eà contenti, Choſroës Nuſchiſruani poteſtate abutentes, Orthodoxos expulerunt Edeſſenà Scholà & Eccleſiâ, quam Heraclius pace cum Perſis factâ, primis poſſeſſoribus reſtitui curavit. Nam ut Cedrenus ſcripſit, non modò Neſtorianis favebat Nuſchiſruanus, ſed reliquos Chriſtianos etiam in Perſide ad eorum ſectam amplectendam cogebat: atque ea ratione factum, ut qui in ea regione Chriſtiani erant, omnes propè eadem hæreſi inficerentur. Id videtur effectum eſſe non ab indigenis Syris, (nam Orthodoxam fidem ſequebantur, & ſub Romanis Imperatoribus Niſibi & Edeſſæ Scholas habebant inſignes, ubi florebant Sacrarum literarum ſtudia, de quibus Junilius, Caſſiodorus, & alii:) Verùm à fugitivis ex Græcia, qui ſeptimo ſæculo præſertim Eccleſias & Scholas occupaverunt, totam denique Meſopotamiam Neſtorianam fecerunt.* Eadem de Neſtorianis tradiderat tom. 1. pag. 366. Quæ licet aliis probabilia videantur, mihi tamen falſa ſunt. In primis quis Renaudotio dixit, *Neſtorianam hæreſim in Conſtantinopolitana Diœceſi potiùs, quàm in aliis Provinciis incrementum habuiſſe?* quum & hoc ipſum qualecumque incrementum à Syris eò profectis hæreſis Neſtoriana acceperit, velut à fonte rivulum. Hæc enim in Syria ducentis ante annis Paulo Samoſateno Patriarcha Antiocheno auctore primùm eruperat, vicinaſque provincias ſua contagione afflaverat, ita ut Diodorus Tarſenſis & Theodorus Mopſveſtenus Pauli gentiles, deinde Neſtorius ejuſdem etiam affinis, antiquum errorem potiùs, quàm novum protuliſſe dicantur. Vide Baronium ad annum 422. Quare mirum non eſt, pro eo errore, à Neſtorio in elegantiorem quandam ſpeciem reformato, in eadem Syria tam multos, tàm potentes ſtatim aſſurrexiſſe patronos, quot quantoſque ferunt Acta Concilii Epheſini contra S. Cyrillum pro Neſtorio conſpiraſſe. Contrà Renaudotius nul-

los

los ostendere poterit in Græcia Nestorianismi fautores, præter unum Episcopum Dorotheum, & Presbyterum unum Anastasium, & hunc Syrum. Siqui alii ex Senatoribus, vel ex Monachis Nestorio faverunt, non errori, sed personæ eos favisse credibile est: Illos autem non multos fuisse, disertè scribit testis locupletissimus S. Cyrillus in Epist. ad Cœlestinum Papam, cui consentiunt omnes historiæ Ecclesiasticæ Scriptores, & addunt, contra Nestorium universum Constantinopolitanæ Ecclesiæ Clerum insurrexisse. Vide Socratem lib. 7. cap. 34. in fine, quem exscribit Nicephorus lib. 14. cap. 36. Baronium anno 422. & seqq. Sed & quum undeviginti post annos nova hæresis Eutychiana Constantinopoli grassari cœpisset, ita omnia circum loca eo incendio correpta sunt, ut omnis Nestorianismi memoria simul deflagraverit. Adeò neminem est reperire, qui consequutis temporibus ullum Nestorianorum conventum, seù conventiculum in Græcia habitum meminerit, ullum doctrina, aut alio nomine celebrem Græcum, qui Nestorianismi patrocinium scripto vel facto susceperit. Sed contrà quæcumque circa Nestorianam rem gesta sunt, ea omnia in Syria, & in vicinis Syriæ provinciis contigisse referunt Liberatus, Theophanes, Cedrenus, Nicephorus, & alii Græci, quibus planè omnes Syri Scriptores consentiunt.

Iterùm falsum est, *Orthodoxos sub Chosroë Nuschifruano pulsos fuisse à Nestorianis ab Schola Edessena*, quum hæc sub Zenone funditùs eversa fuerit, ut ex Theodoro Lectore suprà retulimus. Cedrenus verò, quem Renaudotius laudat, Ecclesiam Edessenam à Nestorianis occupatam fuisse, non Scholam memorat. Quare non video, quo pacto Renaudotius clarissimum & perspicuis verbis expressum Theodori testimonium ad Heraclii, & Nuschifruani tempora in margine referat: quo've iterùm pacto Cassiodorum citet, quum Cassiodorus non *de Syrorum Scholis* loquatur, sed expressè disertèque *Hebræos Nisibi Scholam* habuisse scribat: de Syris nihil dicat, ut suprà nos in Præfatione annotavimus. Renaudotium deceperunt, ut puto, Henrici Valesii verba, qui in notis ad secundum librum Theodori Lectoris pag. 164. sic de Cassiodoro scribit: *Cassiodorus quidem in Præfatione divinarum Institutionum scribit, sua adhuc ætate Nisibi Scholam fuisse Ecclesiasticorum dogmatum. Sed Cassiodorum memoriæ vitio lapsum esse existimo, & Nisibin urbem pro Edessa posuisse. Nisibis enim Cassiodori ætate sub ditione Persarum erat, jam inde à temporibus Joviani Augusti, qui Persis eam tradiderat.* Potiùs memoriæ vitio lapsus est Valesius, qui pro Nisibena Hebræorum Schola, de qua Cassiodorus, Edessenam Christianam ponit.

Pergit Renaudotius, & confidenter asserit, *Græcos in Mesopotamiam profugos, illam septimo sæculo suis erroribus imbuisse*. At qui veram rerum in hac parte gestarum historiam ab ipsis Syris suprà repetitam legerit, hanc Renaudotii conjecturam meritò rejiciet, nec ineptè reponet, eam tantum à veritate abesse, quantum ab ipsa Syria, quæ illius monstri mater & altrix fuit, distant Græcia & Thracia, quibus nulla in hac tragœdia pars, nullus actus fuit, aut esse potuit; sæculo præsertim septimo, quando Nestorianismus cum suo Auctore olim Constantinopoli ejectus, Persidem Assyriamque, & Mesopotamiam jampridem pervaserat, ut suprà ostendi, & ipse Renaudotius tom. 2. pag. 99. Eutychii Alexandrini convictus auctoritate fatetur; ubi etiam disertis verbis affirmat, Nestorianam Sectam à Barsauma Metropolita Nisibeno in subjectas sibi Mesopotamiæ Diœceses longè latèque fuisse diffusam; quibus tamen non video, qua ratione cohæreant, quæ hoc loco idem Renaudotius scribit, *id ab indigenis Syris effectum fuisse non videri*.

Quæ

Quæ autem ex Cedreno Renaudotius profert, nostra potiùs confirmant, & propagatam jam in Persidem & Mesopotamiam Nestorianam luem ante Heraclii Chosroæque tempora convincunt, quando jam & Scholas ibidem habebat, & Ecclesias occupaverat. Et siqua eâ tempestate nova incrementa Nestorianismus accepit, ea certè *non Græcis profugis* (quod hìc unicè impugnamus,) *sed Chosroì, ejusque Præfectis Syros indigenas in verba Nestorii jurare compellentibus* debet. Neque inde consequitur, quod in fine subdit Renaudotius, *fugitivos ex Græcia totam Mesopotamiam Nestorianam fecisse*, quum hujus rei nullum ipse testem proferat, & contrà reclament omnia Syrorum monumenta, qui in Mesopotamia Jacobitarum Sectam maximè floruisse olim, & hoc tempore florere memorant, imò & digito monstrare possunt, testemque producunt, quem nemo sanus repellere potest, suorum Episcoporum in Mesopotamiæ urbibus successionem, in nostris antiquissimis Codicibus adhuc extantem.

Hæc pro veritate dicenda fuerunt, non ut Viro clarissimo & de nostris literis meritissimo aliquid laudis, quam ipse editis in hac materia libris commeritus est, ullatenus detractum, detritum've velimus. Ut enim in magna silva boni venatoris est, feras indaganter quamplurimas capere, neque cuiquam culpæ fuit non omnes cepisse: ita qui scribimus, si vel non omnia, quæ in rem propositam dicenda fuissent, attingimus, vel si quandoque etiam dormitamus, non id continuò culpæ vertendum est.

CAPUT XVI.

S. Isaac Magnus.

ISAAC, cognomento Magnus, Presbyter Antiochenus, claruit sub Theodosio Juniore, & Marciano Imperatoribus medio quinto sæculo. Præceptorem habuit Zenobium S. Ephræmi Discipulum, uti ex Joanne Barsusan Jacobitarum Patriarcha ad calcem Codicis nostri Syriaci IV. adnotavit Abraham Mardenus Presbyter, cujus verba infrà describemus: Idque etiam colligitur tùm ex ejusdem Isaaci Scriptis adversùs Nestorianos & Eutychianos; tùm præcipuè ex Carmine illo, quo *ruinam Antiochiæ* planxit: Nestorius enim anno Christi 429. hæresim suam publicavit; Eutyches verò circa annum 448. Ruina demùm Antiochiæ contigit anno 459. Quæ certissima temporis epocha Isaacum non Ephræmi, ut nonnulli scribunt, sed Zenobii Discipulum fuisse convincit. Nam S. Ephræm ejusdem Zenobii magister decessit juxta Syros anno 373. vel anno 378. juxta alios, ut diximus suprà pag. 54. eoque tempore Zenobius Ecclesiæ Edessenæ Diaconus erat, ut pag. 38. demonstratum est; Atque adeò paulò post prædictum annum, hoc est, circa annum 390. nostrum Isaacum videtur habuisse auditorem. I. Isaac Magnus Zenobii Discipulus.

Hinc diluitur conjectura Naironi, qui in Evoplia Par. 1. pag. 47. Isaacum istum cum altero cognomine Ninivita confundit. Nam ille quidem Episcopus fuit, & post annum 500. floruit, ut suo loco demonstrabimus: Isaac verò noster paulò post Chalcedonensem Synodum simplex Presbyter decessit. II. Alius à Ninivita, & ab Isaac Ephræmi Discipulo.

Nairono errandi ansam fortassè præbuit Abulbarcatus Ben-Cabarus, qui in Libro, cui titulus *Lampas tenebrarum & Declaratio Officiorum*. cap. 7. de Ecclesiasticis Scriptoribus, hæc

hæc habet. مار اسحق السرياني تلميذه له كتاب الميامر المعروف وهو مما تعتمد عليه الرهبان وعلى اقواله ويقتدون بافعاله وفيه كثير من الحكم الالهيه والتعاليم الروحانيه عدته اربعين ميمرا وخمسة عشر قولا اخرجه من السريانيه الى العربيه الشماس عبدالله بن الفضل : *Isaac Syrus, ejusdem* (S. Ephræmi) *Discipulus habet celebrem Librum Sermonum, quem Monasticæ vitæ Professores magnificiunt, ejusque dicta gestaque mirantur. Divinâ quippe sapientia & doctrinâ Spiritûs plenus est. Continet autem Sermones quadraginta, & Orationes quindecim: quos è Syriaco Arabicos fecit Abdalla Diaconus Alphadli filius.* Atqui Liber ille, quem Abdalla Diaconus è Syriaco in Arabicum convertit, non est fœtus Isaaci nostri Presbyteri Antiocheni, nec alterius Isaaci, qui fuit Ephræmi Discipulus; sed recentioris illius, qui abdicato Ninives Episcopatu monachus factus in Eremo Scetensi consenuit, ut infrà ostendemus. Abulbarcati errorem sequuti Curatores Bibliothecæ Patrum, Isaaco nostro adscribunt *Sermones de contemptu mundi*, qui Isaaco Ninivitæ proculdubio restitui debent.

III. Ejus genus, patria, ac dignitas.

Ejusdem meminerunt Syri, Arabesque Scriptores complures, licet eum Ephræmi discipulum communi errore appellent, quum potiùs Discipulum Discipuli Ephræmi dicere deberent. Joannes Maro in Tractatu adversùs Nestorianos & Eutychianos, quatuor ex ipso testimonia producit: Primum ex sermone ejusdem de Orthodoxa Fide, alterum de Symbolo Fidei, tertium de curru Ezechielis, & quartum de Incarnatione Domini.

Gregorius Bar-hebræus, seù Abulpharagius, in historia Dynastiarum pag. 91. de iis, qui sub juniore Theodosio claruerunt, hæc scribit. وكان في هذا الزمان من العلما قوريللس بطريرك الاسكندريه ونسطوريوس بطريرك القسطنطينيه القايل باتحاد المشيه دون نفس الكلمه فاسقط لذلك ومار اسحق تلميذ مار افرام صاحب الميامر المنظوم : *Hoc etiam tempore doctrina floruerunt Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, & Nestorius Patriarcha Constantinopolitanus, qui unionem voluntatis absque unione ipsius Verbi asseruit, ideòque è gradu dejectus est. Nec non Mar Isaac Discipulus Mar Ephræmi, Sermonum Rithmicorum Auctor.*

Ebnarrahebus in Chronico Orientali, quod Abr. Ecchellensis Latinè edidit, in serie Patriarcharum Alexandrinorum ad annum 435. كيريللس الكبير ابن اخت ثاوفيلس البطريرك كان في زمانه مار اسحق تلميذ مار افرام السرياني وسمعان الـــــــــودى : *Cyrillus magnus Theophili Patriarchæ ex sorore nepos. Ejus tempore floruit Sanctus Isaac Sancti Ephræm Syri Discipulus, & Simeon Stylites.*

Eadem ferè legere est apud Georgium Elmacinum Homaidum, qui etiam genus, patriam, & dignitatem Isaaci exprimit his verbis: وكان في زمان ثاودوسيوس الصغير وكيريللس بطريرك الاسكندريه مار اسحق تلميذ مار افرام السرياني وكان مقامه بانطاكيه وله ميامر كثيره على الحروب والكايدات والاعياد وكان جدمه من الرها. *Fuit quoque sub Theodosio juniore & Cyrillo Patriarcha Alexandrino Sanctus Isaac Sancti Ephræmi Discipulus, qui domicilium fixerat Antiochiæ. Edidit autem complures Sermones Rithmicos de Bellis, de Calamitatibus, & de Festis: erat verò genere Edessenus.*

Homaido tamen circa patriam Isaaci haud consonat Dionysius Jacobitarum Patriarcha, qui in Chronico ad annum Græcorum 729. Amidensem eum facit, non Edessenum.

ܗܘܐ ܒܙܒܢܐ ܕܢܝܚܐ ܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܡܠܦܢܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܗܘ ܡܕܝܢܬܗ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܘܒܗ ܢܗܘܘܢ ܬܠܡܝܕܝ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܗܘ ܡܠܦܢܐ ܕܡܪܝܬܐ ܘܦܬܓܡܐ : *Hoc tempore*, inquit, (idest anno Christi 418.) *floruit S. Isaac Doctor*

ex

ex Amida Mesopotamiæ urbe, Odasque de magnæ Romæ excidio conscripsit. Idem Dionysius ad annum ab ortu Abrahæ 1565. de Isaaco hæc tradiderat. [illegible]

Anno 1565. *Clarion certamen centum annorum Romæ primus instituit; de quo etiam S. Isaac plura carmina composuit*. Is annus erat ante Nativitatem Christi, ex mente ipsius Dionysii, quadringentesimus quinquagesimus primus, quo Esdras & Nehemias in Judæa florebant. Quis autem fuerit Clarion, aut quale hujusmodi certamen centum annorum, docet nos Vir ad omne eruditionis genus factus Carolus Majellus Bibliothecæ nostræ Præfectus, qui dum locum hunc Dionysii ea qua solet humanitate expenderet, annotationem istam apposuit. *Clarion*, inquit, *Nomen est Romanis auribus inauditum. Clarium quidem appellarunt Veteres Apollinem, qui in Claro insula præcipua religione colebatur, ut apud Virgilium lib.* 3. *Æneid. Et Clarii lauros &c. Sed nihil ad rem. In loco enim Dionysii* CLARION *viri nomen est. Legendum itaque in Syriaco Textu non* [illegible], *sed* [illegible], *hoc est*, ἐαλέριον, VALERION: *librarii enim vel incuria vel festinatio* ܘ *Vau initiale in* ܪ *Koph convertit, quòd facillimè solet accidere, nisi à proximæ literæ contactu dirimatur. Hac autem lectione restituta, totus Dionysii locus planissimus est. Enimverò certamen centum annorum Romæ institutum sunt Ludi sæculares, quos ætas aspicit una semel, ut ait Ovid.* 2. *Trist. Eleg.*1. *quique centesimo, ut vulgò putabant, seù potiùs centesimo & decimo quoque anno edebantur; ut discimus ex Horatio in Carmine sæculari:*

Certus undenos decies per annos
Orbis ut cantus referatque ludos
&c.

Quemadmodum autem Romani ab illo centum annorum spatio SÆCULARES *eos ludos nuncupaverunt, ita Dionysius* CERTAMEN CENTUM ANNORUM *appellavit. Et Cassiodorus quidem ludos sæculares incredibili magnificentia à Philippo celebratos anno millesimo Urbis conditæ, appellavit* LUDOS MILLE ANNORUM. *Porrò ludos sæculares primum instituisse Valerium, non Publium, qui Poplicola cognominatus est, sed Marcum, docet nos Censorinus de die natali cap.* 17. *cujus sententiam latè vindicat & confirmat Panvinius de Ludis sæcularibus. Eam autem celebritatem à Valerio primùm editam anno V. C.* 298. *idem Censorinus docet ex Capitolinis XV. Virorum Commentariis. Annus verò V. C.* 298. *est Abrahami* 1565. *idemque ante Christum* 451. *Quinam autem sæculares ludi ætate Isaaci editi sint, quos ille carminibus celebraverit, non est obscurum. Enimverò Claudianus de sexto Consulatu Honorii sæculares ab eo ludos datos versibus ornavit, & Prudentius contra Symmachum, aliique id ipsum tradunt. Sextus autem Honorii Consulatus, quo certamen illud centum annorum editum est, incidit in annum Christi* 404. *annis nimirùm sex antequam Alaricus Urbem diriperet, quam ipsam cladem Isaacus Antiochenus odis suis persequutus est.* Hactenus doctissimus Majellus.

Auctor Chronici Edesseni Abbatem fuisse Isaacum testatur; sed locum non indicat. [illegible]

Anno, inquit, *Græcorum* 763. Christi 452. *claruit S. Isaac Scriptor, & Archimandrita*. Fortassè alicujus monasterii propè Antiochiam, unde appellatur Gennadio & Marcellino *Presbyter Antiochenus*. In Codice nostro Syriaco XI. exstat Epistola S. Jacobi Sarugensis ad Samuelem, [illegible]

ܕܡܘܢܐ ܕܡܢܙܪ ܩܕܝܫܐ ܕܐܝܣܩ ܓܒܘܠܐ ;

Abbatem monasterii Sancti Isaac Gabulæ. Item in Codice Syriaco XIII. apud Dionysium Patriarcham in Chronico legitur Epistola Simeonis Episcopi Beth-Arsamensis ad cognominem *Simeonem Abbatem ejusdem Monasterii S. Isaac Gabulæ* de Martyribus Homeritis, data anno Christi 524. Situm erat hoc Cœnobium juxta *Gabula* castrum in extremis Euphratesiæ finibus, de quo Procopius lib. 2. de Ædific. Justiniani Imperat. cap. 9. pag. 45. Sed Isaacum nostrum in alio Monasterio propè *Gabala* Phœniciæ urbem religiosam vitam duxisse, non in Gabula Mesopotamiæ oppido, veropropiùs est ex Elmacino Homaido, qui eum Antiochiæ moras duxisse testatur, hoc est, in montibus Gabalorum, qui Antiochiam usque protenduntur. Certè non procul à Gabalis distabant Teleda & Telanessa vici, Theodoreto in Philotheo cap. 26. memorati, apud quos frequentissima monachis Syris cœnobia erant jam tùm à tempore Ammiani, Eusebii, Eusebonæ, Abibii, Heliodori, & Simeonis Stylitæ.

IV. Obitus ejusdem, ac memoria.

Decessit circa annum Christi 460. nam ruinæ Antiochiæ supervixit, quæ contigit anno 459. ut infrà ostendemus. Atque adeò audiendus non est Gulielmus Cave, qui tom. 1. hist. lit. pag. 246. ejus obitum ad annum 456. retrahit. Gulielmo fortassè imposuit, quod in vulgatis Gennadii editionibus mortuus esse Isaac dicitur *Leone, & Marciano imperantibus*. Sed ibi error est manifestus: Marcianus enim sub initium anni 457. objit *Constantino & Rufo Cofs.* ut Marcellinus & Cassiodorus in Chronicis, aliique testantur; Leo autem Marciano successit die 7. Februarii ejusdem anni, ut latè Pagius in Critica Baronii. Non igitur obiisse potuit Isaac *Leone & Marciano imperantibus*, quum hi ne uno quidem die simul imperaverint. Atqui Gennadius non Marcianum, sed *Majorianum* habet in vetustissimo ms. Vaticano: Majorianus autem Imperium Occidentis, unàcum Leone Orientis Imperatore, tenuit ab anno 457. usque ad annum 461. Mors igitur Isaaci nec ante annum 459. retrahi potest, quum terræmotus Antiochiæ eo anno contigerit, de quo sermonem edidit; nec ultra annum 461. differri, quum eo anno Majorianus Imperio simul ac vita spoliatus fuerit, quo Imperatore Isaacum obiisse testatur Gennadius. Memoriam ejusdem colunt Syri omnes; & Maronitæ quidem ad diem 20. Novembris; Jacobitæ verò die 14. Octobris: demùm Nestoriani feria 6. hebdomadæ quintæ post Epiphaniam, quæ omnium Syrorum Doctorum communis est.

Doctor autem, & *Magnus* ab ipsis Syris nuncupatur, tùm ut ab aliis cognominibus Isaacis distinguatur; tùm quia multa scripsit diversi argumenti eruditissima Opera, & quidem sermone Syro nitidissimo, ut benè observat Jacobus Episcopus Edessenus in Præfatione ad Homilias Severi, ubi eundem inter optimos linguæ Syriacæ Scriptores collocat. Ejus verba infrà describemus, quum de Jacobo Edesseno sermo erit.

V. Orthodoxa ejus Fides.

Quod ad ejus Fidem spectat, Orthodoxum eum fuisse certum est. Id satis testantur Gennadius & Marcellinus loco mox citando, ubi docent, multa ipsum contra Nestorianos & Eutychianos scripsisse, quæ etiamnum exstant in Cod. nostro IV. Nomine verò Eutychianorum, Monophysitas omnes intelligunt, sive ii Eutychiana hæresi, sive Dioscoriana infecti fuerint. Joannes etiam Maro expressa ejusdem auctoritate probat unam in Christo Personam, duasque Naturas. Auctor denique Chronici Edesseni Isaacum ut Sanctum veneratur, quo honore Catholicos tantùm dignatur. Neque obstat, quod Jacobitæ quoque eundem venerantur & colunt, ut Barhebræus, Ebnarrahebus, Homaidus, aliique: nam isti admittunt

etiam

etiam S. Simeonem Stylitam, quem tamen certum est, pro Synodo Chalcedonensi adversùs Monophysitas decertasse, hujusque rei testes literas tùm ad Basilium Antiochiæ Patriarcham, tùm ad Leonem Imperatorem dedisse, ut narrat Evagrius lib. 2. cap. 10. & testatur Photius Cod. 229. Solent autem Orientales Hæretici, ac præcipuè Jacobitæ & Nestoriani, homines insigni doctrina & probitate toto Orbe celeberrimos, etsi non suos, amare tamen & mirari.

VI Scripta à Gennadio enumerata.

De scriptis Isaaci hæc Gennadius cap. 66. *Isaac Presbyter Antiochenæ Ecclesiæ scripsit Syro sermone longo tempore, & multa; præcipua tamen cura adversùm Nestorianos & Eutychianos. Ruinam etiam Antiochiæ longo carmine planxit, eo auditores imbuens sono, quo Ephræm Diaconus Nicomediæ lapsum.* Nimirùm, metro heptasyllabo, quo & B. Ephræm ruinam Nicomediæ planxit. Hunc Gennadii locum totidem verbis descripsit Marcellinus in Chronico Indictione XII. ad annum Christi 459. nisi quod pro *longo carmine* posuit *elegiacum*, & pro Ephræm Diacono *Monachum*. Exstat hoc Isaaci carmen in vetustissimo Codice nostro Syriaco V. fol. 51. de quo infrà in Catalogo Operum ejusdem num. 62. Quod verò scribit Gennadius, Isaacum *longo tempore & multa scripsisse*, id eorum conjecturam videtur confirmare, qui ipsum Ephræmi Discipulum opinantur. Sed jam vidimus suprà, Scriptores istos ita intelligendos esse, ut Isaac noster Discipuli Ephræmi Discipulus fuerit: alioquin si Ephræmum ipsum audiisset, octoginta circiter annis eum supervixisse Magistro suo necesse esset, atque adeò centenario majorem obiisse, quod non ita facilè admittendum est.

VII. Quo anno Terræmotus Antiochiam concussit.

Per *ruinam Antiochiæ* intelligit Gennadius celeberrimum Terræmotum, quo urbs illa corruit. Quum verò ex ejus epocha pendeat annus mortis Isaaci, haud inutile fore arbitror, illam ex probatis Auctoribus stabilire. Et Evagrius quidem sic scribit lib. 2. cap. 12. *Anno secundo Imperii Leonis ingens terræmotus ac succussio contigit Antiochiæ, quum quædam à populo civitatis illius facta essent plena furoris ac dementiæ, ipsamque bestiarum feritatem longè superantia. Quæ quidem tantæ cladis velut proœmium quoddam exstiterunt. Accidit autem ingens hæc calamitas anno quingentesimo sexto à conditu urbis Antiochiæ, circa horam noctis quartam, die quartodecimo mensis Gorpiæi, quem Romani Septembrem vocant, imminente die Dominico, Indictione undecima. Sextus hic terræmotus accidisse dicitur trecentis quadraginta & septem annis elapsis ab illo terræmotu, qui Trajani temporibus contigerat. Nam ille quidem terræmotus sub Trajano accidit anno centesimo & quinquagesimo nono, ex quo civitas libera & sui juris fuerat appellata. Hic autem Leonis Augusti temporibus contigit anno sexto & quingentesimo, ut produnt Scriptores diligentissimi. Porrò hic terræmotus universas propemodùm ædes subvertit urbis novæ &c. Quæ quidem singula à Joanne Rhetore diligenter commemorata sunt.* Atqui, inquit doctissimus Baronius, annus Antiochenorum 506. Indictio XI. & Leonis Augusti 2. inciderunt *in annum Christi* 458. nam anni quidem Antiochenorum juxta communem Scriptorum sententiam præcedunt vulgarem Christi Epocham annis 48. Leo autem Imperium auspicatus est die 7. Februarii Indictione X. ex Chronico Alexandrino & ex Theodoro Lectore in fine libri secundi: nimirùm anno Christi 457. Indictio verò XI. incidit in annum 458. Erravit igitur Evagrius, dum ait, id factum *die* 14. *Septembris, imminente Dominico die*, hoc est, Sabato jam exeunte: nam anno Christi 458. dies 14. Septembris non in Sabatum, sed in Dominicam incidit. Quare Scaliger, Calvisius & Petavius ut hanc difficultatem solverent, & Evagrium nullius erroris arguerent, pro *immi-*

nente Dominico die, legerunt *illucescente*, quasi terræmotus non *die Sabati exeunte*, sed *Dominico incipiente* accidisset, in quem *dies* 14. *Septembris* competebat. Pagius errorem Evagrii non *in Sabato*, sed *in anno secundo Leonis* agnoscit: Existimat enim terræmotum contigisse *anno Christi* 457. quo, inquit, annus Antiochenorum 506. & Indictio XI. à Kalendis Septembris initium ducebant, & quo Leonis annus I. adhuc fluebat: nam annos Antiochenorum à mense Septembri inchoari, probaverat suprà in Dissertat. de Periodo Græco-Romana num. 95. Anno autem Christi 457. dies 14. Septembris in Sabatum incidit, idemque fuit Leonis annus primus, quo Theophanes etiam, ac Cedrenus terræmotum consignant, non secundus ut perperàm scribit Evagrius: qui adhuc deceptus est, dum ait, inter hunc terræmotum & eum, qui sub Trajano accidit, fluxisse annos 347. nam terræmotus ille, ut doctè probat Baronius, contigit Messala & Pedone Coss. anno Christi 115. atque adeò ab illo ad hunc, de quo agitur, fluxerunt anni dumtaxat 342. vel 343.

Joannes Malela alios ab Evagrio characteres ponit, ex quibus liquet Terræmotum hunc anno Christi 459. accidisse. *Imperante*, inquit, *Leone*, *Divinæ iræ vicissitudinem quartùm passa est Antiochia magna*, *Septembris* 13. *die Dominica illucescente*, *anno Æræ ejusdem Antiochiæ quingentesimo sexto*, *sub Consulatu Patricii*. Sic apud Eminentissimum Norisium dissert. 3. de anno & epochis Syro-Macedonum cap. 6. licet vir doctissimus falsas notas Malelam apposuisse existimet. Atqui Patricius consulatum gessit anno Christi 459. quo dies 13. Septembris optimè in Dominicam competit. Ex mente igitur Malelæ Epocha Antiochenorum antecessit Christianam vulgarem annis 47. non 48. Si enim ab anno 506. detrahas annos 459. reliqui erunt 47. Quæ Syrorum etiam nonnullorum opinio fuit, ut liquet ex Codice nostro Syriaco I. qui scriptus esse dicitur anno Antiochenorum 521. die 17. Aprilis, feria 4. hoc est, Christi 473. quo dies 17. Aprilis in feriam 4. incidit.

Malelę sententiam confirmat Dionysius Patriarcha in Chronico, licet Septembrem mensem haud exprimat, ܗܢܐ ܕܚܕܝܢܐ ܕܩܕܡ ܗܘܐ ܐܝܟܐ ܕܥܡܐ ܕܢܟܝܐ. ܟܕ ܐܬܦܪܫܘܢ ܘܫܩܘܠܐ ܕܩܕܡ ܗܘܘ ܘܐܘܕܝܢ ܟܕ ܡܝܢܘܢ ܫܒܥܐ ܕܩܕܡ ܗܘܘ ܘܐܠܦܐ : *Anno*, inquit, *Græcorum* 770. *accidit terræmotus ingens, quo Antiochia Syriæ quartùm corruit; idque illucescente Dominica, hora noctis tertia*: Nimirùm anno Christi 459. in quem ex mente Dionysii competit annus Græcorum 770. nam hic Græcorum epocham Christiana vulgari 311. annis priorem esse statuit. Quod autem tùm ipse, tùm Malela *quartum* vocant hunc terræmotum, Evagrio nequaquam contradicunt: *Duos enim ab Evagrio numeratos negligunt*, (inquit Pagius) *ut sæpè fit ab aliis Scriptoribus in id genus supputationibus. Sic enim quarta v. g. Ecclesiæ persecutio à quibusdam appellatur quinta*.

Eminentissimus Norisius in Dissert. III. de anno & Epochis Syro-Macedonum cap. 6. hunc quidem terræ tremorem ad annum 458. pertinere existimat; Malelam tamen & Evagrium falsas notas *Consulatus Patricii*, *Dominicæ imminentis*, & *Indictionis undecimæ* de suo apposuisse suspicatur. Si censura doctissimi viri justa est, res videtur ex aliis Auctoribus haud temerè definienda. Cosmam igitur Presbyterum producamus, accuratum vitæ S. Simeonis Stylitæ Scriptorem, qui in Codice nostro Syriaco I. de terræmotu Antiochiæ, ac morte S. Simeonis loquens, certas anni, mensis, ac diei notas apponit: Sic enim scribit

fol. 69.

fol.69. Simeonem, nimirùm, transactis in mandra Telanessæ in quodam angiportu septem annis, certiorem ab Angelo de sua morte factum fuisse, *quæ quadragesimo ab ea visione anno desinita fuerat, postquam admirabile idem ac terribile signum edendum foret.*

ܗܘܐ ܕܚܙܐ ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܕܐܝܟ ܕܥܒܕ ܠܗ ܡܠܬܐ ܕܢܬܬܠܝ ܠܗ ܫܢܝܢ ܫܒܥܝܢ ܒܬܪܥܐ ܚܕܐ ܕܒܐܢܛܝܟܝܐ ܕܗܘ ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܕܡܘܬܗ ܕܢܗܘܐ ܒܗ ܫܢܬܐ ܐܪܒܥܝܢ ܕܡܢ ܗܝ ܚܙܘܬܐ ܗܘ ܡܬܬܚܙܐ ܠܗ ܕܗܢܐ ܬܡܗܐ ܕܗܘ ܡܬܬܚܙܐ ܠܗ ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܕܐܡܪ ܗܢܐ ܬܡܗܐ ܐܥܒܕ ܘܗܘ ܡܬܚܫܒ ܕܡܢܘ ܗܘܐ ܗܢܐ ܬܡܗܐ ܕܐܬܚܙܐ ܠܗ ܕܡܢ ܚܙܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܕܐܬܐ ܥܠ ܐܢܛܝܟܝܐ ܘܕܒܬܪ ܕܗܘ ܡܬܬܥܒܕ ܠܗ ܐܝܟ ܕ

inclinavit : & claudente oculos ejus utroque Discipulo, spiritum Deo tradidit. Hactenus Cosmas, qui eodem tempore vivebat, ut sequenti Capite demonstrabimus: Codex verò noster quartodecimo ab obitu S. Simeonis anno exaratus est, ut ex ejusdem epigraphe liquet, quam infrà dabimus: unde ex eo potiùs, quàm ex aliis Auctorum Codicibus, tùm Antiochiæ terræmotus, tùm S. Simeonis obitus colligendus est. Atqui anno vulgaris Christi æræ 459. dies secunda Septembris, qua B. Simeon ad superos evocatus est, in feriam quartam incidit, & dies vigesimus nonus Augusti in Sabatum, ut in laudato Codice accuratè describitur. Eodem igitur anno terræmotus Antiochiæ contigit; non quidem mense Septembri, ut ex mendoso Evagrii, & Malelæ loco hactenus existimatum est, sed mense Junio, ut ex Cosma colligitur: nam si à die 29. Augusti, quo Simeon deliquium passus est, triginta dies retrocedendo enumeres, habebis diem 29. Julii, quo Synaxis illa magna celebrata fuit *die quinquagesimo primo post terræmotum*: atque adeò si alios unum & quinquaginta dies retrogrado ordine supputes, deprehendes, Terræmotum *die octava Junii anni* 459. Antiochiam evertisse. Eodem igitur anno 459. exeunte videtur obiisse S. Isaac noster, cujus proinde festum celebratur à Maronitis quidem die 20. Novembris, à Jacobitis verò die 14. Octobris, ut suprà vidimus.

VIII. Opera S. Isaac, quæ supersunt.

Ex Polemicis Isaaci scriptis pauca habemus, infrà à nobis indicanda: quum enim in iis Nestorianos & Monophysitas impugnaverit, idcircò à Syris, qui alterutro potissimùm errore laborant, neglecta sunt, vel suppressa. Ascetica, & Parænetica ejusdem opera passim circumferuntur. Hæc ille metro ut plurimum Heptasyllabo alligavit, cujus specimen vide apud Naironum in Evopl. Par. 1. pag. 51.

Opera S. Isaac, quæ exstant in mss. Codicibus Vaticanis.

Sermones LX. in Cod. nostro Syriaco V.

1. *De Amore doctrinæ*. ܕܥܠܡܐ ܕܡܠܦܢܘܬܐ ܗܘ ܢܦܫܐ : *Sal animæ est doctrina*. Adhortatur Auditores ad comparandas omnis generis scientias, sed eas præsertim, quæ ex Divinis Scripturis hauriuntur.

Sermo iste, unàcum sequentibus novem suprà quinquaginta, habetur in Codice nostro Syriaco V. quem nuper ex Oriente adveximus: cui ad calcem amanuensis hanc epigraphen apposuit. ܗܠܝܢ ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܕܒܝܬ ܡܪܝܡ ܕܡܬܩܪܐ ܡܪܝ ܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܕܒܝܬ

ܡܫܡܫܐ ܕܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܡܠܦܢܐ ܕܣܘܪܝܐ ܕܐܝܬܝܗ ܕܡܪܝ ܙܢܘܒܝ ܡܠܦܢܐ ܕܗܘܐ ܬܠܡܝܕܗ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܘܗܢܘܢ ܡܠܬܐ ܫܪܝܐ ܠܡܪܚܡ ܥܠ ܟܠܗ ܐܢܫܐ ܣܓܝܐ ܕܐܬܟܬܒ ܡܢ ܩܠܡܐ ܕܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܡܠܦܢܐ ܕܣܘܪܝܐ ܕܐܝܬܝܗ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܩܪܝܐ ܫܡܗ ܒܪ ܣܘܣܢ ܕܟܪܝܢ ܠܗ ܒܫܘܬܐ ܕܟܬܒ ܥܠ ܦܬܓܡܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܠܬ ܡܠܬ ܕܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܢ ܟܬܒ ܡܢ ܩܠܡ ܕܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܡܠܦܢܐ ܕܣܘܪܝ

Patrem Simeonis Hesychium, seù Susocionem: matrem Mathanam, seù Marabanam, vel Martham nominat Latinus Antonii Interpres. Addit Antonius, postquam Simeon abdicato sæculo in monasterium se recepit, *non destitisse parentes ejus per duos annos eum deflere, & perquirere*, & infrà cap. 3. *mater ipsius*, inquit, *septimo demùm & vigesimo anno quum resciviſset ubi terrarum degeret, accedens cupiebat eum videre &c.* Illum verò refert, matrem in suum conspectum non admisisse, donec spiritum Deo reddidit: tùm verò corpus ejus in mandram introductum, & ante columnam sepultum, exequias celebrante Simeone. Idem ex Antonio descripsit Metaphrastes, legiturque in Officio S. Simeonis apud Maronitas. At Theodoretus parentum quidem Simeonis ante ejus conversionem meminit iis verbis: *Quum aliquando nix multa decidisset, & oves intus manere cogerentur, otium nactus ad divinum Templum venit cum parentibus*: De matre verò, postquam Simeon monachus fuit, non amplius loquitur. Cosmas autem noster disertè scribit, utrumque Simeonis parentem ex hac luce migrasse, antequam ille monachus fieret. ܗܘܝ

ܒܙܒܢܐ ܕܥܒܪ ܐܬܪܐ ܡܛܠ ܡܘܬܗ
ܕܐܒܘܗܝ ܕܬܪܝܢ ܫܢܝܢ ܘܥܣܪܝܢ
ܕܠܐ ܡܫܬܘܩܕ ܗܘ ܠܗ ܡܢ ܡܘܬܐ ܕܐܒܘܗܝ:

Elapso autem tempore, inquit fol. 2. *quum parentes ejus, Dei nutu, diem in pace clausissent, ipse bonorum omnium hæres, unàcum fratre, constitutus &c.* Et fol. 6. narrat morientem Simeonis amitam multas opes ei reliquisse, quas ille priusquam monasticum institutum profiteretur, hac ratione distribuit: agros quidem fratri reliquit: vestes verò & reliquas domus supellectiles vendens, earum pretium pauperibus, & monachis dispensavit, sed potissimùm Teledensi S. Eusebonæ monasterio, quòd ibi consobrinum haberet, qui monachum ab annis triginta quinque ibidem jam egerat: atque iste posteà, inquit Cosmas, Simeonem quoque, ejusque fratrem illuc pertraxit.

3. Gesta ejus, antequam Monachus fieret.

Pastorem ovium Simeonem fuisse, omnes tradunt. Causa etiam conversionis ejus, iisdem planè verbis ab omnibus narratur: quòd nimirùm in Ecclesiam ingressus, ex Scripturarum lectione, & ex cujusdam interpretatione, quænam esset monastica perfectio didicerit. His visionem adjungit Theodoretus, qua ille ad perfectionem excitatus est: *Profectus*, inquit, *in vicinam Sanctorum Martyrum ædem, dum orationi incumbit, dulcis illi somnus obrepsit, visumque oblatum hujusmodi. Fundamenta sibi fodere videbatur, & adstantem quendam audire, qui diceret, profundiorem adhuc fossam illum facere oportere &c. Quumque tertiò & quartò hoc fieri mandasset, ac tandem ob nimiam fossæ profunditatem ampliùs fodere non valeret, satis jam effossum esse declarat, ac ædificium strui imperat, neque eo à labore jam cessante difficilem deinceps fore structuram monet.* Eandem visionem paulò aliter narrat Cosmas, qui in eo Martyrio, seù dicata Martyribus æde, B. Timotheum Simeonis Discipulum posteà conditum fuisse testatur: Simeonem autem præter ædificium, quod exstruere jussus fuerat, virgam auream ab Angelo manu accepisse refert, & ipsi in os quiddam immissum fuisse nive condidius, ac melle dulcius. Præterea alia Simeonis gesta subjungit, antequam sæculum abdicaret, quæ neque Theodoretus, neque Antonius commemorant: Nimirùm de jejunio trium hebdomadarum post illam visionem: de Martha quadam propter perjurium à spiritu nequam exagitata: de pisce, pane, carne, & vino, quæ à S. Simeone

multiplicata ingenti pauperum multitudini suffecerunt: demùm conclu-

dit fol. 7. ܗܳܠܶܝܢܳܐ ܕܡܪܝܡ ܩܳܕܺܝܫܳܐ ܫܡܥܘܢ ܠܢܳܐ ܘܡܫܒܚܺܝܢ ܠܐܠܳܗܳܐ:

Hæc ipse B. Simeon narravit nobis, gratias agens, & glorificans Deum.

4. Monachus fit Teledæ in Monasterio Eusebonæ.

Antonius in Græca Simeonis vita, nec Monasterii locum designat, nec Abbatis nomen prodit. Latinus tamen Antonii Interpres Timotheum vocat Archimandritam, qui Simeonem à sæculo secedentem excepit. Verum ut ex Cosma jam suprà notavimus, Timotheus Simeonis discipulus, non præceptor fuit, qui in eo Martyrio posteà sepultus est, in quo Sanctus Stylites primam visionem acceperat. Neque placet conjectura Bollandi, qui fol. 269. ait: *Qui hìc Timotheus, apud Metaphrasten & Theodoretum Heliodorus dicitur. Fortassis priore abdicato nomine, Timotheus dictus, aut binomius fuerit*: nam Theodoretus & Metaphrastes Heliodorum vocant Abbatem secundi monasterii, ad quod *perfectioris virtutis cupidum* Simeonem *in Teledam pagum concessisse* tradunt, postquam in primo monasterio *biennio commoratus fuerat*: Antonius verò ejusque Latinus Interpres de Abbate primi monasterii loquuntur, quem Timotheum appellant, & ab eodem monasticum habitum Simeonem accepisse testantur.

Cosmas locum quidem nominat, ubi Simeon monasticam vitam amplexus est; non tamen Abbatis nomen exprimit, nec Theodoreto in hac narratione consentit. *Illinc exurgens*, inquit Theodoretus, nimirùm ex Templo ubi visionem acceperat, *ad vicinorum quorumdam monachorum habitaculum venit: duobusque annis cum illis versatus, & perfectioris virtutis amore captus, Teledam vicum illum petiit, cujus antea meminimus, apud quem magni & divini viri Ammianus & Eusebius monasticam palæstram erexerunt: sed non in hanc divinus Simeones se contulit, sed in alteram, quæ ab ea prodierat. Eusebonas enim, & Abibio quum magni Eusebii disciplina satis fuissent instructi, hoc philosophiæ gymnasium condiderant &c. His autem cum gloria vita functis, Sodalium præfecturam suscepit admirandus Heliodorus, qui sexaginta quinque annos quum vixerit, duos ibi & sexaginta inclusus transegit. Tribus enim apud parentes educatus annis, ad gregem hunc allectus est, quum eorum quæ in sæculo sunt, nihil vidisset unquam &c. Apud hunc igitur clarissimus hic athleta pietatis decem annorum spatio decertavit: & quum socios haberet octoginta, longè omnes superavit* &c. At Cosmas narrat, Simeonem familiaribus rebus compositis, perrexisse ad Teledam pagum in monasterium Eusebonæ, ubi consobrinum monachum habebat, & multam substantiam secum attulisse, ut partim ibi relinqueret, partim in alios Monachos erogaret. Cuncta, inquit, Abbati tradit, & inter Monachos admittitur. Tertia verò die Sancto Maræ Gabalorum Episcopo ܕܓܒܠܐ ܡܪܝ ܩܳܕܺܝܫܳܐ ܒܶܝܫܳܦܳܐ sistitur: qui caput ei tondet: Semso quoque Simeonis fratri bona apprecatus, monet eum, ut fratris natu minoris vestigia premat, cujus lateri ajebat se vidisse adhærentem Angelum, quum eum tonderet. At Semsus monasticum etiam habitum induens, ab eodem Episcopo accipit tonsuram: & quinque post mensibus in vicum suum reversus, rem domesticam vendidit, pretiumque in monachorum pauperumque usum convertens, in eodem Teledæ monasterio unàcum fratre commoratus est. Erant autem in eo monasterio centum ac viginti Sodales. Abbas verò (*Heliodorus*) probitate morumque integritate conspicuus, quatuor ibi suprà septuaginta annos egerat: quinto enim ætatis anno in illud monasterium ingressus, migravit ad Dominum annos natus novem suprà septuaginta.

Theo-

5. Vitæ religiosæ rudimenta in eodem Monasterio.

Theodoretus & Antonius nil aliud à Simeone in cœnobio Teledæ gestum commemorant, præter productum in totam hebdomadam jejunium, & palmeo fune cinctum corpus: quod ajunt in causa fuisse, cur è monasterio ejectus fuerit, *ne corpore imbecillioribus, & suprà vires suas æmulari conantibus damno esset*. Longè plura de eo narrat Cosmas: foveam nimirùm ad pectus usque in horti angulo sibi fecisse, ubi totam æstatem duobus annis transegit: aliam insuper sibi foveam effodisse, ubi strues lignorum erat, ibique triginta diebus mansisse: sed & rotundum lignum pedibus subjicere consuevisse, ut insomnes noctes duceret: ignitum furni verriculum illæsâ manu apprehendisse: in sepulcro quadragesimam peregisse: & obrigentem ac semianimem monachum, qui ipsum Diabolo incitante adortus fuerat, aspersâ aquâ curasse.

6. E Cœnobio Teledæ ejectus.

Quod de sicca cisterna scribunt Theodoretus & Antonius, ejectum nempè monasterio Simeonem, in ea quinque vel septem dies delituisse, donec cœlesti visione territus Abbas eum perquiri, & in cœnobium reduci jussit; id antequam ejiceretur Simeon, à Cosma narratur hunc in modum. Ad Orientalem monasterii plagam locus erat instar spelunca, tenebrosus & horribilis, in quo malos Dæmonas habitare, mugitus qui perpetuò indidem exaudiebatur, indicabat. Huc clam Monachis ingreditur Simeon sub initium Jejunii Quadragesimalis, manetque usque ad Pascha, orationi intentus, Dæmonumque insultus irridens. Completo jejunio, Simeonem perquiri Abbas jubet. Monachi speluncam cum facibus scrutantur, & in angulo orantem reperiunt. Inde extractum, in Monasterium reducunt, ubi Eucharistiam de manu Abbatis sumit. Quumque nihil de austeritate vitæ remittere vellet, instigantibus Monachis, sequenti tandem anno ante initium Quadragesimæ dimittitur. Idem habet Latinus Antonii Interpres de tempore, quo in Teleda mansit, postquam è spelunca eductus est. Antonius verò asserit, *tres eum annos in Monasterio commoratum, clam omnibus exiisse, & discessisse in locum desertum, propè quem vicus erat qui Thalampsin dicitur*.

7. In Monasterium Maris se recipit.

Egressus è Teledæ finibus, inquit Cosmas, aquilonarem premit viam donec ad fines ܬܠܢܨܐ *Telanessæ* pervenit. Tùm è via digressus, orat Deum, ut iter suum dirigat, locumque sibi monstret, ubi adventantem Quadragesimam transigeret. Occurrit ei monasterium Maris Baratonis ܕܒܪܬܘܢܝܐ in quo cum Abbate senex quidam viduus habitabat, & septennis puer: Præter istos nullus monachus. Erat autem Mares Telanessæ vici princeps, qui abdicato sæculo cœnobium illud sibi exstruxerat. Hic Simeoni cellulam designat, in qua jejunium quadraginta dierum transigit, occludente fores cellulæ Basso Periodeuta, & sex panes amphoramque aquæ juxta eum collocante. Transactis autem quadraginta diebus, aperto Bassus cellulæ ostio, Simeonem orantem videt: panum insuper numerum ne minima quidem parte minutum, & amphoram aquæ adhuc plenam invenit: Eucharistiam denique ei porrigit. Eadem de hoc Simeonis jejunio Theodoretus, licet nullam monasterii Maris Baratonis mentionem fecerit. Telanessæ vicus Syris dicitur ܬܠ ܢܨܝܐ *Tel-nescie*, & ܬܠ ܢܫܐ *Tel-nescin*, hoc est, *collis mulierum*. Alii vocant *Telanisum*, *Telanesum*, *Telasinum*, *Thalampsin* & *Palanisum*. De Basso Presbytero hæc notat Cosmas: ܡܢ ܒܝܬ ܩܢܝܢܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܗܘܐ ܒܗ ܡܪܝ ܒܪܣܘܡ ܩܫܝܫܐ ܕܐܦܣܘܣ ܕܡܢ ܐܕܣܐ: *Dominus Bassus Periodeutes ex Edessa*

ſa Meſopotamiæ urbe oriundus, *Patriciis parentibus natus*. Et infrà ſcribit, eum abdicata Parœciæ cura, Monaſterium exſtruxiſſe, ubi multis præclarè geſtis enituit. Theodoretus Periodeutæ munus circumſcribens, ait Baſſum Sacerdotibus in vicis degentibus præfectum, cuncta circum loca ſibi credita obiiſſe ſolitum: additque, eum ſuprà ducentos habuiſſe Sodales, quibus nec jumentum, nec molam habere permittebat, nec oblatum aurum accipere, nec foras quemquam exire vel ad emenda neceſſaria, vel amicorum viſendorum gratia, ſed intus manere, miſſumque à Divina gratia victum ſuſcipere. *Blaſum* Metaphraſtes malè appellat: *Baſſum* Allatius de Simeon. ſcript. p. 6. Alius autem eſt à Baſſo, cujus meminit Philoxenus in epiſtola ad monachos Snunenſes Cod. Nitr. XXVII. fol. 129. à tergo, ut ſuo loco notabimus. Demùm de jejuniis S. Simeonis ſic concludit Theodoretus: *Ille igitur ex hoc tempore ad hanc uſque diem* (qua Theodoretus Philotheum publicavit) *per annos* 28. *quadragenos dies ſine cibo tranſigit*. Quod & non ſemel factum narrat Coſmas, quum Baſſus initio quadrageſimæ ſoleret fores cellulæ ejus claudere, & feræ loco argillâ circumlinere: eas demùm exacta quadrageſima aperire, & Communionem Simeoni præbere.

8. Mandra in Telaneſſa.

Tranſactis in Monaſterio Maris quadraginta diebus, acceptâque à Baſſo Euchariſtia, poſtera die, inquit Coſmas, decernit Simeon in deſertum pergere. Illi verò (Baſſus ſcilicet, & Mares) ædificant ei ܣܦܬܐ *Septum* (ſic mandram & lauram Syri vocant) in vicino monte juxta Telaneſſam in agro, quem Daniel ejuſdem vici Presbyter S. Simeoni commodavit. Hic verò Daniel, ut idem Coſmas infrà narrat, amicus erat Simeonis, eique pelles ære proprio comparabat, quibus ille corpus tegeret. Manet autem in anguſto mandræ loco annos decem, donec in columnam aſcendit.

9. Columnæ in mandra Telaneſſæ.

Undenam Simeoni ſtatio ſuper columnam in mentem venerit, ſolus exponit Coſmas in hæc verba. Quum in ſepto Jejunium quadrageſimale perageret, exactis ferè tribus hebdomadis, videt B. Simeon virum quemdam mira luce fulgentem, qui ante feneſtram, unde Euchariſtiam percipere ſolebat, ſuper lapidem genuflexus, paululùm oravit, modò junctas, modò extenſas manus tenens. Mox ſuper eundem lapidem ſtetit: deinde rursùs oravit: atque ita per tres dies nunc flexis genibus, nunc in pedes erectus laudes Deo canebat. Eo diſparente, didicit Simeon regulam ſibi ab Angelo oſtenſam, ut ſuprà ſaxum ſtaret: quod & ſtatim implevit. Nam poſt Quadrageſimam quum oſtium mandræ aperuiſſet, lapidem illum aptari ſibi juſſit, ſtetitque ſuprà eum tribus menſibus. Poſteà columnas alias breviores fieri præcepit, uſque ad illam viginti duorum cubitorum. Tùm ineunte Quadrageſima, columnam triginta cubitorum ex duobus cylindris ædificari juſſit. Quumque miniſter ejus, & artifices diù in ea excidenda laboraſſent, nec tamen aptare ullo modo potuiſſent, videt Angelum Simeon, qui illam ex tribus cylindris & quadraginta cubitorum fieri debere affirmavit: quod illi levi negotio, miraque celeritate fecerunt. Tùm verò Simeon poſtquam ſuper breves columnas ſeptem annis ſtetiſſet, hanc quadraginta cubitorum columnam conſcendit, in qua & diem clauſit.

10. Geſta ejus, & miracula in mandra Telaneſſæ.

Ex iis multis, quæ Theodoretus & Antonius de S. Simeone referunt, poſtquam in mandra Telaneſſæ incluſus ſupra columnas ſtetit, duo tantùm apud Coſmam habemus, quæ adamuſſim reſpondent: nimirùm de catena viginti cubitorum, cujus unam extremitatem rupi, alteram pedi alligavit: & de ingenti ulcere in pede, ex quo plurima ſanies defluebat. Cæterùm de Meletio illo, qui catenam ſupervacaneam eſſe

Simeo-

Simeoni dixit, *quum ad rationis vincula corpori injicienda voluntas sufficeret*, quemque alii Antiochiæ Patriarcham faciunt ex iis Theodoreti verbis, *qui Antiochenæ regionis tunc Episcopatum regebat*; alii Præfectum, ex interpretatione Alberici Longi Salentini, *qui tunc Antiochenæ regioni præfectus erat*; alii verò Chorepiscopum Diœceseos Antiochenæ: de illo, inquam, Meletio Cosmas noster ne verbum quidem. Item verba illa Simeonis: *hoc dico tibi, ne unquam mentiaris, jurefvè per Deum: sin necesse sit tibi, jura per me humilem, sive seriò, sive falsò*, quæ Hesselius & Magdeburgenses in Actis Simeonis ab Antonio editis reprehendunt, in Codice nostro nequaquam leguntur.

Quæ autem Evagrius de nonnullis Simeonis gestis notavit, hæc iisdem propè verbis apud Cosmam reseruntur. Ait Cosmas, sub Joanne Antiochiæ Patriarcha Asclepiadem [1] Imperatricis avunculum Prætorio Præfectum, edictum à Theodosio extorsisse, quo Christianis mandabatur, ut Synagogas Judæis restituerent, quod Simeon aboleri curavit. Idem scribit Evagrius lib. 1. cap. 13. pag. 270. *Tanta*, inquit, *divinæ gratiæ virtus in Simeone inerat, ut quum Imperator Theodosius Judeis Antiochiam incolentibus Synagogas, quas Christiani illis ademerant, restitui jussisset, Simeon tanta cum fiducia ac libertate ad eum scripserit, tamque acriter eum objurgaverit, solum Imperatorem suum Deum reveritus: ut Imperator Theodosius revocata jussione sua, cuncta in gratiam Christianorum fecerit; & Præfecto Prætorii, qui hæc ipsi suggesserat, potestatem abrogaverit, petieritque nominatim à sanctissimo, atque aerio martyre, ut pro ipso Deum precaretur, suamque ipsi benedictionem impertiret*. Eandem historiam tetigit Theodoretus in Philotheo: *Cæterùm*, inquit cap. 26. *in his dum versatur, atque hæc omnia præstat, Sanctarum simul Ecclesiarum providentiam non negligit, nunc pugnans contra gentilium impietatem, nunc Judæorum frangens contumaciam, nunc hæreticorum turmas profligans, atque interdum ad Imperatorem de his literas mittens, interdum Præsides ad divinum zelum excitans, ipsos etiam interdum Ecclesiarum Pastores admonens, ut gregum suorum majorem curam gerant*.

Idem Evagrius initio capitis decimitertii de Domno hæc scribit. *Hic* (Simeon) *primus stationem super columnâ instituit, cujus domicilii ambitus vix duorum erat cubitorum: quo tempore Domnus Antiochenæ urbis Episcopatum administrabat. Qui quum ad Simeonem venisset, stationem ejus ac vivendi rationem admiratus, secretiora quædam concupivit. Ambo igitur in unum convenerunt, & quum immaculatum corpus sacrificassent, vivificam Communionem sibi mutuò impertierunt*. Id tunc accidisse narrat Cosmas, quum ulcus, quod in pede Simeonis natum erat, ab Angelo curatum fuit: ejus enim verba sic contraho. Quum in sinistro pede Simeon gravi ulcere afficeretur, convenerunt ad eum Episcopi, Periodeutæ, Presbyteri, aliique ex Clero & populo, rogantes, ut è columna descenderet, donec ulcus sanaretur. Theodosius quoque Imperator, unàcum sororibus suis, tres ad ipsum Episcopos aliosque præclaros & nobiles viros allegavit, ut medicinam ulceri adhiberi permitteret. At ille blandis verbis singulos dimisit, ne à proposito recederet: Theodosio autem ejusque sororibus rescribens, salutaria iis monita dedit. Post novem autem menses, ex quo ulcus contraxerat, quum duodequadraginta diebus clauso mandræ ostio jejunasset, ineunte feria quarta, quando mandram aperire cogitabat, media nocte apparuit ei juvenis candidis

NOTA.

1 *Asclepiadem*. *Asclepiodotus* in Fastis Consularibus dicitur, & anno 423. Consulatum cum Marinlano gessisse. Vide Pagium ad annum prædictum num. 1. & 21.

didis amictus, qui pedem ipsius tangens, extemplò sanavit, & multa ei de futuris Ecclesiæ calamitatibus prænunciavit, quæ ipse nemini unquam patefecit. Postera luce aperto mandræ ostio, ingrediuntur Discipuli ejus: nec non Episcopi, Sacerdotes, & innumerabilis populi multitudo, qui sanum & incolumem Simeonem non sine ingenti stupore reperere: putabant enim, eum præ doloris acerbitate è vivis migrasse. *Ex horum numero* (verba sunt Cosmæ) *Domnus Antiochiæ Episcopus fuit, qui unàcum Discipulo suo ad Simeonem ascendit; porrectâque ipsi Eucharistia, laudes dixit Deo pro iis, quæ viderat.*

Literæ Theodosii Imperatoris ad S. Simeonem Stylitam datæ, ut pro Ecclesiæ pace atque Imperii incolumitate oraret, & Joannem Antiochenum Patriarcham à Nestorii tuendis partibus revocaret, recitantur in Concilio Ephesino Par. 3. cap. 25. Evagrius lib. 2. cap. 10. de Leone Augusto Marciani successore loquens, qui circulares literas ad omnes orbis Romani Episcopos, & ad eos qui in vita Monastica excellebant, dedit, interrogans eos tùm de Chalcedonensi Synodo, tùm de ordinatione Timothei cognomento Æluri, hæc de Simeone scribit: *Sed & Sanctæ memoriæ Simeones duas epistolas de hoc argumento scripsit: alteram ad Leonem Imperatorem, alteram ad Basilium Episcopum urbis Antiochiæ.* Indicat has epistolas Cosmas, dum ait fol. 63. Imperatores responsum ab eo per literas accepisse, in quibus, quid ipsis agendum esset, docebantur.

Cæteris S. Simeonis gestis miracula quatuor suprà triginta attexit Cosmas: ex quibus tamen propositi nostri memores, quatuor tantùm contractis in compendium Cosmæ verbis hìc referemus in gratiam Historiæ Ecclesiasticæ studiosorum.

Primum exhibet tempus conversionis incolarum Libani, quos idololatras usque ad S. Simeonis ætatem fuisse, clarè docet Cosmas, cui consonant Acta S. Cyrilli & Sociorum in jugis Libani ab ethnicis interemptorum, nec non epistola S. Joannis Chrysostomi 123. Accessere, inquit fol. 33. etiam Libani [1] incolæ ad Sanctum Simeonem, opem flagitaturi adversùs bestias, quibus devexa montis sævissimè infestabantur. Ajebant autem nullum esse in Libano pagum, ex quo diebus singulis non duo, vel tres ad minimum pueri ab illis feris raperentur atque discerperentur. Ferarum autem ora habitumque, mulierum quàm simillimum videri: quandoque etiam bestiarum formam induere. Cæterùm gregatim vagari per agros, & horrendis ululatibus omnia latè loca complere, adeò ut solis & inermibus incedere nusquam impune esset. Ad hæc Simeon, unum superesse malo tanto remedium respondit, si abjecta avorum superstitione, (idololatræ enim erant Libani incolæ) Christiana Sacra susciperent: Idololatriæ enim pœnam esse eam ferarum infestationem, quam si sedari vellent, Baptismatis aquis crimen expiare quampri-

NOTA.

1 *Libani*. Insignis hujus miraculi memoriam servant etiamnum Maronitæ Libani Montis incolæ, qui non modò ex majorum traditione rem gestam narrant, sed etiam lapides ostendunt, quos S. Simeon in quatuor Libani partibus cruce signatos erigi præcepit. Horum unum vidi suprà *Hesron* ejusdem Libani oppidum. Alterum apud *Besciaram*: tertium suprà *Eden*, & quartum juxta *Aitu*. Cujus verò naturæ fuerint monstra hoc loco à Cosma indicata, meritò dubitari potest. Si enim feræ, quomodo formam mutasse dicuntur? Si Dæmones, coria Dæmones non habent; & tamen Cosmas narrat, ferarum pelles ad S. Simeonem allatas, & ostio ejusdem mandræ affixas fuisse. Puto, hoc postremum esse verum, quum Auctor factum maximè notorium referat: Illud verò, quod de mutatione formæ & humanæ vocis imitatione ex dicto Incolarum narrat, Libaniotis illis calamitatem suam exagerantibus, ut assolet, excidisse. Hiænas potiùs suspicor fuisse, quas naturalis historiæ Scriptores humanas voces imitari scribunt; atque inde ab agrestibus hominibus creditum, eas mulieres esse, aut sub mulierum specie Cacodæmonas.

primùm ſatagerent. Illis verò libentiſſimè ſe imperata facturos pollicentibus, S. Simeon peſtem illam cruce depellendam eſſe ſubjecit: propterèque ad quatuor cujuslibet pagi plagas lapides erigendos eſſe docuit tribus Sanctiſſimæ Crucis figuris inſignitos: triduanas prætereà vigilias circa prædictos lapides eſſe obſervandas. Quæ quum Libaniotæ illi exactè ſanctèque peregiſſent, ingens miraculum conſequutum eſt. Nam, ut iidem loci incolæ narrabant, ab eo temporis momento, quo poſt ſuſceptum Baptiſmum ſigna à S. Simeone indicata ad ſingulos pagos erecta fuerunt, ferarum illud genus peſſimum nuſquam deinceps apparuit. Id tamen paulatim, & cum aliqua mora factum dicebant, fortaſsè ut agreſtibus præſertim hominibus manifeſtiſſimè pateret, id divina ope factum: viſaſque feras ſacros lapides circuire, atque ululatus maximè truces & horriſonos edere; & alias quidem ad crucis pedes diſrumpi, alias verò per montis devexa vagantes diù curſitare, & horrendas voces, nocturno maximè tempore, dare ſolitas fuiſſe. Fuerunt, qui dicerent, auditas hunc in modum inclamare. O Simeon, quid feciſti nobis? eoque cum ululatu exanimatas conciditſe. Qui poſtea ad S. Simeonem venêre, fidem rei geſtæ faciebant oſtenſis ferarum pellibus, quarum tres ad oſtium mandræ ejuſdem S. Simeonis affixæ diu pependerunt. Pelles erant varii coloris; nec tamen tigres, aut urſos, aut aliam feram hoc tempore nobis cognitam indicabant, aut ſimile quid referebant. Libaniotæ verò, qui Chriſtiani facti fuerant, per hebdomadam in mandra S. Simeonis commorati ad ſuos remearunt, ita tamen ut ab eo tempore ingens ex Libano incolarum concurſus ad B. Simeonem fieri cœptus fuerit, Baptiſma & ſalutis monita flagitantium.

Alterum miraculum Arabum converſionem tangit, quod ab Antiocho Sabini filio, Damaſci Duce, accepiſſe ſe tradit Coſmas fol. 38. Naamanes 1 Arabum Princeps, ajebat Antiochus, venit aliquando in ſolitudinem propè Damaſcum: & quoniam pax Arabibus cum Romanis erat, me ad prandium amicè invitavit. Prandentibus nobis, & ut aſſolet, multa confabulantibus, incidit de B. Simeone ſermo. Aſt ego, inquit Naamanes, ſcire percupio: hunc'ne, quem Simeonem appellatis, hominem eſſe putetis, an verò Deum? Quumque ego reſpondiſſem, neutiquam eum eſſe Deum, ſed Dei ſervum: At ego, inquit ille, cauſam, cur iſtud à te ſciſcitatus fuerim, modò ediſſeram. Quum Simeonis fama Arabiam pervaſiſſet, cœpiſſentque noſtri homines ad illum frequentiſſimi commeare, proceres noſtræ gentis ſuſpicati, ne iſtiuſmodi commercio Arabes Chriſtiana religione imbuti, patriam Romanis proderent, admonebant, ut quantociùs eam peregrinationem interdicerem. Quod & feci, edictumque promulgavi, additâ pœna capitis, ſi quis tale aliquid deinceps auderet. Sequenti nocte dormientem adoritur repentè Viri auguſta, nec unquam mihi hactenus viſa ſpecies. Quinque alii viri ponè ſequebantur: Satellites credidi. Eo aſpectû mirè perterritus,

NOTA.

1 *Naamanes*. De Arabum, Saracenorum, ſeù Iſmaelitarum converſione hæc ſcribit Theodoretus. *Iſmaelitæ autem turmatim venientes, ducenti ſimul, & trecenti, ac interdum mille, patrium errorem magna voce abnegant, ſimulacra quæ coluerunt, coram magno illo lumine conterentes, Veneriſque jorgia ejurantes, (hujus quippe Dæmonis cultum amplexi jam olim fuerant,) Divinis myſteriis initiantur, leges ab illa ſacra lingua accipientes, & paternis moribus valedicentes, aſinorumque agreſtium, & camelorum eſum reſpuentes*. Naamanes verò iſte alius eſt ab Alamundari filio, qui ſub Mauricio Imperatore fidem Chriſti amplexus eſt, teſte Evagrio lib. 6. cap. 22. Videtur autem idem eſſe, ac ille, qui anno Græcorum 814. Chriſti 503. à Cavade Perſarum Rege in Romanos mercede conductus fuit, periitque menſe Auguſto ejuſdem anni, ut infrà ex Chronico Joſue Stylitæ videbimus.

ritus, ad pedes Viri procidi semianimis. Ast ille indignabundus inclamat: Populum Dei arcere audes, nequissime? Tùm verò ad lictores conversus, jubet quaternos quidem manus mihi pedesque hinc inde constringere, alterum verò flagris, ita ut in lectulo jacebam, nudum quamsævissimè cædere. Nec aderat qui me miserrimè plorantem opemque petentem, ab immani illa laniena eriperet. Sic atrocissimè cæsus, & penè exanimatus, tandem eodem Viro jubente ab illis lorariis dimissus sum. Abeuntem sic ille compellabat, strictum mihi intentans ensem. Tu verò ne quempiam in posterum ab Oratorio Simeonis avertas, cave: ni pareas, juro me te tuamque gentem hoc ferro membratim dissecturum. Ego verò meo periculo doctus, sequenti die protinus conventum populi jubeo, & omnibus audientibus funestum & exitiale illud edictum abrogo, edicoque, cuilibet fas esse deinceps adire Simeonem, & Christianam Religionem amplecti. Ad hæc subjecit quoque: Et ego quidem nisi Persarum Regi subessem, ad Simeonem perlibenter proficiscerer & Christianus fierem. Enimverò ex eo pavore, & acerrima fustigatione consequutus morbus me ultrà mensem tenuit. Nunc verò post edictum meum Ecclesiæ in mea ditione construuntur, & Episcopi ac Presbyteri frequentes & impunè versantur.

Tertium Persicam persecutionem mirè illustrat. Erat in Perside, inquit Cosmas fol. 39. Magus suæ sectæ hominum princeps. Hic Persarum
1 Regem in Christianos incitavit, eique auctor fuit, ut in eosdem edictum promulgaret: quo nefarius ille Magus abusus, complures Christianorum exquisitissimis cruciatibus necavit. Necdum tamen piorum cædibus exsaturatus, trecentos quinquaginta Clericos & alios Christianos promiscui sexûs in carcerem teterrimum conjecit, additâ etiam custodiâ cum mandato, nequid cibi vel potus eis importaretur. Ita ad decem dies tentati Christi Confessores, & B. Simeonis miracula recogitantes, eidem ceù præsenti se commendabant: quum repente insolita luce carcerem coruscare, & ardere circùm funalia & lampades vident, (nox autem erat,) & in ea admirandi fulgoris gloria Simeonem super columnam stantem: mox ipsos alloquentem audiunt. Sum, ajebat, Simeon frater vester, qui in Occidente in ditione Romanorum commoror. Quumque è columna descendisset, eosque iterùm salutasset, subjecit: ne vos labor iste frangat, fratres, neve animis despondeatis. Tertius ab hinc dies vos è carcere educet, & vestris cognatis restituet, finemque persecutioni imponet. Vestri autem persecutores horrendas pœnas ociùs dabunt, ut universus Oriens extremiscat. Sic fatus, columnam iterùm conscendere visus est, simulque avolare, cunctis stupore defixis, quidve id monstri portenderet, præstolantibus. Non modicam autem ex eo viso consolationem acceperunt, adeò ut jam se liberos putarent. Ast magnus ille Simeon ad Magum, quem omnium malorum auctorem fuisse suprà diximus, è carcere convolârat, ut posteà rescitum est. Porrò nequissimo illi in eadem columnæ specie stans Beatus Simeon, horrifico aspectu, habituque oris ad terrorem composito, ignemque manu, ceù fulmen quoddam, prætendens apparuit: quem impius ille ut vidit, tremefactus expalluit, & penè exanimatus concidit.

At

NOTA.

1 *Persarum Regem*. Simeonis nomen in Perside celeberrimum fuisse, docet Theodoretus. *Hujus*, inquit, *apud Regem quoque Persarum ingens gloria fuit. Ut narrarunt enim qui ad eum Legati profecti sunt, diligenter scisitabatur, quænam Viri vita esset, & cujusmodi miracula. Sed & conjugem ejus ajunt, & oleum ab eo benedictum petiisse, & tamquam donum maximum accepisse*. Videtur id factum sub Isdegerde, qui motam in Christianos Abdæ causa persecutionem mox sedavit, ut diximus suprà pag. 183.

At Simeon terribili voce hominem sic adortus est. Mortalium nequissime, te' ne scilicet adversùs nomen Domini nostri Jesu Christi insurgere fas erat, & à Rege istam adversùs Dei Ecclesiam potestatem petere, ut in ejus servos desævires, eosque ad ejurandam Christi fidem adigeres? Experiere modò, flagitiosissime, malo tuo ultorem Deum. Verba Simeonis consequutus illicò ignis, hominem invasit, totumque corpus mira celeritate depastus est, horribili nidore relicto, qui non modò locum, sed & vicinas ædes afflavit infecitque. Nec tamen misero perire licuit, sed pœnæ superstes suæ jussus est à Simeone, edicta à magistratibus extorta ad ipsos remittere, & ad Regem hæc suo nomine perferre. Hæc tibi, Rex, mandat Simeon, qui in Occidente in columna stat: Christianos è carcere protinus extrahi volo, & liberos dimitti, & latas contra Christi Ecclesiam leges abrogari. Ni intra triduum imperata fecerit, graviores quàm tu hactenus dederis, luet pœnas. Hæc fatus Simeon, illicò videri desiit. Porrò Magus humi jacens acerbissimisque doloribus toto corpore affectus, flere, lamentari, exagitari, opemque vicinorum orare. Fit ingens hominum concursus, hominis calamitatem stupentium & causam scifcitantium: quibus ille: Simeon, inquit, ille Christianus, quem inter Romanos super columnam commorari dicunt, hoc me affecit supplicio, quod iniquus in suæ religionis homines fuerim. Ajebat autem: quandoquidem ignem adoras, igne te absumam: ita profectò animadvertes, Ignem inanem & inutilem esse Deum. At ubi Persarum Rex quæ nefario illi Mago acciderant, & mandata S. Simeonis comminationesque intellexit, expavit, legesque protinus contra Christianos latas revocavit: qui in carceribus eam ob causam detinebantur, dimitti jussit, Ecclesias aperiri, & Christianis omnes suæ religionis ritus palàm frequentare indulsit. Quæ quum Episcopi, aliique Christianorum Antistites & publicâ famâ, & Confessorum, qui è carcere dimissi fuerant, narratione didicissent, Presbyteros tres ad B. Simeonem legarunt cum epistolâ, quæcumque in ea causa gesta fuerant, accuratè distinctèque perscribentes; illæque literæ non semel publicè lectæ fuerunt. Legati quatuordecim dies apud Sanctum Simeonem commorati, in patriam rediere. Scelestissimus autem ille Magus occulto igne viscera paulatim depascente consumptus, & à vermibus corrosus, vigesimo à prædicta visione die exanimatus est. Quæ res Christianæ religionis adversarios maximè perterrefecit, & Persarum complures ad Christi fidem & Baptismum adduxit.

Quartum miraculum legationem Dionysii Exconsulis & militiæ Præfecti ad Persarum Regem indicat. Adfuit aliquando, inquit Cosmas fol. 54. ex interiori 1 Anazethe, (locus est in confinio Persarum atque Armenorum,) juvenis quidam Armenus, à Dalmatio nepote ex sorore Dionysii militiæ præfecti addu-

NOTA.

1 *Anazethe*. [illegible]. Hinc *Azabeni* apud Latinum Antonii Interpretem, quos ab *Arzunitis*, seù *Azazenis* diversos esse, docet Dionysius in Chronico ad annum Græcorum 706. ubi de Hunnorum irruptione in Syriam loquens ait: [illegible]

Vastaverunt omnes Syriæ regiones, quæ ad radices montis Aridi jacent; nempè Arzun, Maipheractam, Amidam, Hanazetem, & *Samosatam*. Dionysius autem hic memoratus Consulatum gessit anno Christi 429. & in cap. 176. Synodici adversùs Tragœdiam Irenæi dicitur *Præses utriusque militiæ*, & *Exconsul*: denique apud Priscum pag. 47. legitur, eum fuisse ex Scythia oriundum, ac Legatum missum ad Rovam Hunnorum Regem, Attilæ decessorem, quum jam antea Consulatum gessisset. Vide Pagium ad annum 429. De ejus verò legatione ad Regem Persarum, nullus præter Cosmam, meminit.

adductus. Dionysio enim parentes adolescentem commendaverant, oraverantque, ut eundem B. Simeoni sistendum curaret. Obsederat caput juvenis gravedo, & humor acer & virulentus, qui in nares, atque oculos defluens, graveolentissimam mephitim exhalabat, pupillasque continua distillatione exeserat. Et hunc quidem B. Simeon aspersione aquæ benedictæ extemplò curavit. Nec minori olim beneficio ipsum Dionysium affecerat. Nam quum is Antiochiæ moraretur, & Legatus ad Persas ab Imperatore designatus esset, insanabili morbo à Diabolo, ut vulgò creditum, immisso correptus fuit. Hominis facies horrendum in modum ad occiput inversa, orisque hiatus immaniter in tergum deductus erat. Dionysius desperata à medicorum arte morbi curatione, ad S. Simeonem, cujus divinam virtutem ex publica fama perspectam habebat, supplex adiit: sanitatem petiit, impetravitque, adhibita similiter aquæ benedictæ aspersione: de eventu legationis prætereà ab eodem Simeone edoctus est, prospera videlicet omnia illi eventura, & incolumem sospitemque in patriam rediturum. Quo ingenti beneficio affectus Præfectus, B. Virum quoad vixit, impensè coluit, pauperum inprimis curâ susceptâ: hanc enim, ut multa alia Christianæ pietatis opera, B. Simeon demandare Dionysio solebat.

11. Quot annos egerit in exercitatione Monastica.

Simeonis cursum in exercitatione monastica, universim fuisse annorum sex & quinquaginta, testatur Cosmas his verbis: ܘܗܘܐ ܫܢܝܢ ܬܫܥܬܐ ܠܥܠܡ ܒܬܫܒܚܬܐ ܕܡܢܙܪܐ ܕܬܠܢܝܐ ܡܢܗܘܢ ܚܕ ܒܙܘܝܬܐ ܕܡܢܙܪܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܢ ܗܠܝܢ ܡܠܬܐ ܕܩܕܡ ܗܘܝܢ ܐܡܪܢ . ܒܬܫܥ ܫܢܝܢ ܒܡܢܙܪܐ ܕܒܝܬ ܡܪܝ ܒܪܛܘܢܝܣ . ܘܒܬܪܝܢ ܫܢܝܢ ܒܥܡܘܕܐ ܚܡܫܐ ܒܬܪܝܢ ܥܡܘܕܐ ܕܬܫܥ ܐܡܬܐ ܘܬܠܬ ܐܡܬܐ ܕܒܥܡܘܕܐ ܕܐܪܒܥܝܢ ܐܡܬܐ ܕܐܡܬܐ ܕܒܥܡܘܕܐ ܕܐܪܒܥܝܢ ܐܡܬܐ ܕܐܬܩܒܠ ܡܢ ܡܪܝܐ ܒܬܘܠܝܢ ܘܒܣܒܠܢܐ ܕܩܪܒܐ ܘܒܡܚܝܐ ܕܒܥܠܐ ܕܒܥܠܐ ܕܒܥܠ

quinquaginta annos vixisse, in vitæ nimirùm religiosæ exercitatione. Unde meritò rejiciendi Cedrenus & Michael Glycas, qui Simeonem scribunt iu columnam ascendisse anno 25. Theodosii junioris, vel Marciano regnante: ex hoc enim intervallo conficiuntur tantùm anni 28, vel 10. quibus ille suprà columnam steterit; quum tamen constet ex Cosma, & Evagrio, eum in columna stetisse annis triginta septem.

12. Mors ejus.

Antequam ad Superos Simeon evocaretur, inquit Cosmas noster, visum hujusmodi de sua morte ipsi oblatum est. Quum in mandra intra septum annos septem egisset, vidit duos viros divina luce circumfusos, quorum alter virgâ, quam manu gestabat, quadraginta cubitos mensus est: mox ad socium conversus: Quum numerus, inquit quadragesimus
1 1 exactus fuerit, ducetur iste: Signum autem, antequam eum ducam, dabo, quale hactenus nunquam visum fuit. Id secundò fecerunt, statimque disparuere. Tunc intellexit Simeon, de suo exitu eos loquutos; propterea quum annum quadragesimum adesse nosset, cogitabat, quale foret illud portentum, quod Angeli prænunciarant.

Hæc animo secum revolvens, audit Antiochiam, totamque circum
2 regionem terræmotu 2 concuti. Tunc verò finem suum adesse intelligens, Discipulum monet, ut corpus suum cum illis pellibus, quibus tegebatur, humaret, nec sineret illud alienis vestibus amiciri.

Quum autem terræmotus Cœlesyriam concutere cœpisset, maxima cùm virorum, tùm mulierum turba, Sacerdotibus & Clericis cruces, lampades & thuribula præferentibus, ad mandram Simeonis confluebat: quos ille piis alloquutionibus consolabatur. Post unum autem & quinquaginta dies *Solemnem Synaxim mensis Julii peregit, post quam nullam aliam celebravit*, ܒܬܪܝܗ ܕܬܡܘܙ ܩܛܠ ܠܐܝܕܥ ܡܢܐ ܠܐܝܕܥ ܗܘܐ ܠܗ ܠܫܘܬܦܘܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܘܬܡܘܢܬܐ ܕܫܢܬܐ. Mox dimissâ turbâ, solus cum Discipulis remansit. Post triginta autem dies, mense Augusto die vigesimo nono, hora undecima, Sabato exeunte, & Dominica die ineunte, subito dolore correptus, deliquium pati visus est usque ad feriam tertiam.

Illud prætereà miraculum ante obitum B. Viri contigisse referunt. Æstus erat intolerabilis sub finem Augusti, appetente jam Septembri; quum repentè suavissimâ aurâ cœli calidissimi intemperies sedari visa est, atque novo & incognito odore perfundi vicinus aër. Sensit miraculum, quidve signum istiusmodi portenderet suspicatus S. Simeonis Discipulus & individuus comes, atque ad Sanctum Præceptorem conversus: Animadvertin', inquit, Pater, quàm eximiis te beneficiis cumulet Deus, quando non modò longè dissitas gentes ad tui funeris celebritatem concivit, sed suavem hunc odorem, velut jucundissimæ vitæ in cœlo traducendæ pignus, tibi præmisit? Quod ergo reliquum est, id tantummodò te etiam atque etiam oro, ut ante obitum tuam mihi benedictionem impertias. Cui S. Simeon bona precatus: Cave, inquit, ne me superstite miraculum istud cuiquam patefacias.

Die

NOTÆ.

1 *Quadragesimus*. Septem suprà quadraginta annos in mandra Telanessæ egisse Simeonem, mox vidimus. Rectè igitur hæc revelatio anno septimo inclusionis ejusdem in mandra peracta fuisse dicitur, quum ab eadem usque ad sanctissimum ejus obitum quadraginta anni effluxerint.

2 *Terræmotu*. Hujus terræmotus meminerunt Antonius in vita S. Simeonis cap. 7. Metaphrastes cap. 13. Evagrius lib. 2. cap. 12. Nicephorus lib. 15. cap. 20. & Baronius ad annum 458. Accidit autem die 8. Junii anni Christi 459. ut ostendimus suprà in Sancto Isaac pag. 213. ubi verba Cosmæ transcripsimus.

1 Die autem secunda [1] Septembris, feria quarta, hora nona, postquam adstantes disciplinæ suæ alumnos Deo commendasset, monachos duos quos unicè dilexerat, pii illius gregis curam habere jussit. Mox ter in genua procumbens assurgensque, cœlum prospectabat. Quum verò frequentissimus circa columnam populus conclamaret ܒܪܟ ܡܪܝܐ *Benedic Domine*, Simeon oculos ad quatuor mundi plagas circumferens, dexteramque cuculla opertam protendens, omnibus tertiò benedixit: Discipulosque suos ad mutuam caritatem cohortatus, sublatis iterùm in cœlum oculis, terque pectus manu dextera tundens, capite mox super humeros primi illius Discipuli demisso placidissimè efflavit animam. Discipuli duo, qui morienti Magistro continuò adstiterant, veriti, ne si defuncti corpus è columna deponeretur, à circumstante populo raperetur, cadaver loco dimoveri prohibuerunt, sublatâque in columnam arcula, illud condiderunt, donec à Pontifice locus sepulturæ designaretur.

13. Funus S. Simeonis, & sepultura.

Pervulgatâ Simeonis morte (prosequitur Cosmas) convenerunt ad curandum ejus funus [2] ex omnibus circum locis Episcopi, Presbyteri, Clerici, Monachi, & innumerabilis populi multitudo. Ardaburius quoque militiæ Orientalis Præfectus, Antiochenorum rogatu, cum uno & viginti Comitibus, multisque Tribunis, & ingenti militum turba, sacrum corpus comitatus est. Sustulerunt autem illud super humeros suos Episcopi & Presbyteri à columna usque ad *Scichum pagum* ܫܝܟܘܡ ܦܓܪܐ: qui quatuor à mandra milliaribus distat. Inibi currui impositum, Antiochiam deportatum est, lampadibus & thuribulis præeuntibus, & incolis undique ad tantum spectaculum confluentibus, atque Psalmos hymnosque toto eo viæ spatio canentibus; donec in majori Antiochenæ urbis Ecclesia, quam Constantinus Magnus à fundamentis excitaverat, repositum fuit quinto, postquam è mandra ablatum fuerat, die: Feria enim secunda è mandra extractum, & feria sexta Antiochiam perlatum est.

NOTÆ.

1 *Die 2. Septembris*. Obiit igitur S. Simeon anno Christi 459. quo dies secunda Septembris in feriam quartam incidit. Idem de ejus obitu legitur in Chronico Edesseno: ܒܫܢܬܐ ܕܫܒܥܡܐܐ ܫܢܬ ܚܡܫ ܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܕܡܝܬ ܩܕܝܫܐ ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܚܝܐ ܒܬܪܥ ܣܗܪܐ ܕܐܝܠܘܠ ܒܬܪܥ ܝܘܡܐ ܕܪܒܥܐ ܒܫܥܬܐ ܬܫܥܝܬܐ. *Anno* Græcorum *septingentesimo primo migravit ex hoc sæculo B. Simeon Stylites die secunda Septembris, feria quarta, hora undecima.* Quare corrigendus Antonius ejusque Latinus Interpres, qui Simeonem tradunt feria sexta ad Dominum migrasse: nec audiendus Theophanes, aut Cedrenus, qui eum scribunt, anno Leonis 4. Christi 460. obiisse. Pagius ex feria 6. qua mortuum Simeonem Antonius dicit, & ex die 1. Septembris, quo eum Græci colunt, contendit, ejus obitum anno 461. contigisse: eo enim anno feria 6. in diem 1. Septembris incidit. Verùm quæ ex die Sanctorum cultui attributa in Martyrologiis conjectura capitur, non est tanti facienda, ut accuratos Scriptores Cosmam & Auctorem Chronici Edesseni rejiciamus. Antonium autem in eo æquivocasse credo, quod corpus S. Simeonis *feria sexta* Antiochiam deportatum fuit, ut mox videbimus; atque adeò diem translationis corporis pro die mortis ejus supposuisse videtur.

2 *Funus*. Iisdem planè verbis illud describit Evagrius lib 1. cap. 13. pag. 271. *Hujus*, inquit, *sacratissimum corpus post obitum Antiochiam deportatum est, Leone Imperium tùm gerente, & Martyrio Antiochenæ urbis Episcopatum administrante: quum Ardaburius Magister Orientalis militiæ, undùm militaribus numeris, quos circa se habebat, & cum reliqua omni multitudine ad Simeonis mandram venisset, & sanctum beatissimi viri corpus servasset, ne à finitimis civitatibus subriperetur. Igitur sacrum ejus corpus non sine ingentibus miraculis, quæ per totum iter facta sunt, delatum est Antiochiam.* Ardaburii verò meminerunt hoc loco etiam Latinus Antonii Interpres & Metaphrastes. Ejusdem meminerat Antonius cap. 7. Porrò duo fuere Ardaburii, ut notat Bollandus pag. 268. Prior Dux egregius sub Theodosio Jun. Consul anno 427. pater Asparis, ut refert Socrates lib. 7. cap. 23. Alter Asparis filius à Marciano Dux Orientalium copiarum constitutus, ut habet Svidas: atque is est, qui translationi corporis S. Simeonis adfuit.

est. Patriarcha autem Antiochiæ cum universo Clero, singulis diebus Psalmos ad tumulum decantabat, & incensum adolebat: quod nemini Sanctorum [1] priorum accidit: nullus enim ante Simeonem in magna Ecclesia sepultus fuerat.

Multa etiam miracula per totum iter, quo sacrum corpus ferebatur, patrata sunt. Nam quum propè vicum [2] *Maro* ܡܪܘܢ deportaretur, quidam dœmoniacus, qui in vicino sepulchro habitabat, videns impositum carpento sanctissimum corpus, continuò prosiluit, & illud amplexus, extemplò convaluit.

Sed & Imperator epistolam cum Legatis tùm ad militiæ Præfectum, tùm ad Antiochiæ Episcopum dedit, ut corpus S. Simeonis Constantinopolim transmitterent. Verùm Antiocheni misso ad eum supplice libello, his verbis usi sunt. ܡܪܝܐ ܒܪܟܝ

ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܩܪܝܬܐ ܕܢܐܡܘܣܝܢ ܠܢ ܡܪܝ ܡܬܩܠܠܘ ܕܡܢ ܡܪܝ ܡܬܩܠܠ ܗܘܘ ܠܢ ܡܪܝ ܡܬܩܠܠ ܗܘܘ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܩܘܪܒܢܐ ܩܕܝܫܐ ܗܘܝܢ ܠܗܢܐ ܕܢܗܘܐ ܠܢ ܠܡܪܝ ܕܢܬܩܠܠ ܒܨܠܘܬܗ ܕܢܬܚܝ ܕܢܫܒܩ ܠܗ ܠܗܢܐ .

Quoniam civitas 3 *nostra muros non habet: corruerunt enim ob indignationem Divini numinis: sanctissimum corpus huc importavimus, ut nobis pro muro sit, ejusque precibus muniamur. Vixque exorari se sivit, ut illud ipsis relinqueret.* 3

Hactenus Cosmas, qui vitam S. Simeonis in hæc verba concludit.

ܗܠܝܢ ܩܪܝܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܩܪܐ ܠܗ . ܘܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܩܪܐ ܠܗ ܡܢ ܐܠܗܐ ܩܪܐ ܠܗ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ .

Hisce tandem honoribus cumulavit eum Deus: & quia Deum ipse honoravit, vicissim à Deo honorem, & ab hominibus cultum consequutus est.

NOTÆ.

1 *Nemini Sanctorum*. Verba Cosmæ hæc sunt: ܘܐܬܬܩܠ ܒܩܕܝܫܐ ܕܒܥܠܡܐ ܪܒܐ ܕܩܢܣܛܢܛܝܢ ܩܕܝܫܐ ܗܘܐ . ܡܢ ܩܕܡܝܐ ܠܐ ܗܘܐ ܚܕ ܡܢ ܫܠܝܚܐ . ܠܐܝܟ ܕܠܐ ܡܢ ܩܕܡ ܫܡܥܘܢ ܠܐ ܐܬܬܩܠ ܚܕ ܒܥܠܡܐ ܪܒܐ ܕܩܢܣܛܢܛܝܢ ܩܕܝܫܐ ܗܘ

CAPUT XVIII.

S. Simeon Stylites.

I. S. Simeonis Stylitæ Epistolæ IV.

SIMEONIS Stylitæ Acta dedimus suprà, ubi de Cosma illorum Auctore. Nunc de ejus Scriptis. Et quidem Simeonem gravissimam ad Theodosium Juniorem Epistolam dedisse, qua Imperatorem acriter objurgabat, quòd Asclepiadis, seù Asclepiodoti Præfecti suggestione Synagogas Judæis olim ereptas, restitui jussisset, testantur Evagrius lib. 1. cap. 13. & Nicephorus lib. 14. cap. 51. Ejus exemplar profert Cosmas in laudatis Actis fol. 74.

ܡܛܠܐ ܕܐܝܟܡܐ ܠܒܟ ܡܪܝ ܐܠܗܟ ܕܝܗܒ ܟܠܝܠܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܘܐܬܪܝܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܚܒܪ ܘܡܣܥܪ ܘܡܣܝܥ ܠܟ ܗܢܘܢ ܕܟܠܗܘܢ ܕܡܬܟܘܢ ܥܡܟ ܒܗܕܐ ܡܠܬܐ ܡܗܪ ܢܬܦܣ ܠܟ ܡܠܬܐ ܕܩܫܬܐ ܕܐܠܗܐ ܗܠܝܢ ܕܐܢܐ ܐܡܪ ܠܟ ܕܫܩܪ ܐܢܐ ܠܐܠܗܐ ܡܪܝ ܐܠܗܝ ܗܢܐ ܡܛܠ ܕܢܣܒ ܠܟ ܡܠܟܘܬܐ ܘܐܬܪܝܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܘܐܦ ܠܟ ܡܢ ܟܠ ܕܥܡܟ ܒܗܕܐ ܡܠܬܐ

aliter sentiret, deprehenso : è quibus stetit & Simeon, qui in columna cœlestem vitam profitebatur. Verùm Professionem Fidei Catholicæ à Simeone editam, non aliam fuisse ab ejusdem Epistolis ad Leonem Imperatorem atque ad Basilium Patriarcham datis, liquet tùm ex allatis Eulogii verbis, quæ nil aliud indicant, quàm Simeonem sententiam suam scripto, hoc est, iis literis, significasse: tùm ex laudato Evagrii testimonio, qui per binas illas literas testatur Simeonem ad postulata Leonis cumulatè respondisse. Nam de circularibus quidem Leonis Augusti literis, sic habet circa finem cap.4. *Similia verò Imperator scripsit tùm ad reliquos Episcopos, tùm ad celeberrimum quemque eorum, qui tunc temporis, ut jam dixi, vitam à materia remotam omnique apparatu destitutam agebant. Ex quorum numero fuit Simeones, qui primus stationem in columna excogitavit*. Pro responsione autem Simeonis duas illas Epistolas dumtaxat producit, è quibus hanc Fidei Catholicæ Professionem colligit. *Quapropter ego quoque humilis & exiguus, abortus monacherum*, (Verba sunt S. Stylitæ ad Basilium Patriarcham,) *animi mei sententiam Imperiali ejus majestati significavi, de fide sexcentorum triginta Sanctorum Patrum, qui Chalcedone congregati sunt, persistens & fundatus in ea fide, quæ à Sancto Spiritu revelata est*. Non alia igitur quærenda est Fidei Professio extra duas illas Simeonis Epistolas.

II. Syriacè probabiliùs scripsit: Ejusque Opera à Thaumastoritæ scriptis diversa.

Syriacè Simeonem, non Græco aut alio sermone loquutum fuisse & scripsisse, probabile faciunt, quæ à Cosma narrantur in ejusdem Vita: Locus insuper in quo natus est, & vixit: Syri enim, qui mediterranea loca habitabant, Syriacâ, non Græcâ linguâ plerumque usos fuisse, Acta S. Simeonis Sali testantur. Hìc tantummodo observandum, Simeonem nostrum alium esse à Simeone Thaumastorita, seù *in monte admirabili*, qui Mauricio Imperatore decessit, de quo idem Evagrius lib. 6. cap.23.& Nicephorus lib.18. cap.24. atque huic Juniori Simeoni adjudicanda esse opera, quæ Allatius in laudata Diatriba recenset, quorum pars magna exstant Arabicè conversa in Cod. Vatic. XXVI. Porrò de illis suo loco nobis agendum erit, ubi Syrorum, quorum Scripta Arabicè exstant, Catalogum attexemus.

CAPUT XIX.

SS. Baradatus, & Jacobus Monachi.

I. Baradatus, & Jacobus Syri ad Encyclicas Leonis Imperat. respondent.

MONACHORUM sui temporis clarissimi habebantur Baradatus, & Jacobus Syri, ut non immeritò eorum sententiam circa Orthodoxam fidem rogaverit Leo Imp. apud Evagrium lib.2. cap. 9. *Scripsit etiam Leo* (Verba sunt Evagrii) *circulares literas ad omnes Orbis Romani Episcopos, & ad eos, qui in vita monastica excellebant, interrogans eos, tùm de Chalcedonensi Synodo, tùm de ordinatione Timothei cognomento Æluri*. Et infrà. *Ex quorum numero fuit Simeones &c. Inter illos fuerunt etiam Baradatus & Jacobus Syri*. Eadem ferè Theophanes ad annum Incarnationis secundùm Alexandrinos 452. *Sancto insuper Simeoni Stylitæ, & Bardæ monacho, tùm Jacobo miraculorum patratori scripsit, quasi Deo rerum omnium Domino rationem reddituros, de controversis rebus ut judicium facerent, cunctos obtestatus*. Ubi pro Baradato *Bardam* habet. Syri ܒܪܕܕܐ *Barhadad* appellant, ut notavimus suprà pag. 19. Utriusque Vitam, Baradati nimirùm, & Jacobi, descripsit testis oculatus Theodoretus in Philotheo cap.21. & 27.& Jacobum quidem discipulum fuisse S. Maronis, testatur iis verbis: *Nam quum simul cum*

cum inclyto illo Marone esset versatus, & ejus divinæ fuisset doctrinæ particeps, obscuravit præceptorem majoribus laboribus. In Cyrrestica autem regione eos Angelicam vitam duxisse, ex eodem Theodoreto liquet loco cit. Eorundem meminit etiam Ephræm Patriarcha Antiochenus apud Photium Cod. 228. 229. cujus testimonio, Evagrii Theophanisque auctoritate confirmato, Jacobum & Baradatum Syris Scriptoribus meritò accensemus.

Exstat Baradati *Epistola* ad calcem Concilii Chalcedonensis inter literas circulares num. 61. cujus initium: *Terribiles literas Imperii vestri suscipiens per Eutropium magistrianum*. Data dicitur *septima & vigesima die Augusti mensis, anno secundo Imperii* (Leonis) *Indictione decima*. Ubi *Varadatum* Latinus Interpres habet, litera *V* pro *B*, ut fieri solet, substituta. Consule Emin. Baronium ad annum 458. num. 24. & Pagium ad eundem ann.num.4. qui subscriptionem illam Baradati depravatam esse ostendunt, & vel *anno primo Imperii Leonis Indictione decima* legendum monent, vel *anno secundo Indictione undecima*.

Alium à Baradato nostro fuisse existimo Baradatum Telæ, seù Constantinæ in Mesopotamia Episcopum, cujus meminit Josue Stylites in Chronico: nam ille quidem anno Christi 507. vivebat; noster verò, circa annum 458. quo eum per literas Leo Imper. consuluisse dicitur, simplex monachus idemque senex erat; nec verosimile videtur, eum posteà ad Constantiniensem Episcopatum evectum fuisse, & usque ad annum 507. vitam produxisse; alioquin Ephræm, Evagrius, ac Theophanes illius dignitatem minimè reticuissent. Denique Procopius lib. 1. de bello Persico cap. 7. meminit Jacobi Sanctissimi Monachi, qui Ephtalitas ipsi telis infestis necem intentantes repulit, stupore manuum divinitùs immisso. Sed & nostrum Jacobum ab eo diversum esse, liquet ex eo quod ille, ut idem Procopius tradit, *in agro Endielorum, unde Amida diei unius iter abest*, religiosam vitam circa annum 503. agebat; noster verò in Cyrrhestica regione quinquaginta circiter ante annis inclarescere jam cœperat.

CAPUT XX.

Maras Episcopus Amidæ.

MARAS post Simeonem, qui Synodo Chalcedonensi subscripsit, Amidensem regebat Ecclesiam an. Christi 457. quo Leo Imp. literas Encyclicas de eadem Synodo deque Timothei Æluri ordinatione ad omnes sui Imperii Metropolitas dedit. Exstat ejus *Epistola* ad eundem Leonem inter literas circulares num. 36. cujus initium, *Omnium Christus atque Salvator*, eique post Maram subscripti leguntur novem Episcopi Provinciæ Amidenæ, quam ille Mesopotamenam absolutè appellat: nimirùm, *Zoras* (seù Zoaras,) *Maronius*: *Noë* (Episcopus Cepha Castelli, cujus nomen in subscriptionibus Patrum Concil. Chalced.) *Eusebius*: *Reticius*: *Valaras*: (rectiùs Valagas, seù Vologesus:) *Maras*: & *Abrahamius*. Septem Episcoporum nomina exhibet Baluzius tom. 1. p. 1429. Maronium, nimirùm, Noë, Eusebium, Turuhium, Balursachium, Maram, & Abramium.

I. Maræ Amideni Epistola Synodica ad Leonem Imp.

Alium à nostro Maram Amidæ Episcopum laudant Zacharias Melitinensis, & Dionysius Barsalibæus: quem ob Monophysitarum hæresim Justini senioris jussu an. Christi 520. in exilium pulsum fuisse, testatur Dionysius Patriarcha in Chronico. De eo infrà sermo erit, ubi de Scriptoribus Syris Jacobitis.

II. Alius à Mara Monophysita.

CA-

CAPUT XXI.

Nonnus Edessæ Episcopus.

I. Nonnus, ejecto Iba, Edessæ præficitur: Mox Sede sua pulsus, Saracenorum & Heliopolitanorum conversioni incumbit.

NONNUS Ibæ Edesseno in Latrocinio Ephesino substitutus fuit anno Christi 449. ut tradit Auctor Chronici Edesseni, cujus verba retulimus pag. 202. Eum *ob vitam incomparabilem, & spectatissimam conversationem, atque morum integritatem* ex monasterio Tabenniositarum ad Episcopatum Edessæ evocatum fuisse, testatur Jacobus ejusdem Diaconus in vita S. Pelagiæ. Duobus verò post annis inde rejectum, Iba Sedi suæ restituto, docent Acta Synodi Chalcedonensis, ex quibus liquet, Nonni causam Maximo Patriarchæ Antiocheno commissam, ut quid de eo fieri vellet, decerneret. Translatum in Heliopolim Libani urbem Nonnum, conjicit Baronius ad annum 451. n. 127. ex Diaboli verbis, quæ in Actis Sanctæ Pelagiæ leguntur: *Non tibi sufficiunt triginta millia Saracenorum, quos mihi abripuisti, & baptizasti? Non tibi sufficiebat me ejecisse de tuis Heliopolitanis*: [1] *quoniam quum & ipsa civitas esset mea, & omnes qui in ea habitabant, me adorarent, tu mihi abripuisti, & obtulisti Deo tuo?* Probabile enim est à Maximo Patriarcha Heliopolitanam Ecclesiam Nonno commendatam fuisse, dum Ibas in vivis esset; vel saltem eum ad convertendos ab idolorum cultu Libani & Heliopolis incolas ab eodem Maximo missum, quibus paulò ante Evangelicam lucem attulerat Simeon Stylites apud Cosmam in ejus Vita: fortasse etiam Abrahamius monachus, de quo Theodoretus in Philotheo cap. 17.

II. Edessenæ Ecclesiæ restituitur.

Mortuo Iba mense Octobri anno Christi 357. Sedem suam Nonnus recuperavit, ut narrat Auctor Chronici Edesseni citatus pag. 202. qui de eodem Nonno hæc subjungit:

ܘܠܐܬܪܗ ܬܢܝܢ ܐܬܐ ܡܢܘܢ
ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܪܝܢܐ ܘܒܝܬ
ܡܫܬܐ ܕܡܢܗܠ ܒܪܝܬ ܡܪܝ ܐܠܗܐ ܘܒܝܬ
ܫܡܫܐ . ܒܢܐ ܕܝܡ ܒܗ ܒܝܬ ܡܫܬܐ
ܘܡܫܬܐ ܒܗ ܡܘܢܐ ܕܒܢܝ ܡܫܝܚܐ
ܡܢܘܢ ܘܡܢܗ . ܒܢܐ ܕܝܡ ܐܦ ܕܝܡܐ
ܡܫܘܫܐ ܐܬܪܐ ܕܒܝܬ ܡܫܬܐ
ܡܫܝܚܐ ܐܬܪܐ .

Et in locum suum (hoc est ad Episcopatum Edessæ) *reversus Nonnus, ædificavit Templum S. Joannis Baptistæ, & Nosocomium pauperum invalidorum extra Portam Beth-Semes. Exstruxit autem in eodem Nosocomio Templum SS. Cosmæ & Damiani. Prætereà Monasteria, Turresque excitavit: sed & pontes fecit, & vias exæquavit.* Eadem apud Dionysium in Chronico ad annum Græcorum 769. qui ejusdem obitum ex laudato Auctore Chronici Edesseni ad annum Christi 471. consignat, his verbis:

ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܐܐܬܝܢ ܘܫܒܥܝܢ ܠܝܘܢܝܐ
ܡܬܠܝܢ ܬܪܝܢ ܡܫܬܐ ܕܢܘܢܐ ܩܫܝܫܐ ܘܡܬܩܢ
ܠܗ ܩܘܪܐ ܩܫܝܫܐ :

Anno Græcorum 782. *decessit Nonnus Edessæ Episcopus, cui Cyrus substitutus fuit.*

III. Pelagiam Antiochenam convertit.

Nicephorus lib. 14. cap. 30. refert Nonnum Edessenæ Ecclesiæ Episcopum *primariam in urbe Antiochena luxu perditam Mænadem, sponsam purissimam Deo repræsentasse, & pro Margarita Pelagiam eam appellasse.* Theophanes ad annum 25. Theodosii Junioris de Ephesino Concilio Oecu-

NOTA.

1 *Heliopolitanis*. Sic in editione depravata, qua usus est Baronius. At editio Surii & Rosvveidi rectiùs habet: *non tibi sufficiebat Heliopolis, quoniam &c.*

Oecumenico loquens: *His temporibus*, inquit, *Nonnus Deo plenus Pontifex Edeßenorum pascebat Ecclesiam, qui mimarum Antiochensium insignissimam Deo consecravit, & Margaritus scorti vice Pelagiam Sanctam Pœnitentem Christo exhibuit*. Verùm hic Auctor hallucinatur, dum Nonnum scribit jam Edessæ Episcopum factum, literas ad Joannem Patriarcham Antiochiæ dedisse, ut cum S. Cyrillo reconciliaretur: Nonnus enim Monachus Tabenniosita fuit usque ad annum 449. quo Synodus Pseudo-Ephesina celebrata, ut suprà vidimus. Consule Pagium ad annum 451. num. 53.

IV. Synodica ejus Epist. ad Leonem Imp.

Exstat Nonni *Epistola* ad Leonem Imperatorem pro Synodo Chalcedonensi contra Timotheum Ælurum, habeturque, inter literas Encyclicas num. 35. cujus initium, *Non est mirabile*. Subscribuntur ei post Nonnum quatuor Episcopi Provinciæ Osrhoenæ: nimirùm, *Damianus* Callinici: *Abrahamius* Circisii: *Basilius* Balensis: & *Joannes* Charrensis. *Petronium*, & *Eliam* addit Baluzius t. 1. p. 1429. Quum hæc autem Epistola an. Christi 457. data sit, eique *Damianus Callinici Episcopus* subscriptus, dubium oritur, quomodo intelligendi sint Auctor Chronici Edesseni, & Dionysius Patriarcha, qui *Callinicum* urbem testantur à Leone Imperatore anno Christi 466. ædificatam.

ܒܫܢܬ ܫܒܥܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ
ܕܢܝܚ ܠܐܘ ܟܐܪܘܢܝܢ ܕܐܬܒܢܝܘ
ܒܐܘܪܗܝ ܠܐܘ ܒܝܬ ܡܠܟܘܬܐ
ܡܫܡܗ ܕܢܝܚ ܠܐ ܡܫܡܗ ܕܡܠܟܐ :

Anno Græcorum *septingentesimo septuagesimo septimo* (verba sunt Auctoris Chronici Edesseni, quæ Dionysius in suo Chronico transcripsit.) *Ædificavit Leo Imperator Callinicum urbem in Osrhoena, quam de suo nomine Leontopolim appellavit: Episcopum etiam in ea constituit*. Nisi hoc postremum temerè in Chronico Edesseno additum dicamus, (nam apud Dionysium nihil de institutione Episcopatus legitur,) existimo, instaurata per Leonem Imperatorem Callinico urbe, Episcopum ejusdem nonnullis privilegiis cumulatum, ut in simili casu non pauci Imperatores præstiterunt: atque idcircò Auctorem Chronici Edesseni Episcopatum ibidem institutum scripsisse; quemadmodum ipsam urbem *ædificatam* à Leone dixit, quum potiùs *instauratam mœnibusque cinctam* dicere debuisset. Sed vero propius est, non *novum Episcopatum Callinici institutum fuisse* per ea verba significari, sed *novum Episcopum*, postquam laudatus Damianus decessit, *urbi instauratæ creatum*.

CAPUT XXII.

Jacobus Edeßæ Diaconus.

I. Jacobus Nonni Diaconus Vitam S. Pelagiæ scribit.

JACOBUS Nonni Episcopi Edesseni Diaconus scripsit *Vitam S. Pelagiæ Antiochenæ*, de qua suprà pag. 257. Exstat apud Surium die 8. Octobris, ubi ante Prologum ejusdem hanc notam de Jacobo apponit: *Auctor est Jacobus Diaconus Heliopoleos, habeturque in vetustis mss. Codicibus*. Sed quum Scriptor illius Vitæ non semel sese Diaconum Nonni fuisse dicat, & hunc suum Episcopum appellet, nonnisi per errorem à Surio *Heliopoleos Diaconus* dicitur. Quid quod Rosvveidus lib. 1. de Vitis Patrum pag. 376. eandem Vitam recitat cum hac Epigraphe: *Auctore Jacobo Diacono, Interprete Eustochio*: additque in Notis, ita legi in antiqua editione Coloniensi, ac in veteri ms. Audomari. Surium in errorem fortassè impulit, quod legitur in eadem Vita, Diabolum de Nonno conquestum fuisse: *Non tibi sufficiebat Heliopolis: quoniam quum & ipsa civitas esset mea &c.* Ex his tamen verbis non statim sequitur, Nonnum Heliopoleos

suis-

fuisse Episcopum, sed Heliopolitanos dumtaxat ad Christi fidem adduxisse, quemadmodum de Saracenis paulò ante idem Diabolus dixerat, *triginta* nempè *eorum millia* à Nonno baptizata, quin tamen ille fuerit Saracenorum Episcopus.

II. Videtur idem esse cum Jacobo, qui Libello pro Iba oblato subscripsit.

In Libello, quem Clerus Edessenus Photio & Eustathio Episcopis anno 449. pro Iba obtulit, sexto inter Diaconos loco subscribitur *Jacobus*. Nostrum hunc Jacobum esse inde conjicio, quod eodem anno pulso Edessâ Iba Nonnus subrogatus fuit; atque adeò eundem Jacobum, qui Ibæ Diaconus fuerat, Nonno ministrare cœpisse, probabile est.

CAPUT XXIII.

Mochimus Presbyter Mesopotamenus.

DE Mochimo hęc Gennadius cap. 71. *Mochimus Mesopotamius Presbyter apud Antiochiam scripsit adversùm Eutychen egregium libellum: & alia scribere dicitur, quæ nec dum legi*. In vivis igitur erat circa annum 494. quo Gennadius catalogum suum clausit, ut ostendit Pagius ad annum 490. num. 20. *Mochomeus* dicitur in Cod. Gemblacensi apud Suffridum Petri Leovardiensem. *Moschimum* appellat Gulielmus Cave hist. liter. tom. 1. pag. 254. sed manifesto errore: Syris enim dicitur ܡܟܝܡ *Mkim*, hoc est, *suscitator*. Hujus Scriptoris notitiam uni Gennadio debemus, quum nullam de eo mentionem apud Syros, Græcos, Latinosve Auctores, Gennadio antiquiores, reperire sit.

CAPUT XXIV.

Petrus Presbyter Edessenus.

MOCHIMO æqualem Petrum in Catalogo recenset Gennadius cap. 74. *Petrus*, inquit, *Edessenæ Ecclesiæ Presbyter, declamator insignis, scripsit variarum causarum tractatus: & more Sancti Ephræm Diaconi Psalmos metro composuit*: nimirùm Hymnos metro heptasyllabo, quod Ephræmiticum dicitur, alligavit. Hujus etiam Scriptoris, præter laudata Gennadii verba, ne nomen quidem apud Syros hactenus reperimus.

CAPUT XXV.

Samuel Presbyter Edessenus.

SAMUELEM Syris scriptoribus accenset Gennadius c. 82. *Samuel*, inquit, *Edessenæ Ecclesię Presbyter multa adversùs Ecclesiæ inimicos Syro sermone construere dicitur, præcipua tamen intentione contra Nestorianos, & Eutychianos, & Timotheanos*. Et paucis interjectis, ætatem ejus prodit, inquiens: *Vivere adhuc apud Constantinopolim dicitur. Nam initio collati Anthemio Imperii, & scripta ejus, & esse eum in carne cognovi*. Atqui Anthemio Patricio Romano, Procopii filio, Imperium à Leone Augusto collatum fuisse Pusæo & Joanne Coss. anno Christi 467. ex Marcellino, Cassiodoro, aliisque ostendit Pagius ad annum prædictum num. 2. Anno igitur 467. scribebat Samuel, eumque in carne

esse noverat Gennadius. Nam Samuelem hunc, de quo Gennadius, eum esse puto, qui primum inter Presbyteros Ibæ Edesseni accusatores locum in Conciliis Antiocheno, Tyrio, ac Berytensi tenuit: idque colligi videtur ex nomine, dignitate, loco, studio, atque ætate, quum uterque Presbyter Ecclesiæ Edessenæ fuerit, acerrimusque Nestorianorum sub Chalcedonensis Synodi tempus inimicus. Quare probabile est, ipsum post Ibæ, cum quo jam reconciliatus fuerat, obitum, Edessâ relictâ, Constantinopolim abiisse, ibique animum impugnandis Nestorii, Eutychetis ac Timothei Alexandrini erroribus adjecisse.

CAPUT XXVI.

Josue Stylites.

I. Josue Stylites, patria Edessenus.

OSUE Stylites, gente Syrus, patria Edessenus, claruit inclinante sæculo quinto. Religiosam vitam amplexus est in Monasterio, quod ܙܘܩܢܝܢ *Zucnin* appellant, non procul ab Amida Mesopotamiæ urbe, cujus situm Dionysius Patriarcha in Chronico ad annum Græcorum 1057. loquens de Saba Amideno Episcopo, his verbis describit: ܒܬܪܝܗ ܕܡܪܝ ܫܘܡܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܫܒܐ ܕܐܡܕ ܗܘܐ ܫܘܬܦ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܩܘܣܡܐ ܕܐܡܕ ܘܡܠܟܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܙܘܩܢܝܢ :

Amidæ verò post S. Mar Cosmam creatus fuit Episcopus Mar Saba ex Sacro Monasterio Zucnin, quod in ejusdem urbis territorio situm est. Arctioris autem vitæ studio ductus, stationem in columna, Simeonis exemplo, adamavit, unde ipsi Stylitæ cognomentum in Chronico Dionysii fol. 65. teste Elisæo Monacho, qui codicem historiæ ejusdem Josue mutilum supplevit, hac additâ epigraphe: ܙܟܘ ܠܐ ܟܬܒܐ ܕܐܢܐ ܩܛܝܢ ܐܠܝܫܥ ܕܡܢ ܡܢܙܪ ܕܙܘܩܢܝܢ ܕܒܝܬ ܡܪܝ ܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܥܠ ܡܪܝ ܫܘܡܐ ܣܛܝܠܝܬܐ ܕܡܢ ܡܢܙܪ ܕܙܘܩܢܝܢ . ܬܘܒܘ ܘܣܓܝܐܘܬ ܙܒܢܐ ܕܟܝ ܡܬܩܛܠ ܡܢ ܩܕܡ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ ܡܢ ܩܕܡ ܕܡܬܩܛܠ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܙܘܡܐ ܘܡܪܝ ܫܘܡܐ ܘܒܟܝܬܐ ܕܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܣܦܘܬܡܝܐ ܕܗܘ ܠܗ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܐܝܟ ܕܥܒܕ ܠܗ ܠܐܢܫܐ :

Orate pro misero Elisæo ex Monasterio Zucnin, qui folium istud (quod ex nostro Codice exciderat) *descripsit, ut misericordiam, instar dextri Latronis, consequatur. Amen, Amen. Fiant miserationes Dei magni & Salvatoris nostri Jesu Christi super Presbyterum Mar Josue Stylitam ex Monasterio Zucnin, Libri hujus auctorem, in quo posteris traditur memoria malorum præteritorum temporum, & calamitatum ærumnarumque, quibus Tyrannus ille* (Persarum Rex) *homines affecit.*

II. Scripsit Chronicon de bello Persico sub Cavade.

Scripsit Historiam temporum suorum, duobus suprà viginti foliis comprehensam, ab anno Græcorum 806. usque ad annum 818. nimirùm ab anno Christi 495. ad annum 507. cui titulus iste præfigitur: ܣܝܡܬܐ ܕܟܘܢܬܐ ܕܐܬܬܐ ܒܐܡܕܐ ܘܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܣܦܘܬܡܝܐ :

Historia calamitatum, quæ acciderunt Edessæ, Amidæ, & in tota Mesopotamia: Sub Anastasio nimirùm Imperatore, & Cavade Persarum Rege, quibus regnantibus bellum Romanos inter ac Persas in Mesopotamia gestum est.

III. Sergio Abbati nuncupatum.

Nuncupat Librum suum Sergio Abbati, ut liquet ex Præfatione, quæ sic

sic incipit: ܩܕܝܡ ܟܬܒܐ ܕܡܪܝ ܩܕܝܫܬܟ ܕܐܢܐ ܩܒܠܬ ܘܐܦ ܠܐ ܡܨܝܢ ܕܢܫܪܐ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܥܐ ܕܐܬܟܣܝܘ ܠܗ ܒܙܒܢ ܕܫܡܫܐ ܕܐܬܟܣܝ ܘܒܙܒܢ ܕܪܥܝܐ ܘܟܦܢܐ ܘܡܘܬܢܐ ܘܩܪܒܐ ܕܪܘܡܝܐ ܘܦܪܣܝܐ ܗܘܬ ܠܗ ܩܪܒܐ ܘܫܠܡ ܗܘܐ ܠܗ ܥܡ ܦܪܣܝܐ ܘܥܡ ܪܘܡܝܐ ܗܘ ܩܪܒܐ ܘܫܠܡ ܗܘܐ ܠܗ ܥܡ ܦܪܣܝܐ ܘܥܡ ܪܘܡܝܐ ܗܘ ܩܪܒܐ.

Accepi literas religiosissimæ Sanctitatis tuæ, hominum præstantissime Sergi Presbyter & Abbas, queis jussisti me scriptis mandare, quo tempore Locustæ terram operuerunt, quando Sol defecit, qua ætate terræmotus, fames, & pestis accidit, bellumque Romanos inter ac Persas susceptum fuit.

IV. Præfatio Chronici.

In Præfatione primùm quidem Josue tributas sibi à Sergio laudes modestè rejicit; ejus autem virtutes atque eximium in cunctos amorem pluribus commendat. Deinde causam malorum omnium, quæ describere aggreditur, peccata hominum fuisse affirmat: totam demùm asserit Mesopotamiam calamitatibus subjacuisse, præter Edessam patriam suam.

Verba ejus hæc sunt: ܐܦ ܠܐ ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܥܐ ܕܐܬܟܣܝ ܠܗ ܒܙܒܢ ܕܫܡܫܐ ܕܐܬܟܣܝ ܘܒܙܒܢ ܕܪܥܝܐ ܘܟܦܢܐ ܘܡܘܬܢܐ ܘܩܪܒܐ ܕܪܘܡܝܐ ܘܦܪܣܝܐ ܗܘ ܩܪܒܐ ܘܫܠܡ ܗܘ ܠܗ ܥܡ ܦܪܣܝܐ ܘܥܡ ܪܘܡܝܐ ܗܘ ܩܪܒܐ. ܘܟܦܪ ܬܗܘ ܠܗ ܕܢܬܒ ܕܢܬ ܩܕܝܡ ܡܠܟܘܬܟ ܕܢܩܪܒ ܠܐܕܬܐ ܕܐܕܬܐ ܕܠܐ ܢܬܒܛܠ ܡܠܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܢܘܢ ܡܫܬܚܘܝܢ ܠܗ ܕܠܐ ܢܫܠܛ ܒܗ ܥܠܡܐ ܕܠܥܠܡ.

Quamquam ad nostram usque cutem flagellum ipsorum (Persarum) *non pervenit, neque urbem nostram expugnare valuerunt: nam fieri nullo modo potest, ut irritum reddatur promissum Christi ad Abgarum* 1 *regem fidelem,* 1 *dicentis: Benedictum oppidum tuum, cui inimicus non dominabitur in æternum.* Hujus Dominici ad Abgarum promissi meminit idem Josue infrà ad annum Græcorum 814. fol. 79.

ܘܐܝܟ ܕܐܢܐ ܡܫܬܡܥ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܡܪܝ ܩܕܝܫܬܟ ܕܐܢܐ ܩܒܠܬ ܘܐܦ ܠܐ ܡܨܝܢ ܕܢܫܪܐ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܥܐ. ܘܠܐ ܡܫܬܡܥ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܬܟܣܝ ܠܗ ܒܙܒܢ ܕܫܡܫܐ ܕܐܬܟܣܝ ܘܒܙܒܢ ܕܪܥܝܐ ܘܟܦܢܐ ܘܡܘܬܢܐ ܘܩܪܒܐ ܕܪܘܡܝܐ ܘܦܪܣܝܐ ܗܘ ܩܪܒܐ ܘܫܠܡ ܗܘ ܠܗ ܥܡ ܦܪܣܝܐ ܘܥܡ ܪܘܡܝܐ ܗܘ ܩܪܒܐ. ܘܟܦܪ ܬܗܘ ܠܗ ܕܢܬܒ ܕܢܬ ܩܕܝܡ ܡܠܟܘܬܟ ܕܢܩܪܒ ܠܐܕܬܐ ܕܐܕܬܐ ܕܠܐ ܢܬܒܛܠ ܡܠܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܢܘܢ ܡܫܬܚܘܝܢ ܠܗ ܕܠܐ ܢܫܠܛ ܒܗ ܥܠܡܐ ܕܠܥܠܡ.

Quidam autem, inquit, *Dux exercitus cohortis Naamanis, quum Christianus esset, respondens dixit. Ne frustra laboret regia vestra majestas Edessam bello petere: nam solvi nequit verbum Christi, quem illi adorant, de ipsa dicentis: non dominabitur ei inimicus in æternum.* Et paulò post fol. 80.

ܐܙܠ ܠܘ ܐܪܝܘܒܝܢܘܣ ܠܘܩܕܘ ܘܐܡܪ ܠܗ ܐܢܬ ܕܢܣܝܬ ܘܠܐ ܐܢܐ ܕܝܠܟ ܘܠܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܠܐ ܡܫܬܚܘܝܢ ܠܗ ܕܠܐ ܢܫܠܛ ܒܗ ܥܠܡܐ ܕܠܥܠܡ ܘܐܦ ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܢܬ ܩܕܝܡ ܡܠܟܘܬܟ ܕܢܩܪܒ ܠܐܕܬܐ ܕܐܕܬܐ ܕܠܐ ܢܬܒܛܠ ܡܠܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܢܘܢ ܡܫܬܚܘܝܢ ܠܗ ܕܠܐ ܢܫܠܛ ܒܗ ܥܠܡܐ ܕܠܥܠܡ.

Misit Areobindus (militiæ Romanorum Præfectus) *ad Cavadem, dicens: en experimento didicisti, nec tuam, nec*

NOTA.

1 *Abgarum*. ܐܒܓܪ. Hoc prænomine omnes Toparchæ Edesseni appellabantur, non secùs atque Imperatores Romani *Cæsares*, Reges Ægypti *Pharaones*, vel *Ptolemæi*, & Reges Syriæ *Antiochi*. Eorum seriem ex Chronico Dionysii dabimus. *Abgar* autem Syriacè *Claudum* sonat. Alii *Augarum*, *Abagarum*, *Abbarum*, *Agbarum*, vel *Acbarum* proferunt: sed non rectè; à Syriaca enim radice recedunt. Spanhemius lib. 2. pag. 86. *Acbarum* opinatur titulum fuisse Toparchæ Edesseni, qui *Magnum* significat: *Asgarum* verò, seù *Parvum*, Principum ejusdem Toparchæ filiorum: sed nullo teste: nam Arabicè quidem eæ voces *Magnum* & *Parvum* significant; non tamen Syriaco sermone, qui solus Edessæ tunc usurpabatur. Vide Tillemontium tom. 8. pag. 279.

nec Anastasii urbem hanc esse, sed Christi, qui benedixit ei, & restitit copiis tuis, ne illam expugnarent. De Edessa tradunt eadem fere Procopius & Evagrius; non tamen sub Anastasio & Cavade, sed sub Justiniano & Chosroë. Audi Evagrium lib. 4. cap. 27. *Deinde qualiter Chosroës in altera ineursione Edessam obsidere aggressus sit, convicturum se falsi existimans ea, quæ à Fidelibus jactabantur, Edessam nunquam in potestatem hostium venturam esse. Quod tamen non legitur in ea epistola, quam Christus Deus noster ad Abgarum misit, ut studiosi colligere possunt ex historia Eusebii Pamphili, qui Epistolam illam iisdem planè verbis operi suo inseruit. Ab universis tamen Fidelibus ita prædicatur & creditur, ipsoque eventu comprobatum est, Fide scilicet Vaticinium ad effectum perducente. Nam quum eam urbem expugnare aggressus esset Chosroës, ac sæpe numero in eam irrumpere conatus esset, ingentem prætereà aggerem exstruxisset, qui ipsa Urbis mœnia altitudine superabat: innumeras denique alias machinas adhibuisset, tamen re infecta abscessit*. Hac famâ deceptus Græcus Testamenti S. Ephræm Interpres, sub nomine ejusdem Doctoris verba illa addidit de Edessa, eam scilicet nunquam in potestatem hostium venturam esse, quæ reverà nec in Epistola Christi ad Abgarum, nec in Testamento Ephræmi leguntur, ut notavimus pag. 141. Quin imò statim atque à fide orthodoxa deficientes, Jacobiticam sectam Edesseni amplexi sunt, in potestatem Persarum sub Chosroë Juniore venerunt, ut narrat Dionysius in Chronico ad annum Græcorum 916. Christi 605.

Exponens autem Josue causas belli Romanos inter ac Persas oborti, Anno, inquit, Græcorum 609. Romani Nisibin instaurarunt, quæ in ipsorum potestate permansit annis 65. 1 usque ad interitum Juliani Apostatæ. Jovinianus verò Juliani successor anno 674. pace cum Persis facta, Nisibin urbem ad annos 120. ipsis permisit: quibus expletis Romano restituenda esset Imperio. Quumque anni 120. sub Zenone completi essent, Nisibin tamen Persæ reddere Romanis detrectarunt. Prætereà conventio facta fuit Persas inter ac Romanos, ut ingruente alterutris bello, suppetias socii ferre deberent vel trecentos armatos equites, vel trecentos pro unoquoque equite stateres. Et Romani quidem numquam ope, aut opibus Persarum indiguere: Persæ verò non semel à Romanis auxilium contra Barbaros postularunt, & præsertim quum Hunni Orientem sub Honorio & Arcadio invasissent, totamque Syriam anno 2 Græcorum 707. proditione Rufini Patricii, & ignavia Adæi

NOTÆ.

1 *Annis 65.* Annus Græcorum 609. respondet anno Christi 298. quo Nisibis sub Diocletiano & Maximiano mœnibus cincta est, mansitque in Romanorum ditione, ut rectè observat Josue annis 65. quum totidem anni effluxerint usque ad inaugurationem Joviani, quem Syri Jovinianum frequentiùs appellant. Quod autem scribit, Nisibin ad annos 120. Persis traditam fuisse, id solus Josue refert. Desinunt autem in annum Christi 483. Zenonis 10. Sozomenus lib. 9. cap. 4. de pace Vararanem inter ac Theodosium facta anno Christi 422. hæc habet. *Persæ quidem quum ad bellum prorupissent, centum annorum inducias cum Romanis pepigere*. Evagrius verò lib. 1. cap. 19. *Persas*, inquit, *insolentia elatos usque adeò superavit, ut pacem ipsis per legatos poscentibus concederet, quæ ad duodecimum annum Imperatoris Anastasii permansit*, ad annos scilicet octoginta dumtaxat, licet juxta pacta ad annos centum vigere debuisset. Verùm Josue de Nisibi loquitur, deque pace Jovianum inter & Persas facta.

2 *Anno 707.* Hunnos in ditionem Romanorum anno Græcorum 706. Christi 395. mense Julio irrupisse testatur Auctor Chronici Edesseni, & Dionysius Jacobitarum Patriarcha: quibus adde Socratem lib. 6. cap. 1. Sozomenum lib. 8. cap. 1. Claudianum lib. 2. adversùs Rufinum, & D. Hieronymum in epist. 30. de Epitaphio Fabiolæ, & epist. 3. ad Heliodorum. Vide Baronium ad annum prædictum num. 14. & Pagium num. XI. Eos Syri ܗܘܢܐ *Hunnos*, ܐܘܢܐ *Unnos*, & ܚܘܢܐ *Chunnos* vocant, ut apud Josue, & Auctorem Chronici Edesseni. A Rufino autem ad Imperii Orientalis devastationem accersitos, præter Josue, & Dionysium, testatur Marcellinus

Adæi militiæ Orientalis Præfecti occupassent. Tunc enim Pherozes 1 Persarum Rex acceptâ à Romanis ingenti pecuniæ summâ, Hunnos fregit, multasque ipsorum regiones suæ ditioni adjunxit: sed quum tandem vivus in hostium manus venisset, à Zenone ingenti pretio redemptus fuit, dimissusque ab Hunnis, postquam fidem obstrinxerat, in illorum fines non ampliùs se incursurum. Renovato autem à Pheroze contra jusjurandum prælio, iterùm victus, captusque fuit: iterumque libertatem pactis triginta auri talentis impetravit: quæ quum exhausto præteritis bellis ærario solvere nequiret, viginti talenta & Cavadem filium obsidem Hunnis tradere coactus est, donec residuum pactæ pecuniæ numeraret: qua numeratâ, filioque recepto, tertium contra Hunnos bellum movit: infelici tamen eventu, cæsis ingenti prælio Persis, & ipso Pheroze interfecto.

Pheroze regnante *Basilicus* 2 in Zenonem conspirat: quo paulò post in ordinem redacto, Illus & Leontius tyrannidem arripiunt hoc pacto. Quum Zeno post relegatum Basilicum ab ejus factione parari sibi insidias suspicaretur, Isauros gentiles suos omnibus ferè Orientis provinciis præfecit, è quorum numero *Illus* 3 Magister militum Antiochiæ per eam occasionem creatus est. Qui tamen paulò post affectati Imperii apud Zenonem delatus, & Constantinopolim revocatus ab eodem Zenone, clàm obtruncari jubetur. Sicarius illum stricto ferro aggressus, impacto levi vulnere, quo ejusdem auriculam amputavit, ab ipsius satellitibus repulsus est. Illus quòd res in ipso Imperatoris palatio gesta fuerat, Zenonem sibi infensum suæque vitæ insidiari meritò suspicatus, Antiochiam profugit. Imperator ne res in vulgus manaret, sicarium quidem statim oppressit; mox missis ad Illum nobilissimis viris, eundem ut metu deposito ad aulam rediret, cohortari pergit. At Illus, ut qui Zenonis ingenium satis perspectum habebat, nunquam ut Antiochia excederet, adduci potuit. Zeno patefactas esse machinationes suas sentiens, rem vi armisque conficere statuit, & Leon-

cellinus ad Consulatum Olybrii & Probini, qui in annum Christi 395. incidit. Progressus verò eorundem in Syria, totque ac tantarum urbium depopulationes, quas accurate describit Dionysius in Chronico, anno tantùm sequenti contigisse, rectè affirmat Josue.

1 *Pherozes*. ܦܝܪܘܙ. Id factum longè post primam Hunnorum irruptionem. Porrò Pherozes iste successit Isdegerdi II. Vararanis filio in regnum Persarum, circa annum Christi 457. *Perozem* vocat Agathias lib. 4. qui postquam mortem Isdegerdis descripsit, hæc de eo subdit: *Perozes post illum Rex declaratur, vir temerariè audax & bellorum cupidus, & magnificentiam semper præ se ferebat; solidis autem tutisque consiliis non admodum utebatur, sed plus in eo erat audaciæ, quàm consilii*. Et infrà eum interiisse tradit *in expeditione adversùs Nephtalitas*: quos *Ephtalitas* sivè *Hunnos albos* appellat Procopius lib. 1. de Bello Pers. cap. 3. & 4. Obitum ejus ad annum 481. confert Pagius num. 5.

2 *Basilicus* ܒܣܠܝܩܘܣ. Sic Josue & Dionysius. Cæteri *Basiliscum* habent, quem anno 476. tyrannidem arripuisse, & sequenti anno in ordinem redactum fuisse, refert Pagius ad annum 477. num. 6.

3 *Illus* ܐܝܠܘܣ. *Ellum* vocat Josue, & Liberatus in Breviario cap. 17. Is autem Basilisci partes primùm sequutus fuerat: mox conciliatâ cum Zenone amicitia, Imperium eidem recuperare studuit, teste Theophane & Candido. Vide Pagium ad ann. 477. num. 4. & 478. num. 1. Quare ab eodem Zenone Consulatu cohonestatus fuit, & magisterio militiæ Orientalis. *Magistrum Officiorum* appellat Marcellinus in Chronico, qui ad annum 484. *Theodorico & Venantio Coss.* hæc habet. *Illus natione Isaurus, dignitate magister Officiorum, amputata apud Comitatum auricula, Orientem Zenoni infestus invasit. Porrò cum Leontio tyrannidem arripuit*. Eadem ex Eustathio narrat Evagrius lib. 3. cap. 27. *Res prætereà Illi*, inquit, *ab eodem Scriptore elegantissimè exponuntur: quemadmodum quum à Zenone insidiis appetitus fuisset, effugerit: utque Zeno eum, quem ad interficiendum Illum submiserat, Illo necandum tradiderit; capitis amputationem mercedis loco ei rependens, eò quod conatu excidisset. Illum quoque Magistrum Orientalis militiæ renunciavit, studens ut occultæ essent insidiæ, quas ei comparaverat,*

Leontium adversùs Illum cum ingentibus copiis mittit. *Leontius* 1 ab Illo, spe oblata Imperii, ad suas partes pertrahitur, & Imperator, Illo apud quem rerum summa erat, adnitente, Antiochiæ salutatur: quem, ut quidam tradunt, Illus è medio tollere etiam cogitabat; dissimulare tamen consilium coactus est, donec Zenonem opprimeret. Illi Leontiique conspirationem non modicè juvit Panprepius quidam, qui ut Persarum Regis animum legationibus & pecunia tentarent, auctor fuit. Zeno Joannem militiæ magistrum contra Leontium Illumque mittit. Antiocheni obsidionem veriti, Leontium & Illum ab urbe pellunt. Metroninus cum quingentis equitibus Edessam, ab Illo & Leontio missus, occupare frustrà tentat. Illi demùm à Joanne acie victi, & in munitissima arce diù obsessi, atque à suis proditi, necantur: reliqui amputatis manibus dimittuntur.

Hic status erat Romani Imperii, quum extincto, ut diximus, Pheroze, Balasces 2 ejusdem frater regnum Persarum occupat, princeps pacis studiosissimus: qui exhaustum ærarium cernens, mutuam à Zenone pecuniam petiit. At ille bello adversùs Illum ac Leontium occupatus, & pridem collatam Persis à Panprepio pecuniam sub initium arreptæ tyrannidis recolens, aurum quidem Balasci negat; responsum verò hujusmodi ad eundem dat: Vectigalia Nisibenorum, quæ contra fas exigis, quum ad Romanos jamdudùm jure spectent, habeto: præter ea, quod optes, nihil. Balasces quum exercitum ob pecuniæ defectum alere non posset, à suis spretus, Magorum etiam factione oculis orbatus, regno exuitur, eique Cavades Pherozis filius, qui obses apud Hunnos fuerat, substituitur. Magorum, autem in Balascem odii causâ erat, quòd eorum leges parvipenderet, & Balneas 3 ædificare

NOTÆ.

1 *Leontius* ليونتيوس Evagrius ex Eustathio loco cit. *Illus verò*, inquit, *adscito in societatem Leontio, & Marso viro egregio, ac Panprepio, ad Orientis partes perrexit. Refert deinde idem Eustathius, quomodo Leontius apud Tarsum Ciliciæ Imperator nuncupatus sit: & quem isti tyrannidis suæ fructum perceperint, quum Theodoricus vir natione Gothus, & qui apud Romanos erat illustris, adversùs eos missus esset cum Exercitu Romanorum simul ac Barbarorum. Idem Eustathius eleganti admodùm stylo cædem eorum describit, quos Zeno crudeliter necari jussit, hanc eis mercedem rependens benevolentiæ, qua ipsum complexi fuerant*. Sed pro Theodorico Gotho *Joannem* habet Josue, eumque *Scytham* cognomento nuncupat Theophanes, de quo vide Pagium ad annum 498. num. 1. Liberatus in Breviario cap. 17. Leontium refert tyrannidem priùs Antiochiæ arripuisse, quàm Illus in Zenonem rebellaret: *Contigit autem*, inquit, *tunc Illum Magistrum ab Imperatore Zenone mitti in Antiochiam, ut teneret Leontium, qui illic ab exercitu cum voto Verinæ Augustæ fuerat ordinatus*. Sed magis credendum Josue, Eustathio, ac Marcellino, qui Leontium contra Illum, non Illum contra Leontium à Zenone missum fuisse affirmant. Theodorus Lector lib. 2. pag. 558. *Illus*, inquit, *apertè adversùs Zenonem tyrannidem arripuit. Quumque Tarsum venisset, Verinam Augustam eduxit ex castello Papyrio, in quo ob tyrannidem Basilisci custodiebatur. Persuasitque illi, ut Consulem Leontium Imperatorem coronaret. Quo facto Verinam quidem ad supradictum Castellum remiserunt. Ipsi verò Antiochiam ingressi, pro Imperatoribus se gesserunt*. At Leontii nomen in Fastis Consularibus nusquam legitur. Prosequitur idem Theodorus. *Post multa prælia Illus ac Leontius per quatuor annos intra Castellum Papyrium clausi, tandem proditione fratris uxoris Trocundi, quem Zeno ex urbe regia ad id submiserat, capti sunt, & capite truncati*. Marcellinus ad Consulatum Dinamii & Sifidii anno 488. Illi ac Leontii mortem describens: *Leontius*, inquit, *Rex, & Illus tyrannus in Papyrio Isauriæ castello capti, decollatique sunt. Capita eorum Constantinopolim allata, præfixa hastilibus tabuere*.

2 *Balasces* بلاسس. *Obolam* vocat Agathias lib. 4. ubi quatuor dumtaxat annos in regno ei tribuit. *Blases* dicitur Procopio lib. 1. de Bello Persico cap. 5. qui tamen à Josue discrepat, dum Pherozi quidem Cavadem successisse scribit; Cavadi verò ob legem de promiscuo fœminarum usu ejecto Blasem substitutum fuisse. Sed pro Josue stat Theodori auctoritas, qui lib. 2. pag. 566. hæc habet: *Cavades quum Blassum patruum suum excæcasset, regnum Persicum occupavit*.

3 *Balneas*. Magi non solùm Ignem, sed Aquam etiam colebant, ut ex Actis Martyrum Orientalium discimus pag. 191. quamobrem sacrilegii accusabant eos, qui Aquam lavando conspurcarent. Cavadem Balascis nepotem Balneas in Perside mox extruxisse, videbimus infrà.

1 ficare cogitaret. Cavades 1 regno potitus, Legatos cum ingenti elephante ad Zenonem mittit, postulans pactam auri summam sibi transmitti. Sed quum illi Antiochiam pervenissent, comperissentque, Zenone
2 2 defuncto Anastasium Romani Imperii gubernacula suscepisse, monent Cavadem de novi Imperatoris inauguratione. Quibus ille rescribit, ut pecuniam ab Anastasio exigant: ni solvat, bellum ipsi indicant. Anastasius verò: Ast ego, inquit, quod Zeno decessor meus facere recusavit, nunquam adducar ipse, ut faciam; præsertim quum Persæ Nisibin Romanæ ditionis urbem occupent, quam juxta pacta conventa priùs redditam esse oportebat, quàm pactam pecuniam peteres. Cæterùm tot ego implicitus
3 sum bellis in 3 Barbaros, Germanos nempè, & Blemmyos aliosque, ut iniquum videatur Romanas copias negligere, Persicis verò stipendia solvere. Hæc Anastasius ad Cavadem: quem præterea in Christianos Armenos Persis subjectos debacchatum fuisse compererat, eò quod Ignem adorare recusassent: novam
4 insuper Zoroastrianorum 4 Magorum hæresim excitasse, quæ promiscuum fœminarum usum permittebat.

Cæterùm Armeni quum rejecta ab Anastasio Cavadis postulata accepissent, à Persis defecerunt; eversisque Ignis delubris, Magisque & aliis Persicæ originis incolis interfectis, Marzabanem Cavadis Ducem cum exercitu profligant, missisque legationibus, ab Anastasio ut Romanis deinceps parere ipsis liceat, etiam atque etiam postulant. Quos tamen ille repulit, ne causam belli dare Cavadi videretur. Per idem tempus Cadseni 5 etiam in Cavadem rebel- 5
larunt, Nisibinque occupare tentarunt. Sed & Tamyreni 6 Persidis 6
incolæ, Regis avaritiâ commoti, & montium, ubi habitabant, insuperabili difficultate freti, omnia audere, finitimas gentes, Persasque ipsos subitis incursionibus vexare cœperunt. Præterea Persarum proceres Cavadem oderant, quòd ingenuis fœminis adulteria permitteret. Denique Arabes, qui sub Persarum ditione erant, perturbari Cavadis regnum animadvertentes, ipsi quoque oblata occasione crebras incursiones in Persidem faciebant.

Nec minoribus Romanum Imperium tumultibus æstuabat. Nam Isauri 7 post Zenonis obitum ab A- 7
nastasio deficientes, Imperatorem sibi constituere moliebantur. Quod quum Cavades comperisset, opportunum tempus se nactum arbitratus, legatos iterùm ad Anastasium pro pacto

NOTÆ.

1 *Cavades* قباذ. Ita Syri, Arabes, Persæque. *Cabadem* alii vocant.

2 *Zenone defuncto*. Hinc colligitur, Cavadem regnare cœpisse paulò ante Zenonis obitum, hoc est, circa annum Christi 490. Nam Zeno interiit anno 491. die 9. Aprilis, ut ex Malela ostendit Pagius. Quare rejiciendum videtur, quod idem Pagius ad annum 481. num. 5. scripserat, *Cavadem* nimirùm *anno circiter quadringentesimo octogesimo quinto regnare cœpisse*.

3 *Barbaros*. Bellum ab Anastasio in Germanos, Blemmyos, aliosque Barbaros initio Imperii gestum, nullus præter Josue commemorat.

4 *Zoroastrianorum* زرادشتيان. Agathias lib. 4. legem à Cavade latam refert, qua uxorum communis usus sanciebatur. Theodorus Lector lib. 2. pag. 567. *Cavades*, inquit, *legem tulit Persis, ut uxores inter ipsos communes essent. Cujus rei causâ, regno expulsus, Regis Hunnorum auxilio regnum suum recuperavit*.

5 *Cadseni* قدسيان. Cadusios appellat Theophanes ad annum Anastasii 15. eosque Persidis populos esse testatur. Meminit eorundem Isaac Presbyter Antiochenus Carm. de Beth-Hur oppido.

6 *Tamyreni* تميريان. Fortasse ex Tomitana Scythiæ regione in Persidem advenæ.

7 *Isauri*. De bello Isaurico Consule Marcellinum ad Consulatum Anastasii Augusti & Rufi, Evagrium lib. 3. cap. 35. Theophanem ad annum Incarnationis secundùm Alexandrinos 484. & Nicephorum lib. 16. cap. 24. Durasse illud per sex annos, & ab anno 492. inchoatum fuisse, ex eodem Marcellino liquet.

pacto auro mittit, quem Isaurorum metu ad id solvendum adactum iri existimabat. At Anastasius: si mutuas [1] inquit, pecunias accipere velis, dabo: sin autem obligatas exigis, iniqua petis. Hæc tamen responsio Cavadem nihil movisset, nisi profligatos mox Isauros didicisset. Intereà Satrapæ & Proceres in Cavadem conspirant, eumque clam è medio tollere statuunt. Quod quum ille resciviſſet, ad Regem Hunnorum profugit, apud quem nutritus fuerat, quum à Pheroze patre obses datus fuit. Zamsaphes [2] ejusdem frater rerum potitus est. Cavades quum in gratiam Regis Hunnorum se insinuasset, ejus filiam, quam ille ex sorore ipsius in bello contra Pherozem capta susceperat, in uxorem ducit; socerique ope regnum recuperat, Zamsaphe è regia ultrò excedente. Tamyrenos, Cadsenos, & Arabas compescit, & in amicos suscipit, modò prælianti in Romanos suppetias ferrent. Armenos quoque recipit, permissa Religionis libertate. Rebus ita compositis, ingentem exercitum ex Hunnis, Persis, Arabibus, Armenis, Tamyrenis, & Cadsenis collectum in fines Romanorum educit.

V. Chronicon in annos 13. divisum.

His in Præfatione generatim summatimque expositis, descendit Josue ad particularem rerum gestarum historiam, quam in annos tresdecim dividit: nimirùm ab anno Alexandri 806. ad annum 818. Incipit autem in hæc verba. ܗܠܐ ܟܬܒܐ ܕܩܠܐ ܕܡܠܬܐ ܕܐܝܟ ܡܢܐ ܕܐܬܝܠܝ ܠܗ ܠܡܠܟܐ ܕܦܪܣ ܘܠܡܠܟܐ ܕܪܘܡܐ ܕܗܘ ܡܫܬܠܚ ܒܗ ܡܢ ܟܠ ܡܢ ܕܗܘ ܡܫܬܠܛ ܒܬܪܝܗܘܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܦܪܣ ܘܕܪܘܡܐ

ma flagella, signaque diebus nostris facta initium traxerint. Hanc historiam in suos annos distributam strictim percurrere pretium operæ duximus, eò quod Procopio, Evagrio, Agathiæ, Theophani, aliisque Scriptoribus maximam lucem afferat.

Annus Christi 495.

Anno Alexandri octingentesimo [1] sexto Edessam lues invasit, deturpata miserum in modum hominum facie; nullo tamen post sanitatem signo morbi relicto. In eadem urbe pretia esculentorum laxantur, adeò ut triginta modii tritici, quinquaginta verò hordei denario venirent.

Annus Christi 496.

Anno octingentesimo septimo die 17. mensis [2] Jar (*Maji*) feria sexta vertente & Sabato ineunte, accensis ad utramque fluminis ripam cereis funalibus, nova & hactenus insueta spectacula in Orchestra, quæ Trimarion dicitur, exhibita sunt. Crucis Labarum, quod B. Constantinus instituerat, è suo loco ad unum cubitum repentè excessit, quasi rem illam turpissimam aversatum: atque ita mansit totum Sabatum. Vesperè autem diei sequentis spontè in suum locum rediit.

Annus Christi 497.

Anno octingentesimo octavo, eo signo Edesseni minimè conterriti adeò non resipuerunt, ut potiùs in graviora flagitia prolapsi fuerint. Intereà gliscente lue complures oculis capti sunt. Cyrus Edessæ Episcopus Collectam in Ecclesia indicit, ut ex oblatis à Fidelibus pecuniis argentea vasa fierent, quibus res sacra in solemnitatibus Martyrum celebraretur. Eutychianus Irenes maritus centum denarios contulit: alii pro suis quisque facultatibus. Eodem anno ad exitum vergente pro Anastasio urbis Præfecto Alexander substituitur, qui muros Edessæ sordibus purgari curavit. Fieri etiam in Prætorio foramen jussit, per quod supplices libelli clam immitterentur: quo artificio quæ in urbe secretò agebantur, didicit. Singulis autem sextis feriis sedens in Templo S. Joannis Baptistæ & S. Adæi Apostoli, lites componebat, & causas, quæ à quinquaginta annis in cassum agitatæ fuerant, omnes diremit. Ædificavit insuper Parepton juxta portam, quæ *Petræ* nuncupatur. Dimasion quoque apud horrea publica exstruere aggressus est, quod pridem designatum fuerat. Jussit denique cunctos artifices

NOTÆ.

1 *Anno Alexandri* 806. hoc est Christi 495. ut infrà ostendemus. Ante hunc annum Zenone defuncto Anastasium Imperio potitum fuisse, vidimus suprà ex Josue in Præfatione. Id *Olybrio Juniore Cos.* Indictione 14. die undecima Aprilis, feria quinta majoris hebdomadæ, anno Christi 491. contigisse, ostendit Eminentissimus Norisius in Dissertat. 3. de Epochis Syro-Macedonum cap. 4. Erravit igitur Dionysius, dum Anastasii inaugurationem ad annum Christi 497. protrahit, scribens in Chronico fol. 88.

ܒܫܢܬ ܐܠܦܐ ܘܬܫܥ ܡܐܐ ܘܫܬܬ ܣܢܝܢ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܢܣܛܐ ܡܠܟܐ
ܕܪܘܡܝܐ ܕܗܘ ܡܠܟ ܐܢܣܛܐ ܒܪ ܐܠܦܐ ܘܬܫܥ ܡܐܐ ܘܫܬܬ ܣܢܝܢ
ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܐܢܣܛܐ ܡܠܟܐ ܕܪܘܡܝܐ ܕܗܘ ܡܠܟ ܐܢܣܛܐ ܒܪ ܐܠܦ
ܘܬܫܥ ܡܐܐ ܘܫܬܬ ܣܢܝܢ ܕܡܠܟܘܬ ܐܢܣܛܐ ܡܠܟ ܪܘܡ ܗܘ ܡܠ
ܟ ܐܢܣܛ ܒܪ ܐ

Anno Græcorum 808. (Christi 497.) *obiit Zeno Imperator, eique substitutus fuit Anastasius genere Dyrrachiensis, vir Christianus & fidelis*. Dionysio turpiùs lapsus est Eustathius apud Evagrium lib. 3. cap. 29. dum initium Imperii Anastasii ad annum Alexandri Macedonis 832. confert, in hæc verba. *Porrò Eustathius scribit, ab exordio Imperii Diocletiani ad Zenonis obitum, & nuncupationem Anastasii, annos fluxisse septem suprà ducentos: à principatu autem Augusti, annos quingentos triginta duos, ac præterea menses septem: ab Alexandri autem Macedonis regna octingentos & triginta duos similiter cum mensibus septem: à Romanorum & Romuli regno, mille & quinquaginta duos, ac præterea menses septem: à Trojæ denique expugnatione, annos mille sexcentos & octoginta sex cum mensibus septem*. Atqui annus Alexandri 832. in annum Christi 521. competit; quo tamen nemo dixerit Anastasium Imperio potitum fuisse, quum constet ipsum anno Christi 518. die 9. Julii interiisse. Locus igitur sic restituendus: *ab Alexandri Macedonis regno ad nuncupationem Anastasii anni fluxerunt octingenti & duo cum mensibus septem*: nam demptis *triginta annis*, reliqui rectè se habent. Vide Pagium in Dissertatione de Periodo Græco-Romana num. 81. ubi hunc Evagrii locum quoad reliquas epochas examinat.

2 *Die* 17. *Maji*. Is annus fuit Christi 496. quo dies 17. Maji in feriam sextam incidit. Unde liquet, Epocham Alexandri, seù Græcorum à Josue usurpatam, trecentis undecim annis Christiana vulgari priorem esse: quod adhuc ex appositis infrà hebdomadarum mensiumque diebus colligitur.

fices appetente Dominico die cruces officinarum foribus affigere, & circùm lampadas quinque accendere.

Annus Christi 498.

Anno octingentesimo nono majori quàm antea celebritate spectacula restaurantur. Cives per septem dies tunicis amicti, impositisque capiti tiaris, discinctique totam noctem per urbem discurrunt, funalia & odoratas pixides manu gerentes, & incondita carmina modulantes. Nec aderat, qui tantam hominum licentiam compesceret, ut Xenaias Episcopus Mabugensis, qui fortè Edessæ morabatur, populum pro concione increpare coactus fuerit. Corruunt duæ Basilicæ, & Balneum æstivum; nullius tamen periculo, præter duorum, qui dum inter se contendunt, uter prior evaderet, ruinâ oppressi sunt. Anastasius Imperator vectigal 1 unius aurei, quod 1
Artifices quarto quoque anno persolvere consueverant, cunctis subditis condonat. Hoc Edessenorum vectigal singulis quatuor annis libras auri centum & quadraginta conficiebat. Quamobrem in lætitiam effusi cives, ad Templum S. Sergii & S. Simeonis 2 cum cereis & thuri- 2
bulis concurrunt, Psalmos canentes & gratias Deo agentes, atque Imperatorem laudantes. Decreverunt autem celebritatem hujusmodi eodem recurrente die quotannis celebrandam esse. Eodem anno die 5. Haziran (*Junii*) decessit Cyrus 3 Epi- 3
scopus, pro quo Petrus Edessenam tenuit

NOTÆ.

1 *Vectigal*. Describitur ab Evagrio lib. 3. cap. 39. *Impositum autem erat*, inquit, *tùm aliis compluribus, qui stipe collatitia victitabant, tùm mulierculis, quæ corpore quæstum faciebant, & per abdita atque obscura urbis locà in cellis meritoriis ad stuprum prostabant: masculis præterea, qui muliebria passi fuerant, nec naturam solùm ipsam, verùm etiam rempublicam ignominia afficiebant*. Sed clariùs à Cedreno; *Quisquis mendicus, quævis meretrix, quævis repudiata, quivis servus, quivis libertus ærario aliquid impendebant: atque etiam de mulo, de fimo, de jumentis, de canibus in urbe, vel rure degentibus, homo sive mas esset, sive fœmina, aurum argenteum pendebat. Tantumdem equus, bos, mulus, asinus, aut etiam canis obolos sex*. Meminit ejusdem Theodorus Lector lib. 2. pag. 566. *Anastasius Chrysargyrum abolevit, & venationes amphitheatri sustulit, & magistratus, qui antea venales erant, gratis contulit*. Et Theophanes ad annum Incarnationis secundùm Alexandrinos 493. qui Kalendis Septembris anni Christi 500. inchoatur, ait: *Hoc anno Chrysargyrum tributum, & venationes, sive pugnas cum bestiis publicas Anastasius abolevit, & magistratus qui anteà venales erant, gratis contulit*. Vide Baronium ad ann. 491. num. XI. & Pagium ad eundem annum num. XII. qui tamen loco non suo hæc narrant: nam istud quidem quadriennale tributum nec anno 491. nec 500. sublatum fuit, sed mense Majo anno Christi 498. ut præter Josue, testatur etiam Auctor Chronici Edesseni, his verbis:

ܒܫܢܬ ܐܠܦܝܢ ܘܬܫܥ ܡܐܬܝܢ ܐܬܥܒܕ ܫܘܪܐ ܕܕܗܒܐ ܒܟܠ ܐܪܥܐ ܕܪܘܡܝܐ ;

Anno Græcorum 809. (Christi 498.) *mense Majo remissum fuit aurum artificibus universæ terræ*. Venationes verò cum bestiis, seù sanguinaria illa certamina inter bestias & homines in spectaculis publicis fieri solita, anno Græcorum 810. Christi 499. ab Anastasio abolita fuisse, videbimus infrà ex Josue, qui rerum istarum testis fuit vivus ac præsens. Ejusdem Josue auctoritate haud temerè dixerim, Chrysargyrum in diversis Romani Imperii urbibus diversum fuisse: & Edessæ quidem non ex turpi corporis quæstu, ut Evagrius, & Cedrenus narrant, sed ex officinis artificum dumtaxat colligi consuevisse. Verba ejus hæc sunt.

ܗܘ ܒܗ ܫܢܬܐ ܫܒܩ ܡܠܟܐ ܕܪܘܡܝܐ ܠܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܪܘܡܝܐ ܕܗܘ ܡܢ ܩܕܡ ܗܢܘܢ ܕܗܘ ܡܬܩܪܝ

tenuit Ecclesiam. Hic præter consuetas anni festivitates solemnitatem
1 quoque Hosannarum [1] indixit. Ritum etiam instituit benedictionis A-
2 quæ [2] in nocte Epiphaniæ. Chrisma
3 [3] denique universo populo spectante Feria quinta mysteriorum (*in cœna Domini*) consecravit. Alexandro urbis Præfecto subrogatur Demosthenes, qui omnes civitatis porticus albas fieri jussit. Complures tamen experientia docti, calamitates urbi portendi hoc facto ajebant.

Anno octingentesimo decimo, mense Majo locustæ ab Austro convolantes, terram operuerunt; exiguo tamen regionis nostræ damno. Mense Augusto ejusdem anni publicatum est Anastasii Imperatoris edictum per omnes Romani Imperii urbes, quo venationes, 4 seù pugnę cum 4
bestiis interdicebantur. Mense verò Septembri accidit ingens 5 terræmo- 5
tus & multæ urbes corruerunt. Fons balnei Iberorum eadem die aruit. Euphratis etiam aquæ defecerunt, hia-

Annus Christi 499.

Septembris. Nonno Cyrus successerat anno Græcorum 782. Christi 471. de quo suprà pag. 257. Porrò Cyrum hunc, unàcum Anthimo, Severo, Petro Apameensi, aliisque Hæreticis Acephalis damnat Hormisda Papa in epist. ad Archimandritas & Monachos secundæ Syriæ.

1 *Hosannarum*. De solemnitate Hosannarum recole quæ notavimus suprà pag. 23.

2 *Aquæ*. Benedictionem Aquæ in festo Epiphaniæ à Petro Fullone in Ecclesiam Antiochenam introductam fuisse, refert Theodorus Lector lib. 2. pag. 566. *Petrus Fullo*, inquit, *instituit, ut invocatio super aquas die festo Theophaniorum fieret sub vesperam*. Proclum verò Cypri Episcopum ritum illius benedictionis ampliasse, testatur Jacobus Edessenus in epistola ad Adæum Presbyterum, de qua suprà pag. 171.

3 *Chrisma*. Theodorus Lector loco cit. eundem Petrum Fullonem scribit instituisse, *ut Sacrum Chrisma in Ecclesia coram omni populo consecraretur*. Qua de re observandum est, Scriptores Orientales passim supponere, à solo Patriarcha Antiocheno Chrisma confici consuevisse, & reliquis Patriarchis atque Episcopis distribui; Patres verò Synodi Chalcedonensis, illius conficiendi potestatem cunctis Episcopis dedisse. Audi Niconem Abbatem epist. 37. ad Gerasimum fol. 368. وجد فى ما عملته مينودس خلكدونا قد رسم ان يقدس الميرون فى كل موضع وقبل ماكان مطلقا تقديسه الا لبطريرك انطاكية وحده. فلما قيل انه يباع ويشترى ثمنا اطلق عمله فى كل موضع.

Reperimus autem in Actis Synodi Chalcedonensis, conficiendi ubique locorum Chrismatis potestatem factam. Nam olim quidem uni Patriarchæ Antiocheno fas erat illud consecrare; quum verò percrebuisset, Sacrum Chrisma venditioni emptionique subjici cœptum esse, tunc omnibus permissum fuit, Chrisma conficere. Quidquid sit de antiqua illa consuetudine per Concilium Chalcedonense abrogata, certè Chrismatis conficiendi facultatem in Oriente sibi solis Patriarchæ nunc reservant.

4 *Venationes*. ܨܝܕܐ. Græcis κυνήγια.

Vide, quæ suprà ad annum Græcorum 809. adnotavimus. Verba Josue in Textu mutila sunt; sic enim habent: ܕܡܢܬ ܟܕ ܗܘ ܒܫܢܬܐ ܗܢܐ ܕܐܠܗ ܩܛܝܢܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܦܩܘܢ . ܡܢ ܩܕܡ ܫܢܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܚܢܢ ܡܫܬܡܥ ܕܢܬܒܛܠ ܨܝܕܐ ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ :

Mense autem Augusto hujus anni Edictum ab Anastasio Imperatore prodiit, (supple ܕܢܬܒܛܠ, ut abolerentur) *Cynegia*, (hoc est, venationes cum bestiis) *ab omnibus civitatibus Romanorum*.

5 *Terræmotus*. Nicopolis casum indicat Auctor Chronici Edesseni sub eodem anno, & generalem famem ex locustarum alluvione exortam. ܒܫܢܬ ܡܐܬܬܐ ܕܐܠܗ ܩܛܝܢܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬ ܡܨܪܝܢ . ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܕܢܬܒܛܠ ܨܝܕܐ . ܕܒܝܘܡ ܚܕ ܗܘ ܪܓܫܐ . ܘܢܦܠ ܡܕܝܢܬ ܢܝܩܘܦܘܠܝܣ . ܘܟܠ ܐܢܫܝܗ . ܘܬܪܬܝܢ ܩܠܠܝܗ . ܘܡܬܩܛܠ . ܘܡܝܐ ܕܦܪܬ ܐܬܝܒܫ . ܘܒܝܘܡ ܗܘ ܐܬܝܒܫ ܡܝ ܕܐܝܪܝܐ . ܘܡܝ ܕܦܪܬ ܠܐ ܐܬܝܒܫ . ܘܡܝ ܕܐܝܪܝܐ ܕܐܬܝܒܫ ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬ ܪܘܡܝ .

Anno, inquit, *octingentesimo decimo plurimæ visæ sunt locustæ, quæ tamen exiguum eo anno damnum peperere, quum plantæ iterùm germinassent. Accidit præterea ingens terræmotus, & Balneum Iberorum per tres dies aruit. Sed & Nicopolis urbs corruit, cunctosque incolas, præter Templum, Episcopum, duosque ejusdem Syncellos, oppressit*. Nicopolim sub Heliogabalo Imperatore & Julio Africano Episcopo, olim instauratam fuisse, docet Eusebius in Chronico ad annum Abrahæ 2238. qui Kalendis Octobris anni Christi 221. *Grato Sabiniano & Claudio Seleuco Consulibus* inchoatur. *In Palæstina*, inquit, *Nicopolis, quæ priùs Emmaus vocabatur, Urbs condita est, Legationis industriam pro ea suscipiente Julio Africano, Scriptore temporum*. Eadem ex Eusebio descripsit Dionysius Patriarcha in chronico ad annum Abrahæ 2236. Vide Pagium ad annum Christi 220. num. 2, & D. Hieronym. in Catalogo cap. 63.

hiatibus terræ absorptæ. Sed & Nicopolis urbs intempesta nocte subversa est: nam epistola ad nos eodem mense allata fuit, qua significabatur, cives, advenas, fratresque Scholæ
1 nostræ, qui ibidem morabantur, ruinâ oppressos fuisse, præter unum Episcopum, & duos ejusdem familiares, qui in Ecclesia intra cancellos Altaris dormiebant. Sic autem narrabat mihi quidam Frater fide dignus. Dum vespere, inquit, ante noctem illam, qua Nicopolis corruit, unàcum socio meo, in eadem urbe diversarer, ille aëris intemperie gravatum se sentiens, foras excedere precibus me compulit. Sub auroram autem urbem ingressi, collapsas domos cernimus, & clamores plurimorum audimus, quos ruinæ contexerant. Accurrunt è vicinis locis, qui eâdem ruinâ sepultum Episcopum cum duobus familiaribus extraxerunt. Quumque panem & vinum poposcisset, ut rem sacram faceret, nec in urbe invenire ea potuisset, à quodam viatore exiguas
2 micas, parumque vini accipiens, Eucharistiam confecit, & tradidit circumstantibus. Eodem die corruit quædam Martyrum Ecclesia ibidem sita, quam Sancti *Aresmesatæ* ܐܪܙܡܣܛܐ vocant, quum Festum ipsius Martyris perageretur, & frequentissimum populum, qui fortè illuc ad nocturnas preces confluxerat, oppressit.

Anno octingentesimo undecimo, mense Tesri priore (*Octobri*) die vigesimo tertio, Sabato, Sol 3 defecit ab ortu usque ad horam octavam. Terra autem, quæ radiis illustrabatur, cinere aut sulphure conspersa videbatur. Eodem die corruêre mœnia urbis ab Australi parte usque ad Portam majorem. Hoc flagello moniti Edesseni, Petro Episcopo indicente, Supplicationes 4 per totam urbem ad Ecclesias fecerunt. Confluxere omnes viri, mulieres, pueri, & Clerici crucem præferentes, & Psalmos canentes, atratis vestibus assumptis: sed & monachi monialesque omnes regionis nostræ, orationi institerunt impensissimè. Novembri triplex in cœlo signum apparuit sub meridiem. Primum in cœli medio Austrum versùs, imaginem arcus præferebat, qui in aëre conspici solet; ita tamen ut arcus curvatura terram respiceret, extrema cœlum. Alterum, Orientem versùs: Postremum ad occasum. Decembri vidimus aliud portentum ad occasum similiter, & ad Austrum in eodem angulo. Figuram hastæ præferebat. Quidam ajebant esse signum perditionis: alii hastam desolationis. Mense Adar (*Martio*) locustarum 5 nubes densissimæ operuere Arabiam, Rhesinam, Telam, & Edessam. Inde

Annus Christi 500.

3

4

5

NOTÆ.

1 *Scholæ nostræ*. Intelligit Josue Scholam Edessenam, non quidem eam, quæ Persica nuncupabatur, & à Zenone Imperatore extirpata est, ut scribit Theodorus Lector lib. 2. pag. 558. & 566. sed aliam in eadem urbe, ubi Josue literis vacavit, antequam Monachus propè Amidam fieret.

2 *Exiguas micas*. Verba Josue sunt hæc:

ܗܘܝ ܐܝܟܢܐ ܕܚܕ ܐܪܚܐ ܐܝܟ ܕܡܫܝܚܐ ܡܢܗ
ܕܗ ܕܗܐ ܐܪܡܝܣܐ ܡܬܩܪܐ ܫܡܗ ܡܢܬ ܡܢܝܢܐ
ܕܟܝܢ ܡܫܬܐ ܐܝܟ ܕܟܬܒ ܐܝܟ ܕܐܬܐ ܡܢ
ܐܡܪ ܠܐܢܐ ܐܝܟ ܕܐܬ ܠܗ ܡܢ ܚܕ ܡܫܬܐ ܕܚܡܪ
ܘܫܬܐ ܡܢ ܚܕ ܡܫܬܐ ܕܚܡܪ ܘܫܬܐ ܡܢ ܚܕ ܡܫܬܐ ܕܚܡܪ
ܐܡܪ ܠܐܢܐ ܐܝܟ ܕܐܬ ܠܗ ܡܢ ܚܕ ܡܫܬܐ ܕܚܡܪ

Posthæc fortè adfuit bonus quidam viator, qui modicas panis micas, & parum vini ei (Episcopo) *dedit. At ille oblationem obtulit, oravit, & circumstantibus Eucharistiam in Sacramentum vitæ porrexit.*

3 *Sol defecit*. Id accidit anno Christi 499. quo dies 23. Octobris in Sabatum incidit. Alium Solis defectum refert Marcellinus in Chronico *Indictione* 5. *Anastasio Augusto solo Cos.* hoc est, anno 497.

4 *Supplicationes*. Publicarum supplicationum ritum antiquissimum in Ecclesia Syrorum, vidimus etiam suprà in Sancto Isaac pag. 224.

5 *Locustarum*. Eadem habet de Locustis & fame hujus anni Auctor Chronici Edesseni:

ܒܫܢܬ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܪܝܢ ܡܐܐ ܕܫܢܝܢ
ܐܬܐ ܡܫܝܚܐ ܘܐܟܠ ܟܠܗ ܚܨܝܐ .

Anno Græcorum *octingentesimo undecimo multæ advenerunt locustæ, totumque frumentum corruperunt, absumpseruntque*. Id refert Abulpharagius ad annum Anastasii undeci-

de avolantes, omnia circum loca depastæ sunt à finibus Assyriorum usque ad mare Occidentis, (*hoc est Syriacum*) & in Boream confluentes, ad fines usque Iberorum pervenere. Hinc fames atrocissima mense Aprili accidit, ita ut quatuor modii tritici, sex verò hordei denario venirent: cabus autem cicerum quingentis nummis, fabarum quadringentis, & lentium trecentis sexaginta. Famem verò, multarum urbium desolatio consequuta est, migrantibus incolis in boreales & occidentales terras. Tunc Petrus Edessæ Antistes Imperatorem adit: petit, ut attentâ temporum calamitate vectigalia condonaret, aut imminueret. Eodem simul tempore aurum à Præfecto Edessæ ad ærarium transmissum est. Allatum aurum intuitus Imperator, tributum condonare noluit: Edessenis tantùm condonavit, ne aquam Romanis (*militibus*) afferrent; iis verò, qui in suburbiis pagisque habitabant, tributa capitatim exigi solita, & quandam pecuniarum summam ipsis olim indictam. Demosthenes quoque urbis Præfectus in urbem regiam se confert, Eusebio Vicario suo relicto. Hic ut populo consuleret, omnibus faciendi, vendendique in foro panis potestatem fecit, quum pistores Urbis haud satis essent. Fames autem adeò crevit, ut quidam in Ecclesias irruperint, & Sanctam Eucharistiam, ceu panem communem, absumpserint; alii cadavera effoderint, & in cibum verterint.

Annus Christi 501. Anno octingentesimo [1] duodecimo necdum laxante annona, atrox pestilentia mense Novembri advenarum turbam, deinde indigenas corripuit. Demosthenes Edessæ Præfectus ab Anastasio ingentem auri summam impetravit in pauperum subsidium. Edessam Constantinopoli reversus pauperes collegit, & quos plumbeo signo ad collum appenso notaverat, iis libram panis dietim subministrabat. Mense Decembri fami ac pestilentiæ intolerandum frigus additum est, miserabili plebeculæ exitiale. Quocirca Oeconomi Ecclesiæ Mar Tutaël Presbyter, ܡܪܝ ܬܘܬܐܝܠ ܩܫܝܫܐ, & Mar Stratonicus ܡܪܝ ܣܛܪܛܘܢܝܩܘܣ, posteà Charrensis Episcopus, hospitium pauperibus juxta eandem Ecclesiam excitarunt. Præfectus verò urbis ablatis valvis Basilicarum, quæ juxta Balneum hibernum sunt, ex paleis & storeis ibidem lectulos composuit ad pauperum usum. Ab initio ergo Novembris usque ad finem Martii fame, peste, ac frigore innumerabilis Edessenorum advenarumque multitudo extincta fuit. Fama est, singulis diebus cadavera ferè centum, aliquando centum ac viginti, sæpè etiam triginta suprà centum elata fuisse. Claruit tunc pietas Nonni ܢܘܢܝܐ Xenodochi, & præfatorum œconomorum Ecclesiæ, qui defunctos undique colligebant, & novis effossis sepulcris, vel antiquis instauratis, maximè in Cœmeterio Mar [2] Cononis ܡܪܝ ܩܘܢܘܢ 2

decimum, Christi 501. وفى السنة الحادية عشر له عرض فى بلاد الروم جوع شديد وظهر جراد كثير وافسد عـــــامـــــة غلاتهم ووضع يعقوب السروجى مـــــيـــــامر على ذلك:

Anno ipsius (Anastasii) *undecimo accidit in regionibus Romanorum ingens fames, multæque apparuerunt locustæ, quæ totam ferè annonam absumpserunt: de qua re composuit Jacobus Sarugensis hymnos.* Idem Josue ad annum Græcorum 814. testatur, Jacobum Sarugensem de locustis carmina scripsisse, ut videbimus infrà. Ejus verba recole in S. Jacobo Nisibeno pag. 21.

1 *Anno* 812. Calamitates præsentis anni his verbis describit Dionysius in Chronico. ܗܢܐ ܕܫܢܬܐ ܕܬܪܬܥܣܪ ܠܝܘܢ ܡܬܚܙܝܢ ܡܬܡܐܢ ܬܪܥ

Anno 812. *accidit fames, locustarum alluvio & atrox pestilentia.* Sed locustas duobus proximè elapsis annis dumtaxat Mesopotamiam infestasse, mox vidimus.

2 *Cononis.* Hæc de eo Auctor Chronici Edesseni: ܗܢܐ ܕܡܪܝ ܩܘܢܘܢ ܩܫܝܫܐ ܕܐܬܪܐ ܕܐܕܡܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܕܪܘܡܝܐ ܕܡܢ ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܐܬܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܪܘܡ

ܡܩܒܪܝܢ humabant. Funus autem eorum ſolemni cum pompa ex Eccleſiæ more curabant: nimirùm præeunte frequenti virorum ac mulierum turba, ipſo urbis Præfecto unàcum optimatibus, ac Petro Epiſcopo proſequentibus. Menſe Martio ſupplicatio publica indicitur. Neque verò Edeſſam ſolùm, ſed finitimas etiam regiones ab urbe Antiochia Niſibin uſque ea calamitas corripuit.

Annus Chriſti 502. Anno octingenteſimo decimo tertio menſe Majo, Anaſtaſii Imperatoris edicto ſpectacula 1 ſublata ſunt: quod conſequuta eſt annonæ inſperata laxitas: nam triginta poſt diebus duodecim modii tritici, duo verò ſuprà viginti hordei denario diſtracti ſunt. Menſe Auguſto 2 die vigeſimo ſecundo, illuceſcente feria ſexta, igneus globus ad boream apparuit, deſiitque videri ſub finem noctis. Eodem die, (ut ex amicorum qui Hieroſolymam proficiſcebantur, literis cognovimus,) Ptolemais, quæ & Acon, Tyrus, & Sidon urbes terræmotu 3 concuſſæ ſunt. Synagoga quoque Judæorum in urbe Beryto corruit. Nicomedienſes autem malorum Spirituum inſeſtationem paſſi, poſt jejunia & publicas ſupplicationes tandem liberantur. Eodem denique die, quo ignis viſus eſt, Cavades Perſarum Rex, Pherozis filius, cum ingentibus Perſarum Hunnorumque copiis Aquilonares Romanorum fines invaſit, & Theodoſiopolim 4 Armeniæ urbem obſedit: quam à Conſtantino ejuſdem loci Præfecto proditam, diripit, incenditque cum adjacentibus oppidis; & præſidio ibidem relicto, Conſtantino ipſo Duce, in Meſopotamiam irrumpit.

Annus Chriſti 503. Anno octingenteſimo decimo quarto,

Anno Græcorum 624. (Chriſti 313.) *jecit fundamenta Eccleſiæ Edeſſenæ Cono Epiſcopus: perfecit autem abſolvitque ædificium Saades Epiſcopus, ejuſdem ſucceſſor.*

1 *Spectacula*. Vide Pagium ad ann. 491. num. 12. ubi ex Theophane, Cedreno, & Glyca hoc Anaſtaſii edictum exponit, licet illud ad annum 500. perperàm conferat.

2 *Auguſto*: hoc eſt, ad veſperas feriæ quintæ anni 502.

3 *Terræmotu*. Ejuſdem meminit Dionyſius in Chronico in hæc verba: ܒܫܢܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܥܣܪ ܐܬܪܥܫܬ ܡܪܝܡܘܬܐ ܕܐܪܥܐ ܘܢܦܠܘ ܡܕܝܢܬܐ ܕܦܛܠܡܝܣ ܘܨܘܪ ܘܨܝܕܘܢ ܘܒܝܪܘܬ ܒܝܥܬܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܐܬܪܥܫ ܗܘܬ ܘܢܦܠ ܒܗ ܫܘܪܐ ܕܢܘܪܐ ܒܪܝܫ ܠܝܠܝܐ ܕܫܒܬܐ ܕܐܬܪܥܫ ܗܘ ܒܗ ܒܬܪ ܩܛܠ ܩܛܠ ܕܩܛܠ ܩܛܠ ܕܩܛܠ ܩܛܠ ܕ

to, die 5. Octobris, Sabato, Cavades Amidam [1] obsidere cœpit. Anastasius Rufinum cum pecunia ad Cavadem mittit, rogans, ut à Romanorum finibus abstineat. Rufinus Cæsaream Cappadociæ profectus, quum accepisset, Cavadem jam limites suos transgressum, Aghel [2] Sophen, & Arabiam diripuisse, relictâ ibidem pecuniâ, ipsum adit, petitque, ut oblatâ auri summâ contentus, è Romanorum finibus excedat. At Cavades Rufino in custodiam tradito, Amidam machinis incessanter quatere pergit, & Naamanem Arabum Regem ad australes regiones Haranitas invadere jubet. Arabes cum Persis conjuncti, provinciam depopulantur usque ad Constantinam, seù Telam urbem. Die 19. Novembris Olympius [3] Telæ, & Eugenius Melitinæ Duces Persas primùm fundunt: sed mox ad urbem Telam [4] colligendis manubiis occupati, à supervenientibus Persarum, Hunnorum Arabumque copiis ingenti clade in Telbesme [5] pago affecti sunt. Die 26. ejusdem mensis Naamanes ad Austrum profectus, ab urbe

NOTÆ.

1. *Amidam*. Hæc obsideri cœpit anno Christi 502. quo Sabatum in diem 5. Octobris competit. Capta est autem die decima Januarii anni 503. ut præter Josue, docet Auctor Chronici Edesseni, in hæc verba:

Anno 814. Cavades Persarum Rex obsedit Amidam Mesopotamiæ urbem die quinto Octobris: quam & nonagesimo septimo obsidionis die expugnavit. Totidem enim dies sunt à quinto Octobris usque ad decimum Januarii. Quare corrigendus in primis Procopius, qui lib. 1. de bello Persico cap. 7. *octoginta dumtaxat obsidionis dies enumerat*. Præterea corrigendus Marcellinus, qui *mensibus quinque* eam obsessam fuisse scribit, & *Indictione x. Probo & Avieno Coss.* hoc est, anno Christi 502. expugnatam. Hoc postremum licet viri eruditissimi Baronius ac Pagius amplexi sint, Eustathio tamen & Josue Stylitæ repugnat, qui rem temporibus suis gestam literis prodiderunt, ut Auctorem Chronici Edesseni & Dionysium taceam. Nam Josue quidem Amidam captam docet anno Græcorum 814. qui anno Christi 503. respondet. Eustathius verò id factum ponit *anno Anastasii duodecimo*, ut legere est apud Evagrium lib. 1. cap. 19. & lib. 3. cap. 37. Atqui annus duodecimus Anastasii cœpit mense Aprili anni Christi 502. Amida verò capta est mense Januario, ut præter Josue & Auctorem Chronici Edesseni testatur etiam Procopius loco cit. qui hiberno tempore eam expugnatam scribit. Mense autem Januario anni 502. nondum inchoatus erat annus Anastasii duodecimus. Argumentum igitur, quod Pagius ad annum 502. num. 13. Theophani opponit, contra ipsum Pagium retorquetur. Demùm corrigendus Abulpharagius, qui Amidæ expugnationem sub Leone Augusto immani anachronismo collocat.

2 *Aghel*. Hinc Maras B. Ephræmi Discipulus *Aghelæus* appellatur in Testamento Sancti Doctoris, ut notavimus pag. 144. Ejus loci Episcopus Theodorus subscribitur Quintæ Synodo Oecumenicæ sic: *Theodorus Episcopus Ingilon urbis*: quæ quidem alia est ab *Anchialo*, cujus itidem Paulus Episcopus nomen suum subscribit. *Sophene* autem, regio Sophosene est, cujus Metropolis Tagrit, ut diximus pag. 174.

3 *Olympius*. Alypium appellat Theophanes, de quo infrà ad annum Græcorum 816.

4 *Telam*. Tela Mesopotamiæ antiquissima urbs, instaurata fuit à Constantio Imperatore anno Christi 350. & Constantina ab ejus nomine appellata, teste Auctore Chronici Edesseni:

Anno Græcorum sexcentesimo sexagesimo primo ædificavit etiam Constantius Telam urbem, quæ olim Antipolis dicebatur. Vide Dionysium in Chronico ad annum Græcorum 660. Hujus urbis celeberrimi fuerunt Episcopi Sophronius & Baradatus, quorum primus à Dioscoro in Latrocinio Ephesino depositus fuit, secundus sub hoc Persico bello claruit, ut ex Josue constat. Ejusdem situm describit Theophanes ad annum Anastasii 13. *Constantina*, inquit, *Nisibin ad occasum sex & quinquaginta stadiis, totidemque Amidam septentrionem versus distantes habet*. Quare corrigendus Henricus Valesius, qui in Notis ad lib. 1. Evagr. pag. 58. eam in Phœnicia perperàm collocat.

5 *Telbesme*. Ejus cladis meminit Dionysius in Chronico ad hunc annum:

be Haran usque ad mœnia Edessæ omnes circum regiones vastat. Captivorum numerum duodeviginti millia & quingentos excessisse ferunt. Edesseni muros urbis instaurant, vectibusque ferreis portas communiunt, corrogatis ad id opus ab unaquaque familia decem libris ferri. Eugenius imparem se omnibus simul Persarum copiis animadvertens, collectis sui exercitus reliquiis, urbem
1 Theodosiopolim 1 invadit, quam & fugato Persarum præsidio capit. Amideni obsidionem intrepidè sustinent, adeò ut Cavades obsidionem solvere cogitaret, trimestri spatio quinquaginta militum millibus amissis. Verùm die decima Januarii vel custodum socordia, vel proditione 2 ut 2
alii suspicati sunt, Amida expugnatur, cæsis plusquàm octoginta millibus incolarum, præter eos, qui vel Tigri fluvio submersi, vel in puteos projecti, vel alio mortis genere absumpti sunt. Cavades urbe potitus, relicto trium millium peditum præsidio 3 ad Sigar 4 ; ܣܝܓܪ mon- 3
tem 4

ܒܗܝܢ ܫܢܬܐ ܗܘܬ ܩܪܒܐ ܒܬܠܒܫܡܐ ܒܝܢ ܪܘܡܝܐ ܘܦܪܣܝܐ ܘܪܘܡܝܐ ܐܦܠܓܘ ܦܪܣܝܐ ܕܐܬܘ ܠܐܕܣܐ ܘܦܪܝܘ ܠܗܪܢܝܬܐ ܕܗܢܘ ܕܚܪܢܝ ܐܬܪܐ ܘܫܒܝܘ ܠܗ ܘܠܗ ܗܘ ܐܬܪ ܕܚܪܢ ܘܫܪܝܘ ܠܗ ܘܠܗ ܗܘ ܐܬܪ ܕܚܪ ܘ ܫ ܘ ܠ ܗ ܘ ܠ ܗ ܗ ܘ ܐ ܬ ܪ ܕ ܚ ܪ ܢ ܝ

tem proficiscitur, & Rufinum tunc demùm dimittit, ut calamitates Amidenorum Anastasio renunciet. Ea res suprà quàm dici potest, terruit Syros quotquot ad Orientalem Euphratis partem habitabant, ut in Occidentem omnes migrare pararent.
1 At venerabilis Jacobus 1 Periodeutes, qui plurimas de variis Scripturarum sectionibus homilias, cantica etiam hymnosque de illa locustarum tempestate conscripsit, haud segniter se gessit in ea calamitate; sed prout ipsum decebat, epistolam paræneticam ad omnes civitates dedit, considere unumquemque jubens in salutare Dei, admonensque eos, ne fugam minimè necessariam arriperent. Cavade nihilominus promissam pecuniam ab Anastasio reposcente, Anastasius mense Majo exer-
2 citus 2 tres adversùs Persas expedit: quorum alteri Areobindus præerat, alteri Patricius, tertio Hypatius. Et Areobindus quidem duodecim millibus militum imperabat, & apud Daram 3 ܕܪܐ, & Amudin 3
4 ܥܡܘܕܝܢ urbes contra Nisibin ca- 4
stra metatus est: Hypatius verò & Patricius quadraginta millia militum ad obsidendam Amidam educunt. Appion 5 ærario castrensi præfectus, 5
Edessenos jubet panem militibus conficere: qui primâ hac vice modios tritici sexcentum ac triginta millia subministrarunt. Areobindus Persarum viginti millia fundit, & ad portas usque Nisibis insequitur. Mense Julio Persæ, Hunni, Arabesque, Constantino Duce Areobindum adoriuntur. Ille per Calliopium Alepinum à Patricio & Hypatio auxilia petit: quibus ob Amidæ obsidionem id detrectantibus, Areobindus à Persis fugatur 6 & intra Te- 6
lensium Edessenorumque fines se recipere compulsus est. Tùm verò Patricius & Hypatius relicta Amida, Persas insequuti sunt: qua occasione Pharesmanes, ac Theodorus 7 Ro- 7
ma-

NOTÆ.

1 *Jacobus*. Is est D. Jacobus Sarugensis, qui nondum Episcopatum Batnensem susceperat, ut notavimus suprà pag. 21. Ejus enim carmina in Scripturam Sacram, & de Locustis hìc à Josue enumerata, laudantur Abulpharagio pluribus in locis; sed præsertim ad annum undecimum Anastasii, ut suprà observatum est pag. 271. Porrò Jacobus iste, alius est à cognomine sanctissimo Eremita, de quo hæc Procopius lib. 1. cap. 7. *Tunc agebat in Syria Jacobus, eximia vir sanctimonia ac divinis in rebus exercitatissimus, quarum commentationi ut securiùs vacaret in agro Endielorum, unde Amida diei unius iter abest, multis ante annis se compegerat in angustum septum &c.* Pergit narrare Procopius, Ephtalitis sagittas in eum experiri volentibus manus diriguisse, & Cavadem tantæ rei stupore perculsum, optionem quidvis petendi Jacobo dedisse; qui hoc unum poposcit, ut quicumque per id bellum ad ipsum perfugerent, eosdem indemnes liberosque Rex dimitteret.

2 *Exercitus tres*. Procopius lib. 1. cap. 8. *Quatuor*, inquit, *erant belli Imperatores. Areobindus, Olybrii qui Imperium Occidentis paucis ante annis tenuerat, gener, ac tunc temporis Magister militum per Orientem: Celer Ordinum Palatinorum Dux (Magistrum Romani dicunt,) ac præfecti militum qui erant Byzantii, nimirùm Patricius Phryx, atque Hypatius Augusti ex sorore nepos. His quatuor credita belli summa, quibus se Justinus adjunxit, is qui posteà defuncto Anastasio ad Imperii clavum successit: Patriciolus item cum Vitaliano filio, qui brevi post intervallo rebellans in Anastasium tyrannidem affectavit: & Pharesmanes natione Colchus, strenuus bello vir in paucis.* Sed Celer anno dumtaxat sequenti ab Anastasio in Mesopotamiam missus fuit, ut ex Josue, & Theophane videbimus. Justini mentio fit apud eundem Josue ad annum Græcorum 816. quo Amida recuperata fuit.

3 *Daram*. De hujus urbis instauratione, vide infrà ad annum Græcorum 817.

4 *Amudin*. Ammodiam appellat Theophanes, cujus verba ad annum Græcorum 816. referemus.

5 *Appion* ܐܦܝܘܢ. Procopius lib. 1. cap. 8. *Ærario castrensi præerat Appion Ægyptius, Patricii ordinis lumen, animo vir maximè impigro, quem etiam Anastasius publicis literis consortem Imperii renunciaverat, quo staret ipsi auctoritas sumptus pro arbitrio dispensandi.*

6 *Fugatur*. *Metatus erat Areobindus*, inquit Procopius loco cit. *in agro Arzamenorum, unde Constantinam usque iter est biduì; Patricius atque Hypatius ad castellum Siphrin Amida procul stadiis non minus trecentis quinquaginta. Ubi verò peti se à Cavade Areobindus, jamque cum omnibus copiis imminere audivit, desertis castris, Constantinam fuga præcipiti cum suis se recipit.*

7 *Theodorus*. Theodotum appellat Theophanes ad annum Anastasii 15.

manorum Duces ex insidiis repentè hostes adorti, quadringentos cædunt, & eorum Ducem capiunt, quem paulò post cruci affigunt, quòd Romanis Amidam prodere pollicitus, promissis non stetisset. Arabes Persarum subditi in Chaburam urbem سحمور incursionem faciunt,
1 quos Timostratus Callinici 1 Dux egregiè repellit. Arabes quoque Romanis subjecti, qui Taalabenses وجه الحدط appellantur, facta in Naamanis ditionem excursione, armenta abigunt, armentarios trucidant, Naamanis copias in interiores deserti partes recedere cogunt. Mense Augusto Cavades cum Persarum, Hunnorum, Cadsenorum, Armenorumque copiis in Euphediam usque حومط الاقيم excurrit. Ibi collatis cum Patricio signis, Naamanes in capite vulnus accipit, & complures ex Barbaris primo confli-
2 ctu cæsi 2 sunt. Patricius tamen Euphratem cum exercitu trajiciens, in urbem Samosatam se recipit. Petrus Comes, militum Dux, in ca-
3 strum Aspharinum 3 se subducens, ab iisdem oppidanis unàcum militibus Cavadi proditur, quem ille cæsis militibus servari jussit, nullâ Aspharinensibus creatâ molestiâ. Hinc Cavades adversùs Areobindum in urbem Edessam exercitum movere decernit, impellente præsertim Naamane Arabum rege Taalabensibus infenso. Cui Dux quidam exercitus Naamanis, Christianus quum esset, Frustrà, inquit, Edessam petitis, quæ divinis Christi ad Abgarum promissis munita, nullâ vi expugnari potest. Tùm verò Naamanes excandescere, insanire, conviciis Christum proscindere, & graviores Edessæ calamitates, quàm Amida passa fuerat, comminari: qui tamen, accepto, ut suprà dictum est, in capite à Patricianis militibus vulnere recrudescente, post biduum extinctus est. Cavades Naamanis casu nihilo sanior effectus, Arabibus novum Regem creat, Telam cum exercitu petit. Hanc urbem Judæi Persis prodere decreverant: in Synagoga enim, quam ad ejusdem mœnia habebant, cuniculos clam foderunt, per quos nocte intempesta Persas in urbem admittere cogitabant. Cujus consilii conscius Petrus Comes, qui apud Cavadem captivus erat, se vestes quasdam deposuisse fingit apud Leontium Comitem urbis præfectum, quas ut liceret repetere, Cavadem rogat. Succedens itaque ad urbis mœnia, Romanos de Judæorum insidiis admonet, & vestes repetit. Telenses comperta Judæorum perfidia, locum

NOTÆ.

1 *Callinici* كلنيقس. Hanc urbem pacis tempore inter Persas & Romanos commercio destinatam in Osrhoëna, testatur Lex 4. Cod. Justin. *de commerciis & mercatoribus.*

2 *Cæsi.* Fugato Areobindo, inquit Procopius loco suprà cit. *Adfuere subinde hostes, & quum vacua militibus castra diripuissent, è vestigio iter ad alteram exercitus Romani partem intendunt. Antecedebant Persas Ephtalitæ octingenti, in quos fortè quum Patricius atque Hypatius incidissent, eos ad unum ferè conciderunt; nihil dum tamen de Cavade, nihil de exercitu Persico cognoverunt. Quocirca solutis animis, ut jam victores, curabant corpora, armisque positis sibi prandium parabant &c. Cavades supervenit epulantibus, & inermes invadit. Impressionem haud ferentes Romani, non pugnam, sed fugam quisque pro virili capessere, capi & cædi alii, alii vicinum in montem evadere tentando, cum ingenti tumultu ac trepidatione per abrupta rupium ruere: ita ut elapsus nemo sit, Patricio Hypatioque exceptis, quibus licuit primo statim adventu hostium se proripere.*

3 *Aspharinum.* اسفرين. *Siphrin* appellatur Procopio, & Amidâ stadiis 350. distare dicitur. *Syfrea* Marcellino in Chronico Indictione XI. ad Consulatum Dexecrati & Volusiani, ubi hæc de Romanorum cæde. *Tres Romanorum ductores Patricius, Hypatius, & Areobinda, qui cum quindecim millibus armatorum olim contra Persas missi fuerant, pugnaturi juxta Syfream castellum cum iisdem Persis, sine audacia conflixerunt. Multi tunc militum, ductoribus de exercitu fugientibus, cæsi sunt.*

locum præsidio muniunt, & in reos
1 animadvertunt. Barhadades 1 ܒܪܗܕܕܐ
interim urbis Episcopus strenuè muros circumire, custodes adhortari, aqua in baptismo benedicta eos aspergere, & ibidem Eucharistiam petentibus administrare, nequis ejusdem sumendæ prætextu, stationem desereret. Deinde ad ipsum Cavadem egressus, obsidionem ut solveret, eidem persuasit: qui Edessam versùs exercitum movit, castraque ad fluvium Galabum, qui & Medorum flumen appellatur, ܓܠܒܐ ܕܡܕܝܐ ܕܡܬܩܪܐ ܕܡܝܐ metatus, ibi dies viginti mansit. Die sexta Septembris vastarunt E-
2 dessenì 2 suburbana monasteria, hospitia, & vineas, hortosque. Salam præterea pagum, quem & Negbat appellant ܣܠܡ ܕܢܩܒ ܩܪܝܐ incenderunt, translatis in urbem Martyrum reliquiis; muros autem civitatis communierunt. Die nona ejusdem mensis misit Cavades ad Areobindum, ut vel Marzabanem suum in urbem admitteret, vel ipse ad colloquium veniret. Qui ad Cavadem usque ad Templum S. Sergii, quod non procul ab urbe situm est, egressus, cum Bave Persarum Asta-
3 bide 3 ܐܣܬܒܝܕ ܒܐܘܐ, hoc est, militiæ Præfecto, colloquium de pace habuit. Sed quum Persæ pro Edessenorum libertate libras auri decem mille postularent, ipse contrà septem mille tantùm offerret, colloquium diremptum est. Cavades tamen obsidione Edessæ soluta, maximè Naamanis supplicioconterritus, ad urbem Haran se convertit: Arabas verò Sarugum ܣܪܘܓ invadere jubet. Haranitæ clam ex urbe eruptione facta, cæsis ex Arabum exercitu sexaginta, Ducem Hunnorum capiunt: quem Cavades, utpote primæ apud eam gentem nobilitatis virum, restitui sibi postulavit, promissâ Haranitis libertate. Hi verò & captivum reddunt, & insuper quingentos arietes Cavadi mittunt. Interim Arabes ab agro Sarugensi usque ad Euphratem omnia depopulantur. Patriciolus verò Romanorum Dux cum Vitaliano filio, trans Euphratem cæso Persarum cuneo, Edessam contendit. Verùm ubi eam urbem à Cavade obsessam reperit, fluvium transgressus, Samosatam se recipit. Die 17. ejusdem mensis feria quarta Cavades iterùm Edessam obsidet, castra metatus à Templo SS. Cosmæ & Damiani, & Sancti Sergii, & à Bocheno pago ܒܘܟܝܢ: usque ad Templum Confessorum, ܕܡܪܬܘܪܐ & clivum Soren ܣܘܪܝܢ.

NOTÆ.

1 *Barhadades*. Baradotum appellat Procopius lib. 2. de Ædificiis cap. 13. pag. 120. eumque singulari virum sanctimonia ac Deo dilectissimum testatur: *cujus preces*, inquit, *ad omnia quæcumque vellet impetranda efficaces admodùm erant, ejusque vel ipse vultus statim intuentibus persuadebat, virum esse qui plurimum gratia apud Deum valeret*. Alius autem fuit à Baradato sanctissimo Monacho, qui ad Leonis Encyclicas respondit, ut notavimus pag. 256.

2 *Edesseni*. De obsidione Edessæ hæc Auctor Chronici Edesseni. ܒܝܪܚ ܐܝܠܘܠ ܒܬܫܥܬ ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܝܢ ܝܘܡ ܐܪܒܥܐ ܗܘ ܠܐ ܡܕܡ ܒܝܫ ܠܐܝܕܬܐ ܕܐܕܣܐ ܐܦܠܘ ܗܟܝܠ ܕܩܛܠ ܥܡ ܐܪܝܘܒܝܢܕ ܒܬܪ ܕܢܨܚ ܒܩܪܒܐ ܠܐ ܡܛܠ ܗܢܐ ܕܐܬܝܗ ܠܗ ܒܝܫ ܐܠܐ ܒܬܪ ܕܐܬܟܢܫ ܠܬܪܥ ܡܕܝܢܬܐ ܘܠܬܪ ܟܢܝܫܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܣܪܓܝ ܘܠܬܪ ܟܢܝܫܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܒܘܟܝܢ ܘܠܬܪ ܟܢܝܫܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܡܪܬܘܪܐ ܘܠܬܪ ܟܢܝܫܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܣܘܪܝܢ. *Mense autem Septembri ejusdem anni* (Græcorum 814.) *obsedit Edessam: attamen Dei beneficio nullum ipsi attulit detrimentum, Templum S. Sergii & aquilonarem Basilicam Confessorum incendisse contentus*. Theophanes verò ad annum Anastasii 14. *Loca igitur circa Edessam, in qua Areobindus metabatur, devastans* Cavades, *nil prosperum ibi peregit: quin imo ex pugna cum Areobindo præter expectationem commissa, viribus deterior recessit*.

3 *Astabide*. Aspebedes appellatur Procopio, & Aspetius Theophani.

Quumque portis urbis apertis, hostibus aditus pateret à mane usque ad horam nonam, nullus tamen Persarum urbem ingredi ausus fuit, ut Christi ad Abgarum oraculum eventus comprobaret: quin etiam egressi pauci milites & pueri Persis insultarent. Persæ ad Cubas pagum recesserunt. Postero die Areobindus ad Cavadem ablegat qui diceret: Jam tibi constare puto, Edessam benedictione Christi munitam inexpugnabilem esse. Cui Cavades: Recedam ab urbe, inquit, si obsides dederis, si captivos reddideris, si promissum aurum miseris. Areobindus Basilium quidem Comitem Cavadi obsidem dedit: quatuordecim captivos restituit; libras verò auri bis mille daturum se pollicitus, inducias duodecim dierum poposcit. Cavades ad Dahabana proficiscitur. Sed quum sequenti die Hormisdam misisset ad Areobindum, qui pactam auri summam ante præstitutum tempus exigeret, irati Edesseni, Basilium Comitem repetunt, & Cavadi nunciant, se ad bellum paratos esse. Die 24. Septembris feria quarta Cavades tertiò Edessam obsidet; irrito tamen conatu; & ab oppidanis cum strage repellitur, ne uno quidem ex Edessenis desiderato. Vastatis igitur Templis S. Sergii & Confessorum, ac reliquis, quæ supradicto incendio superfuerant Monasteriis, ad Euphratem movet, & Batnas urbem occupat. Areobindus trecentos denarios civibus elargitur.

Anno octingentesimo decimo quinto Anastasius Celerem [1] militiæ Præfectum cum ingenti exercitu mittit. Cavades Euphratem trajiciens, contra Callinicum metatus est, & Marzabanem quendam eam urbem oppugnare jussit. Timostratus Callinici Dux Marzabanem ipsum comprehendit; milites verò internecione delet. Comminatur Cavades excidium urbi, nisi Marzabanem dimittant: quo à Callinicensibus recepto, eos infestare desiit. Celer quum Mabugum [2] quæ urbs ad Euphratem sita est, pervenisset, cognito Cavadis recessu, Autumno cadente civitates ad hyemandum Ducibus Romanorum distribuit. Die 25. Decembris Anastasius cunctis Mesopotamenis tributum relaxat. Persæ Amidæ præsidiarii, deposito Romanorum metu, (eos enim quàm longissimè abesse sciebant,) portis urbis apertis, mercaturam æris, plumbi, ferri, & aliorum hujusmodi faciebant. Ea de re monitus Patricius qui Melitinæ hyemabat, Amidam invadit. Misso tamen à Cavade exercitu, Patricius primùm fugatur: sed quum hinc Persas insequentes haberet, inde rapidissimo fluvio Calat, qui imbribus auctis trajici nequibat, impediretur, mutato consilio, versaque in rabiem desperatione, quàm ferocissimè in Persas procurrit; quibus Romanorum impetum non ferentibus tergaque vertentibus, Patricius castra diripuit, captis summis Persici exercitus Ducibus: mox Amidam obsidet. Die 19. Martii, feria 6. in Agar Zeugmatensium vico peperit Anes ovum geminis Crucibus hinc inde signatum cum literis Græcis ac Latinis

Annus Christi 504.

1

2

NOTÆ.

1 *Celerem*. . Cellor Theophani, qui ad annum Anastasii 15. *Hoc anno*, inquit, *Cellore Magistro cum maxima subditarum sibi copiarum vi misso*, *cum Theodoto Duce supremam penè in exercitum omnem potestatem adepto, universam belli administrandi curam commisit Imperator*.

2 *Mabugum*. . *Hierapolim* Græci appellant, de qua sermo erit, ubi de Philoxeno ejusdem urbis Episcopo.

nis in hæc verba : ܙܩܦ ܨܠܒܐ *Triumphant Cruces*. Ovum ipsum accepit Areobindus, Edessam missum cum epistola Zeugmatensium. Celer copias colligit, & castra apud Rhesinam metatur. Cavades militum decem circiter millia expedit contra Patricium : quibus Nisibi commorantibus, Timostratus Callinici Dux, Celeris jussu, pastores montis Sigar cum sex millibus equitum invadit, & armenta in urbem Rhesinam abigit: mox totus Romanorum exercitus cum Patricianis apud Amidam conjungitur. Mense
1 Majo Calliopius 1 Alepinus præfecturam castrensis ærarii Edessæ obtinet, & annonam jubet militibus subministrari : corrogatique fuerunt ea occasione ab Edessenis modii tritici octingenta quinquaginta millia. Appion verò Alexandriam ad procurandum commeatum proficiscitur. Romani quum Amidam frustrà armis oppugnassent, rursùs ad deditionem faciendam fame adigere sperant. Mense Junio Constantinus, qui Theodosiopolim Armeniæ Cavadi prodiderat, Persarum rebus in deterius labentibus, ad Romanos profugit, Amidâque excedens cum duabus nobilissimis fœminis, quas à Cavade acceperat, quatuordecim dierum spatio desertum trajecit; quumque ad fines Romanorum pervenisset, ab Arabibus Romano Imperio
2 subjectis in Suram 2 Castrum, inde Edessam adductus, ab Imperatore demùm evocatus est : & inter Ecclesiæ Presbyteros jussu ejusdem cooptatus, Nicææ consistere jussus fuit, interdicto in Urbem Regiam ingressu. Cavades expertus Balnei Amidensis commodum, in Persidem regressus, Balneas in cunctis Persarum urbibus exstrui jussit. Adides ܐܕܝܕܝ Arabum Rex ad Romanos transit. Mense Julio Celer relicto apud Amidam Patricio, in fines Persarum invadit. Areobindus 3 quoque in 3
Armeniam excurrens, Persarum Armenorumque decem millibus interfectis, captivorum triginta millia abigit, Persasque ad Nisibenorum fines occurrentes fundit, decem millibus cæsis. Muslaces ܡܘܣܠܩܝܣ Armenus excusso Persarum jugo Romanis se subdit.

Anno octingentesimo decimo sexto fames Amidenos premit. Edessenis Romanis modios tritici sexcentum & triginta millia suppeditant. Petrus Edessæ Episcopus Imperatorem adit, rogatque ut civibus suis tributum condonet : quem ille coarguit, quod urbem in tanta pauperum necessitate reliquisset; jubet tamen per Præfectos, toti Mesopotamiæ tributa relaxari, Mabugensibus verò tertiam partem dumtaxat. Patriciani milites, qui Amidam obsidebant, in Cavadis ditionem facta excursione, Persarum decem millibus trans Tigrim interfectis, ingentem prædam agunt. Cavades Astabidem pro componenda Annus Christi 505.

NOTÆ.

1 *Calliopius*. ܩܠܝܘܦܝܘܣ ܣܓܝܐ. Theophanes ad annum Anastasii 15. *Rei annonariæ summam Calliopio Duci commendat præfecturam*. Fallitur tamen, dum Appionem Byzantium revocatum scribit : Hunc enim Alexandriam ad procurandum commeatum missum fuisse, disertè testatur Josue. Anastasio Constantinopolim revocatum. Non Areobindum, sed Hypatium Byzantium accitum fuisse, testatur Theophanes his verbis: *Appionem & Hypatium Imperator, quorum operam haud ampliùs in castris desiderari ob exercitas cum Areobindo Duce inimicitias arbitrabatur, Byzantium diligentiùs revocat*. Hypatii locum Pharesmanem accepisse, tradit Josue circa finem anni sequentis. Quæ autem hoc loco de Armenis Persisque à Patricio & Areobindo cæsis narrantur, eadem apud Dionysium in Chronico ad annum Græcorum 816. consignantur. Sed Stylitæ potiùs credendum, ex quo Dionysius quidquid ad hoc Persicum bellum spectat, transcripsit.

2 *Suram*. ܣܘܪܐ. *Surorum* oppidum Procopio lib. 2. de Ædificiis Justiniani cap.9. pag.44.

3 *Areobindus*. Memoriæ vel calami lapsu scribit Procopius cap.9. Areobindum ab

da pace ad Celerem mittit. Celer
1 jubet sibi captivos 1 restitui, Petrum scilicet, Comitem quem Asphari-nenses prodiderant, Basilium quem Edesseni obsidem dederant, & Amidæ Præfectum: eosque ab Astabide accipit, unàcum cadavere Olympii Telæ Ducis in arcam incluso, quem morbo extinctum fuisse & ipse Astabides, & Olympii famuli affirmabant. Persæ vicissim captivos petunt, & ut liceat obsessis Amidæ Persis commeatum suppeditare. Annuit Celer addito jurejurando: hoc enim juramentum à Celere ejusque Ducibus Persæ exegerant. At Nonnosus Dux ܢܘܢܢܘܣ, quem Celer procul à conventu esse jusserat, ne jurejurando obstringeretur, trecentos camelos armis & annona onustos Amidam à Persis missos invadit, & camelarios trucidat. Expostulanti injuriam Astabidi, Celer inconsulto se id factum respondet: Sceleris auctorem necdum sibi cognitum esse: ipse Astabides proderet, & quam decrevisset, de illo pœnam sumeret. Astabides nihilominus injuriam dissimulans, pacis negocium urgere non destitit. Sed quum Celer rem in dies protraheret, & adulta jam hyeme cadentibus cœlo nivibus Romanus exercitus obsideri cœpisset, in vicinas urbes Telam, Rhesinam, atque Edessam dividere castra compulsus est. Ea occasione Astabides strenuè usus, Celeri edicit, ni protinus Amidâ receptâ paci subscribat, eam armis se ocius extorturum: simulque exercitum educit. Celer militum contumaciam bellum importunissimo tempore detractantium quum nec per se ipsum, nec per Justinum Comitem frangere posset, veritusque, ne Persarum armis opprimeretur, Amidam 2 recepisse contentus, pa- 2
cem vel invitus cum Persis componit, dummodo factum Anastasius ratum haberet. Hic verò non modò id gratum sibi fuisse rescripsit, sed etiam missis per Leonem Cavadi donis, pacem quàm firmissimam perpetuòque duraturam optare se declaravit. Amideni à Flaviano Antiochiæ Patriarcha Nonnum 3 Amiden- 3
sis Ecclesiæ Presbyterum & Oeconomum subrogari postulant Joanni, qui

NOTÆ.

1 *Captivos*. Theophanes ad annum 15. Anastasii. *Basilium Edessenum apud Persas obsidem adhuc agentem*, (*Alypius autem ille bonus vir morborum diuturnitate penes eos diem suum obierat*,) *receperunt; redditisque pariter quos tenebant, obsidibus, & Amida recuperata, in Ammodiæ & Mardes confiniis convenientes, pacis conditiones tandem tulerunt, ipsasque demùm scriptis obfirmantes dederunt & acceperunt*.

2 *Amidam*. Theophanes *triginta auri talenta* pro Amida à Romanis soluta fuisse scribit. Zacharias Melitinensis ܡܢܝܢ ܬܠܬܝܢ ܕܗܒܐ ܕܡܢ ܩܕܡ ܐܠܦ ܘܡܐܬܬܐ ܕܡܫܩܠ ܗܘ ܕܗܒܐ *centum suprà mille auri pondo*. Marcellinus Indictione XI. *Immenso dehinc auri pondere hostibus dato, captam rebusque vacuam Amidam civitatem iidem nostri redemerunt ductores*. Procopius cap. 9. *Convenit tandem, ut Persæ auri pondo mille acceptis, urbem Romanis traderent*. Idque anno Christi 505. ut idem Procopius indicat: *Pacto, ut dicebam, ac persoluto auro, Romani Amidam receperunt, altero post anno, quàm capta ab hoste fuerat*. Atqui Amida anno 503. expugnata est, ut suprà ostendimus. Hoc igitur anno recuperata, ut rectè scribit Josue, quidquid in contrarium dicat Marcellinus, qui eam anno 503. *Dexicrate & Volusiano Coss. Indictione undecima* redemptam testatur. Pacem autem, quæ hoc anno sancita fuit, duobus post annis confirmatam fuisse, infrà patebit.

3 *Nonnum*. Eadem de Nonno & Thoma Dionysius. ܗܘ ܕܗܘܐ ܒܫܢܬܐ ܗܝ ܡܬܩܪܒ ܢܘܢܐ ܠܐܡܝܕ ܘܬܘܡܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܡܝܕ ܘܡܬܩܪܒ ܠܡܪܕܝܢ ܘܠܡܕܝܢܬ ܡܪܕ ܕܡܬܩܪܒ ܠܡܪܕ

qui ante urbis expugnationem è vivis decesserat. Episcopatum adeptus Nonnus, Thomam Chorepiscopum suum Constantinopolim allegat, ut Amidenses ibidem commorantes in patriam reducat, & beneficium aliquod urbi ab Imperatore obtineat. At Thomas eorundem Amidensium suasu, Episcopatum Amidæ ab Imperatore postulat impetratque, rescribente Anastasio ad Flavianum, ut illius electionem ratam habeat. Atque ita reversus in patriam Thomas, Nonno ejecto, Ecclesiam occupat. Anastasius verò Imperator, & Flavianus Patriarcha ingentem auri summam ad sublevandam pauperum inopiam Amidam transmittunt. Urbicius quoque qui multas Hierosolymæ Ecclesiis & pauperibus eleemosynas erogaverat, Edessenorum quoque egestatem aliquantulùm sublevavit. Per idem tempus Mesopotamiæ urbes à feris infestantur, quæ devorandis hominum præterito bello cæsorum cadaveribus in campis passim occurrentibus assuetæ, publicas vias obsidere, obvios quosque invadere, & non modò in pagos & rusticorum domos, sed in ipsas urbes irruere cœperant. Ita novum bellum contra bestias susceptum, armisque in sua cubilia eas abigere necessum fuit. Celer rebus cum Cavade compositis, Constantinopolim revertitur. Areobindus Antiochiam se recipit. Patricius Melitinæ, Pharesmanes Apameæ, Theodorus Damasci, & Calliopius Mabugi consederunt. Eulogius verò Edessæ Præfectus acceptis ab Anastasio libris auri bis centum, extima urbis propugnacula restaurat. Aquæ ductus prætereà duos exstruit, alterum à Telzama pago ܬܠܙܡܐ, alterum à Modad ܡܕܘܕ. Collapsas quoque balneas, & Prætoris ædes ædificat: aliisque prætereà ædificiis Edessam exornat. Petro etiam urbis Episcopo libras auri viginti Anastasius mittit ad mœniorum instaurationem. Urbicius Eunuchus decem libras auri adjecit ad excitandum B. Mariæ Templum. Solebant Edessæ Præfecti mensuras olei sex mille & octingentas Templis ac Monasteriis distribuere. Eulogius vix ducentas singulis Templis erogari jussit, reliquas ad publicum Urbis usum recondi: instituitque, ut in porticibus noctu lampades arderent. Interim Arabes, gens vivere rapto assueta pacisque impatiens, qui quidem Persis parebant, Romanorum fines infestare cœperunt: vicissim qui Romanis subjecti erant, in Persarum ditionem invadunt. Sed hos quidem Celer, qui hoc anno Apamæam venerat, jubet à Timostrato Callinici Duce compesci; illos verò Marzabanes Persarum qui Nisibi morabatur, cohibuit. Pharesmanes ex urbe Apamæa, Celeris jussu, Edessam se confert, Romanis copiis in locum Hypatii ab Imperatore præfectus. Collapsa castri Batnarum, quod in Sarugo est, mœnia Eulogius Edessæ Præfectus instaurat. Ædesius ܐܕܝܣܝܘܣ verò Presbyter portas virorum Ecclesiæ Edessenæ æneis laminis contexit.

Anno octingentesimo decimo septimo Anastasius Daram [1], locum in finibus Imperii Romani situm, firmissimis mœnibus cingi jubet. Pharesmanes Amidam Edessà movet, ut Persas Daræ instaurationem impedire tentantes cohibeat. (*Hæc unum folium è nostro Codice excidit.*) Sergius Episcopus Birtæ [2] castri, quod ad Euphratem jacet, illud muris firmat, expensas suppeditante Anastasio. Annus Christi 506. 1 2

NOTÆ.

1 *Daram*. De Daræ conditu consule Procopium lib. 1. cap. 10. Theophanem ad Annum Anastasii 17. & Evagrium lib. 3. cap. 37. de qua nos plura in Joanne Darensi.

2 *Birtæ*. ܒܝܪܬܐ. *Byrthum* oppidulum Procopio lib. 1. de Ædificiis cap. 4. pag. 37.

1 ſtaſio. Caſtro item [1] Europo, quod in Provincia Mabugenſi ad Occidentem Euphratis ſitum eſt, Celer muros adjecit. Pharesmane Amidam evocato, Romanus Dux exercitum Edeſſæ regit. Anaſtaſius tributa hujus annis Meſopotamenis condonat. Gothi milites ſtationarii intolerabilem Edeſſenis moleſtiam creant. Horum licentiam ut Romanus compeſceret, decrevit, ut ſingulis menſibus olei menſuram, & ducentas lignorum libras ſingulis militibus Edeſſeni ſubminiſtrarent. Menſe Aprili Celer Edeſſam venit, ut fœdus cum Perſis confirmaret: novique Aſtabidis (nam alter deceſſerat,) adventum ibidem præſtolari ad quinque menſes cogitur. Quo tempore incredibile dictu eſt, quantum militaris licentia in cives, in exteros, in Monachos ipſos & Clericos creverit, quantamque in invidiam ipſum Celerem adduxerit, quem velut horum malorum auctorem, affixis ad celebriora urbis loca libellis Edeſſeni carpere non verebantur.

Annus Chriſti 507. Anno octingenteſimo decimo octavo Celer Edeſsâ in urbem Daram profectus, datis acceptiſque obſidi-
2 bus, fœdus [2] cum Aſtabide renova-
3 vit. Amidenſibus [3] totum tributum, Edeſſenis verò dimidiam partem, Anaſtaſio annuente, relaxat. Die 28. Novembris Edeſſam revertitur: Barhadadis Telenſis Epiſcopi precibus, iram in Edeſſenos ex ſupradictâ causâ conceptam, deponit, & ſolemni pompâ ab optimatibus, Clericis, & Monachis excipitur: manſitque ipſe in urbe triduum; exercitum verò eodem, quo Edeſſam ingreſſus eſt, die dimiſit.

Quod autem Joſue de Anaſtaſio Imp. ſubjungit, eum nimirùm in fine vitæ deſipuiſſe, id utique ad ſuſceptum ab eodem Hæreticorum patrocinium refertur. Verba ejus ſunt hæc fol. 87. ܐܦܠܘ ܕܒܣܘܦܗ ܕܚܝܝܗ ܡܛܠ ܕܟܠ ܫܘܒܚܐ ܕܥܒܕ ܠܐ ܢܬܟܠܝܢ ܠܐ ܢܬܟܠܝܢ ܠܐ ܢܬܟܠܝܢ ܡܢ ܡܠܟܘܬܗ ܕܫܠܡܘܢ ܐܝܟ ܕܗܘ ܡܬܟܠܝܢ ܒܟܠ ܫܘܒܚܐ ܕܥܒܕ. *Quodſi hic Imperator in fine vitæ ſuæ à ſeipſo deſcivit, laudibus tamen ſuis haudquaquam privandus eſt, ſed memoria repetere debemus quæ à Salomone in extrema ſenectute geſta ſunt.* Eadem de Anaſtaſio adnotarunt Theodorus Lector lib. 2. & Theophanes ad annum Incarn. 499. dum ſcribunt, ipſum bello Perſico expeditum, Orthodoxæ fidei bellum movere cœpiſſe. Atque hinc apparet, Joſue noſtrum *Synoditam*, hoc eſt, Concilii Chalcedonenſis propugnatorem fuiſſe: quod adhuc clariùs colligitur ex iis, quæ de Flaviano Patriarcha Antiocheno ad annum Græcorum 876. fol. 84. refert in hæc verba: ܐܬܝܗܒ ܒܗ ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܝܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܫܠܡܐ ܥܡ ܦܪܣܝܐ ܘܐܦ ܠܐ ܡܛܠ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܫܠܡܐ ܥܡ ܦܪܣܝܐ ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܫܠܡܐ ܥܡ ܡܠܟܘܬ ܫܠܡܘܢ ܐܝܟ ܕܗܘ ܡܬܟܠܝܢ ܒܟܠ ܫܘܒܚܐ ܕܥܒܕ.

NOTÆ.

1 *Europo*. ܐܝܪܘܦܘܣ. Vide Procopium lib. 2. de Ædificiis cap. 9. pag. 45.

2 *Fœdus*. Id refert Dionyſius ad annum ſuperiorem: ܒܗ ܐܬܝܗܒ ܫܠܡܐ ܥܡ ܦܪܣܝܐ ܡܢ ܫܢܬ ܫܡܢܐ ܘܫܬܐ ܕܡܠܟܘܬ ܐܢܣܛܐܣܝܘܣ ܡܠܟܐ ܕܪܘܡܝܐ ܘܥܒܕ ܫܠܡܐ ܥܡ ܦܪܣܝܐ: *Anno 817. deſcendit Celer Magiſter, & pacem Romanos inter ac Perſas fecit*. Baronius ex Marcellino pacem cum Perſis factam narrat anno Chriſti 504. Theophanes anno 505. Sed ibi ſermo eſt de primo fœdere, quod Amida recuperata peremptum eſt, ut ex Joſue anno Græcorum 816. vidimus. Perſas cum Romanis pepigiſſe *ſeptem annorum inducias*, tradit Procopius lib. 1. cap. 9.

3 *Amidenſibus*. Procopius lib. 1. cap. 7. de Amida loquens: *Siquidem civitati*, inquit, *ad ſeptennium ſolidum vectigalia remiſit, ac multa cùm publicè, tùm privatim dilargitus, magna congiariorum vi altam præteritæ calamitatis oblivionem induxit*.

ܕܝܘܢܝܣ ܐܝܟܢܐ ܡܫܬܡܥܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡܢܝܐ ܘܒܥܘ ܠܡܪܝ ܕܢܬܐ ܠܗ ܩܫܝܫܐ :

Joannes autem præstantissimus Amidæ Episcopus è vivis priùs decesserat, quàm Persæ eam urbem obsiderent. Clerici verò ejusdem civitatis ad Sanctum, religiosissimum divinis virtutibus præditum, constantissimum, inclytumque Mar Flavianum profecti, eundem rogarunt, ut Episcopum sibi ordinaret. Egregiæ istæ laudes Flaviano Catholico Episcopo nequaquam tributæ fuissent, si Josue Monophysitarum insania laboraret.

Denique quod scribit ad Sergium Presbyterum & Archimandritam, sibi nempe curæ fore res in posterum gerendas literis commendare argumento esse potest, Josue nostrum alias fortasse exarasse historias, quæ ad manus nostras nondum pervenere.

ܕܝܢ ܕܝܠܟ ܕܝܕܥܬܐ ܠܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܝܠܟ ܕܝܠܝ ܕܝܠܝ ܕܝܠܝ

lianus Imper. epist. 27. In Concilio Antiocheno in causa Ibæ, Act. X. Concil. Chalced. subscribitur *Dadas Episcopus Batenorum*, qui Abrahamio ab eodem Iba ordinato successerat, de quo in cap. 4. accusationum adversùs Ibam in eadem Act. Conc. Chalced.. In Quinta Synodo Generali *Julianus Batnon*. Syri enim ܒܛܢܘܢ *Batnon*, seù *Batnan* appellant; non tamen *Betonen*, seù *Botnen*, ut Andreas Masius præfat. in Mosen Barcepham legit. Ejus muros anno Græcorum 816. Christi 505. sub Anastasio Imp. instauratos fuisse, testatur Josue Stylites in Chronico his verbis: ܫܘܝܘ ܕܒܛܢܢ ܩܝܡܘ ܒܣܪܘܓ ܘܒܛܢܢ ܗܘܐ ܡܬܒܢܝܢ ܡܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܕܐܣܐ ܘܐܬܬܩܢ ܗܘܘ : *Mœnia autem* BATNAN CASTRI, *quod in Sarug est, labefactata & ubique fatiscentia Eulogius Edessæ Præfectus instaurari curavit*. Eandem urbem pari cura dignatum fuisse Justinianum, scribit Procopius lib. 1. de Ædificiis cap. 7. pag. 42. *Castellum etiam Batnense, quod nudum negligentiaque contemptum erat, muris cinxit prævalidis, & ad decus, quo jam nitet, evexit*. Quam verò Procopius & Josue loco cit. *Castrum*, seù *Castellum* nominant, eandem ad annum Græcorum 814. Christi 505. *Urbem* idem Josue appellaverat: ܡܠܟܘ ܥܡ ܡܐܬܬܝ ܦܪܣܝܐ ܠܒܛܢܢ . ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܘ ܡܫܬܒܩܝܢ : ܠܐ ܡܫܬܒܩܝܢ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܡܬܩܪܝܢ : ܠܐ ܒܠܐ ܩܪܒܐ ܩܛܠܐ ܠܐ ܡܬܩܒܠܝܢ ܠܡܕܝܢܬܐ . *Persæ cum pauca equitum manu* BATNAM *adorti, quum ab oppidanis repelli non possent, mœnibus vetustate labefactatis, ultrò & sine pugna recepti*, CIVITATEM *occuparunt*. Batna itaque urbecula, seù castrum erat in regione Sarugensi situm. Hinc Syris dicitur ܒܛܢܢ ܕܣܪܘܓ *Batna Sarugi*, vel, ܒܛܢܢ ܒܣܪܘܓ *Batna in Sarugo*: ut nimirùm adjecto regionis nomine urbs cæteroquin obscura magis innotescat. Et quidem *Sarugum* non urbem, sed regionem esse, arguitur ex eo Syrorum loquendi more, quo tùm Josue, tùm Stephanus Edenensis, aliique Syriacè vel Arabicè utuntur: *Batna*, scilicet, *in Sarugo* ܒܛܢܢ ܒܣܪܘܓ, *Batna quæ est in Sarugo* بطنان التى فى سروج. Nemo enim rectè dixerit, *urbem aliquam in urbe esse*.

III. Masii, & Renaudotii opinio de Sarug & Batnis refellitur.

Qua in re hallucinatus videtur Masius, dum in Præfat. ad Barcepham de Paradiso duas urbes facit *Sarug* & *Batnas*, & hanc quidem putat esse patriam S. Jacobi, illam verò Episcopatûs Sedem. Nec meliora Masio Renaudotius, qui tom. 2. Liturg. Orient. pag. 367. sic scribit: *Urbeculam hanc præsertim afflictissimis Christianorum rebus, sub uno Episcopo cum Seruga* (sic ipse Sarugum appellat,) *fuisse conjunctam, verosimile est. Nam ut ex hujus Liturgiæ, aliisque Syris & Arabicis monumentis intelligitur, utrique urbi Jacobus præsidebat*. Primò enim falsum est, *afflictissimas Christianorum res* sub Jacobi Episcopatu fuisse, quum eæ potiùs in Mesopotamia ab anno Christi 505. quo pax Romanos inter & Persas facta, usque ad annum 530. quo Chosroës Cavadis filius Regnum Persarum obtinuit, maximè floruerint, & complures urbes, inter quas Batna, mœnibus, porticibus, balneis, Ecclesiis, aliisque nobilissimis ædificiis, Procopio, Evagrio, & Josue testibus, per id temporis intervallum ornatæ fuerint. Deinde in Liturgia, quam idem Renaudotius præ manibus habebat, & in omnibus Syriacis atque Arabicis monumentis Jacobus noster dicitur

ܐܝܥܩܘܒ

ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܒܬܢܝ ܕܣܪܘܓ

Episcopus Batnæ Sarugi, vel ܒܬܢܝ ܕܣܪܘܓ *Batnæ quæ in Sarugo est*; nusquam tamen ܒܬܢܝ ܘܣܪܘܓ *Batnæ, & Sarugi*: quod satis ostendit, eum uni, non duabus urbibus præfuisse. Contrà Archiepiscopus Assyriorum, qui duabus finitimis urbibus præsidebat, appellatur ubique ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܣܠܘܩܝܐ ܘܩܛܣܦܘܢ *Episcopus Seleuciæ & Ctesiphontis*; nusquam tamen ܣܠܘܩܝܐ ܘܩܛܣܦܘܢ *Seleuciæ Ctesiphontis*.

III. sii, & Reotii opinio rug & Batesellitur.

Fateor, post occupatam à Saracenis Mesopotamiam, rejecto Batnæ nomine urbem illam Arabicè سروج *Sarug* appellari cœpisse: unde Syri recentiores ܒܬܢܝ ܕܣܪܘܓ *Batna quæ & Sarug*. Quin & Jacobus Edessenus Georgium illius loci Episcopum *Sarugensem* absolutè vocat, ut liquet ex eiusdem Epistola, quam in pervetusto Nitriensi Codice legi, dum Scetensem Eremum obirem; inscribitur enim ܐܓܪܬܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܕܣܝܐ ܠܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܣܪܘܓ *Epistola Mar Jacobi Edesseni ad Mar Georgium Episcopum Sarugi*. Prætereà non me latet, Syros Episcopos Jacobitas atque Nestorianos post sextum Sæculum pluribus urbibus præfici consuevisse; præsertim ubi homines suæ sectæ pauci essent: sic Joannes Jacobitis Haran, Chaburæ, & Nisibi commorantibus Episcopus præerat, cujus Anaphoram habemus in Cod. Syr. Vatic. XXXIII. pag. 21. & Hebedjesu Catalogi Auctor Nestorianos in urbe Sobensi ac in tota Armenia constitutos regebat. Sed non hinc consequitur, quod Renaudotius contendit, Sarug nimirùm & Batnas duas urbes fuisse, quibus Jacobus præfuerit.

IV. Sarugi mentio apud Scriptores Syros.

Sarugi mentio primùm, quod sciam, occurrit apud Josue Stylitam in Chronico ad annum Græcorum 814. Christi 503. ubi de Cavade Persarum Rege: ܟܕ ܡܠܐ ܠܥܪܒܝܐ ܒܣܪܘܓ *Arabes cunctos in Sarugum immisit*. Et infrà. ܡܢ ܕܐܬܘ ܠܡܦܪܬ ܘܠܡܫܠܚܘܬ ܒܣܪܘܓ: ܐܠܗ ܕܐܙܠܘ ܠܡܦܪܬ ܠܡܬܪܥܝܢ ܘܠܡܫܠܚܝܢ ܘܠܡܫܬܝܢ. *Arabes autem Persarum, qui in Sarugum missi fuerant, excursionem ad Euphratem usque fecerunt obvia quæque destruentes, diripientes, ac devastantes*. Fortassè à *Sarug* patre Nachor patris Thare nomen ea regio accepit: siquidem regio fuit, & non nudum agnomen urbis Batnæ, ab eodem Sarug seù conditore, seù cive adscitum: quod æquè incompertum est.

V. Jacobi Sarugensis Vita ex Anonymo Syro: ejusque Encomium apud Georgium ejusdem Discipulum.

Quænam fuerit Jacobi patria, quo ætatis anno Episcopatum Batnensem inierit, & quando ex hac luce migraverit, tradit Auctor anonymus in Syriaca ejusdem Vita initio Codicis nostri Syriaci XV. quam mox recitabimus: eique planè consonant, quæ Georgius ejusdem Jacobi Discipulus in Oratione Panegyrica de suo Præceptore narrat in Codice Nitrien. V. fol. 140.

Vitæ

Vitæ S. Jacobi Compendium ex Anonymo Syro.

ܩܕܝܫܐ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܕܪܘܚܐ
ܕܩܘܫܬܐ ܘܩܝܬܪܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܥܕܬܐ
ܕܟܘܪܬܐ ܕܐܬܪܐ ܕܩܘܪܛܡܢ ܡܢ ܩܕܡܝܐ
ܡܢ ܒܪܝܢ ܕܠܐ ܝܠܕܘܬܐ ܕܙܒܢܘ ܘܒܥܘ
ܕܥܕܬܐ ܩܕܡܝܬܐ . ܡܢ ܩܝܡܐ ܕܐܒܟܪ
ܫܢܐ

NOTÆ.

1 *Sterilibus parentibus*. Eadem de Jacobi parentibus Georgius in ejusdem Encomio narrat, & addit, parente Sacerdote eundem genitum fuisse.

2 *Triennis*. Georgius in Panegyri, Festum Epiphaniæ fuisse docet, & Jacobum triennem tribus pugillis aquam benedictam hausisse. : ܡܢ ܟܕ ܡܛܠ ܬܠܬ ܫܢܝܢ ܗܘܐ ܩܕܝܫܐ ܝܥܩܘܒ ܒܬܪ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܩܕܡ ܟܗܢܐ ܕܐܬܝܠܕ ܒܗ ܒܪܝܐ ܕܐܠܗܐ . ܗܘ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܩܕܡ ܐܡܗ ܒܬܠܬ ܫܢܝܢ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܝܥܩܘܒ

clesiam adductus, eo temporis momento, quo oblatio peragitur, Sanctusque Spiritus Sacramentis illabitur, è sinu matris prorupit, & frequentem populi turbam scindens, ad mensam vitæ se contulit, ac Spiritum Sanctum tribus pugillis hausit. Inde ejus eloquentia atque doctrina initium sumpsere. Postmodùm percrebrescente Jacobi fama, Episcopi hominem 1 conveniunt, explorant, edicunt, ut de curru Ezechielis disserat.

NOTA.

1 *Conveniunt*. In manuscripto nostro ex amanuensis incuria pro anno vigesimo secundo *duodecimus* obrepsit, literâ scilicet Jud ܝ pro ܟ Coph substituta sic: ܝܒ 12. pro ܟܒ 22. Jacobum autem, quando Episcopi convenerunt, ut de ejus doctrina periculum facerent, annum vigesimum secundum egisse, testatur Georgius, qui rem in hac parte gestam tùm ex Magistri sui ore, tùm ex ejusdem Historia, quæ Syrorum manibus circumferebatur, didicisse se fatetur in hæc verba:

Si autem scire cupis quisquis doctrinæ studio flagras, quando ille docere cœperit, ex ejus Historia & ex Doctore veritatem tibi, prout audivi, exponam. Quum annum vigesimum secundum ageret, doctrinæ ejus famâ ubique terrarum vulgatâ, complures undique ad eum ventitare cœperunt, ut collati à Spiritu Sancto eidem thesauri participes fierent &c. Hoc etiam de ipso memoriæ proditum est. Quinque Episcopi eum aliquando convenere, de ipsius doctrina cognituri: putabant enim, illum non Spiritus Sancti afflatum lumine, sed ex sæculari sapientia, qua & ipsi dicere solebant, verba facere. Postularunt itaque, ut extemporaneum ad ipsos sermonem haberet, ejus doctrinæ synceritatem exploraturi. Sic enim illis deliberatum

ܘܒܗܝܢ ܡܕܡܐ ܡܫܬܘܬܐ ܕܫܠܝܐ ܕܥܡܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܡܫ ܠܗ ܚܝܠܐ
ܘܢܚܡܘܢܘܗܝ . ܡܦܩܝܗ ܟܠܗ ܘܢܡܪ
ܡܕܡܐ ܠܐ ܡܬܚܫܐ ܘܫܒܚ ܠܡܪܝܐ .
ܡܥܢܝ ܘܢܡܪ . ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܡܬܚܫ

tum fuerat, ut siquid Orthodoxæ fidei à Patribus traditæ contrarium Jacobus effutiisset, non modò ejus dogmata proscriberentur, sed & ipse sublata quacumque de rebus Ecclesiasticis scribendi facultate segregaretur. At Spiritus Sanctus, qui Jacobum ad Doctoris officium selegerat, Orthodoxam fidei regulam eundem prædocuerat. Quamobrem etsi in ea Virorum corona pro sua modestia omninò tacere decrevisset; Episcoporum tamen auctoritate, populique frequentissimi, qui in Templo Batnæ Sarug convenerat, precibus compulsus; veritus præteréà Antistitum justam indignationem, dictis obsequuturum se respondit: sermonis tantùm argumentum ab ipsis petere. Prostabat ad portam Sacri Altaris imago Currus, quem admirabili Prophetæ Ezechieli spectare olim datum fuit. De hoc, responderunt Episcopi, Tabulam monstrantes, nobis edissere, si potis es. Hìc percepta Jacobus ab ordine benedicto Episcoporum benedictione, & in mediam populi concionem progressus, qui incredibili illum audiendi desiderio tenebatur, cœpit simplex ille in virtute Spiritûs cum magna vocis contentione dicere. Altissime, qui inscrutabili Currui insides, pangatur in me, quæso, sermo mirabilis de majestate tua. Pergit Georgius scribens, Jacobum à Spiritu Sancto de Amidæ excidio ipso eo die à Persis expugnatæ admonitum, inchoatum de Curru Ezechielis sermonem repentè abrupisse, & Amidenorum calamitatem hoc flebili carmine concioni nunciasse.

ܐܝܟܐ ܫܪܝܐ ܗܘܐ ܕܡܪܝ ܥܡܘܡܐ ܕܐܡܝܕ ܗܘ ܕܐܬܐ ܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ

ܡܢܗܕܐ ܘܥܕܢܐ . ܗܘܝܘ ܩܒܝܢܘܢ
ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܥܠܡ ܡܕܝܢܬܐ ܕܟܬܒܐ
ܡܫܬܘ ܘܢܫܒܘ ܡܕܡܟܬܐ ܡܕܝܢܬܐ
ܕܟܬܒܐ ܒܝ ܠܡܪܝܡ ܕܢ ܫܢܝܢ ܟܕ .
ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܐ ܐܬܩܒܪܘ ܟܕܢܐ
ܡܪܝܡܐ ܒܝ ܠܡܪܝܡ ܕܢ ܫܢܬ
ܡܐܬܝܢ ܫܢܝܢ ܘܠܡܪܝܡ ܫܢ
ܠܡܢܝܢ ܡܠܟܘܬ ܘܡܢܝܢ ܚܫܒܐ
ܘܡܫܬܘܕܥ ܡܢ ܟܠܗ ܡܠܬܐ
ܘܡܕܥܢ . ܒܝ ܘܫܢ ܡܠܟ ܟܬܒ

suprà ſexaginta cum dimidio, urbis Sarug [1] creatus Epiſcopus fuit: nimirùm anno Græcorum 830. poſt Chriſti adventum 519. Poſtquam autem Eccleſiam doctrina vitæ illuſtraſſet, & eximias lucubrationes ſuas atque commentaria in orbem univerſum diffudiſſet, migravit ad Dominum: ſepultuſque fuit ſolemni pompa Sarug in urbe ſua anno 833. die 29. Novembris. Vixit annos ſeptuaginta, ex quibus ſexaginta & ſeptem cum dimidio exegit ante Epiſcopatum: in Epiſcopatu verò annos duos cum dimidio.

ܡܠܟܘܬ ܘܫܬܐ ܠܐܠܦ ܟܬܒܐ ܡܢ ܟܬܒܘܬܗ ܟܬܒܘܬܐ ܕܟܬܒܘܬܐ
ܡܫܬܐ : ܒܝܬ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܠܐܡܝܢ ܟܬܒ ܡܕܝܢܬܐ ܟܬܒ ܠܡܪܝܡ
ܡܠܟ ܟܬܒ ܟܠܗܘܢ ܫܢܝ . ܟܕܝܡ ܥܠܝ ܘܫܒܐ ܟܬܒ . ܟܕ ܡܛ ܠܥܠ
ܡܕܝܢܬ ܡܝܡ ܘܢܝܚܐ ܐܬܩܒܪ . ܠܘܝ ܥܠ ܡܠܟ ܟܬ ܒ ܠܡܪܝܡ
ܐܬܩܒܪ .

Natus eſt igitur S. Jacobus juxta hunc Auctorem, anno Græcorum 763. Chriſti 452. Examinatus ab Epiſcopis anno Græcorum 783. Chriſti 472. Annis ſequentibus ſcripta ſua publicare cœpit. Anno Græcorum 814. Chriſti 503. Presbyter jam factus, literas adhortatorias ad Euphratenſes dedit, in Chronico Joſue memoratas. Amidæ prætereà excidium lugubri carmine planxit, & paucis ante annis carmina de Locuſtis ediderat, de quibus Joſue loco cit. & Gregorius Abulpharagius in hiſtoria Dynaſtiarum ad annum undecimum Anaſtaſii Impe-

lias, Cantica etiam Hymnoſque de illa Locuſtarum tempeſtate conſcripſit, haud ſegniter ſe geſſit in ea calamitate, ſed prout ipſum decebat, Epiſtolam paræneticam ad omnes civitates dedit, confidere unumquemque jubens in ſalutare Dei, admonenſque eos, ne fugam arriperent. Ubi de Jacobo noſtro ſermonem eſſe, oſtendimus pag. 275. Falſum eſt igitur, Jacobum anno ætatis vigeſimo ſecundo, quo ab Epiſcopis de ejus doctrina periculum factum fuit, nihil adhuc ſcriptis mandaſſe. Præterea & illud *de excidio Amidæ* ſuſpectum eſt: nam Auctor vitæ ejuſdem aſſerit, eum ſeptuagenario majorem migraſſe ad Dominum anno Græcorum 833. ut mox videbimus, hoc eſt, vertente anno Chriſti 521. Annum igitur agebat Jacobus quinquageſimum primum, vel ſecundum, quando Amida capta eſt, non vigeſimum ſecundum: Amidam enim anno Chriſti 503. à Perſis expugnatam fuiſſe, ex Joſue ſuprà didicimus. Denique in omnibus quotquot habemus Operum S. Jacobi mss. Codicibus, in titulo quidem Carminis *de Curru Ezechielis*, notatur, illud *primum omnium eſſe Carminum, quæ Sanctus Doctor edidit,* ut infrà obſervabimus; nullibi tamen Carmen *de excidio Amidæ* cum eo conjungitur: quod argumento eſt, illud quidem de Curru Ezechielis tunc editum fuiſſe, quum Sancti Doctoris fides in examen adducta eſt, nimirùm anno Græcorum 783. Chriſti 472. Alterum verò de Amidæ excidio, trigeſimo primo poſt anno, hoc eſt, Chriſti 503. Jacobum ſcripſiſſe. Quamobrem prædictionem illam de Amidæ expugnatione, quam Georgius Actis Jacobi inſerit, crediderim, ex falſa relatione vulgi hauſtam, aut fortaſsè à ſciolo quopiam Panegyri Georgianæ intertextam fuiſſe: alioquin ſi vera fuiſſet, illius utique meminiſſet Auctor laudatæ Vitæ, qui diſertam de Epiſcoporum examine mentionem facit.

1 *Sarug*. Hinc colligitur, Anonymum noſtrum Vitæ hujus Scriptorem, poſt occupatam à Mahometanis Meſopotamiam floruiſſe: Batnas enim urbem Sarugi nomine, non proprio appellat. Prætereà Epocha Chriſtiana utitur, qua niſi poſt ſæculum decimum Syri Meſopotameni uſi non ſunt.

Imperatoris, Anno Græcorum 830. Christi 519. Episcopatum Batnarum Sarugi obtinuit. Demùm anno Græcorum 833. Christi 521. die 29. Novembris ex hac luce migravit. Sic errorem amanuensis emendamus, qui pro anno ܬܠܬܝܢ 833. quo Jacobus decessit, perperàm habet ܬܠܬܝܢ 832. contra id, quod paulò ante scripserat, eum nimirùm anno Græcorum 830. Episcopum ordinatum, sedem tenuisse *annis duobus cum dimidio*. Accedit testimonium Dionysii Patriarchæ, qui Sancti Doctoris obitum ad annum Græcorum 833. disertè consignat, his verbis:

ܒܫܢܬ ܬܠܬܝܢ ܡܬ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܦܪܢܐ ܕܒܬܢܐ ܕܣܪܘܓ ܘܒܗ ܫܠܡ ܡܫܝܚܘܬܗ ܕܡܘܫܐ ܫܠܝܛܐ ܗܘܐ :

Anno 833. *obiit Sanctus Mar Jacobus Doctor, Episcopus Batnarum Sarugi, cui Moyses substitutus fuit.*

VI. Naironi, & Gulielmi Cave opinio circa ætatem Sarugensis rejicitur.

Hinc rejiciendus Naironus, qui in Evopl. Par. I. pag. 48. & Par. II. pag. 112. ætatem Jacobi nostri ad annum Christi septingentesimum protrahens, eundem cognomini Edesseno æqualem facit; quum tamen præter suprà allata argumenta, Jacobus ipse Edessenus in Præfatione ad secundum Tomum Homiliarum Severi, Sarugensem Scriptoribus quarti & quinti sæculi accenseat, nimirùm Ephræmo, Isaaco, & Philoxeno Hierapolitano. Naironi testimonio deceptus Gulielmus Cave in hist. liter. tom. 2. pag. 110. sic de eodem Jacobo scribit: *Tertius erat Jacobus Episcopus Sarugensis, (Sarug urbs est Mesopotamiæ propè Haran, seù Charras,) fide Orthodoxus, Edesseno ætate par, cujus Hymni antiqui, aliaque Opera eleganti stylo composita, in Monasterio Sanctæ Mariæ de Canubin in Monte Libano hodie asservantur.* Asservabantur nimirùm, dum Naironus & Gulielmus scribebant: sed anno proximè elapso in Bibliothecam Vaticanam advecta sunt ex munificentia & liberalitate Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Jacobi Avodii Patriarchę Maronitarum Antiocheni, quem alia insuper egregia manuscripta pro eadem Bibliotheca mihi suppeditasse, in Præfatione indicavi.

VII. Catholica Jacobi Fides vindicatur.

Catholicam Sarugensis fidem fuisse, pluribus argumentis demonstratur. Et Primò quidem ex ejus scriptis, quæ citantur à Joanne Marone in Tractatu adversùs Nestorianos & Monophysitas Cod. Ecchell. XIV. à fol. 43. ubi Jacobus duas in una Christi persona naturas disertè profitetur: quod sufficit, ut probetur eum Religionem Orthodoxam coluisse, quum ea ille ætate, iisque in locis vixerit, ubi Catholicos inter & Hæreticos unica erat de divini Verbi Incarnatione disceptatio. Sic autem inducit Jacobus Mariam Magdalenam Christum alloquentem in Sermone, qui *de Lazaro quatriduano* inscribitur. ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝܡ ܡܓܕܠܝܬܐ ܥܡ ܡܫܝܚܐ : ܘܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܪܝܡ ܠܡܫܝܚܐ ܕܐܚܝ ܠܐܪܝܐ ܕܐܪܒܥܬ ܝܘܡܝܢ ܡܝܬ ܗܘܐ . ܡܪܝܡ ܡܓܕܠܝܬܐ ܐܡܪܬ ܠܡܫܝܚܐ ܕܐܚܝ ܠܐܪܝܐ ܕܐܪܒܥܬ ܝܘܡܝܢ ܡܝܬ ܗܘܐ : ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܪܝܡ ܠܡܫܝܚܐ ܕܐܚܝ ܠܐܪܝܐ ܕܐܪܒܥܬ ܝܘܡܝܢ ܡܝܬ ܗܘܐ . ܡܪܝܡ ܡܓܕܠܝܬܐ ܐܡܪܬ ܠܡܫܝܚܐ ܕܐܚܝ ܠܐܪܝܐ ܕܐܪܒܥܬ ܝܘܡܝܢ ܡܝܬ ܗܘܐ : ܡܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܪܝܡ

ܡܪܝܡ ܐܡܪܬ ܡܗܝܡܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝ ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܘܕܐܬܐ ܗܘܐ ܥܡ ܐܒܘܗܝ ܕܝܠܗ ܐܢܐ ܡܪܝ ܕܠܐ ܐܝܟ ܒܪܢܫܐ ܐܒܐ ܘܠܐ ܐܝܟ ܒܪܝܐ ܐܡܐ ܒܝܢ ܫܘܪܝ ܫܡܝܐ ܡܢܝ ܕܡܫܟܚ ܕܬܬܝܠܕ ܒܪ ܐܒܐ ܚܕ ܘܠܐ ܡܬܚܙܐ ܕܐܝܠܝܦ ܐܒܐ ܕܝܠܝ ܗܘܐ ܕܐܦ ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܕܐܦ ܐܢܐ ܡܪܝ ܕܐܦ ܐܕܡ ܩܕܡܝܐ ܡܫܚܐ ܘܒܫܡܥܘܢ ܫܝܫܐ ܒܚܘܪܝ ܒܗܝܟܠܐ ܩܕܝܫܐ ܡܫܬܩܠ ܗܘܐ ܡܪܝ ܕܬܪܝܢ ܛܒܥܝ ܬܪܝܢ ܒܪܝ ܐܝܬ ܠܟ ܒܪ ܐܒܐ ܚܕ ܘܒܪ ܐܡܐ ܚܪܬܐ ܕܡܪܝܡ ܕܠܐ ܐܝܟ ܒܪ ܐܒܐ ܕܪܘܚܐ ܘܒܪ ܐܡܐ ܕܒܪ ܕܘܝܕ ܗܢܘ ܡܢ ܐܒܐ ܘܗܢܐ ܡܢ

ineunte sexto sæculo floruit, in Libro quem de Receptione Hæreticorum ad Joannem ejusdem Ecclesiæ Presbyterum scripsit, apud Cotelerium tom. 3. monument. Eccl. Græcæ pag. 396. Sarugensem *Orthodoxum* disertè appellat, his verbis: Εὐτυχιανισταὶ & ὁ τούτων κοινωνὸς Διόσκορος καὶ λοιπὸν Σεβῆρος, καὶ Ἰάκωβος, οὐχ' ὁ Βάτνων ὁ ὀρθόδοξος, ἀλλ' ἕτερος αἱρετικὸς, & οἱ λοιποὶ Ἀκέφαλοι: *Eutychianistæ, eorumque Sodalis Dioscorus, ac deinde Severus, & Jacobus,* NON ILLE BATNARUM ORTHODOXUS, *sed alius hæreticus, cæterique Acephali*. Joannes Maro in Tractatu adversùs Nestorianos ac Monophysitas, Sarugensis testimonio Orthodoxam fidem de Incarnationis mysterio probat, ut suprà vidimus. Maronitæ, qui à Nestorianis & Jacobitis semper abhorruere, Jacobum non modò ut Catholicum Scriptorem amplectuntur, sed tamquam *Sanctum* colunt, ut notavimus pag. 283.

Tertio probatur Catholica Jacobi religio ex ætate & locis, quibus ille floruit. Vixit enim in Mesopotamia, quando Syri nondum à Jacobo Baradæo, seù Zanzalo dementati, in Monophysitarum verba juraverant: Presbyterum insuper agebat, quum Antiochię Catholicus Patriarcha Flavianus præesset, Edessæ Petrus Episcopus, Constantinæ Baradatus, aliisque urbibus alii Episcopi Orthodoxi, præter Philoxenum Hierapolitanum, & si quos alios paucos: Episcopatum verò administrare cœpit, quando Justini Imperatoris jussu Antiochiâ Severus pulsus est, Hierapoli Philoxenus, cæterique ex Mesopotamia & Syria hæretici, quorum nomina recenset Dionysius in Chronico ad annum Græcorum 829. Atqui eandem etiam Jacobus pœnam subiisset, si ejusdem cum Monophysitis persuasionis fuisset: quod tamen nemo de illo literis prodidit.

Quartum pro Jacobo argumentum est altum Catholicorum Patrum de eo silentium, qui per id tempus contra hæreticos scripsere, ut Liberatus Diaconus, Joannes Cæsareensis Episcopus, Ephræm Patriarcha Antiochenus, Anastasius Synaita, aliique. Nam si Jacobus noster Monophysitarum, vel Nestorianorum insania laborasset, cum utique impugnassent, vel saltem inter hæreticos recensuissent. Neque verò aut obscurus homo erat Jacobus, ut eos latere posset, aut ipsi tàm hebeti ingenio, ut hominem, qui infinita propemodùm volumina ediderat, minimè deprehenderent. Severum, Xenajam, Petrum Apameensem, Zoaram Syrum, Moysen Persam, aliosque obscuros homines exhibent Acta Conciliorum, Epistolæ Monachorum, vel Episcoporum, Opera Scriptorum illius ætatis. Sarugensem nullus Catholicorum quinti, sexti, vel septimi sæculi accusavit.

VIII. Renaudotii argumentis contra Sarugensem occurritur.

Accusat tamen Jacobum nuperrimè Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. eumque hæreticorum Monophysitarum antesignanum fuisse pronunciat, nedum hæreticum. *Fuit ille*, (verba ejus sunt pag. 367.) *ut Christiani tam Orthodoxi, quùm Nestoriani testantur, Severi Antiocheni Discipulus, & maximus Jacobiticæ fidei propugnator, quum alter in exilium pulsus foret: successoremque in eadem causa sustinenda habuit Jacobum alium Baradatum, à quo Jacobitas nominatos fuisse, Nicephori, Eutychii Alexandrini, & aliorum multorum opinio fuit*. Capita autem accusationum adversùs Sarugensem, tria adducit: Primum, *quia inter Ecclesiæ Jacobiticæ Doctores numeratur in* Ομολογια, *sive confessione Fidei, quæ ab ordinandis exigitur*. Alterum, *quia multa ejus testimonia occurrunt in Tractatu de Fide Patrum*. Tertium, quia *Nestorianæ historiæ Scriptores tradunt, Jacobum æqualem fuisse Acacio, quem vigesimum secundum Catholicorum suorum numerant: literis sacris operam dedisse in Schola Edessena, quæ florentissima tunc fuit: & initio Nestoria-*

sterianorum opinioni adhæsisse; posquam verò Anastasium Imperatorem Severo plurimùm tribuere, & in ejus sententiam consensisse intellexit, unius naturæ fidem professum fuisse, illamque acriter defendisse. Sed antequam objecta hoc loco à doctissimo Viro in examen vocemus, doceri vellem, quosnam Orthodoxorum nomine intelligat, quum ait, *Christianos omnes tàm Orthodoxos, quàm Nestorianos testari, Jacobum nostrum Severi Antiocheni Discipulum fuisse, & maximum Jacobiticæ fidei propugnatorem*: Jacobitas' ne *Orthodoxos* nominat Renaudotius? At ipse Orthodoxus haudquaquam esset, si hoc titulo Hæreticos insigniret. Maronitas designat? At Maronitæ Sarugensem nec Severi discipulum faciunt, nec Jacobiticæ hæreseos propugnatorem, ut suprà dictum est. Græcos, seù Melchitas intelligit, quos frequenter *Orthodoxos* appellare solet? At hi Ritualibus Libris insertum legunt Timothei Presbyteri Constantinopolitani Librum de Receptione hæreticorum, in quo Jacobus noster *Orthodoxus* disertè dicitur. Superest igitur Renaudotio unicum Nestorianorum testimonium contra Jacobum: quod tamen hac in re doctis Viris non tanti faciendum est, ut Catholicos Scriptores Jacobo ferè pares, qualis fuit Josue, Isaac, Timotheus, & Joannes Maro, rejiciamus: maximè quum Nestoriani Orthodoxos omnes Syros, qui post Nestorium scripsere, Jacobitas, & Severi atque Jacobi Discipulos appellare soleant. Præterea edisserat nobis Renaudotius, quo nomine Jacobum Severi Discipulum dicat, nisi eum cum Baradæo, seù Zanzalo confundat? Sarugensis enim, quum Severus Antiochenam Sedem invasit, sexagenario major erat, scriptaque ferè innumera ediderat, ut ex laudata ejus vita colligitur: nec Severus, antequam Throno Antiocheno incubaret, docuisse quemquam in Mesopotamia, vel in Syria perhibetur. Quod autem Renaudotius vocat Jacobum nostrum *Jacobiticæ fidei maximum propugnatorem*, non video, quomodo cum iis cohæreat, quæ subjungit, *à Jacobo altero Jacobitas cognominatos fuisse, quem noster Jacobus in eadem causâ sustinenda Successorem habuit*. Si Jacobus Baradæus Sarugensi in sustinenda Monophysitarum causâ successit, non fuit igitur Sarugensis propugnator *Jacobiticæ fidei*. Frustra autem Renaudotius de rebus Armeniæ historiam opponit, quam è Regio Codice edidit Combefisius: à Sarugensi nimirùm Jacobo nomen Jacobitas habuisse, quem Auctor illius narrationis Γάκωβον πιτναν̃ε, hoc est Botnanensem, seù Batnensem vocat: nam ut Renaudotius ipse advertit loco cit. Jacobitas à Jacobo Baradæo, seù Zanzalo, non à Batnensi nominatos fuisse, nemo est, qui in dubium revocare possit, nisi historiæ Ecclesiasticæ sit planè ignarus.

Hinc ad Renaudotii argumenta regredior. Ad primum, Jacobus, inquit, in confessione Jacobitarum nominatur. Quid inde, si in eadem Confessione ostendam inter Doctores Ecclesiæ Jacobiticæ nominari Athanasium, Cyrillum, Ephræmum? An Renaudotius illos Jacobitas fuisse dixerit? Habemus in Urbe duos præstantissimos Codices Ordinationum Jacobitarum, alterum Vaticanum, alterum in Biblioth. Collegii de Propaganda Fide. Uterque constanter exhibet præter memoratos, alios Catholicos Doctores, qui eorum hæresim expressè damnant, & in Concilio Chalcedonensi contra ipsos producti fuerunt, Gregorium Nazianzenum, Basilium, Theophilum, Epiphanium, Chrysostomum.

Ad secundum. Producitur etiam à Jacobitis, & multò frequentiùs, Cyrillus, Athanasius, Nazianzenus, & alii Catholici Patres. Codices sunt præ manibus, prostant in publicis Bibliothecis: consulat Renaudotius ipsum *Tractatum de fide Patrum*, ad quem nos provocat.

Ad

Ad tertium. Marim Salomonis, & Amrum Matthæi, qui Nestorianorum historiam Nestoriani ipsi post decimum sæculum scripsere, nihil hac in re moramur: neque enim ullum hujus narrationis idoneum testem citant, sive Catholicum, sive Monophysitam, sive eorum temporum Scriptorem Nestorianum. Quod autem *de Schola Edessena* scribunt, arguit eos de rebus Syriacis parùm edoctos: Supponunt enim, unam Edessæ Scholam fuisse, in qua Mesopotameni cum Assyriis Persisque, quales erant Jacobus noster & Acacius, sacras literas docebantur. At plures in ea urbe Scholas exstitisse, vidimus pag. 204. Assyrios verò Persasque, seù Christianos Persarum ditioni subjectos, Scholam, quæ Persica vocabatur, separatim ab Edessenis, ac reliquis Mesopotamenis habuisse, ibidem ex Simeone Beth-Arsamensi, Theodoro Lectore, & Dionysio Patriarcha ostendimus. Falsum est igitur, Jacobum, qui Mesopotamenus erat, cum Acacio Assyrio sacris literis in Schola Edessena, hoc est, Persica, operam dedisse.

Cætera, quæ adversùs Sarugensem argumenta producit Renaudotius pag. 381. solvemus, ubi de Jacobo altero Edesseno sermo erit. Interim enodanda est inextricabilis difficultas, quam Renaudotius, vir cæteroquin Syriaci sermonis haud ignarus, pag. 367. circa titulum Jacobi nostri movet. TABELITA, inquit, *unde dictus sit, haud aliter scimus, quàm ex Cod. ms. inscriptione: ex qua etiam conjectari licet, non pauca Constitutionum Ecclesiasticarum fragmenta, quæ in Nomocanone Syrorum leguntur nomine* TABELITÆ, *ad hunc esse referenda*. At Renaudotium, qui Solem, ut ajunt, ubique metitur, præcipuè quum de Maronitis verba facit, quos ubique malè habet, mirum non fuit, Terram non vidisse. Terram enim, sive Orbem terrarum, significat vox illa ܬܒܠ TIBEL; Tibel, inquam, non TABEL, ut ipse mendosè legit, cui respondet Hebraicum תֵּבֵל *Tebel*. Inde derivatur ܬܒܠܝܠܐ TIBELOJO (non Tabelita) *mundanus*, *Oecumenicus*, & *Universalis*. Quapropter Synodus Oecumenica Syris appellatur ܬܒܠܝܠܝܬܐ TIBELOITO, & Doctor universalis ܡܠܦܢܐ ܬܒܠܝܠܐ MALPHONO TIBELOJO. Hinc etiam Canones Conciliorum Oecumenicorum dicuntur ܩܢܘܢܐ ܬܒܠܝܠܐ *Conune Tibeloje*, vel absolutè ܬܒܠܝܠܐ *Tibeloje*, aut cum nota genitivi casus ܕܬܒܠܝܠܐ, *D-Tibeloje*, hoc est, *Universalium*, seù *Oecumenicorum Patrum*, qui nimirùm ex toto Orbe in Synodis convenerunt. Sic intellecta vera illius vocis *Tibel* significatione, optimè explicantur, quæ tantam difficultatem Renaudotio fecerunt. Sic enim se res habet: & Jacobus quidem, ut præfert titulus Liturgiæ apud eundem pag. 356. verè est *Doctor Tibelojo Universalis*: & fragmenta Constitutionum Ecclesiasticarum, quæ in Nomocanone Syrorum citantur, sunt *D-Tibeloje*, idest, Patrum Synodi œcumenicæ, seù generalis.

IX. Reliqua objecta diluuntur.

Sunt & alia, præter adducta à Renaudotio, accusationum capita adversùs Sarugensem, quæ hic dissimulare fas non est. Primum petitur ex quodam sermone, qui exstat in Cod. Nitr. V. fol. 139. hoc præfixo titulo.

ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܥܠ ܣܘܢܗܕܘܬܐ ܕܟܠܩܕܘܢ ܕܐܬܬܩܪܝ ܕܡܬܬܟܪܝܢ ܒܬܫܡܫܬܐ ܕܡܪܝ ܣܘܪܝܢ ܩܬܝܕܐ ܕܐܝܟܠܐ ܕܡܪܝܡ ܕܠܐ ܚܙܘ ܐܪܥܐ ܘܟܠܗ ܐܪܥܐ ܗܘ ܬܒܠ ܘܗܝ ܡܠܬܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܡܢ ܟܠ ܡܢ ܕܠܐ ܚܙܘ ܐܪܥܐ ܘܠܐ ܡܢ ܕܠܐ ܡܠܦ ܡܢ ܣܦܪܐ ܩܕܝܫܐ :

Sermo Sancti Mar Jacobi adversùs impiam Synodum Chalcedonensem, qui congruè legi potest in Commemoratione Sancti Mar Severi Ecclesiæ Columnæ,

lumnæ, qui contra duarum naturarum aſſertores multùm decertavit. Incipit autem : ܗܢܐ ܟܬܒܐ ܕܣܢܗܕܘܣ ܕܐܬܪܟܘ ܒܬܪܝܗ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܢܦܩܘ ܡܢ ܫܘܥܒܕܐ ܕܡܢ ܫܡܗ ܡܟܚܫܝܢ :

Fortiſſime ſæculorum, qui virtute tua mundum liberaſti, libera Eccleſiam tuam à ſervitute eorum, qui nomen tuum abnegant: ubi poſt prolixam Divini numinis invocationem, longaſque ambages, tandem Concilii Chalcedonenſis nomen prodit his verbis : ܗܘܝܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܬܟܢܫܘ ܫܘܒܥܐ ܕܩܠܩܝܕܘܢܝܐ ܕܩܪܝܘ ܠܗ ܩܠܩܝܕܘܢ ܘܡܠܝܠܘ ܒܗ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ :

Hæc eſt Synodus Chalcedonenſis, quam Cacodæmones, & projecti cælo Spiritus congregarunt, ejuſque conſiliarii fuere.

Secundum, quod in Epiſtola ad Samuelem Abbatem monaſterii S. Iſaac Gabulæ, quæ exſtat in Cod. noſtro Syriaco XI. duas Chriſto ineſſe naturas, naturarumque proprietates poſt unionem Hypoſtaticam remanſiſſe, negat : quæ eſt ipſiſſima Jacobitarum hæreſis : ſic enim ſcribit :

ܠܐ ܕܢܦܩܘ ܡܬܚܕܐܝܢ ܐܢܘܢ ܒܚܕ ܘܠܡܢܐ : ܡܢܗܢܢ ܠܐ ܘܠܐ ܕܢܗܘܝܢ ܬܪܝܢ ܡܬܚܕܝܢ ܐܝܟ ܕܐܢܘܢ ܡܬܚܕܝܢ ܡܢ ܚܕ ܕܢܗܘܢ ܬܪܝܢ ܡܬܚܕܝܢ ܡܢ ܚܕ ܕܢܗܘ

que hujusmodi anathematismo. Neque id mirum: nam & libros Sanctorum Patrum sæpenumero corruperunt. Multos quoque Apollinaris libros Athanasio, & Gregorio Thaumaturgo, & Julio falsò adscripserunt. Quibus præcipuè libris multitudinem in erroris sui societatem inducunt.

Ad Primum, sermonem illum Jacobo nostro falsò adscribi, ostenditur primò, quia Jacobi quidem nomen, non tamen Sarugensis præfert: Deinde stylus tàm abjectus, tàm probrosus à tanto Doctore abhorret, ut attentè consideranti hunc, aliosque sermones apparet. Id insuper, quod initio dicitur, ܕܢܦܨܘܢ ܠܥܕܬܟ ܡܢ ܥܒܕܝܗܘܢ ܕܠܐ ܡܘܕܝܢܝܢ ܠܫܡܟ: *Libera Ecclesiam tuam à servitute eorum, qui nomen tuum abnegant*, satis arguit, Auctorem hujus sermonis sub Mahometanorum servitute vixisse: hos enim *Infidelium* nomine, non Imperatores Chalcedonenses intelligi, liquet ex communi Christianorum loquendi more, etiam Jacobitarum, qui Marcianum, Leonem, Justinum, aliosque Chalcedonensis Synodi propugnatores, *Hæreticos* quidem nominant, non tamen *Infideles*. Quamobrem haud temerè dixerim, à nebulone quodam Jacobita sermonem illum sub nomine Jacobi Sarugensis publicatum fuisse, ut indicat etiam elogium, quo Severus Patriarcha Antiochenus in titulo exornatur. Scriptorem enim illius Codicis Jacobitam fuisse, colligitur tùm ex hoc loco, tùm ex annotatione, quam Codici subjungit, ubi testatur, se in Scetensi Syrorum monasterio, in quo monachi Jacobitæ habitabant, hunc Librum exarasse. Et sicuti hoc loco tribuit Jacobo, quod suum non est, ita in Sermone de Lazaro fol. 360. in eodem Codice ex industria omittit gravissimam Sancti Doctoris auctoritatem de duabus Christi naturis, quam ex Joanne Marone suprà citavimus pag. 290. Nec mirum, quod quinto ab obitu Jacobi nostri sæculo, Opera ejusdem à Jacobitis corrumpi cœperint, quum Jacobus Edessenus apud Gregorium Barhebræum in Horreo mysteriorum in Genes. cap. 6. id paulò post mortem S. Doctoris factum testetur de Sermone illo, quo Adami corpus ad imaginem Dei esse asseritur. Verba Barhebræi loco cit. hæc sunt. ܘܡܛܠ ܕܟܬܒ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܦܪܝܢܐ ܕܥܠ ܡܠܬܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܛܪܢܐ ܕܣܘܪܘܓ ܗܘ ܕܐܡܪ ܕܢܚܬ ܐܠܗܐ ܠܡܘܟܟܐ ܕܛܝܡܐ ܘܥܦܪܐ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܕܐܕܡ ܘܒܗܘ ܛܝܡܐ ܨܒܐ ܐܠܗܐ ܕܫܡܗ ܒܗ ܗܘ ܕܐܡܪ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܕܐܣܝܢܐ ܠܡܬܩܒܠ ܗܢܐ ܡܠܬܐ ܕܠܐ ܡܩܒܠ ܠܗ ܐܝܟ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܣܪܘܓܝܐ ܗܘ ܕܐܡܪ ܕܢܚܬ ܐܠܗܐ ܠܡܘܟܟܐ ܕܛܝܡܐ ܘܥܦܪܐ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܕܐܕܡ ܘܒܗܘ ܛܝܡܐ ܨܒܐ ܐܠܗܐ ܕܫܡܗ ܒܗ ܗܘ: *Objectio: Ait Sanctus Jacobus Sarugensis, Descendit Deus, & pervenit ad modicum lutum, pulverem, inquam, Adæ, & in eo luto imaginem suam Ens summum impressit. Solutio. Jacobus Episcopus Edessenus rejicit hunc sermonem, nec eum, tamquam Sancti Jacobi Sarugensis, admittit.* Audi quid de hujusmodi Jacobitarum dolis scribit Gabriel Barclajus Archiepiscopus Nicosiensis in carmine de veritate & mendacio Codice Ecchell. XVII. اتهموا الملفان مار يعقوب وهو من قول اخر مكتوب من قول ماريرا المغضوب والبرادعى والنصيبيني: *Calumniati sunt* (Jacobitæ) *Sanctum Doctorem Jacobum, quum tamen id ab aliis dictum sit: à maledicto, inquam, Severo, à Baradæo, & à Nisibeno*: ubi *Nisibeni* nomine intelligit Joannem Jacobitam Episcopum Haran, Chaburæ, & Nisibis, cujus Anaphoram habemus in Codd. Vaticanis, vel Barsaumam Nisibenum Episcopum, qui Nestorianam hæresim in Assyria suscitavit, teste Eutychio Alexandr. tom. 2. Annalium in Justiniano Imp. & Nairono in Evopl. pag. 12.

Ad secundum, nisi locum à Jacobitis quoque vitiatum dicamus, non abso-

absolutè negat Jacobus duas Christo inesse naturas, sed eas in duabus personis subsistentes, vel abinvicem separatas. Id enim indicat, quum de Nestorio scribit, *ausus est statuere, duas naturas expressè & distinctè* (hoc est, separatim) *in Christo etiam post unionem numerandas esse, & unicuique naturæ suam inesse personam, quæ distinctè per se subsistat*. Idem dicendum de *naturarum proprietatibus*: quo nomine non proprietates intelligit, quæ ad rerum substantiam spectant, quales sunt in homine proprietates naturales animæ & corporis; sed eas dumtaxat designat, quæ accidentales sunt, & extrinsecæ. De his hæc scribit in Epistola ad Samuelem post relata verba:

ܗܘܝܐ ܕܝܠܗ ܕܐܠܗܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܐ ܠܐ ܢܬܟܠܠ ܠܐ ܢܣܒܪ ܠܐ ܢܬܚܢܢ ܠܐ ܢܬܪܒܐ ܠܐ ܢܬܡܫܚ ܠܐ ܢܬܨܠܒ ܠܐ ܢܬܩܒܪ ܠܐ ܢܬܪܚܩ ܠܐ ܢܫܬܐ ܚܠܒܐ ܠܐ ܢܬܛܒܠ ܠܐ ܢܬܡܬ ܠܐ ܢܢܚܬ ܠܫܐܘܠ ܠܐ ܢܬܦܪܩ ܠܐ ܢܬܦܟ ܡܢ ܡܘܬܐ ܠܚܝܐ ܠܐ ܢܬܩܢ ܠܐ ܢܬܩܢ ܠܐ ܢܬܩܢ

ܩܕܡ ܕܢܬܪܚܩ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܘܩܫܝܫܐ ܕܒܬܢܝܐ ܕܣܪܘܓܝ ܕܠܐ ܨܒܐ ܠܡܐܬܐ ܠܘܬ ܦܘܠܘܣ ܕܚܙܐ ܕܠܝܬ ܗܝܡܢܘܬܐ ܫܠܡܐ ܘܟܕ ܡܛܠ ܕܦܘܠܘܣ ܠܝܥܩܘܒ ܠܡܬܚܢܢ ܗܘ ܩܐܡ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܒܒܟܝܐ ܘܒܪܚܡܐ ܗܟܢܐ ܩܐܡ ܨܠܐ ܡܪܝ ܐܠܗܐ ܕܝܕܥ ܟܣܝܐ ܕܒܪܢܫܐ ܘܡܕܥ ܕܠܒܐ ܗܘ ܐܢܬ ܕܝܕܥ ܠܦܘܠܘܣ ܕܠܝܬ ܗܝܡܢܘܬܐ ܫܠܡܐ ܗܘ ܐܝܟ ܕܡܛܠ ܕܠܐ ܨܒܐ ܠܡܐܬܐ ܠܘܬ ܦܘܠܘܣ ܠܡܬܚܢܢ

anno primo Justini Senioris in fine anni Græcorum 829. ut ipsè Dionysius testatur fol. 91. Vacavit Sedes annum unum, hoc est, totum annum 830. Initio anni 831. subrogatus fuit Paulus, qui sedit annum unum, eodem Dionysio teste fol. 94.

ܦܘܠܘܣ ܡܫܘܡܐ ܚܕܐ ܒܥܕܬܐ ܡܝܬ ܗܘܐ:

Paulus autem Judæus post annum unum mortuus est: nimirùm exeunte anno 831. aut initio sequentis. Quomodo igitur Jacobus, qui, ipso Dionysio teste, anno 833. obiit, accersiri potuit à Paulo, ut rationem fidei suæ redderet, qui anno uno anteà mortuus fuerat? Quomodo Moyses ab eodem Paulo post Jacobi obitum consecratus Batnarum Episcopus? Probabile ergo est, Dionysium Auctorem alioquin bonum & accuratum, falsâ aliquâ suorum gentilium relatione deceptum, ista suæ Chronologiæ imprudenter inseruisse.

XI. Scripta S. Jacobi Sarugensis.

Scripta Jacobi recenset laudatus Auctor Vitæ ejusdem in hæc verba:

ܠܚܙܝܢ ܕܟܠܗ ܡܠܦܢܘܬܗ ܫܬܝܢ ܕܚܡܫܝܢ ܕܡܠܐ. ܡܠܐܢ ܕܡܢܗܘܢ ܚܕ ܗܘܐ ܕܥܠ ܡܪܟܒܬܐ ܡܫܬܡܥ ܠܗ. ܡܠܐܢ ܕܡܢܗܘܢ ܩܠܝܢ ܗܘ ܕܥܠ ܡܪܝܡ ܘܓܘܓܘܠܬܐ ܫܒܩ ܠܗ:

Reperimus, totam ejus doctrinam Prophetas quinquaginta mole æquare: Homilias autem ejus septingentas esse, & tres suprà sexaginta: quarum prima est, quam de Curru scripsit: postrema verò de Maria & Gogoltha, quam imperfectam reliquit. Ubi de Homiliis dumtaxat loquitur, seù de metricis Orationibus, quas metro dodecasyllabo, seù tetrasyllabo ter repetito Jacobus composuit: unde *Jacobiticæ* appellantur, de quibus consule Naironum Evopl. Par. 1. cap. 2. §. 24. pag. 51. Earum Catalogum texit Georgius in laudato Encomio his verbis. ܗܢܐ ܕܦܩܕ ܡܠܦܢܘܬܗ

ܕܥܬܝܩܐ ܘܚܕܬܐ ܡܠܦܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܐܒܐ. ܘܗܢܐ ܕܚܕ ܡܠܦܢܘܬܗ ܕܥܠ ܡܪܝܡ ܘܓܘܓܘܠܬܐ ܕܫܒܩ ܠܗ ܡܫܬܠܡܐ ܠܐ ܡܬܬܝܠܐ ܗܘ ܕܥܠ ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܝ ܡܢ ܐܒܐ ܘܡܬܬܝܠ ܒܥܠܡܐ ܕܢܦܫܗ ܠܢ ܡܝܬܐ ܘܩܒܪܐ ܘܩܝܡܬܐ ܕܡܝܬܐ ܘܕܥܠ ܡܫܬܠܡܘܬܗ ܕܫܠܝܚܐ ܕܐܬܝܠܘ ܒܬܪܗ ܕ

conversatione ejusdem cum discipulis suis, postquam resurrexit: deque gloriosa ejus ad Patrem ascensione &c. Scripsit etiam de cunctis hominum gradibus, qui in mundum prodierunt, disserens, quo quisque opere placuerit Deo. De Adami è terrestri Paradiso ejectione &c. Atque ita Divino Doctori placuit, ab hoc (Adamo) *initium doctrinæ suæ* (Operis sui) *ducere: nam licet Hymnus ille de Curru Ezechielis admirandarum visionum Prophetæ reliquos antecessit; maluit tamen Doctor, Adamum omnium parentem Homiliarum suarum agmen ducere, filiosque patrem sequi: Hoc enim æquum fuit: Hymnosque & Expositiones composuit, in quibus illustrium Virorum imagines expressit, per omnes generationes orationem absque ordinis interruptione deducens.* Atque hìc commemorat Georgius Adam, Hevam, Serpentem, Abel, Cain, Seth, Enos, Noë, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Job, Moysen, Josue filium Nun, Jesum filium Josedech, Eliam, Elisæum, Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, Danielem, Ananiam, Azariam, Misaelem, Jonam, aliosque, de quibus Carmina edidisse Jacobum testatur: demùm sic concludit: ܗܠܝܠܐ ܕܐܠܗܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܡܬܬܠܝܢ ܠܗ ܫܘܒܚܐ ܘܒܫܒܚܐ ܕܐܝܟ ܡܫܝܚ ܡܠܟܐ ܕܟܠܗ ܥܠܡܐ ܕܠܐ ܡܬܦܠܓ ܘܠܐ ܡܬܚܠܦ ܘܠܐ ܡܬܚܠܦ ܘܠܐ ܡܬܦܠܓ

ܕܚܢܢܐ : ܫܠܝܛ ܡܫܬܡܥ ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܫܡܝܐ ܘܡܬܚܙܐ ܠܡܪܝܐ . *Divinoque Spiritu afflatus, de cunctis Cœlestium Ordinibus disseruit: qua scilicet ratione adstent coram Deo: Prætereà de omnibus piorum, impiorumve, qui in mundo exstiterunt, gradibus, sive quum viverent, sive postquam vita defuncti fuerunt, tractavit, eorumque mores gestaque descripsit.* Hactenus Georgius: qui tamen non secùs, atque anonymus Vitæ Jacobi Auctor, metrica Sarugensis Opera dumtaxat recenset. At alias etiam lucubrationes à nostro Jacobo soluta Oratione editas fuisse, ex subjecto Catalogo patebit.

Interim observandum est, metricas Jacobi Homilias eo utplurimùm ordine exhiberi, quo in Ecclesia Syrorum leguntur: ad circulum nimirùm anni Ecclesiastici accommodatas, ut liquet ex Codice Nitriensi V. & ex Codice nostro Syriaco VII. in quibus juxta Ritum Syrorum à Dedicatione Ecclesiæ, quæ septima, vel octava ante Nativitatem Christi Dominica notatur, Homiliarum initium ducitur. Quare hunc etiam nos ordinem in iis recensendis sequemur: sed & alios Codices indicabimus, in quibus eædem Homiliæ, sive Syriaco, sive Arabico Sermone occurrunt. His autem præmittimus Opera, quæ soluta oratione scripsit, & in nostris Codicibus habentur.

Opera S. Jacobi Sarugensis soluta Oratione.

1. Liturgia.

ANAPHORA, seù Liturgia, ܬܫܒܚܬܐ cujus initium: ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܕܐܢܬ ܫܠܝܐ ܠܝܬ *Deus Pater, qui es tranquillitas.* Exstat in Cod. Nitr. III. fol. 160. & Cod. Ecchell. V. fol. 80. prodiitque Latinè per Renaudotium tom. 2. Liturg. Orient. pag. 356. Ejusdem meminit Cornelius Schultingius tom. 3. pag. 106. num. 24. ubi pro *Sarugensi* perperàm habet *Sexugensem*, eamque Anaphoram compositam fuisse tradit *anno à Nativitate Domini quadringentesimo septuagesimo tertio*, manifesto errore: is enim annus ex dictis incidit in annum Jacobi vigesimum primum, quo ille utpotè Sacerdotio necdum initiatus, Liturgiam

giam conſcribere non potuit. Inter Æthiopicas Anaphoras eandem recenſet Job Ludolphus in Lexico: nec mirum, quum Syriaci Anaphorarum Codices non modò in Ægyptum, verùm etiam in Æthiopiam à Syris Jacobitis, quibus circa Incarnationis myſterium communis eſt cum Coptis Æthiopibuſque error, advecti fuerint, & in Æthiopicam linguam converſi. Prætereà Æthiopas in Monte Libano duo habuiſſe monaſteria, alterum S. Jacobi apud Eden, alterum S. Georgii in Valle Canubinenſi propè Hadſcit, teſtis eſt Illuſtriſſimus Stephanus Edenenſis in Chronico ad annum Chriſti 1488. idque manifeſtè colligitur ex titulo دير الحباش *Cœnobium Æthiopum*, quo utrumque monaſterium à Libaniotis in hunc uſque diem appellatur. Sed & Hieroſolymis Hoſpitium à pluribus ſæculis eos habuiſſe, certum eſt ex iis, qui de Peregrinatione Hieroſolymitana ſcripſere. Vide Quareſmium in Elucidatione Terræ Sanctæ tom. 1. Hieroſolymis igitur monachi Æthiopes Anaphoram S. Jacobi alioſque Syriacos Codices in patriam linguam olim fortaſsè tranſtulerunt; vel certè in Monte Libano, quum inter Syros Maronitas verſarentur; aut demùm in Scetenſi Syrorum monaſterio, ubi eos anachoreticam vitam unàcum Jacobitis egiſſe, ex nonnullis Æthiopicis libris ibidem relictis conjicio. Aliam inſuper Liturgiam Jacobo noſtro ex quorundam manuſcriptorum fide tribuit laudatus Stephanus Edenenſis cap. 2. de Orthodoxis Anaphorarum Auctoribus num. 22.

يعقوب السروجى الذى فى السنة الخمسماية وتسعة عشر اجتذب الى كرسى بطنان الذى فى سروج له نافوران احدهما بدوة ܐܬܝܘܗܝ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܒܕܘܬܐ : والثانى ܐܬܝܘܗܝ ܬܪܝܢ ܡܢܗܘܢ ܒܪܢܒܐ :

Jacobus Sarugenſis, qui an. quingenteſimo decimo nono ad Batnarum Sedem, quæ in Sarugo eſt, evectus fuit, duas habet Anaphoras, quarum prima incipit: Deus univerſorum conditor: altera, Deus Pater qui es tranquillitas. Verùm hæc poſtrema dumtaxat genuinus videtur eſſe Jacobi fœtus, ut ſuprà diximus. Illa verò prior, Severo Antiocheno, ſi benè conjicio, reſtituenda: iiſdem enim verbis incipit Anaphora Severi apud Maſium, cujus initium idem Edenenſis adnotavit cap. 7. de Hæreticis Anaphorarum Auctoribus num. 3.

Ordo Sancti Baptiſmi. ܛܒܝܬܐ ܘܛܒܝܬܐ ܫܒܥܐ. Septem Baptiſmi Ritus in Eccleſia Syrorum uſurpari, ex Ritualibus eorum Libris colligitur. Et apud Neſtorianos quidem celebratur Baptiſmus, quem *Apoſtolorum* appellant; Exſtat autem in Cod. Syriaco Vaticano XXXIX. & in Cod. Amidenſi XI. Jacobitæ verò utuntur Baptiſmo *S. Jacobi Apoſtoli, Severi Antiocheni, & Philoxeni Mabugenſis*, qui habentur in Cod. Syr. Vat. XXII. & in Cod. Ecchell. IV. fol. 199.210.223. Maronitæ demùm præter Baptiſmum ejuſdem Jacobi Apoſtoli, uſurpant etiam Baptiſmum *Baſilii Magni, Jacobi Sarugenſis*, & *Jacobi Edeſeni*, ut in Libris Ritualibus paſſim. Quod ad Sarugenſem ſpectat, diſertum ejus nomen in Ordine Baptiſmi præfertur, cujus initium: ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܡܠܟ ܫܪܝܐ ܕܨܘܡܐ ܪܒܝܥܝܐ ܐܬܝܬ ܠܗܝܟܠܐ ܥܡ ܡܪܝܡ ܐܡܐ ܕܡܪܝܐ :

Domine Deus noſter, qui ſecundùm legem quadrageſimi diei, ad Templum cum Maria matre tua adveniſti:

Sic enim inſcribitur: ܛܒܝܬܐ ܘܛܒܝܬܐ ܫܒܥܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܦܪܝܢܐ ܕܣܪܘܓ ܐܬܬܝܠܕ ܘܐܬܬܩܢ ܒܬܪܢܒܐ ܕܣܪܘܓ :

Ordo Sancti Baptiſmi compoſitus à Mar Jacobo Doctore Epiſcopo Batnarum Sarugi.

2. Ordo Baptiſmi.

Epiſtola ad Samuelem Abbatem Mo-

3. Epiſtola ad Samuelem Abbatem.

Monasterii S. Mar Isaac Gabulæ.

ܠܬܘܠܐ ܕܒܝܬ ܡܪܝܐ ܕܝܘܚܢܢ
ܕܩܘܡܐ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܕܒܝܬܗ .

De Trinitate, & Incarnatione Verbi. Exstat in Codice nostro Syriaco XI. fol. 93. Ejusdem fragmentum habetur in Cod. Syr. Vatic. XV. Incipit:

ܟܬܒܐ ܕܩܘܡܐ ܕܡܪܝ ܫܡܘܐܝܠ
ܡܪܒܝܐ ܕܡܢܙܚܐ ܕܒܝܬ ܡܪܝ
ܝܘܚܢܢ ܕܩܘܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܒܝܬ
ܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܓܒܘܠܐ ܕܒܝܬ ܡܫܝܚܐ
ܕܒܝܬ ܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܓܒܘܠܐ : ܡܬܚܢܢ
ܥܒܕܟ ܝܥܩܘܒ ܕܠܐ ܡܫܬܘܬܦ
ܥܡܗ ܒܫܘܬܦܘܬܐ ܕܬܪܥܝܬܐ
ܕܡܫܬܡܥ ܒܗ ܡܢ ܟܠ ܡܢ ܕܠܐ
ܡܫܬܡܥ ܒܗ ܡܢ ܟܠ ܡܢ ܕܠܐ
ܡܫܬܡܥ ܒܗ : ܐܒܐ ܕܠܐ ܝܠܝܕ
ܘܠܐ ܡܬܝܠܕ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ
ܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ ܘܡܫܪܐ ܘܡܬܩܒܠ
ܡܢ ܒܪܗ . ܗܠܝܢ ܬܪܥܝܢ ܡܬܚܢܢ
ܥܠ ܬܪܥܝܢ ܕܡܬܩܝܡܝܢ ܩܢܘܡܐ
ܕܬܪܝܨܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ : ܗܘ ܕܡܫܚܬ
ܠܗ ܠܥܠܡ ܡܢ ܒܪܝܬܐ ܕܟܠ ܡܕܡ
ܕܢܗܘܐ . ܗܘ ܕܡܢ ܩܕܡ
ܕܟܠ ܡܕܡ ܕܗܘܐ ܗܘ ܕܡܫܚܐ :
ܗܘ ܕܡܫܚܐ ܗܘ ܘܗܘ ܕܡܫܚ ܘܠܐ
ܡܫܚܐ ܒܗ ܘܒܗ ܡܫܚ ܠܥܠܡ .

Religioso, Sancto, & electo Dei Mar Samueli Abbati Monachorum sacri Monasterii Beati Mar Isaac Gabulæ, humilis Jacobus Sanctitatis tuæ famulus in Jesu, qui cuncta signo Crucis suæ perficit, salutem. Causas istas, quæ contentionem adversùs purum Orthodoxorum ordinem suscitant, Diabolus hominum inimicus movet excitatque. Ipse enim generi nostro ab initio conditionis nostræ invidit, & adhuc eam impugnat, infestat, perturbat, & fidem subvertere conatur. Pergit Diaboli adversùs Catholicam fidem bellum describere ab orbe condito usque ad Divini Verbi Incarnationem, ubi de Idololatria disserit: qua per Christianam Religionem sublatâ, hæreses in Ecclesiam invectas fuisse dicit, Marcionis scilicet, Bardesanis, Manetis, Audæi, Sabellii, Photini, Arii, aliorumque, usque ad impium Nestorium ejusque assecias. Hos Jacobus unàcum Eutychianis ex professo impugnat, ostendens, unam Christo inesse Personam, ejusque matrem verè Deiparam appellandam. Duas verò Naturas, earumque Proprietates in eo sensu negat, quem suprà exposuimus pag. 297. De Trinitate demùm sic scribit:

ܐܒܐ ܕܡܢ ܩܕܡ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ
ܩܕܝܫܐ ܡܬܝܕܥ ܘܡܫܬܒܚ ܘܡܬܩܪܐ
ܐܠܗܐ ܚܕ ܕܠܐ ܡܫܬܘܬܦ ܥܡܗ
ܒܫܘܬܦܘܬܐ ܕܫܘܒܚܗ . ܐܒܐ ܗܘ ܕܡܪܝ
ܩܕܝܫܐ . ܒܪܐ ܗܘ ܕܡܪܝ ܩܕܝܫܐ
ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܚܕ . ܐܒܐ ܠܐ ܝܠܝܕ
ܘܠܐ ܡܬܝܠܕ . ܐܒܐ ܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ
ܘܡܫܪܐ ܘܡܬܩܒܠ . ܐܒܐ ܕܠܐ ܡܬܝܠܕ :
ܒܪܐ ܡܬܝܠܕ : ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ
ܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ : ܘܡܬܩܒܠ ܡܢ
ܐܒܐ . ܡܬܩܪܐ ܡܢ ܒܪܐ .

Nam Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus agnitus est, & visus, & prædicatus unus Deus adorandus, qui nullam aliam secum habet Personam suæ adorationis participem. Unus est enim Pater Sanctus, unus Filius Sanctus, unus Spiritus Sanctus. Pater ingenitus, Filius genitus, Spiritus ex Patre procedens, & à Filio accipiens. Quæ communis est secundùm Evangelii verba Orientalium Theologia.

Addunt aliquando: ܡܢ ܒܪܐ
ܡܬܩܪܐ ܠܡܗܘܬܗ :

Et à Filio quæ ad essentiam, seù substantiam pertinent, accipit, ut in Liturgiis Xysti, & Ignatii Josephi Bar-Vahib Patriarchæ Jacobitarum Cod. Nitriensi III. & apud Renaudotium tom. 2. pag. 136. 533. qui pag. 274. ex antiquissimo Codice Syriaco Florentino hunc Seleuciensis Concilii sub S. Marutha, & Isaaco Catholico canonem de Spiritus Sancti processione producit: *Confitemur unum Spiritum vivum & Sanctum Paraclitum, qui est ex Patre & Filio.* De Monasterio S. Isaac Gabulæ vide quæ diximus suprà pag. 210. Ejusdem loci

Epi-

Episcopus in Mesopotamia Petrus subscribit Concilio Chalcedonensi.

4. Epistola ad Stephanum Bar-Sudaili.

Epistola ad Stephanum Bar-Sudaili Edessenum. ܠܓܢܝܐ ܕܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܬܪܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܘܓܗܢܢܐ ܕܡܬܩܝܡܝܢ ܡܢ ܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ. Paradisi & Gehennæ æternitatem ex Scripturis, & ratione demonstrat. Exstat in Cod. Syriaco Vaticano XV. fol.57. Eundem Stephanum in apertam hæresim mox lapsum confutavit Philoxenus Mabugensis, seù Hierapolitanus in Epistola ad Abraham & Orestem Presbyteros Edessenos, quæ Epistolæ Jacobi nostri subjungitur in laudato Cod. Vaticano XV. fol.60.

5. Epistola ad Jacobum Abbatem.

Epistola ad Mar Jacobum Abbatem Monasterii Edesseni, quod Napheſciatense, seù *de Anima appellatur.* ܠܓܢܝܐ ܕܡܪ ܝܥܩܘܒ ܡܪܝܐ ܕܐܒܐ ܕܡܢܙܪܬܐ ܕܐܕܬܐ ܕܢܦܫܝܐ ܕܡܬܩܪܝ ܢܦܫܝܐ. Exstat in Codice nostro Syriaco VI. fol.387. & Cod. X. fol. 55. incipit: ܟܬܒܐ ܡܢ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܩܫܝܫܐ ܪܝܫܐ ܕܐܒܐ ܕܡܢܙܪܬܐ ܕܐܕܬܐ ܕܢܦܫܝܐ ܕܡܬܩܪܝ ܢܦܫܝܐ ܕܥܒܕܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܫܡܫܐ ܕܚܝܐ ܘܚܝܐ ܘܠܐ ܡܬܚܒܠܐ ܘܫܘܒܚܐ ܕܟܠܗ ܥܠܡܐ ܫܠܡܐ. ܩܒܠܬ ܟܬܒܐ ܕܩܕܝܫܘܬܟ ܪܚܡܢܝܐ. *Magno, Sancto, religioso, ac præstantissimo Mar Jacobo Presbytero & Abbati Sancti Edesseni Cœnobii, quod de Anima nuncupatur, Jacobus Sanctitatis tuæ famulus in Jesu, qui lux est, & vita, & incorruptibilitas, omniumque decus, salutem. Accepi literas Sanctitatis tuæ, Dei amantissime.* Exponit tria Scripturæ loca. Primum Pauli ad Hebræos 10. v. 26. juxta versionem Syriacam:

ܐܢ ܕܡܢ ܕܡܬܚܛܐ ܠܐ ܢܫܬܪ ܩܘܪܒܢܐ ܠܚܛܝܐ ܐܠܐ ܕܝܢܐ ܕܐܝܡܐ ܘܩܢܐܬܐ ܕܢܐܟܠ ܠܐܝܩܕܐ ܕܢܘܪܐ ܕܡܬܩܢܐ ܠܡܚܝܠ ܠܒܢܝ ܥܠܡܐ. *Siquis enim voluntariè post acceptam veritatis notitiam peccabit, non ampliùs relinquitur hostia, quæ pro peccatis offeratur: sed expectandum erit terribile judicium, & ignis æmulatio, quæ consumptura est adversarios.* Alterum 1. Joannis 5. v. 16.

ܐܢ ܡܢ ܚܙܐ ܠܐܚܘܗܝ ܕܚܛܐ ܚܛܝܐ ܠܐ ܡܬܩܛܠ ܠܗ ܚܝܐ ܠܐܢܘܢ ܕܠܐ ܠܡܘܬܐ ܚܛܝܢ ܐܢܐ ܠܡܐܡܪ ܕܢܬܒܥ ܠܗ ܡܘܬܐ ܠܐ ܠܗܕܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܢܫܐܠ ܠܡܪܝ ܡܕܡ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܚܝܐ ܠܐܢܘܢ ܕܠܐ ܠܡܘܬܐ ܚܛܝܢ. ܐܝܬ ܗܘܐ ܚܛܝܐ ܕܠܡܘܬܐ ܠܐ ܗܕܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܢܫܐܠ ܠܡܪܝ. *Siquis videt fratrem suum peccare peccatum, quod mortis nequaquam reum faciat, petat, & dabitur ei vita: iis scilicet, qui non ad mortem peccant. Est enim peccatum ad mortem: non pro hoc dico, ut roget quis.* Tertium:

ܡܢ ܕܠܐ ܪܚܡ ܠܡܪܢ ܢܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܢܗܘܐ ܡܪܡܐ. ܡܪܢܐ ܐܡܪ ܕܡܢ ܕܪܚܡ ܠܝ ܢܛܪ ܦܬܓܡܝ ܘܠܐ ܡܬܚܫܒ ܢܛܪ ܦܬܓܡܝ ܕܢܗܘܐ ܡܪܡܐ ܗܢܐ ܠܐ ܡܫܬܠܝ ܠܗ ܡܕܡ ܕܢܒܥܐ ܠܗ. *Qui non diligit Dominum nostrum Jesum Christum, anathema sit. Atqui Dominus noster ait: Qui me diligit, mandata mea observat. Qui igitur mandata omnia observare nequivit, videamus, an sit anathema, nec ne?* Monasterii Napheſciatensis, seù de Anima, meminit etiam Dionysius in Chronico ad annum Græcorum 837. fol. 95. ubi de Monachis Edessenis loquens, qui Asclepii Episcopi jussu è Monasteriis suis pulsi sunt, eò quod Sacrum Chalcedonense Concilium recipere detrectabant,

bant, hæc Monasteriorum nomina indicat : ܡܢܝܢܐ ܕܩܕܝܫ ܢܝܩܘܠܐ : ܡܢܝܢܐ ܕܩܕܝܫ ܩܢܢܐ : ܡܢܝܢܐ ܕܐܦܣܬܐ : ܡܢܝܢܐ ܕܩܕܝܫ ܐܘܣܒܝܘܣ : ܡܢܝܢܐ ܕܩܕܝܫ ܗܢܕܒܢܐ : ܡܢܝܢܐ ܕܐܦܣܬܐ ܕܐܪܡܬܐ : ܡܢܝܢܐ ܕܩܕܝܫ ܫܡܘܐܝܠ : ܡܢܝܢܐ ܕܩܕܝܫ ܝܘܠܝܢܐ ܕܣܒܐ ܥܠ ܢܗܪܐ ܕܡܕܝܐ : *Monasterium Sancti Nicolai, Monasterium Sancti Cononis, Monasterium Exedrarum, Monasterium Animarum, Monasterium S. Samuelis, Monasterium Hendibanæ, Monasterium Eusebii de lateribus, & Monasterium S. Juliani Sabæ ad fluvium Medorum.*

6. Epistola Paranetica.

Epistola Paranetica ad Anonymum de Humilitate & Amore Divino, deque vitandis hujus sæculi laqueis. Incipit : ܡܐ ܕܢܦܫܐ ܡܬܚܒܠܐ ܒܚܛܝܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ . *Quum anima noxiis hujus sæculi offendiculis irretitur.* Exstat in Cod. nostro Syriaco VI. fol. 384.

7. Epistola alia Paranetica.

Epistola ad quendam præstantem virum. ܐܓܪܬܐ ܕܐܝܟ ܡܢ ܓܒܪܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ . *Si mala sæculi hujus offendicula.* In eodem Codice Syriaco VI. fol. 391. Naturæ lapsæ miseriam deplorat, quæ virtutem quum amet, ad vitia tamen trahitur.

8. Homilia de Nativitate Domini.

De Nativitate Domini Homilia, seù Expositio. ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܝܠܕܘܬܐ ܕܡܪܢ . ܡܢܝܢ ܕܢܫܬܒܚ ܕܒܪܝܡܐ ܕܫܡܝܐ ܒܫܘܒܚܐ ܕܡܫܬܡܥ ܠܗ ܠܗ

ܐܝܟ ܕܡܬܝ ܕܒܟܠܗܘܢ ܒܥܕܢܐ :
ܕܥܒܕܘ ܒܟܠܗܘ ܫܡܗ ܕܡܪܝܐ ܕܢܥܒܕ:

Quotiescumque ex solemnitatibus Dominicis aliquam celebras, causam illius Festi ob animi oculos primùm ponere te decet. Ibid. fol. 42. & Cod. Nitr. XV. fol. 82.

XIII. Homilia de Resurrectione Domini.

De Dominica Resurrectionis Domini Homilia. ܠܐ ܦܪܝܩ ܐܢܐ ܡܫܒܚܬܐ
ܕܩܝܡܬܐ ܕܡܪܝܢ. ܡܫܬܡܫ ܐܢܐ ܒܡܠܬܐ
ܕܢܒܝܐ ܕܡܪܝܡ ܠܝ ܕܢܬܝܠ ܠܢ
ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܚܕܐ ܘܢܬܚܕܐ ܘܢܚܕܘ
ܒܗ ܠܗ ܫܒܚܐ ܕܫܪܝܐ :

Maximum solemnitatis hodiernæ gaudium verba Prophetæ me usurpare compellit: Hæc est dies, quam fecit Dominus, venite, exultemus, & lætemur. Ibid fol 46. & Cod. Nitr. XV. fol. 100.

Homiliæ Metricæ.

Cod. Nitriensi V.

1. DE *Curru, quem vidit Ezechiel Propheta*. ܡܪܟܒܬܐ ܕܚܙܐ
ܐܙܩܝܐܠ ܢܒܝܐ :

Exstat in Cod. Nitr. V. fol. 1. ubi hæc in titulo adnotatio legitur: ܡܡܪܐ
ܕܝܡ ܪܫܐ ܡܠܝܢ ܡܠܝܢܘܢ
ܕܩܫܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ :

Est autem hic sermo primus omnium sermonum Sancti Mar Jacobi. Vide suprà pag. 299. Habetur etiam Arabico Sermone in Codice nostro IX. quem nuper ex Oriente adveximus, fol. 1. Incipit: ܥܠܝܐ ܘܡܪܝܡ
ܕܡܬܚܙܐ ܒܠܐ ܡܚܙܝܐ : ܕܥܠ
ܡܪܟܒܐ ܕܐܙܩܝܐܠ ܚܙܐ ܒܠܐ ܡܚܙܐ .

Altissime, qui inscrutabili Currui insides, infunde mihi sermonem tuum, ut te sine fine esse, in terra prædicem. Exordium hujus Sermonis aliis verbis, etsi eodem sensu efferunt Georgius in Encomio, & Anonymus in vita S. Jacobi. Verosimile est, istum sermonem ab Auctore postea recognitum, & fortasse etiam auctum fuisse. De immensitate ac potentia Dei præfatus, Currum & quatuor Animalia eleganter describit, & ad literam quidem totam illam visionem de Divini Verbi Incarnatione, & Apostolorum atque Evangelistarum prædicatione exponit; allegoricè verò ad Ecclesiam, Altare, & Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum refert.

Porrò in fine laudati Codicis Nitriensis V. licet temporis adnotatio ex parte exciderit; ex iis tamen quæ supersunt, colligitur, Codicem in monasterio Scetensi S. Pisois Syrorum descriptum fuisse circa annum Christi millesimum centesimum, sub Joanne ejusdem loci Abbate, Basilio Oeconomo, & Monachis Zoche, seù Nicolao, Gabriele, Gabriele altero, Sergio, Josepho, Josepho altero, Aarone, Josue, Josue altero Diacono, Simeone, Barsauma, Bricha, seù Benedicto, Moyse, Michaele Diacono, & Basilio: Hos enim nominat Amanuensis, qui seipsum ejusdem Cœnobii monachum fuisse profitetur, & Codicem hunc ex antiquissimis præfati monasterii exemplaribus transcripsisse: quod etiam affirmaverat suprà fol. 501. à tergo in hæc verba: ܫܠܡ ܕܫܘܪܐ ܫܠܝܐ
ܒܥܕܬܐ ܕܫܒܥܐ ܕܬܫܥܝܐ ܕܥܕܬܐ
ܕܐܝܟܢܐ ܕܫܟܚܢ ܒܟܬܒܐ ܕܩܕܝܫܐ
ܕܡܢܙܪ ܕܣܝܣ ܕܒܝܬ ܡܪܝܡ :

Explicit, Deo juvante, circulus totius hebdomadæ Passionis Dominicæ, sicut reperimus in antiquis Codicibus sacri monasterii Deiparæ, quod in Scete situm est. Ubi notandum illud Cœnobium ab Amanuensi modò *Deiparæ*, modò *S. Pisois* appellari: quia nimirùm utrique nuncupatum erat, quod testan-

testantur gemina Oratoria, quæ in hunc usque diem sub nomine S. Mariæ, & S. Pisois ibidem exstant. Est quidem & aliud Cœnobium in deserto Scetensi haud procul à præfato Syrorum monasterio, quod *S. Pisois* etiamnum appellant, ut in Præfatione diximus: verùm Coptos ibi, non Syros monachos religiosam vitam duxisse, omnia Scetensis deserti monumenta clamant. In eodem Codice legere est & alias inscriptiones, quæ consequutis temporibus appositæ fuerunt. Et Prima quidem nomen ejus, qui Librum vetustate penè detritum restituit, exhibet fol. 2. ܘܟܬܒ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܘܡܓܡܥܗ ܚܪܝܡܐ ܕܡܪܝܡܐ ܡܘܟܐ ܕܟܠܗܘܢ ܚܛܝܐ ܕܒܗ ܕܒܝܬ ܩܕܝܫܐ ܘܫܡܥܘܢܝ . ܡܕܡ ܕܟܠ ܡܢ ܕܩܪܐ ܗܢܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܕܠܢ ܘܠܐ ܗܘ ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܡܬܬܝܗܒ ܠܗ ܚܝܠ ܕܡܬܩܢܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܟܠܗ ܘܡܢ ܗܘ ܕܠܐ ܡܫܬܬܦ ܥܡ ܗܘ ܕܒܡܠܬܐ ܘܕܒܥܒܕܐ ܘܡܢ ܗܘ ܕܡܒܥܐ ܠܡܚܘܠ ܚܛܝܐ ܗܘ ܢܬܒܪܟ ܘܐܦ ܗܘ ܢܬܒܪܟ ܠܗ ܚܝܠ ܕܡܬܩܢܐ ܗܢܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܝܢ ܘܚܡܫ ܒܥܕܢܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܐ ܒܝܘܡܐ ܩܡܝܐ ܕܝܘܢܝܐ :

Colligavit hunc Homiliarum Codicem Georgius Monacherum minimus, & peccatorum maximus ex Urbe Cypri (Nicosia.) *Orate, quæso, pro eo propter Dominum nostrum; nec non pro iis, qui participes cum eo sunt, seù verbo, seù opere. Qui pro aliis veniam imploraverit, veniam & ipse impetrabit. Id factum est anno Græcorum* 1787. *in Festo Pentecostes die primo Junii.* Cæteræ inscriptiones ad eos spectant, qui dum Scetense monasterium adirent, nomen suum in laudato Codice adnotarunt: videlicet, fol. 204. *Aaron Presbyter & Phinees ejusdem frater anno Græcorum* 1845. fol. 203. *Thaneas Presbyter Barsaumæ Presbyteri filius ex oppido* ܩܠܝܢܝ *Clepinensi in Cypro anno Græcorum* 1880. demùm fol. 353. & 386. *Abdalgalilus* عبد الجليلى *seù Galilæi servus* ܥܒܕܐ ܕܓܠܝܠܝܐ *Hierosolymorum Nationis Jacobiticæ Archiepiscopus anno Græcorum* 1975.

2. *De Ecclesia*, Sermo Primus.

ܡܠܬܐ ܕܥܕܬܐ . ܥܕܬܐ ܠܚܟܡܐ ܥܡ ܒܘܩܪܐ ܕܥܕܬܐ ܕܒܝܢܬܐ ܕܟܢܐ.

Virgo Ecclesia cum scrutatoribus judicio contendit. Ecclesiæ allocutio ad curiosos rerum Divinarum scrutatores: ubi disputat non esse investigandum Incarnationis mysterium, sed constanti ac simplici fide credendum, Christum verum Deum esse, verumque hominem ex Virgine natum; & abjecta quidem, naturales scilicet corporis animique affectiones, ad Humanitatem; sublimia verò, seù miracula, ad Divinitatem referenda. Ex hoc carmine insignem locum pro duabus Christi in una persona naturis producit Joannes Maro, ut suprà diximus pag. 291. qui licet in nostro Codice desideretur, (unum enim ex eo folium excidit,) eandem tameu sententiam reddunt quæ sequuntur: ܡܫܝܚܐ ܕܦܓܪܗ ܡܢ ܒܝܬ ܕܘܝܕ ܗܘ : ܘܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܘܬܐ ܡܢ ܥܠܡܐ . ܡܢ : ܒܝܠܕܘܬܗ ܘܒܝܠܕܘܬܗ ܐܬܝ ܠܘܬ ܡܪܝܡ : ܘܐܠܗܘܬܐ ܥܡ ܐܢܫܘܬܐ ܒܫܘܒܚܐ . ܡܢ . ܕܒܟܠܗ ܕܢܣܝܢ ܘܒܡܬܩܢ ܗܘܐ . ܩܝܡ ܒܗ : ܡܢ ܦܓܪܗ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܡܢ ܙܪܥܐ ܕܕܘܝܕ ܘܐܠܗܘܬܗ ܕܡܢ ܥܠܝܐ . *Corporis quidem ejus genus ex domo David est; gloriosa verò Divinitatis ejusdem natura ex Altissimo &c. In Conceptione ejus, & Nativitate duo prædicabo: Divinitatem nimirùm cum Humanitate in uno Salvatore &c. Per abjecta, quæ sustinuit, corporis sui veritatem stabilivit: per admiranda verò, potentiam Divinitatis suæ declaravit.* Exstat in laudato Codice Nitr. V. fol. 9. ubi ܡܠܬܐ ܕܥܕܬܐ

De

De Consecratione Ecclesiæ inscribitur: quia nimirùm à Syris in Festo Dedicationis Ecclesiæ legi consuevit.

Codice nostro Syriaco VII.

Eadem Homilia, licet initio mutila exhibetur in Cod. nostro Syriaco VII. quem ex Oriente nuper adveximus, fol. 1. ubi inscribitur:

ܡܠܬܐ ܕܒܪܫܝܢܐ ܘܕܩܕܘܫܬܐ :

De Scrutatione, & de Consecratione Ecclesiæ. Hunc Codicem ante annum Christi centesimum ac vigesimum suprà millesimum exaratum fuisse, colligitur ex duplici adnotatione, quæ in eodem legitur: & Prima quidem fol. 262. ܐܢܐ ܫܡܥܘܢ ܚܛܝܐ ܕܟܬܒܬ ܗܠܝܢ ܫܛܪܐ ܠܡܪܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܪܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܒܝܬ ܡܫܝܚܐ ܒܛܘܪ ܥܝܠܓ ܒܬܚܘم ܐܝܠܢ ܕܒܘܬܪܢܝܐ ܕܨܒܐ ܠܝ ܫܘܠܛܢܐ ܕܐܬܪܝܪ ܒܩܘܙܦܢܬܐ ܒܬܪܥܐ ܕܩܘܦܪܘܣ ܒܝܘܡܬܐ ܕܚܢܢܝܐ ܕܡܪܝܢ ܕܐܝܬܝܢ ܒܗ ܩܫܝܫܐ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܒܬܪܥܐ ܕܩܘܙܦܢܬܐ ܕܒܬܪ ܬܪܥܐ ܕܩܘܦܪܘܣ ܕܐܝܬ ܒܗ ܩܫܝܫܐ ܕܡܪܝ ܕܐܝܠܝܓ ܕܒܬܪ ܬܪܥܐ ܕܒܘܬܪܢܝܐ

Anno Græcorum millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, mense benedicto Tamuz (Julio); *die decima convênit me Petrum Patriarcham Maronitarum in Antiocheno Throno sedentem, Jacobum nomine ex oppido Ramath diœceseos Botrensis, filius Daniel Monachus ex monasterio Caphtun: ipsique potestatem dedi ex Deo, & ex mea abjectione, ut præesset monasterio Sancti Joannis in Cuzapanta in custodita à Deo insula Cypro: prout consensum suum propriis subscriptionibus firmatum huc miserunt filii monachi, Esau scilicet monachus, & Elias, & Joannes monachus, & Jacobus ejus frater. Laus Domino nostro, Amen.* De Petro, & Jacobo Maronitarum Patriarchis, consule eruditissimum Stephanum Edenensem in Chronico ad annos prædictos.

3. *De Ecclesia*, Sermo secundus, qui *de Encæniis Ecclesiæ* inscribitur.

وشمؤيل كبيلا . ايه كهمنا وجب
كهنمها وذكا مدر :

Tu dives, da egeno Te roganti. Cod. Nitr. V. fol. 11. Ecclesiam à Moyse in Tabernaculo præfiguratam; Altare per Sanctum Sanctorum: Apostolos per duodecim Tribuum principes: Discipulos per septuaginta seniores: & Jesum Christum per Moysen.

4. *De illapsu Altissimi super Montem Synai, & de mysterio Ecclesiæ.* كلا مشهلاه وؤمدا كلا لهؤهمنت
مؤاذه وكبيلا . كيخ كلحنا ورلا
لهمقه كلا لهؤ همنت .

Fortissime sæculorum, qui majestatem tuam ad montem Synai inclinasti. Cod. Nitr. V. fol. 14. Deum nec ascendere, nec descendere, aut loco moveri: Illapsum autem super montem Synai dici, quatenus præsentiam suam per externum illud signum ostendit. Synagogam ibidem à Deo per Moysen desponsatam fuisse, promulgata in Tabulis lege, & sacramentum conjunctionis Ecclesiæ cum Christo in eo fuisse adumbratum.

5. *De Domino nostro, & Jacob: de Ecclesia, & Rachel: deque Lia, & Synagoga.* كلا مذم مكحمد مكلا
كبيلا مؤسلا مكلا كنا مدمهلا .
لهؤسه وجنا حدلحم ولاا
مدهزهمنا ههلا :

Via Filii in omnibus mysteriis præsignata est. Cod. Nitr. V. fol. 17. Divini Verbi Oeconomiam dictis gestisque Prophetarum, ac Patrum prænunciatam: Jacob Patriarcham, dum Liam & Rachel in uxores duxit, Christum mysticè repræsentasse, qui Synagogam & Ecclesiam sibi desponsavit.

6. *De Thamar, & Ecclesiæ symbolo.* كبيلا لاهذ مكلا ولاذه وكبيلا
لا هنم زمبب مكبيلا
سنا وحهمدلم :

Veni, Domine, & misericordiam benignitatis tuæ affer mihi. Codice Nitr. V. fol. 19. & Cod. Nitr. XIV. fol. 28. Incestum Thamar, alioquin detestandum, ex desiderio sobolis excusare conatur, ex qua nascituram Messiam illa sperabat.

7. *De Visione Jacob in Bethel, & de Symbolo Ecclesiæ.* كلا كنه
ومدهد وحمه لهلا هؤهم
ولاذه وكبيلا . وسبم مكهنا هدا
ومهمدلا هزهمنه :

Peramabilis doctrina est, quum discrete profertur. Cod. Nitr. V. fol. 21.

8. *De Annunciatione Zachariæ.* كلا همدزه وادنا . دذ كنوا
ولهموب مدهلا مدهكنمها .

Fili Dei, qui Verbum eloquens es. Cod. Nitr. V. fol. 25. & Cod. nostro Syriaco VII. fol. 5.

9. *De Annunciatione Deiparæ.* كلا همدزه ومكبيلا كنوا . مغا

وؤسعدا

ܘܬܫܩܐ ܡܢܗ ܡܝܐ ܕܚܝܐ ܢܦܩ .

Mare miſerationum, ex quo potus vitæ fluit. Cod. Nitr. V. fol. 31.

10. *De profectione Mariæ ad Eliſabeth.* ܒܟ ܡܪܝ ܠܟܠܗ ܒܪܝܬܐ ܬܬܚܪܟ ܩܢܝܬܝ ܠܫܒܚܬܟ . *Per te, Domine univerſorum, ad tuam cynara mea laudem moveatur.* Cod. Nitr. V. fol. 32.

11. *De Nativitate Domini*, Sermones IV. Primus incipit: ܫܪܝܪ ܝܠܕܘܬܟ ܒܪܝ . ܠܐ ܡܬܝܠ ܦܘܡܝ ܕܢܡܠܠ ܥܠ ܝܠܕܘܬܟ ܪܒܬܐ ܕܐܝܟ ܕܢܗܘܐ ܠܟ ܫܘܠܛܢܐ .

Admirabilis eſt nativitas tua, Fili Dei, nec ſufficit os meum exili lingua magnam generationem tuam enarrare. Cod. Nitr. V. fol. 36. Nitr. XIII. fol. 44. & Syriaco VII. fol. 6. Citatur etiam in Cod. noſtro Arabico XXIII. qui *Fides Patrum* inſcribitur.

12. *De Nativitate Domini* Sermo ſecundus. ܠܐ ܡܬܝܠ ܕܥܒܕ ܡܪܝ ܥܡ ܒܢܝܗ . *Magnum prodigium fecit Deus in nativitate Filii ſui.* Codice Nitrienſi V. fol. 43. Nitrienſi XIII. fol. 125. & Syriaco VII. f. 19. ubi inſcribitur: ܫܪܝܪ ܝܠܕܘܬܗ ܕܡܪܝ ܥܠ ܦܓܪܐ ܘܥܠ ܛܥܝܘܬ ܪܘܚܐ .

De Nativitate Domini ſecundùm carnem, & de immundorum ſpirituum errore.

13. *De Nativitate Domini* Sermo tertius: ܠܐ ܢܬܝܠ ܠܡܠܠ ܕܝܠܕܘܬܟ ܡܪܝ ܠܟ ܡܠܬܝ .

Ad tuam enarrandam Nativitatem ſermo meus moveatur. Cod. Nitr. V. fol. 45. & Syriaco VII. fol. 15.

14. *De Nativitate Domini*, Sermo IV. *Et de Stella quæ Magis apparuit, deque Infantium cæde.* ܠܐ ܡܬܝܠ ܠܡܠܠ ܕܟܘܟܒܐ ܕܐܬܚܙܝ ܠܡܓܘܣܐ ܘܥܠ ܩܛܠܐ ܕܛܠܝܐ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܒܝܬ ܠܚܡ ܒܝܬ ܐܦܪܬܐ .

dri Macedonis: novem autem annos jam transegerat Diocletianus, sceptra tenens Romanorum: & sextum jam Consulatum obtinebat Maximianus: Augarus autem Zoaræ filius his temporibus erat Prætor, & Cognatus erat Episcopus Edessenorum, & magna excitabatur persecutio adversùs Ecclesias omnibus qui erant sub ditione Romanorum. Verùm hæc inscriptio mendosa videtur, quum *annus Alexandri sexcentesimus* in annum Christi 289. incidat; in quem tamen neque nonus Imperii Diocletianei annus, neque sextus Maximiani Consulatus competit: nonus enim Diocletiani annus in Christi annum 292. & sextus Maximiani Consulatus in annum 299. incidit. Prætereà in iisdem Actis mentio fit horum Martyrum, qui ante Samonam & Guriam coronam martyrii adepti fuisse dicuntur, videlicet *Epiphanii*, *Petri*, *& Pamphili cum multis aliis in Cæsarea Palæstinæ*, *Timothei Gazæ*, *Timothei Alexandriæ*, *Agapeti Thessalonicæ*, *Hesychii Nicomediæ*, *Philippi Hadrianopoli*, *Petri*, *Hermetis ejusque Sociorum Melitinæ in confiniis Martyropolis*. Atqui horum plerique post annum Christi 300. passi sunt: certè Timotheus cum Tecla, teste Eusebio lib.8. hist.Eccl. cap.13. & 16. passus est Gazæ *anno secundo persecutionis Diocletiani*, qui in Christi annum 304. competit, ut patet ex Pagio ad annum 302. num. V. Legendum igitur puto, *Anno Alexandri sexcentesimo decimo quinto*, *Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Coss.* qui fuit Christi annus 304. in ipso ardore persecutionis Diocletianeæ, & recenti martyrii S. Timothei memoria: Eo enim anno *Cono*, quem Metaphrastes *Cognatum* appellat, Ecclesiæ Edessenæ præerat, quum in Chronico Edesseno fundamenta illius Ecclesiæ anno Christi trecentesimo decimo tertio jecisse dicatur. Quod de Gotho milite, & Euphemia Sophiæ filia in fine eorumdem Actorum à Metaphraste narratur, Hunnis nimirùm Ephtalitis Edessam obsidentibus, missum fuisse ab Imperatore ad eam urbem defendendam exercitum, Gothumque illum militem pœnam capitis sub *Eulogio Episcopo Edesseno* subiisse, quòd quum uxorem in patria haberet, Euphemiam tamen prætextu matrimonii in ancillam secum abduxisset: suspicor, pro Eulogio *Cyrum*, vel *Sylvanum* substituendum esse: nam Eulogius, ex Chronico Edesseno, obiit Feria sexta in Parasceve anni Græcorum 698. Christi 387. eique successit Cyrus eodem anno, quem excepit Sylvanus anno Græcorum 708. Christi 397. Hunni verò in Mesopotamiam ante annum Christi 395. non invaserunt, ut ex Chronico Edesseno, & ex Dionysio Patriarcha, aliisque ostendimus in notis ad Josue Stylitam pag. 262.

192. *De S. Abibo Diacono, qui Edessæ martyrium subiit.* ܐܒܝܒܐ ܫܡܫܐ ܕܐܬܪܥܝܘ ܒܢܘܪܐ ܘܡܢ ܩܪܝܢ ܠܝ ܡܢ ܓܘܐ ܕܢܘܪܐ ܗܘܘܐ ܩܪܝܒ ܠܝ ܡܢ ܓܘ ܢܘܪܐ ܗܘܘܐ.

Abibus martyr, flammâ circumdatus, è medio me igne vocavit. Codice Nitriensi V. fol. 553. Ejus Acta juncta simul cum rebus gestis Samonæ & Guriæ, Metaphrastes & Arethas Cæsareensis describunt apud Lipoman. tom.5.& Surium tom.6. ubi ex Thelsæa vico ortus, & Diaconatus ordine ornatus dicitur, passusque sub Licinio Imperatore & Lysania Edessæ Præside. Et quidem scribit Jacobus noster, Licinium de Abibi prædicatione edoctum, mandasse Edesseno Præsidi, ut eum è medio tolleret: cui consonant laudata Acta: *Quum hæc*, inquit Metaphrastes, *venissent ad aures Lysaniæ, ea Licinio Imperatori ab eo significantur. Studebat enim, ut ipse ei committeret quæstionem habendam de Christianis, & maximè de Abibo: neque enim fuerat ei priùs commissa. Ille verò literis datis jubet, ut morte Abibum afficiat*. Subjungit Jacobus Orthodoxam A-

bibi

bibi confessionem, quæ in Syriacis ejusdem Actis fortassè exstabat.

ܡܬܟܗܢܝܢ ܕܩܪܒܢܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘܐ ܠܗ ܐܠܗܐ ܕܒܪܢܫ

15. Septembris: *Sarbelius idolorum Sacerdos unàcum Sorore Barbæa conversus est ad fidem Christi per Barsimæum Edessæ Episcopum, & ambo tenti; post gravissima tormenta Sarbelius inter duo ligna sectus est; soror autem capite truncata.*

Hactenus in Cod. Nitriensi V. & Syr. VII. in quibus eidem Sarugensi tribuitur Sermo *de Sacro Chrismate* ܡܫܚܐ ܕܫܘܪܐ f. 452. & 246. init. ܡܫܚܐ ܕܟܝܐ ܕܡܠܝܐ ܒܫܡܐ ܛܒܐ: *Purum Chrisma, quod suavi odore Ecclesiam replevit*: Citaturque non uno in loco ab eruditissimo Stephano Edenensi tamquam genuinus Jacobi fœtus. Verùm Georgio Arabum Episcopo eum restituendum esse, liquet ex eodem Codice Nitriensi V. fol. 457. ubi hæc adnotatio legitur.

ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܕܡܫܚܐ ܕܩܕܫܐ
ܕܥܒܕ ܠܗ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܪܒܐ ܕܐܪܒܐ
ܕܩܘܡܣܐ ܕܥܡܡܐ: *Explicit sermo de consecratione Chrismatis, quæ fit feria V. mysteriorum, editus à S. Georgio Populorum*, idest, Arabum Episcopo, qui Edesseni Jacobi æqualis fuit, ut indicavimus pag. 166.

In eodem Codice Nitriensi V. obrepserunt sub nomine Jacobi nostri duo Sermones, ex Apocryphis Apostolorum Periodis desumpti. Primus fol. 522. inscribitur: ܡܐܡܪܐ ܕܐܬܪܐ ܕܐܪܡܝܐ ܕܫܡܥܘܢ ܫܠܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܕܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ ܕܫܠܝܚܐ. *De urbe Antiochia, quomodo conversa est per prædicationem Simonis Apostolorum Principis, & Joannis atque Pauli Apostolorum*. Incipit: ܐܥܪ ܒܝ ܡܪܝ ܡܠܬܐ ܕܬܪܥܝܬܐ ܕܫܠܝܚܐ: *Excita in me, Domine, intermissum doctrinæ verbum*. Petrus Apostolus, inquit sermonis hujus Auctor, Christi monitu in urbem Antiochiam ad prædicandum Evangelium missus, Joannem laboris socium elegit: quos in Cœnaculo Sion, antequam itineri se committerent, dormientes, Angelus in Vallem Antiochiæ proximam deportavit. Ingressi urbem, Christique fidem libera voce annunciantes, instigante Aëtio summo Sacerdote idolorum, flagris sævissime ceduntur, abrasis insuper ignominiosè eorum capitibus. Occurrens eis Paulus Apostolus, simplicitatem eorundem in prædicando Evangelio redarguit, artificio opus esse, inquiens, ut Antiochenos ad Christi fidem adducant. Simulat proinde, se ethnicorum partes contra Apostolos tueri velle. Conventu ergo Antiochensium facto, miraculum à Petro in confirmationem suæ doctrinæ Paulus exigit. Quumque cæcum sanasset, alteri etiam cæco Paulus visum restituit; ita ut gentiles eum reverà Apostolorum impugnatorem existimarent, qui tamen invocato clam Jesu nomine id signum fecerat. Tandem suscitato per Petrum mortuo, qui Cassiani principis viri filius erat, convictum se Paulus confessus, cæteris facilè persuasit, ut religionem Petri & Joannis amplecterentur. Hac ratione conversi ad Christi fidem Antiocheni, Baptismum â Petro in domo ipsius Cassiani, quæ in Ecclesiam dedicata fuerat, accepere: & primus quidem omnium qui baptismum susciperet Aëtius fuit, quem Apostolus insigni miraculo per Baptismalem aquam edito convicerat. Hinc originem duxisse Clericorum Tonsuram, seù Coronam, asserit Pseudo-Jacobus: cui tamen cæteri Scriptores Orientales refragantur, dum Coronæ Clericalis causam in tonsum Petro Romæ, non Antiochiæ, caput referunt. Cassiani Ecclesiam memorat Antonius in Vita S. Simeonis, ut diximus pag. 253.

Alter sermo sub nomine Jacobi nostri fol. 532. inscribitur: ܡܐܡܪܐ ܕܐܬܪܐ

ܬܘܡܐ : *De Thoma Apostolo*: vel, ut in Cod. Syriaco VII. fol.307. ܕܥܒܕ ܠܗܝܟܠܐ ܕܬܘܡܐ ܫܠܝܚܐ ܕܒܢܐ ܠܗܝܟܠܐ : *De Palatio, quod Thomas Apostolus in excelsis ædificavit.* Incipit: ܡܪܝ ܡܪܝܐ ܗܒ ܠܝ ܡܠܬܐ ܕܢܘܗܪܐ : *Domine Dominus noster, da mihi verbum luce plenum*. Indiarum Rex, inquit hujus fabulæ Auctor, quum magnificas sibi Ædes excitari cuperet, peritumque ad id opus Artificem undequaque conquireret, Thomam Apostolum, ab *Haban* ܚܒܢ quodam mercatore ex *Mahuza* ܡܚܘܙܐ Mesopotamiæ regione tamquam servum illuc adductum, mercede conduxit: qui acceptas à Rege pro ædificio expensas in pauperum usum convertens, Palatium in cœlo se Regi ædificasse affirmabat. Indignatus Rex, eum jussit in carcerem detrudi, ut vel aurum redderet, vel pœnam capitis subiret. Sed extinctus repentè Regis frater, idemque Dei beneficio, postquam Inferni pœnas ac Paradisi gaudia, & in primis exstructum à Thoma pro fratre Rege Palatium, Angelo duce, lustrasset, ad vitam revocatus, fratrem cæterosque Regni Proceres adducit, ut Apostolum venerabundi conveniant, ab eoque Fidem, & Baptismum suscipiant.

193. *De Melchisedech*. ܠܡܠܟܝܨܕܩ . ܣܓܝܐܐ ܡܠܬܐ ܕܡܬܝܗܒ ܠܢ ܡܢ ܡܠܟܝܨܕܩ : *Ingentes dispensatum opes affert doctrina*. Exstat unàcum duobus sequentibus Sermonibus in Cod. Nitriensi X. fol. 41. cui ad calcem hæc temporis nota præfigitur. ܒܫܢܬ ܫܬܬ ܐܠܦܝܢ ܘܬܫܥ ܡܐܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܡܠܟܐ ܕܝܘܢܢ ܩܫܝܫܐ ܘܐܒܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܥܠ ܪܫ ܥܡܘܕܐ ܕܫܡܥܘܢ ܩܫܝܫܐ ܘܒܝܘܚܢܢ ܩܫܝܫܐ ܐܬܩܢܝ ܗܢܐ ܣܦܪܐ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܕܩܘܪܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܒܝܬ ܣܦܪܐ ܕܩܝܡܬ

Absolutus est iste Sermonum Codex Anno Græcorum 1169. *mense Novembri, feria sexta, die duodecima ejusdem mensis, sub beatissimo Mar Joanne Patriarcha, & Cyriaco Callinici Metropolita*. In eodem Codice fol. 1. exhibetur Index Sermonum in eodem descriptorum, qui avulsis aliquot foliis postea exciderunt: & quidem titulus decimi Sermonis sic habet: ܡܠܬܐ ܕܥܘܕܐ ܘܡܫܚܐ

De Amidæ excidio: de qua vide quæ suprà notavimus pag. 288.

197. *De Asa Rege*, ܡܠܬܐ ܕܐܣܐ ܡܠܟܐ . ܐܝܟܢܐ ܡܢܝܬܝ ܡܢ ܡܘܕܥܟ ܪܚܡܐ ܠܒܪܝ :

Cynaram meam tuo divitem munere effice Fili Dei. Cod. Nitr. XI. fol. 27.

198. *De Moyse Sermones X.* Primus incipit: ܪܫܝܐ ܕܡܪܝ ܩܠܐ ܕܢܒܝܐ ܘܐܝܬܘܗ ܫܘܒܚܐ :

Fili, qui præconibus te prævunciantibus vocem dedisti. Cod. Nitr. XII. fol. 1. *Secundus* desinit in hæc verba ܘܕܢܒ ܩܠܐ ܕܢܗ ܕܟܬܒ ܟܬܒ ܕܟܬܒ :

Ut gestorum myriades per ipsum vocibus enarrentur: initium enim desideratur in eodem Codice Nitr. XII. fol. 13. *Tertius* ܕܚܝܠܟ ܡܫܝܚܐ ܢܬܟܬܒ ܡܠܬܝ ܡܢ ܠܟ ܝܫܘܥ :

Virtute tua, Jesu, meus de te sermo currat. Cod. Nitr. XII. fol. 15. *Quartus* ܠܐ ܡܛܠ ܕܡܠܝܐ ܐܢܐ ܡܢ ܡܘܕܥܟ ܡܪܝ ܘܐܬܥܪܒܬ :

Non enim tuo satis sum munere repletus, uti me incitasti. Ibidem. *Quintus*, qui etiam de Moyse & Amalec inscribitur. ܡܠܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܥܡܠܩ . ܦܓܝܠܐ ܬܩܝܦܐ ܕܒܪܝܬܗ ܕܡܠܟܐ .

Pugilum fortissime, qui cum mente decertas. Ibid. & Cod. Nitr. V. fol. 546. *Sextus* de Moyse & Silice, qui etiam de circumcisione Moysis inscribitur, ܡܠܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܣܠܥ ܘܡܘܠܐ :

Ibid. & Cod. Nitr. XIV. fol. 19. desinit in hæc verba: ܡܐܢܐ ܕܥܒܝܠ ܕܥܒܕ ܟܢܝܫܬܐ ܘܩܡ ܨܠܒܐ ܕܢܚܘܪ ܡܘܕܥܟ :

Et constituta fuit Ecclesia, & super hanc Crux erecta: Laus tibi, Redemptor. *Septimus*, de Synagogæ adulterio. ܡܠܬܐ ܕܥܘܕܐ ܘܡܫܝܚܐ ܕܢܗ ܩܒܝܠܐ ܕܐܬܪܬܐ ܘܡܢ ܡܠܬܐ ܕܐܢܐ :

Largire mihi, Sancte, ut de adultera disseram: Ibid. fol. 38. & Codice Nitr. V. fol. 442. *Octavus* in illud Moysis, ostende mihi gloriam tuam: ܡܠܬܐ ܐܦ ܘܡܢ ܡܫܝܚܐ ܕܫܘܒ ܡܘܕܥܟ . ܠܒ ܟܝܢܐ ܕܐܝܟ ܟܝܢܐ ܕܟܝܢ ܡܢܝ :

Pauperi te roganti largire Deus, qui dives es. Cod. Nitr. XII. fol. 40. & Nitr. XIV. fol. 42. *Nonus* de Velo Moysis. ܡܠܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܫܝ . ܕܡ ܡܢ ܩܕܡ ܐܢܫ ܕܢܡܢ ܡܢܝ ܠܐ ܕܐܝ ܠܟ :

Sapientum quidam me aliquando percontabatur. Cod. Nitr. XII. fol. 45. Nitr. XIV. fol. 37. & Nitr. V. fol. 23.

Decimus de Sepultura Moysis: ܡܠܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܫܝ . ܙܐܐ ܕܣܬܪܐ ܕܥܡܝܩ ܡܢ ܡܠܐܟܐ :

Absconditum sacramentum, cujus enarratio Oratores latet. Codice Nitr. V. fol. 146. Citatur hic sermo à Joanne Darensi Dissert. 4. de resurrectione corporum cap. 9. & 15. Jacobum autem decem sermones de Moyse edidisse, testatur suprà laudatus Georgius in Encomio ejusdem: ܡܠܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܦ ܡܠܝܢ ܕܣܝܢܝ ܡܢ ܡܠܦܢܐ :

De

De Moyse quoque decem sermones Doctor composuit.

208. *De Phinees.* ܠܦܢܚܣ ܕܝܠܟ ܡܪܝ ܡܫܬܡܥܬܐ ܕܟܬܒܐ ܩܕܝܫܬܐ : *Tuas, Domine, dispensatura opes Scriptura continet.* Cod. Nitr. XII. fol. 55. & Nitr. XIV. fol. 22.

209. *De ciborum delectu.* ܠܐܒܐ ܕܢܘܗܪܐ ܘܡܢܗܪܐ . ܕܡܠܬܗ ܕܢܗܘܐ ܘܢܗܝܪ ܠܟܠܗ ܥܠܡܐ : *Pater luminum, cujus verbum universæ terræ lucerna est.* Cod. Nitr. XII. fol. 79.

210. *De Rahab meretrice.* ܠܪܚܒ ܙܢܝܬܐ . Desideratur initium in Cod. Nitr. XII. fol. 80.

211. *De Josue: Sermones II.* Primus: ܠܝܫܘܥ . ܡܫܬܡܥ ܕܒܪܝܟ ܕܐܡܪܝܐ ܘܐܫܬܡܗܪ : *Josue, qui in præliis Amorrhæorum inclaruit.* Cod. Nitr. XV. fol. 86. Secundi initium desideratur in eodem Cod. fol. 92.

213. *De Arca Dei à Philistæis ad terram filiorum Israel reducta.* ܠܬܒܘܬܐ ܕܐܪܘܢܐ . ܕܐܬܝܬ ܡܢ ܦܠܫܬܝܐ ܠܐܪܥܐ ܕܒܢܝ ܝܫܪܝܠ : *Fortissime, tribue mihi, ut stupens loquar.* Cod. Nitr. XII. fol. 113. & Nitr. XIV. fol. 16.

214. *De Oza*, quem percussit Dominus, eo quod Arcam Dei tetigisset. ܠܥܘܙܐ . ܕܡܚܐ ܡܪܝܐ ܒܬܪ ܕܩܪܒ ܠܬܒܘܬܐ ܕܐܠܗܐ : *Largire mihi, Domine, ut tuo inflammatus amore, de te loquar.* Codice Nitr. XII. fol. 125.

215. *De David & Goliad*, Sermones III. *Primus* ܠܕܘܝܕ ܕܗܒ ܠܝ ܡܪܝ : *Fili David, da mihi, ut de David edisseram.* Cod. Nitr. V. fol. 355. & Nitr. XII. fol. 129. *Secundus:* ܡܪܝ ܪܚܡܐ ܐܬܝ ܠܟ ܩܪܝܢ ܐܢܐ ܘܪܚܡܟ ܐܬܚܢܢ : *Domine misericordiarum, etiam misericordiam tuam imploro.* Ibid. *Tertius* de ira Dei in filios Israel, eò quòd David Rex eos numerari jussisset. ܒܟ ܡܪܝ ܐܙܥ ܠܡܬܡܢܝܘܬܗ ܕܢܗܘܘܢ ܡܬܡܢܝܢ : *Per te, Domine, movear, ut tua stupens gesta enarrem.* Cod. Nitr. XII. fol. 137.

218. *De Osee Propheta & duabus ejus uxoribus.* ܠܗܘܫܥ ܢܒܝܐ . ܕܢܚܡܐ ܘܩܠܐ ܕܡܬܩܪܐ . ܕܩܢܝܬ ܠܗ ܠܢܒܝܘܬܐ : *Tonitru vocum, quod Cynaram aptavit Prophetiæ.* Cod. Nitr. XII. fol. 141. & Nitr. XIV. fol. 30.

219. *De Elisæo Propheta & Sulamitide.* ܠܐܠܝܫܥ ܢܒܝܐ ܘܠܫܘܠܡܝܬܐ . Desideratur initium in Cod. Nitriensi XIII. fol. 15. & Nitr. XIV. fol. 13.

220. *De Turre Babylonica.* ܠܡܓܕܠܐ ܕܒܒܠ . ܐܝܟܢܐ ܐܬܩܪܒ ܕܣܓܝ ܡܢ ܛܒܬܐ ܕܩܒܠܬ ܠܝ : *Quomodo rogem, qui multa ingratus accepi?* Cod. Nitr. XIII. fol. 13. & Nitr. XIV. fol. 45.

221. *De Pueris Ephesi.* ܠܒܢܝ ܐܦܣܘܣ . ܕܬܬܚ ܬܪܥܘܗܝ ܕܩܪܝܢ ܠܗ : *Fili Dei, cujus janua invocantibus te patet.* Codice Nitr. XIII. fol. 79. Legitur etiam apud Syros in horum Sanctorum Festo die 7. Martii. *Dormientes* appellantur in Martyrologio Romano die 27. Julii, quorum nomina

mina ibidem, *Maximianus*, *Malchus*, *Martinianus*, *Dionysius*, *Joannes*, *Serapion*, & *Constantinus*. Eadem recitantur apud Gregorium Turonensem de gloria Confessor. cap. 95. & in Synaxario Arabico, quod cum Melchitis commune habent Maronitæ, die 22. Octobris, ubi tamen pro Malcho باميليكوس *Bamilichus* obrepsit, cujus loco *Jamblichus* restitui debet. Certè Sarugensis, & ex eo Syri in Sanctorum Martyrum Officio ܝܰܡܠܺܝܟܽܘܣ *Jamlichum* nominant. Græci verò in Menæo die 4. Augusti legunt, *Maximilianus*, *Exacustadianus* (Exacustadium Metaphrastes vocat) *Jamblichus*, *Martinianus*, *Dionysius*, *Joannes*, & *Antoninus*. Septem eos fuisse, Græci Latinique communiter tradunt: quibus & Syri consentiunt, dum eosdem in Officio non alio nomine, quàm ܫܒܥܬܐ ܛܠܝܐ *Septem Puerorum* agnoscunt. Dionysius tamen Jacobitarum Patriarcha ex Syriaca horum Martyrum historia, quam ad annum Abrahæ 2267. & ad annum Græcorum 736. integram refert, octo pueros disertè numerat, videlicet; : ܡܪܝܡܠܝܢܘܣ ܡܪܬܝܢܘܣ : ܡܪܬܝܠܘܣ : ܕܝܢܝܣܝܘܣ : ܝܘܚܢܢ : ܣܪܦܝܘܢ : ܩܣܛܢܛܝܢܘܣ . *Maximilianus*, *Jamlichus*, *Martelus* (Martinianus) *Dionysius*, *Johannes*, *Serapion*, *Exustadianus*, *Antoninus*. Idem videtur indicare Sarugensis, dum illos Decio Imperatori sic respondentes inducit: ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܕܐܠܗܐ ܕܥܡܡܐ ܕܥܒܕܐ ܐܝܕܝܢ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܡܠܬܟ ܠܡܫܬܩܠ ܠܟܘܠܗ ܥܡܡܐ : *Tùm Præfecti filius unàcum septem sociis hunc in modum exorsus est: muta idola, & quæ opus manuum sunt, nequaquam adoramus*. Cur *Dormientes* dicti sint, duplicem affert rationem Baronius in notis ad Martyrolog. *Altera*, inquit, *quod hi Martyres temporibus Decii consummarint martyrium intra speluncam clausi, ac demùm specus ostio reserato, inventis eorum corporibus, velut redivivi, iterum apparuissent: dictique dormientes consueto divinæ Scripturæ loquendi usu, quo eos qui piè religiosèque vita functi sunt, dormientes consuevit appellare*: In quam sententiam procliviorem se esse doctissimus Cardinalis fatetur. *Altera verò, quod iidem temporibus Decii, usque ad ultima tempora Theodosii junioris intra specum clausi, somno capti, ad ducentos ferè annos revera dormierint. Qui hæc putarint*, prosequitur idem Eminentissimus Cardinalis, *sunt in primis ex Græcis Metaphrastes, qui rei gestæ historiam texuit, quam recitat Surius tom. 4. hac die, Nicephorus lib. 14. cap. 45. Cedrenus in compend. an. 23. Theodosii: ex Latinis Greg. Turonen. de gloria Confess. cap. 95. Sigebert. in Chron. anno* 447. quibus adjicimus Eutychium Alexandrinum, Georgium Elmacinum, Gregorium Abulpharagium, cæterosque Syros, vel Arabas Scriptores in Chronicis. Huic sententiæ quatuor argumenta refragari, ait idem Baronius, quæ tamen ex Syriacis Martyrum Actis facilè solvuntur. Primum, *nec in Sacrosancto Concilio Ephesino, quod sub eodem Theodosio celebratum est, neque in sacrosancta Synodo Chalcedonensi post illud proximè habita, ulla unquam mentio de hæresi, quæ circa resurrectionem carnis tunc exorta, esse in Martyrum actis dicitur, facta invenitur, quæ prima omnium Patrum sententia damnari debuisset*. At Sarugensis nihil de illa hæresi in laudato sermone refert, sed solùm in fine ejusdem scribit, Theodosium eo viso miraculo in fide resurrectionis mortuorum confirmatum fuisse. Auctor verò Syrus Actorum, & ex eo Metaphrastes hæresim quidem illam tunc exortam, atque à Theodoro

Ægi-

Æginensium Episcopo aliisque propugnatam esse tradunt: non tamen idcircò debuit ea hæresis novo Concilio, aut novo Canone damnari, quum olim à Christo Domino disertè damnata fuisset in Evangelio, & à Patribus Constantinopolitanis paucis ante annis in Symbolo. Alterum Baronii argumentum: *Si ad adstruendam fidem resurrectionis voluit Dominus hos Martyres excitare: manifestum est eos revera fuisse mortuos: alioqui enim dormientium quidem à somno excitatorum, sed non mortuorum resurgentium, quæ fidem resurrectionis facerent, fuissent testimonia*. Mortuos revera fuisse, & posteà temporibus Theodosii resurrexisse, asserit Sarugensis, & ex eo Syri in horum Martyrum Officio: ܗܘܐ ܪܘܚܗ ܕܡܪܝܡ ܠܬܚܬ ܥܦܪܐ ܡܦܪܫ ܠܗ ܘܢܛܪ ܠܬܪܥܝܗ ܕܢܗܘܢ ܠܐ ܢܬܚܒܠܘܢ ܠܡܬܒܥܐ ܠܗ ܘܠܡܬܒܥ ܠܗ ܠܐ ܢܬܚܒܠܘܢ: *Assumpsit eorum spiritus, & sursum eos in cœlum sustulit: Vigilemque eorum membra custodire jussit*. Qui autem eos à somno excitatos scribunt, respondent, eo miraculo ostensum fuisse, posse Deum redacta in cineres membra pristinæ integritati restituere, qui eadem ne corruptioni per tot annos succumberent, fecerat: Hoc enim novum apud homines erat: mortuos autem ad vitam revocatos fuisse, pluribus exemplis ex Evangelio, & ex Actibus Apostolorum, ac Martyrum satis probabatur. Tertium argumentum: *Nullus illorum Scriptorum, qui illis vixere temporibus, ut S. Prosper, aut Marcellinus, vel alius ex illorum temporum Scriptoribus, rem tam insignem, miraculum adeò grande, literarum monumentis commendarunt*. Commendavit Jacobus noster, qui paucis ab eo miraculo annis natus est, uti suprà demonstravimus. Scripsit eandem historiam æqualis Martyrum Auctor Syrus, quem citat Dionysius Patriarcha, tribus sæculis Martyribus posterior. Scripsit Gregorius Turonensis circa finem sæculi sexti. Scripsit demùm Mahometes ipse Pseudo-propheta in Alcorano Sura الكهف idest, *De specu*, ubi disertam hujus miraculi mentionem facit, quod non Asiam & Orientem modò, sed barbaras etiam Hagarenorum regiones pervaserat. Siquid verò allatum Baronii argumentum valeret, probaret, neque Martyrum corpora sub Theodosio inventa fuisse, quod eorum temporum Græci, vel Latini historici ejus Inventionis haud meminerint. Quartum argumentum: *Stephanus Episcopus Ephesinus, cujus Sedis tempore id evenisse refertur in Actis, quæ scribit Metaphrastes, intrusus fuit armorum vi in eam Sedem, pollutusque communione Eutychetis atque Dioscori in Latrocinio Ephesino, ut habent Acta ipsa, quæ recitantur in sacrosancto Concil. Chalced. Act. I. & II. cujus quidem communionem prædicti Dormientes meritò execrari, ac vitare debuissent*. Eadem ratio contra sententiam Baronii militat, quòd scilicet ab hæretico Episcopo tantus inventus fuerit thesaurus. Quod ad Stephanum attinet, puto Metaphrasten vitioso usum exemplari, pro Memnone Orthodoxo Episcopo Stephanum posuisse: nam in Actis Syriacis ܡܡܢܘܢ *Mares*, Episcopus Ephesi nominatur, qui proculdubio ex corrupto *Memnonis* nomine obrepsit. Metaphrastis textum jam restituendum suadent, quæ de anno Apparitionis Martyrum apud Dionysium leguntur, eos nimirùm anno Græcorum 736. Christi 425. expergefactos fuisse, quo anno non Stephanus, sed Memnon Ephesinam Sedem regebat: hic enim Synodo Ephesinæ Oecumenicæ, unàcum S. Cyrillo, interfuit anno 431. decessitque circa ann. 440. quem Basilius usque ad ann. 444. excepit: Basilio Bassianus eodem anno successit, eoque post quatuor ann. ejecto, Stephanus Sedem invasit ann. 448. Uterque demùm, Bassianus scilicet & Stephanus, anno 451. in Synodo Chalced. de-

depositi, ut latè Pagius ad hunc annum à num. 56. Duodecim post annis id factum narratur in Cod. Syr. Vatic. 39. pag. 44. cujus verba infrà describemus: anno nimirùm Græcorum 748. Christi 437. quo tamen idem Memnon Ephesinam Ecclesiam adhuc regebat. Græci in Menologio ad annum Theodosii trigesimum octavum id conferunt: Cedrenus ad annum ejusdem vigesimum tertium. Sed quum duplex sit Imperii Theodosiani Epocha, altera ab anno 402. quo ab Arcadio patre anno post nativitatem suam Augustus creatus est, altera ab anno 408. quo Imperium Orientis, defuncto patre, octennis suscepit; nos Dionysium, & laudatum Vaticanum Codicem sequi malumus, in quibus certus illius Apparitionis annus apponitur: atque adeò Sigebertus audiendus non est, qui horum Martyrum historiam ad annum 447. protrahit, quum eo anno nec Memnon, nec Stephanus, sed Bassianus Ephesi Episcopus fuerit. Hinc eos in specu ad centum & septuaginta quinque, vel octoginta septem annos mansisse liquet, quum Decii Persecutio juxta Pagium anno Christi 250. vel 252. secundùm Baronium inchoata fuerit. Quare rejiciendum omninò est, quod in Officio Syrorum legitur: ܠܟܗܢܐ ܕܝܘܢ ܡܫܟܚܝܢ ܟܠܗܘܢ ܫܢܝܢ ܬܠܬܡܐܐ ܕܚܡܫܝܢ ܘܫܒܥܝܢ ܕܠܐ ܐܬܚܠܦ ܙܒܢܐ ܕܟܦܪܐ ܘܗܫܐ ܐܬܥܪܝܘ ܡܢ ܫܢܬܐ : *Trecentos quinquaginta annos Beati in spelunca incolumes manserunt, donec tempus Infidelitatis mutatum est: & tunc è somno expergefacti sunt.* Item quod in Synaxario dicitur; فبعد ان عبرت ثلاثماية واثنين وسبعين سنة نهضوا مولاى القديسين فى ايام ثاودوسيوس الصغير كمن ينهض من النوم : *Postquam tercentum & septuaginta duo anni elapsi sunt, è somno hi Sancti temporibus Theodosii Junioris surrexere*: Quæ ex Sarugensi desumpta videntur, Ephesios de Decio sic loquentes inducente: ܡܢ ܡܢܝܢܐ ܡܢ ܣܦܪܝܢܐ ܘܟܝܢ ܢܚܬܐ. ܠܟܗܢܐ ܡܢܟܝܢ ܡܐܘܡܐ ܡܢܝܢܐ ܐܝܟ ܟܠܗ ܚܕܝܢ : *Ex Græcorum numero & supputatione, trecenti septuaginta duo anni ab ejus Imperio fluxerunt.* Eundem errorem hausit Codicis Vaticani 39. descriptor, dum pag. 44. adnotavit: ܫܒܥܐ ܛܠܝܐ ܕܐܦܣܘܣ ܟܕ ܢܦܩܘ ܒܥܪܩܬܐ ܠܟܗܢܐ ܡܢܝܢܐ ܡܐܘܡܐ ܡܢ ܫܢܬܐ ܕܥܠܡܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܙܥܘܪܐ ܡܠܟܐ ܘܡܢܝܢ : *Septem Pueri Ephesini postquam in specu annos 372. dormierunt, expergefacti sunt anno Græcorum 748.* Nec meliora Chronici Dionysiani Scriptor, qui ad Syriaca Martyrum Acta hanc notam in margine adjecit. ܡܢܝܢ ܕܢܦܩܘ ܛܠܝܐ ܕܐܦܣܘܣ ܡܢ ܫܢܬܐ ܕܠܐ ܐܬܚܠܦ : ܙܒܢܐ ܠܟܗܢܐ ܡܐܬܝܢ ܡܢܝܢ : *Anni, quos hi pueri Ephesini antequam expergefierent, dormierunt, sunt tercentum & novem.* Hæc tamen Chronologiæ menda veritati historiæ haudquaquam officiunt. In Actis verò Syriacis, quæ apud Dionysium exstant, & à Metaphraste ferè ad verbum descripta sunt, nulla temporis nota legitur, præter Theodosii Junioris Imperium, & Maris, seù Memnonis Episcopatum. Hæc demùm Acta omnium antiquissima esse, colligitur ex Gregorio Turonensi loco cit. qui horum Martyrum historiam sic concludit: *Viri autem usque hodie palliolis sericis, aut carbasinis cooperti, in ipso loco requiescunt. Quod passio eorum, quam Syro quodam interpretante in Latinum transtulimus, pleniùs pandit.* Vide Raderum in Aula Sancta cap. 13.

221. De

222. *De Sanctis Martyribus.*

ܒܝܕ ܥܕܘܬܐ ܕܥܡܠܐ . ܫܡܠܐ ܕܢܚܬ ܥܡ ܡܨܥܐܐ ܠܡܚܝܢܐ ܠܗ :

Virtus quæ in agonem cum Athletis descendit. Cod. Nitr. XIII. fol. 101.

223. *De Anania, Azaria, Misaële, & Daniele.* ܒܝܕ ܣܓܝܐ ܡܚܙܢܐ ܕܥܡܝܢ ܟܠܗ ܥܬܝܪܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܟܠ ܥܘܬܪܐ ܕܠܐ ܡܬܦܣܩ ܡܢ ܟܠ ܒܢܝܢܫܐ :

Ingens thesaurus, in quo opes omnes continentur. Cod. Nitr. XIII. f. 187.

224. *De Opere sex dierum*, Sermo in sex partes divisus : ܒܝܕ ܫܬܐ ܡܐܡܪܐ . Exstat, licet mutilus ad calcem Codicis Nitr. XIII. Citatur autem à Jacobo Bartelensi Episcopo Maipheractæ in Libro Thesaurorum Par. 4. cap. 1. Cod. Berœensi 1. & à Gregorio Barhebræo in Horreo mysteriorum in Genesim passim.

225. *De Job*, ܒܝܕ ܐܝܘܒ : Exstat in Cod. Nitr. XIV. fol. 11. desideratur initium.

226. *De Elia Propheta.* ܒܝܕ ܐܝܠܝܐ ܢܒܝܐ : In eodem Codice XIV. fol. 13.

227. *In eos, qui dicunt, Angelos filiabus hominum commixtos fuisse.* ܒܝܕ ܡܢ ܕܡܐܡܪܝܢ ܕܡܠܐܟܐ ܥܡ ܒܢܬ ܐܢܫܐ ܐܬܚܠܛܘ :

Cod. Nitr. XIV. fol. 52.

228. *De Creatione Adæ: & de resurrectione mortuorum.* ܒܝܕ ܒܪܝܬܐ ܕܐܕܡ . ܘܡܢ ܩܝܡܬܐ ܕܡܝܬܐ :

Ab initio excellens fuit Adæ constitutio. Codice Nitr. V. fol. 155. & Cod. nostro Arabico IX. fol. 29. in quo fol. 1. hæc adnotatio legitur.

هذا الكتاب المبارك جابه ابونا المطران قوريلاقوس الى الدير واوقفه وقفا موبدا وحبسا مخلدا على دير متنا العذرى سيدة انبا بيشاى المعروف بالابهات السريان ولا لاحد سلطان من قبل المسيح ان يخرجه من الدير المذكور ومن يخرجه يكون نصيبه مع يهودا مسلم صيدة والمسيح لله دايما ابدا .

Hunc benedictum librum ad monasterium (Scetense) *advexit Pater noster Cyriacus Metropolita, eumque stabili & perpetuo dono dedit Cœnobio Dominæ nostræ Virginis Dominæ monasterii Abbatis Pisois, quod Syrorum Patrum nuncupatur. Nulli autem hominum à Christo fas esto, eundem ex prædicto Cœnobio extrahere. Qui secùs fecerit, sortem Judæ Domini sui proditoris inveniat. Laus Deo semper.*

229. *De ejectione Adæ è Paradiso.* ܒܝܕ ܕܦܩܬܗ ܐܒܐ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ . ܗܒ ܠܝ ܐܥܘܠ ܠܓܘ ܦܪܕܝܣܐ : ܕܐܚܙܐ ܒܢܟܣܐ ܕܢܡܘܣܐ ܕܚܝܐ ܘܐܬܪ ܕܚܝܐ ܘܐܬܪ ܕܚܝܐ :

Juste, qui Patrem nostrum Adam è Paradiso ejecisti, tribue mihi, ut ingrediar, & divitias in Lege tua contentas videam. Cod. Arab. IX. f. 45. Citatur à Barcepha Par. 1. cap. 25.

230. *De Adam, mortalis ne, an immortalis creatus fuerit.* على ادم انكان خلق مايت او غير مايت . ايها الحكيم بك تنحل كلمتى العادمة التولد وبمقاوضتك يولد لساني اثمار المجد

Per te, Sapiens, sterilis meus sermo concipiat, tuoque commercio fructus laudis lingua mea pariat. Codice Arab. IX. fol. 66.

231. *De justo Noë, & de Diluvio:* على نوح البار وعلى الطوفان . ايها العادل الذى قطع بحكمه لجيل نوح افتح لكلمتى باب مسمع لتخرج خبرك :

Juste, qui sapientia tua Noëmi generationes abscidisti, latum meo sermoni ostium reclude, ut tua gesta referat. Cod. Arab. IX. fol. 72.

Hucusque ex mss. Codicibus Bi-

bliothecæ Vaticanæ. Complures alii Sermones ſub Jacobi noſtri nomine in Ritualibus, & Eccleſiaſticis Syrorum libris paſſim leguntur, quibus tamen recenſendis ideò ſuperſedemus, quod ii vel non integri ſint, vel ad metrum Jacobi dumtaxat efformati, non ab eodem editi. Illuſtriſſimus Stephanus Edenenſis lib. 3. Apologiæ pro Maronitis cap. 3. in reſponſione ad 5. objectionem, longum Sarugenſis Sermonem, in Elencho P. Joannis Baptiſtæ Eliani è Soc. Jeſu libro decimo laudatum, producit, cui titulus: *De Utilitate Sacrificiorum pro defunctis in altera vita, quæ pro illis à vivis in hac vita offeruntur*: ubi inſigne eſt pro Purgatorio teſtimonium. Idem Edenenſis nonnullos Jacobi noſtri ſermones laudat tàm in præfata Apologia, quàm in Libro candelabrorum, ſeù Expoſitione Miſſæ Syrorum: ſed horum pleroſque ex Codice noſtro Syriaco VII. qui ad domeſticam ejuſdem Bibliothecam olim pertinebat, deſcripſit.

CAPUT XXVIII.

Georgius Jacobi Sarugenſis Diſcipulus.

I. Georgius Encomium ſcripſit in S. Jacobum Sarugenſem Præceptorem ſuum.

GEORGIUS hic, de quo modo ſermonem inſtituimus, Sancti Jacobi Sarugenſis Auditor fuit, ut liquet ex Cod. Nitrienſi V. unde nobis innotuit. Scripſit Encomium in Præceptorem ſuum, quod exſtat in laudato Cod. fol. 140. hoc præfixo titulo: ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܪܝܐ ܕܣܪܘܓ ܕܥܒܕ ܡܠܦܢܘܬܗ ܘܡܫܒܚܗ ܘܡܬܝܩܪ ܒܗ ܘܒܥܕܬܗ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ . ܗܢܐ ܐܝܟ ܕܡܫܬܡܥ ܒܟܬܒܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ .

In nomine Domini noſtri ſcribimus Sermonem de Mar Jacobo Doctore Batnarum Sarugi Epiſcopo, *quem edidit Mar Georgius ejus Diſcipulus. Legitur autem in Commemoratione ejuſdem Mar Jacobi*. Incipit:

ܝܫܘܥ ܢܗܝܪܐ ܕܒܗ ܡܬܚܕܝܢ ܟܠ ܣܦܝܩ ܐܪܥܐ : ܢܗܪ ܡܚܫܒܬܝ ܒܢܗܘܪܐ ܕܛܝܒܘܬܟ : *Jeſu lux, cujus exortu univerſi terrarum orbis fines lætificantur, illuſtra cogitationes meas lumine gratiæ tuæ*. Recole ea, quæ ex hoc Carmine excerpta dedimus pag. 286.

II. Alius à Georgio Tagritenſi, & ab altero Georgio Arabum Epiſcopo.

An verò quidquam aliud conſcripſerit, quæve fuerit hujuſce viri conditio, & qua dignitate commendatus, hactenus eruere non valuimus. Illud tamen affirmare jure auſim, Georgium hunc à Tagritenſi Epiſcopo ipſi cognomine, nec non ab altero Arabum Antiſtite diverſum fuiſſe. Quippe noſter hic Jacobi auditor anno Chriſti 520. circiter floruit. At centum ferè annis Tagritenſem poſteriorem nobis exhibet Codex Vaticanus Syriacus XXIV. in quo Conſtantini & Leonis Charrenſium Epiſcoporum magiſter appellatur, qui Joanni Damaſceno æquales fuiſſe dicuntur. Arabum autem Epiſcopum Georgium circa annum Chriſti 700. claruiſſe, ex Gregorio Barhebræo lib. Ethic. cap. 4. & ex Antonio Marſilio Columna in Hydragiologia oſtendemus, quum de Jacobo Edeſſeno ſermo erit.

CA-

CAPUT XXIX.

Simeon Episcopus Beth-Arsamensis.

I. Simeonis Episcopi Beth-Arsam in Persidæ ætas & gesta ex Dionysii Chronico.

IMEON, cognomento ܣܘܦܣܛܝܣܐ ܦܪܣܝܐ *Sophista Persa*, Ecclesiam Beth-Arsamensem in Persidè regebat ab anno Christi 510. usque ad annum 525. teste Dionysio Patriarcha in Chronico fol. 90. & 102. qui ad annum Græcorum 821. hæc de eo tradit: ܗܢܐ ܕܡܬܝܠܕ ܡܢ ܣܝܡܘܢ ܣܘܦܣܛܝܣܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܗܘܐ ܡܪܝܐ ܕܒܝܬ ܐܪܣܡ ܒܦܪܣ ܡܢ ܫܢܬ ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ ܘܚܡܫ ܡܐܐ ܥܕ ܫܢܬ ܬܪܬܥܣܪ ܐܠܦ ܘܬܫܥ ܡܐܐ ܘܥܫܪܝܢ ܘܬܪܝܢ ܠܡܢܝܢܐ ܕܡܠܟܐ ܕܦܪܣ ܕܡܢ ܗܠܝܢ ܐܢܫܐ ܕܡܫܬܡܥܝܢ ܠܗ ܕܡܬܡܪܕܘ ܠܡܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܟܦܪܝܢ ܒܗ ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܪܝ ܫܡܗ ܕܡܫܝܚ ܠܗ ܠܡܘܬ ܕܠܐ ܢܟܦܪ ܒܡܫܝܚܐ ܕܡܪܝ ܫܡܗ ܕܡܫܝܚ ܠܗ ܠܡܘܬ ܕܠܐ ܢܟܦܪ ܒܡܫܝܚ

II. Henoticum Zenonis suscipit.

Ejus tamen famam nonnihil deturpavit admissum Zenonis Imperatoris *Henoticum*, seù Edictum unitivum, & suppressa silentio Sacri Chalcedonensis Concilii, atque Epistolæ S. Leonis memoria: suscepta insuper Anastasii Imperatoris, Xenajæ, & Cyri Edesseni communio: anathema denique Ibæ ac Theodoreto dictum, quos Ecclesia in Oecumenica Synodo absolverat. Id colligo ex Epistola, quam idem Beth-Arsamensis *de Barsauma Nisibeno, deque Nestorianorum hæresi in Persidem invecta* scripsit; exstat autem in Codice nostro Syriaco XI. ut mox videbimus. Hinc à doctissimo viro Stephano Edenensi ad Jacobitarum Scriptorum gregem detruditur in Expositione Missæ cap. 7. de Hæreticorum Anaphoris num. 12.

III. Ab hæresi Monophysitarum vindicatur.

Sed eum ab hæresi Monophysitarum alienum fuisse, ex laudata Epistola deducitur, in qua Chalcedonensem quidem Synodum silentio obruit; nunquam tamen damnat, aut sugillat: quod utique præstitisset, si hæreticus Monophysita fuisset. Quinimò in eadem Epistola tacitè se ejusdem Synodi definitionem admittere insinuat, dum fidem Episcoporum amplectitur, qui *Encyclias Epistolas ad Leonem Imperatorem scripsere*. Verba ejus hæc sunt: ܡܥܠܕܝܢ ܟܝܢ ܡܠܦܝܢ ܒܬܪܝܨܝܢ ܕܐܘܪܬܐ ܡܠܟܐ ܡܥܡܐ ܕܩܫܝܫܐ ܘܒܟܪܟܐ ܕܩܢܘܢܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܩܕܡ ܗܢܘܢ ܕܗܘܘ ܒܦܪܣ ܘܒܐܪܡܢܝܐ ܘܒܩܦܕܘܩܝܐ ܘܒܓܠܛܝܐ ܘܠܥܠ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܩܒܠܘ ܡܢ ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܕܐܬܝ ܒܫܠܡܐ ܘܒܫܠܡ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗ ܡܠܟ ܥܠܡܐ. *Quam sequuti sunt* (Loquitur de orthodoxa fide, quam à tribus Conciliis œcumenicis stabilitam fuisse præmiserat) *confirmaruntque quadringenti nonaginta & quinque Episcopi Alexandriæ magnæ, Antiochiæ Syriæ, Cappadociæ, Galatiæ &c.* Quingentos enim fuisse Catholicos Episcopos, qui Leoni Imperatori pro Chalcedonensi Concilio rescripsere, liquet ex annotatione, quam Encyclio Codici his verbis adjunctam fuisse in mss. exemplaribus testatur Baluzius: *Expliciunt Epistolæ Episcoporum numero quingentorum feliciter*. Ex quorum numero si paucos eos Monachos detrahas, ad quos Leonem Imperatorem literas dedisse testatur Evagrius lib. 2. cap. 9. habebis Episcopos *quadringentos circiter & nonaginta quinque*, Simeoni nostro memoratos.

Quid? quod Justinum Imperatorem, & Abrahamium Presbyterum summis laudibus celebrat in altera Epistola, quam de martyribus Homeritis ad cognominem Simeonem Gabulæ Abbatem dedit, ut mox patebit. Atqui Justinus quidem fuit acerrimus Synodi Chalcedonensis propugnator, & Monophysitarum Antesignanos exilio multavit, ut Severum, Philoxenum, aliosque, quorum nomina recenset Dionysius in Chronico ad annum Græcorum 829. Abrahamius verò ejusdem Justini legatione pro Orthodoxis perfunctus est apud Alamundarum Arabum Ducem, teste Metaphraste in vita S. Arethæ Martyris apud Surium tom. 5. die 24. Octobris pag. 943. *Justinus enim* (verba sunt Metaphrastæ) *quum sic ei visum esset, hortatus est Alamundarum, ut fœdera pacis iniret cum Saracenis Romanorum vectigalibus: & missus est Abrahamius vir pius, & Presbyter, qui hac fungeretur legatione &c.* Pergit narrare Metaphrastes, quomodo Abrahamius, unàcum Isaacio Presbytero, *qui præerat Christianis Orthodoxis qui in Perside erant*, Silam Nestorianorum Episcopum coram Alamundaro falsitatis & hæreseos convicit: mox subjungit: *Abrahamius autem ipse quoque fœdere inito cum Alamundaro, salutatoque Isaacio in Persidem revertente, rediit & ipse, atque omnia exposuit Justino Imperatori, & præsertim ea, quæ à Rege Homeritarum facta & scripta sunt contra Christianos*. His adámussim consentiunt quæ scribit Beth-Arsamensis in laudata Epistola, in qua Abbatem Ga-

Gabulæ sic alloquitur. ܗܘܝܕܥܝܢ ܠܟܘܢ ܚܘܝܐ ܕܒܬܪ ܬܠܬܝܢ ܘܚܡܫܐ ܫܢܝܢ ܕܡܢ ܫܠܝܛܘܬܐ ܕܢܚܘܪ ܡܠܟܐ ܕܡܢ ܛܘܪܐ ܕܐܪܬܐ ܢܥܡܢ ܘܐܒܪܗܡ ܩܫܝܫܐ ܒܪ ܐܘܦܪܣܝ ܕܡܢ ܝܘܣܛܝܢܝܢܘܣ ܩܠܝܣܪܐ ܕܠܘܬ ܡܘܢܕܪܘܢ ܡܠܟܐ ܕܥܪܒܝܐ ܕܢܥܒܕ ܩܝܡܐ ܗܘܐ ܘܐܝܟ ܕܒܟܬܒܢ ܒܩܝܡܬܢ ܩܕܡܝܬܐ ܘܡܬܩܒܠ ܠܗ ܬܘܕܬܐ ܡܢ ܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܪܝ ܝܘܣܛܝܢܘܣ ܩܠܝܣܪܐ ܕܢܬܩܒܠ ܠܗ ܬܘܕܬܐ ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܪܝ ܝܘܣܛܝܢ

viano & Elia, quos ob defensionem Sacri Concilii Chalcedonensis persecutionem sustinuisse, & dignitatem amisisse testantur. Testatur & Martyrologium Romanum, in quo perhonorifica fit eorumdem commemoratio ad diem 4. Julii. Nimirum uterque Præsul moderatior erat, quàm reliqui rigidiores & ardentiores Orthodoxi, satisque Religioni consultum esse existimabat, *ut Synodus damnaretur silentio* (verba sunt Pagii ad ann.491. num.XI.) *aut si de ea loquendum esset, alia œconomia utendum, ac consentiendum damnationi Diodori, Theodori, ac quorundam aliorum, ac insuper quorundam capitum ad substantiam fidei non spectantium. Unum eis tantùm ante oculos erat, salus nempè Ecclesiæ, & Fidei integritas. Sed quum hæc eorum moderatio nec Catholicis ardentioribus, nec hæreticis probaretur, ab utrisque insimulati sunt: à Catholicis Eutychianismi, ab Hæreticis Nestorianismi*: quum ipsi tamen ab utroque errore abhorrerent.

Idem contigit Simeoni nostro, quod Flaviano ac Eliæ. Henoticum enim suscipiendo, tametsi Chalcedonensem fidem sartam tectamque servasset, in suspicionem tamen proditæ Orthodoxæ Religionis venit apud serventiores Quartæ Synodi propugnatores. Ab hoc crimine, præter adducta à nobis suprà argumenta, adhuc magis vindicatur, si miserum Ecclesiarum statum sub Anastasio Imp. consideres, quem describit Evagrius lib. 3. cap. 30. Adeò enim perturbatus erat Christianus Orbis, ut nec Hæretici cum Catholicis, nec Catholici inter semetipsos convenirent: sed alterum alter hæreseos nota inureret. *Et nonnulli quidem* Episcoporum (inquit Evagrius loc. cit.) *cuncta quæ in illo Concilio* (Chalcedonensi) *exposita fuerant, pertinacissimè defendebant: neque in ejus decretis vel ullam syllabam remittere, ac ne unius quidem literæ mutationem admittere sustinebant: sed magna cum fiducia recedebant ab iis, qui decreta illius Concilii minimè susciperent, nec illis communicare ullo modo sustinebant.* (En ardentiores Catholici.) *Alii verò Chalcedonensem Synodum, ejusque decreta non modò non suscipiebant; verùm etiam illam unàcum Leonis Epistola sub anathemate damnabant.* (En rigidiores Hæretici.) *Alii Zenonis Henotico mordicùs inhærebant: idque tametsi inter se dissiderent de una, aut de duabus naturis: hi quidem compositione Imperialium literarum deceptí: illi verò paci & concordiæ magis studentes.* (En remissiores Catholici, & Hæretici.) *Adeò ut totius Orbis Ecclesiæ in varias factiones divisæ essent, ac ne Antistites quidem sibi mutuò communicarent. Hinc multa dissidia in Orientis, & Occidentis partibus, & per Africam exstiterunt &c.* Nec minor in Perside contentio erat, ubi Nestoriana lues sub Barsauma Nisibeno & reliquis, quos Simeon noster in Epistola sua commemorat, omnia circum loca ita afflaverat, ut non ampliùs de Chalcedonensi, sed de Ephesina Synodo, quam illi hæretici unicè impugnabant, controversia agitaretur, & in id Catholicis omni studio incumbendum esset, ut Nestorianum errorem profligarent. Prætereà Diodori, Theodori, Ibæ, ac Theodoreti memoria iis in locis, utpote qui Nestorianæ hæreseos fautores fuerant, tàm execrabilis erat, ut qui eos disertè non damnaret, haudquaquam Orthodoxus censeretur. Non mirum igitur, quod Beth-Arsamensis absque ulla hæreseos nota Quartam Synodum silentio premat, memoratos Nestorii fautores expressè rejiciat, & Zenonis Henoticum amplectatur.

Sed & Zenonis Henotico nullam hæresim contineri, tàm ex ipsis Henotici verbis, quàm ex Epistola Zenonis ad Felicem Papam, cujus fragmentum refert Evagrius lib.3.cap.10. ostendit Natalis Alexander Par. I. Sæc. V. cap.3. & Dissert.18.quem sequitur Pagius ad ann. 482. num. 22. idque non obscurè docet Petavius Theologic. Dogm. tom. 4. lib. 1. de

In-

Incarn. cap. 16. num. 7. ubi hæc de Henotico: *In eo Ephesinam, & Chalcedonensem Synodum ascivit: Nestorium, & Eutychen rejecit: de una tamen, aut duabus naturis post Incarnationem, callidè tacuit, ne cui parti præjudicium faceret*: quod tamen, pace tanti Viri, usquequaque verum non est: Zeno enim in suo Henotico Nicænam quidem, Constantinopolitanam, & Ephesinam Synodum disertè approbat; Chalcedonensem verò neque rejicit, neque amplectitur, sed silentio præterit: imò ad calcem ejusdem Edicti illam damnat anathemate, si expositæ in Henotico fidei contraria sit: *Quicumque verò aliter sentit* (inquit Zeno) *aut sensit, vel nunc, vel quandocumque aliàs, sive Chalcedone, sive in alia qualibet Synodo, eum anathematizamus*. Hinc communiter ab Orthodoxis Edictum illud rejectum fuit, quia licet nullam hæresim expressè continebat, causæ tamen fidei nocuit, hæresimque fovit, silendo tùm de S. Leonis Epistola, tùm de Synodi Chalcedonensis definitione, tùm denique de his vocibus *ex duabus & in duabus naturis*, quæ Catholicæ Fidei contra Eutychianos & reliquos Monophysitas nota singularis erat. Vide Facundum Hermianensem lib. 12. cap. 4. Adde, quod ad Laicum Principem nequaquam pertinebat de fide decernere, & *quum Palatii causæ transferantur ad Ecclesiam* (ut verbis Facundi utar,) *quomodo Zeno Ecclesiæ causam ad Palatium transferebat*? Demùm silentium circa Concilium Chalcedonense imponendo, Orthodoxam Fidem summâ affecit injuriâ, dum æquè præcepit Eutychianis, ne mendacium proferrent, ac Catholicis, ne veritatem profiterentur. Atque idcircò qui Henoticum susceperunt, & aliunde Orthodoxam fidem colebant, tametsi hæreseos nota inurendi non sunt, turpem tamen nomini suo maculam compararunt, tamquam pusillanimes, & hæreticorum fautores: neque enim culpâ vacabat, definitionem œcumenici Concilii silentio obruere, & ambiguas voces adhibere, quas utpote ad suum confirmandum errorem peropportunas hæretici excogitaverant. Hanc culpam gloriosâ Catholicæ veritatis confessione purgarunt in extrema senectute fortissimi pugiles Flavianus & Elias, ut ostendit Eminentissimus Annalium Ecclesiasticorum Parens ad annum 512. & in Notis ad Martyrol. Rom. An verò idem præstiterit Simeon noster, affirmare non ausim, quum præter adductum Dionysii Patriarchæ testimonium, nil aliud de ejus gestis nobis exhibeant quotquot hactenus evolvi Syrorum Scriptorum monumenta.

V. Ejus scripta, quæ exstant. 1. Anaphora.

Anaphora ܐܢܦܘܪܐ de qua laudatus Stephanus Edenensis loc. cit.

ܗܘܐ ܕܡܪܝ ܐܠܗܐ ܕܟܠܗ ܥܠܡܐ ܘܢܘܗܪܗ ܕܟܠܗ ܒܪܢܫܐ ܘܠܐ ܡܬܚܙܐ ܘܠܐ ܡܬܡܫܐ ܘܠܐ ܡܬܡܠܠ ܘܠܐ ܡܬܬܪܥܐ ܘܠܐ ܡܬܬܪܥܝܢ ܘܠܐ ܡܬܬܪܥ ܘܠܐ ܡܬܬܪܥ ܘܠܐ ܡܬܬܪܥ

Joannes Magnus Jacobitarum Patriarcha apud eundem Renaudotium pag. 409. qui tamen nullam prioris Anaphoræ mentionem facit. Sed & Doctissimus Edenensis, qui Liturgicos Codices accuratè versavit, unam tantùm Philoxeni Anaphoram agnoscit: alteram Simeoni nostro constanter adjudicat.

2. Epistola de Nestorianorum hæresi in Persidem invecta.

Epistola de Barsauma, deque hæreseos Nestorianorum initio, & quo tempore in Persidem invecta fuerit.

ܐܓܪܬܐ ܕܒܪܫܘܡܐ ܡܢܗ ܫܪܝܐ ܗܪܛܩܝܐ ܕܢܣܛܘܪܝܢܐ ܘܒܙܒܢ ܕܥܠ ܠܦܪܣ ܐܬܝܬ ܗܘܬ ܕܡܢ ܗܢܐ ܡܠܬܐ ܕܐܬܝܬ ܠܗ ܠܐ ܡܬܝܕܥ ܐܝܟ ܕܠܡܢ ܐܬܝܬ ܠܗ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܢܨܝܒܝܢ ܐܘ ܠܡܪܝ ܡܪܝ ܐܒܐ ܕܓܒܠܐ ܕܡܢ ܡܪܝ ܡܪܝ ܐܒܐ ܕܒܝܬ ܐܪܡܘܢ ܐܝܟ

rianos usque in præsentem diem derivata est.

Nam à Judæis eandem traditam accepit Simon Magus, gente Samaritanus, atque adeò Judæorum affinis, qui Romæ restitit Apostolis, seipsum exaltans, ac Magnum quid esse dicens, Christumque se existimans, prout ab Hanano & Caipha suis sodalibus atque magistris didicerat.

A Simone insanum illum errorem accepit Ebion: ab hoc Artemon: ab Artemone Paulus Samosatenus, qui olim Antiochiæ Syriæ Episcopus fuit sub Ethnicis Romanorum Imperatoribus, quum nondum Orthodoxus Romanorum Imperator Constantinus imperasset, nec ullus esset Romanorum Imperatorum timor. Hic enim Paulus Samosatenus plus quàm Simon magus, & Ebion, & Artemon præceptores sui, blasphemare ausus est, de Beata Maria hæc dicens: Nudum hominem genuit Maria, nec post partum Virgo permansit. Christum autem appellavit creatum, factum, mortalem, & filium ex gratia: De seipso verò dicebat: Ego quoque si voluero, Christus ero, quum ego & Christus unius ejusdemque simus naturæ. Ex Paulo Samosateno orta est hæresis duarum 1 Naturarum, & Proprietatum, Operationumque earum. 1

A Pau-

NOTA.

1 *Duarum naturarum.* Hæc ab amanuensi Jacobita Epistolæ Simeonis adjecta fuisse, ex contextu ejusdem Epistolæ liquet. Fortasse pro *duarum Personarum*, quæ Pauli ac Nestorianorum hæresis erat, *naturarum* vox obtrusa est.

ܡܬܬܘܗ ܕܦܠܐ ܩܕܡܐ ܕܬܐܘܕܘܪܘܣ
ܕܒܬܘܠܬܗ ܡܕܡܢܗܐ ܕܡܫܬܡܥܢܐ
ܕܒܫܡܗܘܬܐ ܡܢ ܩܕܡܝܐ ܡܢ ܬܘܠܡܝܐ
ܕܡܬܩܢܝܢ ܗܘܐ ܕܡܫܝܚܐ ܠܐ ܕܢܫܬܘܫ
ܩܢܘܡܐ . ܡܢ ܠܐܠܗܘܬܐ ܕܡܬܩܪܝ
ܠܗܘܢܗܝܢܐ ܗܘܐ ܐܝܟܢܐ ܕܒܪܢܫܐ ܡܬܩܢ
ܕܒܬܘܠܬܗ ܕܡܫܬܡܥܢܐ ܠܢ ܐܝܟ ܕܒܪ
ܚܘܝܐ ܕܡܬܩܪܝ : ܡܢܗ
ܗܘ ܗܘܐ ܕܢܬܐ ܡܬܬܩܢ ܒܡܫܝܚܘܬܗ
ܕܡܕܝܢܚܐ ܕܩܕܡܝܢ ܕܢܬܐ ܕܢܬܐ ܕܡܬܩܪܝ
ܡܫܝܚܐ ܕܢܬܐ ܕܒܪ ܐܠܗܐ ܕܡܬܩܪܝ ܗܘ ܕܢܬ
ܡܫܝܚܐ ܕܢܬ

A Theodoro accepit Neſtorius, qui in magna Antiochenorum Eccleſia Presbyter ordinatus fuerat, mox ad Conſtantinopolitanam Sedem evectus eſt: patriam autem habuit Germaniciam urbem. Hic omni ſtuſtio incubuit, ut impiæ præfatorum magiſtrorum ſuorum hæreſeos primatum ſibi vendicaret, utque nomen ipſius cunctis erroris ejus ſectatoribus imponeretur, quemadmodum Marcion Marcioniſtis nomen impoſuit, & Eutyches Eutychianiſtis. Quamobrem adverſarius juſtitiæ Neſtorius blaſphemias in Eccleſia Conſtantinopolitana palàm evomuit. Et Simon quidem Magus, Ebion, Artemon, Paulus Samoſatenus, Diodorus atque Theodorus, Neſtorii ipſius Præceptores, opinionem illam clam & ſecretò uſque ad id tempus propugnarunt: Neſtorius verò in ſuperbiam elatus, ut primatum illius hæreſeos ſibi aſſereret, palàm ſurrexit in Eccleſia coram univerſo populi cætu, & in apertam blaſphemiam delapſus, Noli, inquit, gloriari, Maria: non enim Deum genuiſti, ſed hominem creatum, factum, mortalem, conſubſtantialem nobis, & qui ſolus per gratiam Filius Dei appellari meruit: & propter ſuam cum mortalibus conjunctionem Jeſus filius Dei dicitur. Alias inſuper multas protulit blaſphemias, quarum causâ anathema ipsî dixerunt Sancti Patres in urbe Epheſo, ſegregantes eum à communione totius Sanctæ Dei Eccleſiæ, unâcum præfatis ejuſdem magiſtris: damnaruntque ſimul cum ipſis etiam eorum fidem, cunctoſque ejus, eorumve ſectarios. Exinde Neſtoriani audire cœperunt.

A Ne-

ܐܬܝܐ ܒܝܕ ܢܣܛܘܪܘܬܐ ܩܕܡܝܐ
ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܦܣܘܣ . ܗܘ ܒܝܕ
ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܝܢܝܐ ܘܒܟܠ
ܢܣܛܘܪܘܬܐ ܕܟܠܗ ܡܫܬܐ ܘܥܡܠ
ܘܫܠܝܚܘܗܝ ܕܐܬܝܢ ܗܘܘ

A Neſtorio accepit Theodoretus Cyri, qui patrocinium ejuſdem ſuſcipiens, impium opus conſcripſit adverſùs Sanctos Patres, qui Epheſi magiſtrum ejus Neſtorium anathemate perculerant.

ܕܡܫܬܐ ܕܬܪܬܝܗܘܢ ܩܠܝܠ
ܕܢܣܛܘܪܘܬܐ ܘܕܝ .

ܐܬܝܐ ܒܝܕ ܐܝܒܐ ܩܕܡܝܐ
ܡܪܝܡܐ . ܗܘ ܒܝܕ ܡܪܝܡܐ ܕܟܝ ܥܒܕ
ܘܐܡܪ ܕܐܢܐ ܠܐ ܡܬܚܫܕ
ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܐ ܘܐܝܟ
ܕܐܢܐ ܕܡܝܡܝܪܘܬܝ ܗܘ ܕܡܢ
ܕܐܬܩܪܝ ܐܠܗܐ ܘܐܝܟ ܕܐܢܐ
ܕܡܝܡܝܪܘܬܝ ܗܘ ܕܡܢ ܕܐܬܩܪܝ
ܐܠܗܐ ܗܢܐ ܡܢ ܗܢܐ ܐܬܪ ܗܘ
ܡܪܝܡܐ ܕܟܝ ܡܪܝ ܠܐ ܢܫܬܡܥ ܠܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܐ ܘܗܘ
ܐܠܗܐ ܕܡܬܩܪܝ

ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܡܬܩܒܠ ܐܝܒܐ ܘܡܪܝ ܩܠ
ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ ܡܢ ܐܘܪܗܝ ܕܐܕܡܐ ܕܗܘܐ ܡܪܒܐ
ܕܒܝܬ ܣܦܪܐ . ܗܘ ܗܘܐ ܡܫܡܫܢܐ
ܕܐܪܡܝܐ ܘܕܦܪܣܝܐ ܕܗܘ ܐܬܐ .

Ab eodem Iba post Marim accepit Maro 1 quidam Elita Presbyter Edessenus, qui in Edessena 2 Persarum Schola Præceptorem agebat.

ܘܒܗܘܢ ܕܒܝܬ ܣܦܪܐ ܕܗܘ ܡܫܡܫ ܠܗ ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ
ܕܐܪܡܝܐ ܘܦܪܣܝܐ ܘܒܗ ܗܘ ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܪܡܝܐ
ܕܗܘ ܡܫܡܫ ܠܗ ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܗܘ ܡܫܡܫ
ܠܗ ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܪܡܝܐ ܕܗܘ ܡܫܡܫ ܠܗ ܐܝܠܐ
ܩܫܝܫܐ ; ܐܝܠܐ ܕܐܪܡܝܐ ܕܗܘ ܡܫܡܫ ܠܗ ܐܝܠܐ
ܩܫܝܫܐ ܕܦܪܣܝܐ ; ܐܝܠܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܗܘ ܡܫܡܫ ܠܗ
ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܪܡܝܐ . ܡܢ ܗܘ ܡܫܡܫ
ܠܗ ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ ܕܦܪܣܝܐ .

In illa autem Schola commorabantur, quum Persæ ibidem literis vacarent: quos inter Acacius 3 Aramæus, qui ibidem *suffocans quadrantem* cognominabatur; Barsaumas 4 Maræ Carduensis servus, qui *natans in*

ܒܬܪ ܕܐܬܩܛܠ ܒܪܝܡܐ ܒܗ ܗܘ ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ
ܕܐܪܡܝܐ ܕܗܘ ܡܫܡܫ ܠܗ ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ ܕܦܪܣܝܐ
ܕܗܘ ܡܫܡܫ ܠܗ ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܪܡܝܐ ; ܡܢ ܗܘ
ܡܫܡܫ ܠܗ ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ ܕܦܪܣܝܐ ; ܡܢ ܗܘ ܡܫܡܫ
ܠܗ ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܪܡܝܐ ; ܡܢ ܗܘ ܡܫܡܫ ܠܗ
ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ ܕܦܪܣܝܐ . ܡܢ ܗܘ ܡܫܡܫ ܠܗ
ܐܝܠܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܪܡܝܐ .

ܟܚܝܐ ܕܡܢܘܗܝ ܕܡܬܩܪܝ ܗܘܐ
ܦܝܫܐ ܟܝܢ ܩܢܐ . ܡܪܝܢ ܕܟܝ
ܕܦܠܚܢ ܕܡܬܩܪܝ ܗܘܐ ܫܡܗ ܦܝܚܐ .
ܡܪܝܚܝܠܐ ܕܫܢܐ ܡܢܝܢܐ ܕܡܬܩܪܝ
ܚܦܐ ܕܠܐ ܐܘܢ ܕܡܬܩܪܝ . ܡܪܝܢ 1
ܕܢܝܚܐ ܕܡܬܩܪܝ ܗܘܐ ܫܝܢܐ .
ܡܪܝܚܐ ܕܡܬܩܪܝ ܒܝܚ . ܡܪܝܠ ܕܝ 2
ܡܪܝ ܕܢܘܚ ܕܝܢ ܗܘܐ ܕܡܬܩܪܝ 3
ܟܝܢ ܕܚܢܘܢ . ܐܝܢܘܢ ܡܢܝܢܐ 4
ܕܡܬܩܪܝ ܗܘܐ ܫܡܗ ܡܪܝ ܚܝ ܕܡܪܝ 5
ܕܒܝܬ ܠܦܐ . ܐܝܠܝܐ ܕܝ . ܡܢܗܝ ܕܝ ܕܡܢ
ܕܒܝܬ ܡܢܝ . ܗܘܝܢ ܕܡ ܡܪܝܗܘܢ ܠܫܘܬܐ ܕܒ ܚܝܢ ܕܥܠ ܠܡܫܡܫܢܘܬ ܗܘ
ܕܝܢ ܠܡܢܚܐ ܕܒ ܡܢܝ .

ܐܝܠܐ ܗܘܐ ܕܒ ܠܫܘܬܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ
ܕܡܢܝ ܗܘܐ ܕܡ ܡܫܬܡܥ ܡܢܗܘܢ .
ܡܢܝ ܦܦܐ ܡܢ ܫܡ ܟܦܪ ܡܪܝܢܐ 6

in nidis dicebatur: Maanes Hardascirensis, cognomento *bibens cinerem*: Absotas Ninivita, cui cognomen inditum erat, quod literis mandare nefas est. Joannes 1 Garmachita cognomento *Porcellus*. Michæas 2 cognomento *Dagon*. Paulus 3 Cachæi ex oppido Huzitarum, cognomento *factor phaseolorum*. Abraham 4 Medus, cognomento *inflammator balneorum*. Narses 5 Leprosus. Ezelias ex monasterio Caphar-Maris: aliique ejusdem cum Iba sententiæ.

Sed & alii erant, qui Ibæ nequaquam consensere: nimirùm Mar Papas ex Beth-Lapeth Huzitarum urbe: Mar Xenaias 6 ex Tahal Beth-Gar-

habet 746. hoc est, Christi 435. quo anno nondum natus fuerat Barsaumas: qui quum post extirpatam anno Christi 489. Persicam Scholam, in regionem Persarum secessisset, Nisibenum Episcopatum obtinuerit, necesse est, anno Christi 535. non 435. Agit de eodem Eutychius Alexandrinus in Chronico sub Justiniano Imperatore, & ex eo Naironus in Evopl. Par. I. pag. 12. Renaudotius verò tom. 2. Liturg. Orient. pag. 100. ex manuscripta Nestorianorum historia refert, *eum nefarium fuisse, & antiquæ disciplinæ, quantum in ipso fuit, contemptorem: nam contra Canones, Episcopus quum esset, uxorem duxit, eamque Sanctimonialem: tùm legem tulit, ut Episcopis, Sacerdotibus, Monachis ipsis nubere liceret. Ob auctoritatem verò tyrannicam, quum in ordinem redigi non posset, dignitatem quamdiù vixit, retinuit: sed post mortem anathemate damnatus est: statutumque in perpetuam ejus contumeliam, & per annos multos observatum, nequis ex Metropolita Nisibensi ad supremam Catholici dignitatem assumeretur.*

Hinc ܡܬܩܪܝ *flagitiosus*, ac *nefarius* vulgò appellatur, & disertè damnatur in Professione Fidei, quæ ab Ordinandis exigitur apud Jacobitas Cod. Ecchell. IV. Scripta ejus recenset Hebedjesu in Catalogo pag. 46. & 116.

1 *Joannes Garmachita*. Ejus scripta recenset Sobensis in Catalogo pag. 96. *Giarmachitam* vertit Ecchellensis, & urbem Assyriæ *Garmach*, vel nomen regionis *Garmæorum* confundit cum *Germanicia* Euphratesiæ: nam Not. in Hebed. pag. 135. Thomam Germaniciæ Episcopum, cujus Anaphoram laudat, *Giarmachitam* appellat. Joannem nostrum Edessâ pulsum, in Beth-Sori Garmæorum urbe Episcopatum gessisse, docet infrà Beth-Arsamensis.

2 *Michæas*. Vide Sobensem pag. 76. Losciumo Garmæorum urbi Episcopus præfuit, teste Beth-Arsamensi. Ecchellensis pro Losciumo *Dalsum* vertit, notam genitivi casus non animadvertens: Sic enim interpretatur Sobensis verba de scriptis Michææ: ܘܠܐ ܕܒܬܪ ܫܒܪܝܫܘ ܕܕܠܣܘܡ *& de Sabarjesu Dalsum*: quæ proculdubio reddi debent, *& de Sabarjesu D-Lescium*, hoc est, *Losciumi* Episcopo.

3 *Paulus*. Ledan Huzitarum urbis Episcopus, alius à Paulo Nisibeno, de quo Sobensis pag. 57.

4 *Abraham* Beth-Rabani ܒܝܬ ܪܒܢܝ Medorum urbis Episcopus, cujus opera laudat Sobensis in Catalogo pag. 46.

5 *Narses* Scholam Nisibi instituit, ubi Nestoriano errore auditores imbuebat. Huic Syri hexasyllabum Carmen tribuunt, non secùs atque pentasyllabum Balæo, heptasyllabum Ephræmo, & dodecasyllabum, vel tetrasyllabum ter repetitum Jacobo Sarugensi. *Leprosum* vocat Beth-Arsamensis: atque idcircò ad nullam fortasse dignitatem Ecclesiasticam evectus fuit, licet de secta Nestoriana optimè meritus fuisset. Ejus opera recenset Hebedjesu pag. 44.

6 *Xenajas*. Philoxenum Petrus Cnapheus appellari voluit, quum Hierapoleos, seù Mabugi Antistitem eum constituit. Vide Nicephorum lib. 16. cap. 27. Excitatas ab eo turbas adversùs S. Flavianum Antiochiæ Pa-

ܘܫܘܡܢܐ . ܡܢܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܡܢ ܐܠܦܐ
ܘܥܕܡܐ ܕܡܪܕܝܢ : ܐܝܟܢܐܝܬ ܘܥܒܕܘ
ܐܝܟ . ܡܢܝܢ ܕܢܝ ܕܥܒܕܐ ܡܢܘܡܢܐ
ܕܐܝ ܘܐܝܟ ܕܟܬܒܐ ܘܡܥܒܕܢܐ ܕܝܢܐ
ܘܒܝܡ ܩܢܐ . ܡܢܝܢ ܕܢܣܒܘܢ ܐܘܡܢܐ
ܘܐܝܟ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܘܥܕܡܐ ܕܡܪܕܝܢ :
ܕܪܚܡܘܗܝ ܘܡܪܝܡܐ .

ܡܟܬܒ ܡܢܝܢ ܘܡܪܝܡܐ ܐܠܦܢܐ
ܕܟܠܗܘܢ ܩܪܝܢܐ ܕܡܢ ܐܘܪܗܝܢ ܕܟܝ ܥܒܕܐ
ܘܦܩܕܐ ܐܘܪܗܝܢ ܘܐܬܝܢ ܕܟܠܗܘܢ ܐܝܟ .
ܘܒܝܬ ܣܦܪܐ ܘܠܡܕܢܐ ܡܢ ܩܪܝܢܐ ܕܡܪ
ܐܬܝܢ ܕܡܪ ܩܘܪܝ ܩܕܝܫܐ ܘܐܬܝܢ ܕܡܪ
ܙܢܘܢ ܡܠܟܐ ܕܪܘܡܝܐ ܐܬܪܥܪܥ ܐܠܗܐ
ܕܐܬܪ ܕܐܬܪ ܘܐܬܬܒܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܠܗ
ܕܡܪܝܡ ܐܝܟ ܕܟܝ ܩܪܝܢ ܕܡܪ ܩܘܪܝ
ܩܕܝܫܐ

ܘܥܡܗ ܫܘܪܝܐ . ܐܦܠܐ ܕܢ ܩܦ
ܚܢܢܐ ܘܒܝܬ ܘܥܡܗ ܡܪܝܐ . ܐܦܠܐ
ܘܡܪܝܐ . ܐܚܪܢܐ ܥܡܗ ܡܪܝܐ . ܢܝܫ

ܡܢ ܐܚܪܝ ܡܪܝ ܡܪܝܐ ܡܬܝܗܒܝܢ
ܒܬܠܬܐ ܕܢܫܬܘܫܘ ܠܡܐܡܪ
ܐܚܪܐ ܕܡܪܝ ܡܪܝ ܐܡܪ :
ܒܟܝܢ ܒܬܡܢܝ ܡܬܬܩܢܐ ܥܡ ܫܘܪܝܐ .
ܒܡܕܝܢܬ ܕܒ ܥܡ ܟܦܪ ܡܬܝܢ
ܕܡܢ ܢܦܠܝܢ ܘܡܪܝ : ܕܐܢ
ܕܡܢ ܡܐܬ ܘܫܢܬ ܡܢܝ ܡܢܝ 1

ܐܦܠܐ ܕܢ . ܐܦܠܐ ܕܡܬܩܢܝ ܡܬܝܢ ܘܥܡܗ ܡܪܝܐ .
ܐܦܠܐ ܥܡ ܥܡ ܡܬܝ ܡܬܝ ܡܬܩܢܐ ܘܥܡ ܢܝܢܘܐ .

ܘܡܢܗ ܡܬܬܩܢ ܘܡܬܩܢ
ܫܠܝ ܡܢ ܘܡܪܝ ܡܬܝ ܡܬܝ
ܡܢ ܕܡܬܩܢ ܫܠܝ ܘܡܪܝ
ܡܬܩܢ ܕܒ ܘܡܢ ܐܬܝ ܡܬܩ
ܡܬܩܢ ܕܒ ܘܡܪܝ ܫܠܝ ܡܬ
ܡܬܩ ܡܬܩ ܡܬܩ ܡܬ ܡܪܝ
ܡܪܝ ܡܬ ܡܬ ܡܬ ܡܬ ܡܪ
ܡܬ ܡܬ ܡܬ ܡܬ ܡܬ ܡ
ܡܬ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ 2

ܡ ܡ ܡ ܡ

tarum: & Abraham Medorum: Narſes verò Leproſus Niſibi ſcholam inſtituit.

ڈ ھوزایے ڈ ڈھڈھڈ ھڈ ڈ
ڈ ڈ ھڈ ڈ ڈ ڈ .

Quumque Huzitæ ac Perſæ traditam ſibi ab Iba Neſtorii, atque Theodori doctrinam confirmare vellent, plures in regione Perſarum Synodos collegerunt: Ac primùm quidem in Beth-Lapeth Huzitarum Metropoli anno Pherozis [1] Regis Regum vigeſimo ſeptimo. Deinde in Seleucia & Cteſiphonte urbibus Aſſyriorum. Item in Beth-Adri oppido ditionis Nuhadrenſis. 1

His in Synodis varios novæ fidei Canones excogitantes, à vera Sanctorum Patrum Fide ſeſe ſegregarunt: ab ea, inquam, Fide, quam ipſi à Sanctis Apoſtolis traditam acceperant: quæ per Spiritum Sanctum Nicææ à trecentis decem & octo Epiſcopis, unàcum Orthodoxo Romanorum Imperatore Conſtantino, prædicata fuerat: cui conſenſerunt centum & quinquaginta religioſiſſimi ac Sanctiſſimi Epiſcopi in urbe Conſtantinopoli unàcum Theodoſio Magno Cæſare: & bis centum [2] ac tres 2

NOTA.

1 *Pherozis Regis Regum*. Hoc titulo Reges Perſarum appellari ſolebant, eò quod ſubditos ſibi Reges haberent, ut Regem Cermæ, Regem Nuhadræ &c. conſule S. Marutham in Hiſtoria Martyrum Orientalium. Agathias lib. 4. pag. 137. quatuor tantùm ſuprà viginti annos Pherozi tribuit: *atque ibi*, inquit, *cum exercitu interiit quarto & vigeſimo regni ſui anno, vitamque finivit inglorius, utpote ab Hunnis debellatus*. Ejus proinde interitum refert Pagius ad annum Chriſti 481. ut diximus pag. 263. Sed eum regnaſſe annos *viginti ſeptem*, præter Beth-Arſamenſem illius ætatis Scriptorem, teſtantur etiam Arabes & Perſæ, qui genealogiam illorum Regum ex Archivis Perſicis deſumptam accuratè deſcripſere. Vide Codicem noſtrum Arabicum XLIV. fol. 13. Periiſſe autem Pherozem poſt annum Chriſti 489. colligitur ex eodem Beth-Arſamenſi, qui coactus eodem regnante Synodos à profugis ex Edeſſena Schola Perſis, Barſauma, Narſete & reliquis ſuprà memoratis, teſtatur. Atqui Edeſſenam Scholam ſub Zenone anno Chriſti 489. everſam fuiſſe, oſtendimus pag. 353.

2 *Bis centum ac tres ſuprà quinquaginta*. Qui hodie in Epheſinæ Synodi Actis ſubſcripti inveniuntur, *centum quinquaginta trium* Epiſcoporum numerum tantùm implent. Verùm quamplurimos in iis deſiderari, redarguit Creſconiana Collectio, in qua nominantur qui huic Synodo interfuere, Epiſcopi *centum nonaginta*. Plures autem quàm ducentos eos fuiſſe, Acta ejuſdem Synodi apertis verbis declarant. In fine Epiſtolæ Synodalis ad Clerum Conſtantinopolitanum, (quæ exſtat Par. 2. Act. 3.) dicitur: *Quum Epiſcopi ſuprà ducentos exſtiterint, qui Neſtorium depoſue-*

ܡܬܩܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܫܬܝܢ ܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܚܡܫܐ ܥܠ ܐܠܦ ܘܬܫܥ ܡܐܐ . ܡܛܠܡܝ ܡܬܩܪܝܢ ܡܠܟܐ ܐܢܬܘܢ ܕܩܪܝܢ ܠܗ ܡܢ ܐܠܦ ܘܬܫܥ ܡܐܐ . ܡܢܗܢ ܟܝ ܡܠܐ ܗܢܘܢ ܕ ܘܬܪܝܢ ܡܬܩܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܫܬܝܢ ܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܚܡܫܐ ܥܠ ܐܠܦ ܘܬܫܥ ܡܐܐ

nastasium 1 Cæsarem τὸν μακαρίτην. 1

Omnes igitur hi Episcopi suo quisque tempore anathema dixerunt universis ac singulis, qui audent scribere, aut docere, aut tradere aliam fidem præter hanc, quam suprà descripsimus: quam solam tenent ac profitentur omnes Sanctæ Orthodoxorum ubique locorum Ecclesiæ: quam etiam tenebant omnes Persæ usque ad annum vigesimum septimum *Pherozis*, quo Episcopi Persarum parvipendentes anathema Episcoporum omnium Regumque prædictorum, aliam de suo publicarunt fidem, qua loco Trinitatis Quaternitatem introducunt, dum credunt in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & Christum 2 in duabus naturis. 2

Idcircò segregavimus nos à communione Nestorianorum ab anno Pherozis Regis vigesimo septimo usque in præsentem diem: eisque anathema diximus, ac dicimus: nec non Simoni Mago primo eorum Magistro, & Ebioni, & Artemoni, & Paulo Samosateno, & Diodoro, & Theodoro, & Nestorio, & Theodoreto, & Ibæ: & omnibus iis, qui eorum vestigiis inhærentes, veritatem impu-

NOTÆ.

1 *Anastasium*. Ex hoc loco colligitur ætas scriptionis hujus Epistolæ. Anastasius enim à die 11. Aprilis anni Christi 491. usque ad diem 9. Julii anni 518. imperavit. Vide Pagium ad annos prædictos.

2 *Christum in duabus naturis*, nimirùm divisis, & separatis: Sic enim Nestoriani de Christo opinabantur, cujus Divinam naturam atque Personam ab humana separabant, Hi quidem Christum adorantes, Quaternitatem, ut ait Beth-Arsamensis, introducebant: Christum videlicet hominem extra Trinitatem. At Catholici non ita sentiebant, quidquid eos calumniati fuerint Monophysitæ: Sed Personam, seù Hypostasim Christi, unam eandemque ac Personam Filii credebant. Quare Christum adorantes, Filium Dei adorabant Humanæ naturæ hypostatice unitum, non nudum hominem à Filio separatum.

ܡܬܚܪܡܝܢ ܐܢܘܢ ܕܡܬܚܙܝܢ ܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܐܝܠܝ

ܡܬܚܪܡܝܢ ܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܟܢܘܢܐ
ܕܟܬܒܝܐ ܘܕܝܢ ܕܥܒܕ ܡܢ ܐܟܩܝܘܣ
ܘܡܢ ܒܪܣܘܡܐ ܘܡܢ ܢܪܣܝ : ܕܟܠܗ
ܘܡܢ ܟܠ ܐܠܝܢ ܕܡܬܒܥܝܢ ܠܗ .

Præterea anathematizamus fidem, & Canones, & quidquid gestum fuit ab Acacio, & Barsauma, & Narsete, cæterisque eorum sociis hæreticis, unàcum reliquis, qui eos sequuti sunt, aut sequuntur.

1 ܡܬܚܪܡܝܢ ܐܦ ܡܪܝܐ ܬܠܝܢܝܐ ܡܠܦܢܐ
2 ܘܟܬܒ ܒܗ ܩܬܘܠܝܩܝܐ ܘܡܢܗ ܢܦܩ
ܘܡܪܝ ܒܗ ܡܠܦܢ ܗܢܐ ܗܘ ܕܢܦܩ ܡܪܝ
ܡܠܦܢܐ ܕܦܘܠܘܣ ܕܒܝܬ ܫܘ ܕܡܠܦ
ܡܪܝ ܡܠܦܢ ܕܡܫܝܚܐ ܕܒܝܬ ܡܪܝ
ܡܠܦܢ ܕܡܫܝܚܐ ܕܒܝܬ ܡܪܝ ܡܠܦܢ

Ex Historia Joannis Asiæ Episcopi apud Dionysium Patriarcham in Chronico.

De Regno [1] *Indorum, & quomodo belli causa Christianam* [2] *Religionem amplexi sunt.*

ܡܠܟܘܬܐ ܕܗܢܕܘܟܐ ܘܐܝܟܡܐ ܡܠܚܡܐ ܡܛܠ ܕܬܪܝܢ ܗܘܘ ܡܬܬܡܢܝܢ .

3 ܕܒܗ ܕܙܡܢܐ ܗܘܐ ܡܠܚܡܬܐ ܕܢܗܘܐ ܒܝܢ
ܡܠܟܐ ܕܙܢܘܕܘܢ ܘܒܝܢ ܡܠܟܐ ܕܗܢܕܘܟܐ ܕܚܡܪ
4 ܫܡܗ . ܘܙܢܘܕܘܢ ܘܒܝܢ ܐܝܕܓ ܐܚܪܝܐ ܕܗܢܕܘ
5 ܕܐܝܬܝܗ ܒܬܪܥܝܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܐܝܬ
ܐܝܬ ܒܗ ܒܬܪ ܕܝܢ ܕܡܠܟܘܬ ܕܗܢܕ ܘܐܝܬ ܐܝܬ
ܒܗ ܒܬܪ ܕܝܢ ܕܡܠܟ ܗܡܝܪܝܬܐ ܕܡܢܝܢ ܗܘ ܡܢ
ܗܢܕ . ܘܐܝܟ ܕܢܗ ܡܠܚܡܬܐ ܕܢܗܘܐ ܒܝܢ
ܡܠܟܐ ܕܗܢܕ ܘܐܝܟ ܕܢܗ ܡܠܚܡܬܐ ܕܢܗܘܐ ܒܝܢ

Per idem tempus 3 accidit, ut bellum inter Reges Indorum oriretur, nimirùm, inter Xenodonem 4 Indorum Regem, & inter Aidog 5 alterum Indiæ interioris Regem, qui ethnica superstitione tenebatur. Atque hic quidem rebus cum Xenodone compositis, iterùm adversùs Dimionem 6 Regem Homeritarum 7, qui & ipsi ex Indis numerantur, bellum

NOTÆ.

1 *Indorum*. Horum nomine non Indos modò propriè dictos, qui citra, vel ultra Gangem sunt, sed etiam Æthiopas, atque Homeritas intelligi, liquet ex Stephano de Urbibus, ex Theophane ad annum Incarnationis 563. & ex Theophilacto lib. 3. cap. 9. Vide Pagium ad annum 327. 522. 571. & 572.

2 *Christianam Religionem*. Axumitæ, seù Æthiopes, Christiani erant à tempore Constantini Magni, & fidem acceperant à Sancto Frumentio Episcopo, teste Rufino lib. 1. cap. 9. Socrate lib. 1. cap. 19. Sozom. lib. 2. cap. 24. & Theodoreto lib. 1. cap. 23. Homeritæ verò, Constantio Constantini Magni filio Imperium administrante, Ariana hæresi imbuti fuerant à Theophilo Indo, teste Philostorgio lib. 3. Hinc Pagius ad annum 541. num. 6. tamquam fabulosam rejicit narrationem Theophanis de fide Christi in Æthiopiam invecta anno Incarnationis secundùm Alexandrinos 535. qui in vulgaris Christianæ Epochæ annum 541. incidit. Verùm Æthiopas, etsi à Constantini Magni ævo Christiani fuerint, tamen subsecutis temporibus fidem Christi exuisse, saltem eorum Regem, & magnates, affirmat ætatis illius Scriptor Joannes apud Dionysium.

3 *Per idem tempus*. Nimirùm circa annum 4. Justini Imperatoris, Christi 521. ut ex sequentibus apparet, ac præsertim ex Epistola Simeonis nostri, quæ apud Joannem hujusce narrationis auctorem data esse dicitur *anno Græcorum* 835. Christi 524. Justini 7. Quare ad hunc annum retrahenda est Theophanis historia, quam ex Joanne nostro describit ad annum Incarnationis secundùm Alexandrinos 535. Christi 541.

4 *Xenodonem*, seù *Axenodonem*. ܐܟܙܢܘܕܘܢ. Nulla hujus Regis apud Theophanem, aliosve Scriptores mentio.

5 *Aidog*. ܐܝܕܓ. *Adad* appellatur Theophani: aliàs *Elesbaan*: qui initio paganus fuerat: mox Christianus, uti narrat Joannes: demùm postquam impium Judæorum Regem interfecit, & Homeritis Abrahamium Christianum Regem constituit, redux in patriam suam, diadema deposuit, & Regulam suscepit monasticam, ut fusiùs in Actis Sancti Arethæ refert Metaphrastes. Theophanes, qui Joannis nostri historiam ad verbum transcripsit, Syriaco Textu non benè intellecto, Regem hunc ex Ethnico Judæum facit. *Hoc anno*, inquit, *Regem Exumitarum* (*Indiam isti habitant, & Judæorum religionem colunt*) *ex hujusmodi causa bellum sustinere contigit. Exumitarum Rex interiorem Ægyptum occupat, & Judæorum opiniones sectatur &c.* Ubi quàm absurdè ܗܢܕ ܬܪܥܝܬܐ *India interior*, cui Aidog præerat, Ægyptus interior dicatur, nemo non videt.

6 *Dimionem*. ܕܡܝܢ. *Damianum* appellat Theophanes loco cit. *Damnum* Nicephorus lib. 17. cap. 22. Confunditur à Pagio cum *Dunaano*, qui tertius ab ipso Homeritis regnavit, ut ex Joanne liquet. *Quare non dubium* (inquit Pagius ad ann. 541. num. 6.) *quin Theophanes Adadum pro Elesbaano sumpserit, & Damianum pro Dunaano*: eo nimirùm, qui S. Aretham aliosque Christianos Civitatis Negræ occiderat.

7 *Homeritarum*. ܡܚܡܪܝܬܐ. Philostorgius lib. 2. num. 6. *Hos autem Indos, olim quidem Sabæos ait esse dictos ab urbe Saba, quæ caput est totius gentis, nunc verò Homeritas vocari*. Et

ܘܠܐ ܟܕ ܠܐܬܝ ܒܗ ܐܝܟܢܐ ܡܢ ܡܘܕܝܐ
ܘܟܠܗ ܫܒܛܐ ܕܗܘܐ ܟܕ ܡܢܛܠ ܟܠܗ
ܐܪܥܐ ܕܣܥܪܝܢܐ ܘܠܐ ܐܝܬܝܗ ܡܢ
ܐܝܬܝܘܬܐ ܕܐܬܪܘܬܐ ܕܗܘ ܘܥܒܪ ܗܘ
ܘܢܦܩ . ܟܕܡܐ ܕܝܢ ܘܟܕܝܠ ܡܢܛܠ
ܚܢܢܝܢ ܕܐܬܪܘܬܐ ܗܘܐ . ܘܕܝ ܐܝܟܢܐ
ܘܡܢܗܝܢ ܕܐܬܪܘܬܐ ܡܢ ܡܘܕܝܐ ܘܡ 1
ܘܣܥܪܝܢܐ ܚܡܫܐ ܐܠܦܐ ܗܘ ܡܢ 2
ܘܠܗܘܢ ܕܐܬܪܘܬܐ ܕܚܢ ܡܢ
ܗܘܝ :

Et lib. 3. num. 4. *Regionem autem quam incolunt, Arabiam magnam, & Felicem à Græcis appellari scribit, & ad extimum Oceanum pertingere*. Theodorus Lector lib. 2. pag. 567. *Immireuos* vocat: *Immireni*, inquit, *gens est Persis subjecta, ad extremos Noti fines habitans. Et ab initio quidem Judæi fuerant, jam inde à Regina Austri, quæ ad Salomonem olim venit. Posteà Gentiles facti sunt. Anastasii verò temporibus Christianam religionem amplexi sunt, & Episcopum acceperunt*. Ubi pro Anastasio Imperatore *Constantius* proculdubiò reponendus, ex Philostorgio loco cit. atque ita tollendus Henrico Valesio Scrupulus, qui in Annotationibus ad hunc Theodori locum sic habet: *Obstat tamen id quod apud Theophanem & alios legimus, Homeritas Justiniani demùm temporibus fidem Christi suscepisse*. Imò obstat, quod apud Philostorgium legitur, eos sub Constantio Christianos factos fuisse. Theophanes autem non de Homeritarum, sed de Æthiopum conversione loquitur. Arianam hæresim, quam olim sub Theophilo Indo hauserant, apud Homeritas demùm post Constantii mortem, tempore incerto, profligatam fuisse, apparet ex martyrio S. Arethæ Sociorumque, qui Orthodoxam planè fidem colebant. Theophanes Byzantius in Excerptis de Legationibus, Homeritas *Æthiopas* vocat: *Quamobrem etiam Chosroës*, inquit, *in Æthiopas, amicos populi Romani, (olim Macrobios, nunc Homeritas appellatos) expeditionem suscepit*. Sic fortasse dicti, quia Æthiopiæ regi parebant, Æthiopesque coloniam eò deduxerant, ut ex Joannis historia colligitur.

1 *Æthiopum*. ܟܘܫ . *Chus* Æthiopia Hebræis æquè ac Syris appellatur ex Chus Chami filio, de quo Gen. 10. 6. Theophanes, aliique pro Chusæis, seù Æthiopibus, habent *Axumitæ*, vel *Exumitæ*, qui, teste Procopio, ita dicuntur de nomine *urbis Auxomidis, ubi Regia ipsorum erat*. Ptolemæus Geogr. lib. 4. cap. 8. *Procul*, inquit, *à flumine* Nilo *mediterraneæ civitates sunt Axume, in qua Regia*. Vide Scaligerum lib. 7. de Emendat. Temp. pag. 682. Æthiopum verò Regnum *ultra Homeritidem* situm lum suscepit ex hujusmodi causa. Æthiopum 1 regnum ultrà Homeritidem contra regiones Ægypti, ac Thebaidis, quæ extra Indiam jacent, situm est. Romani 2 verò mercatores per Homeritarum terras ad interiores Indorum partes, quæ Euzeliæ dicuntur, penetrabant: atque inde in ulteriores Indorum Æthiopumque regiones proficiscebantur. Septem enim sunt Indorum, atque Æthiopum Regna: Tria nimirùm Indorum, & quatuor Æthiopum: Atque hæc quidem longiùs distant, jacentque intra partes meridionales juxta esse dicitur: nimirùm respectu Syrorum, quibus per Arabiam Felicem, & Homeritidem priùs transeundum erat, quàm freto sinus Arabici trajecto, Æthiopiæ fines pervaderent. De eorum conversione, vide sis Pagium ad annum 327. à num. 9.

2 *Romani verò Mercatores*. Hinc Theophanes Joannem nostrum ad verbum transcribere incipit: cujus verba apponimus, ut quod inter utrumque intercedit discrimen, pateat. *Romani porrò*, inquit, *mercatores ad Exumitam, & interiores Indorum Æthiopumque partes per Homeritarum terras penetrant. Mercatores istos, ut moris erat, per Homeritæ montes iter agentes, Rex Homeritarum Damianus, direptis eorum facultatibus omnibus, occidit: Eò quod Romani, ajebat, Judæos secum habitantes vexant, & mortem eis non verentur inferre. Ex quo commercium interiorum Indorum Exumitæ diremptum fuit. Iratus itaque Exumitarum Rex Adad, Homeritæ significavit: Prohibitis Romanis mercatoribus ad nos usque accedere, regnum meum & interiorem Indiam omnem magno damno affecisti. Ita demùm magnis inter se inimicitiis susceptis, mutuo inter se bello contendebant. Quumque jam in aciem congressuri essent, Exumitarum Rex Adad voto se devinxit in hanc mentem. Si Homeritæ superior rediero, Christianus fiam: & in Christianorum gratiam bello deinceps decertabo. Deo igitur opitulante, magnam ille retulit victoriam, regemque Damianum vivum captivum egit, Homeritarum regionem, eorumque Regiam reddidit planè subditam; gratiasque Deo Exumitarum Rex subinde persoluturus, Episcopum atque Clericos ad se mitti, & se suosque de Christiana Religione doceri, missis ad Imperatorem Justinianum Legatis expetiit. Eo nuncio Justinianus supra modum lætatus, Episcopum quem ipsi vellent, dari jussit. Legati diligenti examine præmisso, Sancti Joannis in Magna Alexandrina Ecclesia Paramonarium, Virum pietate ornatum, & servata Virginitate celebrem, annorum duorum & sexaginta delegerunt. Eo igitur abducto, ad Regem Adad & propriam regionem redierunt. Ita demùm Christi fidem professi, baptismi Lumine cuncti fuerunt illustrati*. Hactenus Theophanes.

juxta mare magnum (Oceanum appellant,) quo universus terrarum Orbis circumdatur. Romanos igitur mercatores suprà memoratos, per Homeritarum fines in regiones Indorum mercaturæ causa de more transeuntes, Rex Homeritarum Dimion comprehendit, direptisque omnibus eorum mercibus interfecit: Ajebat enim: Quia Christiani Judæos in partibus Romanorum secum habitantes vexant, & necem eorum plerisque inferunt, propterea & istos morte plectendos adjudico. Atque hunc in modum complures ex ipsis morte affecit; ex quo reliquis timore correptis, commercium interiorum Indorum Æthiopumque diremptum fuit.

De iis, quæ Rex Æthiopum ad Regem Homeritarum scripsit, & de bello, quod inter ipsos obortum fuit.

Tunc Æthiopum Rex Regi Homeritarum per nuncios significavit, inquiens: Turpe facinus admisisti: Christianos enim Romanorum mercatores occidendo, commercium diremisti, nec meis tantùm Regnis, sed & cæteris commoda utilitatesque sustulisti: sed meum præ cæteris Regnum damno à te affectum est. Hac igitur de causa orto inter ipsos dissidio,

ܘܠܟ ܐܢܬܝܢܐ . ܡܛܠ ܕܟܠܗ ܗܘܘ
ܟܕܟܕܝܢܐ ܕܟܠܗ ܕܟܠܗ ܐܝܟ ܡܟܡܘܕܐ
ܘܟܡܪ ܫܘܝܐ ܠܡܟܝܗ . ܡܛܠ ܐܝܟܢܐ ܕܟܠ
ܟܕܗܟܗ ܟܡܪ ܫܘܝܐ : ܐܝܬܝ
ܡܠܟܐ ܘܡܚܢܐ ܠܡܟܝ . ܐܝ ܟܝ
ܢܗܘܝܢ ܟܠ ܘܐܬܝܢ ܟܘܢܐ
ܡܗܝܢܐ ܡܠܟܐ ܘܫܘܝܐ :
ܡܢܗܝܢܐ ܗܘܐ ܐܝܐ : ܘܡܐ ܟܝ
ܘܡܢܗܝܢܐ ܟܠ ܐܝܐ ܠܐ ܡܛܝ .
ܗܘܝܢ ܠܡܟܝ ܟܡܪ ܫܘܝܐ : ܡܐܝܢ
ܡܠܟܐ ܘܡܚܢܐ ܟܠܟܐ ܘܫܘܝܐ
ܡܟܝܢ ܡܚܝܢ ܡܟ ܡܠܟܐ
ܡܟܝ ܐܘܡܐ ܡܝܢ ܟܠܝ
ܫܠܟܐ . ܗܘܝܢ ܡܢ ܟܠ ܐܝܐ :
ܐܠ ܟܝܢ ܟܡܠܟܝ ܢܘܢ : ܐܠ ܟܝ
ܐܘܡ ܡܢ ܘܡܘܟܝܢ ܡܢ ܡܠܟܐ
ܡܗܝܢܐ ܘܢܝܢ ܟܝ ܐܝܢܗܝܢ 1
ܡܠܟܝܗ . ܗܘ ܡܢ ܫܘܝ ܫܘܝܐ
ܘܟܐ ܡܠܟ ܘܢܗܝܢ ܟܝ
ܐܝܢܗܝܢ ܡܢ ܘܐܠܟܝ . ܡܛܠ ܟܡܟ
ܗܘ ܡܠܟܐ ܐܝܟ ܡܢܗܝܢ ܐܢ
ܘܟܐ ܡܢ ܡܗܝܢ ܘܡܢ ܡܗܝܢ 2
ܘܐܝܟ ܗܘ ܟܝ ܟܝ ܟܐ ܡܢܟ
ܡܢܢ . ܟܝ ܐܠ ܡܠ ܗܘ ܟܝ .
ܗܘܝܢ

Dio, ad arma ventum est. Quumque jam acie congressuri essent, Æthiopum Rex Aidog: Si dabitur, inquit, mihi, ut latrone isto Homeritarum Rege superior evadam, Christianus fiam: Christianorum enim sanguinem ab ipso fusum ulcisci cupio. Tunc conserto prælio, Homeritarum Regem Æthiops devicit, & captum interfecit, totumque Regnum ejus diripuit, suæque ditioni subjecit, & exercitum ultima internecione delevit. Mox victoria hujusmodi potitus, votum solvere haud cunctatus est, sed duos ex optimatibus suis ad Justinianum 1 1
Imperatorem allegans, ut Episcopum sibi atque Clericos mitteret, rogat. Quibus ille incredibili lætitia affectus, Episcopum quem ipsi delegissent, dari jussit. Legati verò diligenti inquisitione facta, Joannem 2 S. Joannis Paramonarium, 2
virum castitate, puritate, ac zelo insignem, ordinari sibi Episcopum postularunt. Eo igitur unàcum pluribus Clericis accepto, in patriam mirifico gaudio affecti, reversi sunt: quos Aidog Rex pari cum lætitia excepit, unàcum Episcopo, & Sacerdotibus, qui simul advenerant. Ipse autem sacra imbutus catechesi, baptismum 3 suscepit, & 3
Christianus factus est, unàcum omnibus regni proceribus. parique studio omnes eam suscepere curam, ut in toto regno Christiana Fides obtineret, Templaque in honorem veri Chri-

NOTÆ.

1 *Justinianum*. Justinum nimirùm Seniorem, quem Orientales Justinianum Primum appellare solent, ut suprà notavimus p. 343. Hunc Syrorum Arabumque Scriptorum morem non animadvertens Theophanes, rem sub Justino gestam ad Imperium Justiniani perperàm transtulit: quem posteà errorem cæteri post ipsum sequuti sunt, ut doctè ostendit Pagius ad annum 541. num.6.

2 *Joannem*. In Syriaco Textu ܦܪܡܘܢܪܐ *Phirmunoro*, idest, *Ædituus* S. Joannis, appellatur. Malè apud amanuensem ܦܗܠܘܡܢܪܐ *Phelumnoro*. Paramonarium vertit Theophanes, ejusque proprium nomen reticuit. Utrùm Catholicus fuerit, non ausim definire. Videtur Monophysita fuisse, licet in Textu, & apud Theophanem summis laudibus celebretur. Nam Auctor quidem hujus historiæ Monophysita est, Joannes, inquam, Asiæ Episcopus, ex quo tùm Dionysius Jacobitarum Patriarcha, tùm Theophanes narrationem suam concinnarunt. Alexandrinus verò Patriarcha, qui ipsum Episcopum ordinavit, Timotheus erat Synodi Chalcedonensis impugnator acerrimus. Vide Pagium ad annum 519. num.19.

3 *Baptismum suscepit*. Hucusque Theophanes. Cætera, quæ martyrium Homeritarum antecedunt, consultò videtur prætermisisse, quod ea suprà narraverat ad annum Incarn. 515.

Christianorum Dei ubique locorum excitarentur. Atque hac ratione errantibus hisce Populis salutem Deus largitus est.

De eodem Homeritarum Regno, deque malis, & cædibus, quæ à Judæis ibidem patrata sunt.

Paulò post, defuncto Christiano Rege, quem Rex Æthiopum ibi constituerat, resumptis viribus Judæi Homeritæ, sibi Regem 1 è sua secta Homeritidi præfecerunt. Cunctos autem Christianos ibidem commorantes ferociter adorti, sustulerunt quotquot obvios habuere, viros ac mulieres, pueros & infantes, parvulos & senes: quemadmodum eorundem martyrium à B. Simeone Sophista scriptis proditum est: ex quo lugubrem hanc historiam describere hoc loco decrevimus. Est autem hujusmodi.

Hactenus Joannes Asiæ Episcopus apud Dionysium in Chronico. Sequitur Epistola Simeonis Beth-Arsamensis in hæc verba.

NOTA.

1 *Regem*. Mortuo Christiano Rege, quem in Dimionis locum Rex Æthiopum Adog, seù Elesbaan Homeritis præfecerat, *Dunaanum* Judæi constituerunt, qui in Christianos desæviit.

Epistola, quam S. Simeon Beth-Arsamensis Episcopus, qui Christianis in regione Persarum constitutis præerat, scripsit ad Mar Simeonem Gabulæ Abbatem: ubi Homeritarum martyrium describitur.

ܠܫܢܐ ܕܥܒܝܕܘ ܩܘܡܐ ܕܫܡܫܐ ܕܫܒܬܐ ܕܫܢܬ ܐܠܦܐ ܘܬܫܥܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܕܡܢܝܢܐ
ܕܐܪܬܐ ܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ ܕܡܢ ܕܝܢ ܕܢܗܘܝܢ ܕܒܪ ܫܡܘܐܝܠ :
ܕܒܪ ܫܘܘܝܐ ܕܐܠܐ ܣܦܝܢܢܐ ܠܢ ܡܢܗ .

1 ܡܕܝܢܬܐ ܕܫܡܫܐ ܕܒܬܗ ܕܡܢ
ܩܕܡ ܐܢܬ ܘܐܡܪܢ ܐܢܐ ܠܡܬܩܪܐ
ܠܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ ܒܫܠܡܐ ܥܡ ܫܠܝܛܐ
ܘܒܕܝܠܗ ܕܟܡ ܐܬܘܢ ܩܦܝܢܐ ܕܝ
ܐܒܝܢܐ ܘܐܢܐ ܘܐܒܘܢ ܥܡ
2 ܡܫܝܚܐ ܡܠܟܐ ܕܥܡܐ ܕܥܪܒܝܐ ܕܡܠܟ
3 ܒܫܠܡܐ ܘܡܕܡ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܢܐ
4 ܡܠܬܐ ܕܫܠܝܚܘܬܢ ܥܠ ܫܘܝܘܬܐ
ܕܡܦܩܢܢ ܠܡܚܘܐ ܡܢ ܡܕܡܐ
ܕܐܝܬ ܠܢ ܘܡܕܡ ܕܟܬܒܢ :

1 Dilectioni tuæ 1 significamus, die vigesima Canuni posterioris (*Januarii*) præsentis anni (*Græcum*) octingentesimi trigesimi quinti ex Irta (*hoc est*, *ditione*) Naamanis, discessisse nos, unàcum Abrahamo Presbytero Euphrasii filio, qui à Justiniano 2 Imperatore ad Monderum 3 Arabum Regem pro pace concilianda allegatus fuit: Sicuti de ipso in priori 4 nostra Epistola scripsimus, gratias eidem agentes cùm nos, tùm universi fideles, quod partes nostras foveat: & ipse perspecta habet quæ olim scripsimus, & quæ modò scribimus.

ܘܗܘ ܡܦܩܢ ܠܗ ܡܠܬܐ ܕܥܒܝܕܢ ܠܡܚܘܐ ܕܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ .

ܘܒܗ

Per

NOTÆ.

1 *Dilectioni tuæ*. Recole quæ de hujus Epistolæ exordio notavimus suprà pag. 342. Scripta est anno Græcorum 835. Christi 524. qui fuit septimus Justini annus. Quare corrigendus est Zacharias Melitensis, vel quisquis est Auctor Chronici Syriaci Codice Vaticano XXIV. qui fol. 91. hanc Epistolam anno Justini sexto datam refert.

2 *Justiniano*. Justinum intelligit, ut modò diximus pag. 362. id enim manifestè colligitur tùm ex anno Græcorum 835. qui in vulgarem Christi Epocham 524. incidit, quando Justinus senior solus imperabat: tùm ex legatione Abrahami Presbyteri, quem à Justino ad Regem Arabum missum fuisse testatur Metaphrastes in vita S. Arethæ martyris & Sociorum: *Justinus*, inquit, *quum sic ei visum esset, hortatus est Alamundarum, ut fœdera pacis iniret cum Saracenis Romanorum vectigalibus: & missus est Abraamius vir pius & Presbyter, qui hac fungeretur legatione &c.* tùm demùm ex martyrio Homeritarum, quod sub Justino contigisse, omnia Ecclesiastica monumenta clamant.

3 *Monderum* ܡܕܝܢ. Nomen Arabicum sine articulo: *Almonder* cum articulo, seù *Alamundarus*, ut Græci Latinique vertunt: de quo vide Procopium de Bell. Persic. & Evagrium lib. 4. cap. 12. & 13. Alterum Alamundarum Saracenorum Phylarchum laudat Theodorus Lector lib. 2. pag. 564. quem sub Anastasio Imperatore Christianam fidem amplexum fuisse testatur. Sed is à Mondero nostro diversus: noster enim sub Justino & Justiniano adhuc ethnicus Arabibus præerat, ut ex Beth-Arsamensi, Metaphraste, Procopio, & Evagrio colligitur.

4 *In priori nostra Epistola*. Scripsit igitur Beth-Arsamensis alteram Epistolam ad eundem Gabulæ Abbatem, in qua eum de rebus in Perside, & Arabia gestis edocebat: quam tamen hactenus videre non licuit.

ܘܒܡܕܒܪܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܬܝܢ
ܠܡܕܝܢܚܐ ܡܢܢܢ ܕܢܦܩܢ ܠܡܕܝܢ
ܐܪܡܝܐ ܕܩܕܡ ܛܘܪܐ ܕܡܕܝ ܗܘܘ
ܘܡܕܝܢܝ ܒܠܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܝܠܢ
ܘܡܕܝ . ܡܢ ܗܠܝܢ ܐܢܫܐ
ܕܡܕܝܢܝܐ ܘܡܢܢ : ܡܢ ܗܢܐ
ܕܝ ܠܝܠܢ ܫܢܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܡܪܝ 1
ܐܢܫ ܠܝ . ܘܡܢܐ ܐܝܟ ܕܢܬ ܘܠܡܢܬ
ܘܐܝ ܡܢܢ ܘܡܢ ܐܝܟ ܕܢܬ ܡܢ
ܘܐܢܫܐ ܡܢܢ ܘܡܢ ܐܝܟ ܕܢܬ . ܡܢ
ܡܢܫܘܒ ܐܢܫ ܡܢ ܠܝܠܢ : ܡܢ
ܠܝ ܡܢܐ ܡܢ ܡܢܐ ܐܝܟ ܕܢܬ ܡܢ

Per deſertum igitur, diebus decem conſumptis Auſtrum atque Orientem verſus pergentes, pervenimus ad Monderum contra montes *Arenæ* nuncupatos, quos Arabes رمله *Ramle* appellant. Monderi autem caſtra ingredientibus nobis, occurrunt Arabes ethnici, & Maaddeni 1, &, Quid ampliùs agendum vobis reſtat, inquiunt, quum Chriſtus veſter ex Romanorum, Perſarum, & Homeritarum finibus expulſus ſit? Hæc nobis Arabes exprobrabant. At nos ingenti dolore contabeſcebamus; maximè quum juxta adeſſet Legatus 2 ab Homeritarum Rege ad Regem Monderum miſſus, qui plenam arrogantiæ Epiſtolam exhibuit, in hæc verba.

ܘܐܝܟ ܕܢܬ ܡܢ ܡܢܐ ܘܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ 2
ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ .

Noveris, frater mi Mondere Rex, Regem illum, quem Æthiopes regioni noſtræ præfecerant, è vivis jam exceſſiſſe. Adventante autem hyeme 3 quum in noſtram regionem Æthiopes contendere nequirent, ut Chriſtianum Regem de more conſtituerent, totum ego Homeritarum regnum occupavi: Ac primùm quidem cunctos Chriſtianos, qui

ܘܐܝ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ
ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ
ܡܢ . ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ
ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ
ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ . ܡܢ ܡܢ ܡܢ 3
ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ .
ܡܢ

NOTÆ.

1 *Maaddeni*. Eorum meminit Procopius lib. 1. de Bell. Perſico cap. 19. & 20. ubi deſcribens Sinum Arabicum, narrat Saracenos, *Maeddenos* nuncupatos, mare accolere, ſub ditione poſitos Homeritarum.

2 *Legatus*. Hujus impiæ legationis meminit Metaphraſtes in Vita S. Arethæ & Sociorum apud Surium tom. 5. pag. 943. *Scripſit etiam* (de Dunaano Judæo tyranno loquitur,) *ad Alamundarum Ducem Saracenorum, qui erant ſub Perſis, promittens ſe ei etiam daturum pecunias, ſi moveat perſecutionem adversùs Chriſtianos, qui ſunt ei ſubjecti*.

3 *Adventante hyeme*. Dunaanus igitur Judæus, ſtatim ac è vivis migravit Chriſtianus ille Rex, quem Aidog, ſeù Elesbaan Æthiops in locum Dimionis Judæi Homeritis præfecerat, regnum arripuit, Nagran urbem cepit, Aretham Sociosque interfecit: Idque hiberno tempore paulò antequam Beth-Arſamenſis Epiſtolam ſuam ad Gabulæ Abbatem daret. Atqui ea Epiſtola, ut ſuprà dictum eſt, & mox videbimus, ſcripta fuit anno Græcorum 835. Chriſti 524. Juſtini 7. Martyrium igitur Homeritarum contigit eodem anno paucis ante menſibus, nimirùm ſub initium hyemis anno Juſtini 7. ineunte. Quare dies quidem, quo S. Arethas martyrium cum Sociis ſubiit, rectè in menſem Octobrem ab omnibus Martyrologis refertur: Annus verò martyrii eorum non bene à Theophane, Cedreno, aliiſque in annum Juſtini 5. Chriſti 522. conjicitur: nam circa id factum teſtis vivus ac preſens Simeon noſter, ex quo reliqui hanc fortaſsè hiſtoriam hauſerunt, falli non potuit. Neque obſtat Metaphraſtes, qui Acta Sanctorum in hæc verba exorditur: *Inſtabat jam quintus annus, ex quo Juſtinus acceperat ſceptra Romani imperii &c.* Non enim loquitur ibi Metaphraſtes de glorioſa Martyrum confeſſione, ſed de rebus ante illud martyrium Æthiopas inter ac Homeritas geſtis: *quo quidem tempore* (inquit, nempè anno Juſtini 5.) *imperabat etiam Æthiopibus Elesbaan &c. Ditione tenebat Arabiam felicem, quæ olim quidem Sabæa, nunc*

ܡܬܩܛܠܝܢ ܡܢܗܘܢ ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ
ܡܬܚܝܢ ܐܠܐ ܐܢ ܢܗܘܘܢ ܡܬܩܛܠܝܢ
ܠܟܠܗ . ܡܬܩܛܠ ܟܗܢܐ ܡܐܬܝܢ 1
ܘܬܪܬܝܢ ܘܐܪܒܥܝܢ : ܡܬܩܛܠܝܢ
ܟܗܢܐ ܕܒܥܝܢ ܗܘܘ ܟܝܠܐ :
ܡܬܟܝܠܝܢ ܕܗܘ ܕܢܦܩܘ ܘܡܠܟ
ܠܢܓܪܢ . ܗܦܟܝܢ ܟܝ ܡܐ
ܡܬܩܛܠܝܢ ܠܟܠ ܫܠܐ ܐܢܐ ܕܢܫ 2
ܡܕܡܐ. 3

qui in Christum crederent, cepi, mortem ipsis comminatus, nisi Judæi nobis similes fierent. Occidi 1 autem quos reperi, bis centum & octoginta Sacerdotes: Æthiopes quoque, qui Ecclesiam custodiebant, unàcum ipsis è medio sustuli; eorum verò Ecclesiam in Synagogam nostram converti. Tunc demùm cum centum 2 ac viginti millibus homi- 2 num ad Nagran 3 regiam eorum ur- 3 bem castra movi: quam quum diebus aliquot frustrà oppugnassem, inter-

nunc autem vocatur Homeritis, Dunaan Hebræus &c. Porrò autem ab Elesbaan odio habebatur Hebræus, quòd omnibus ferè, qui sunt sub cœlo, Christum Deum prædicantibus, & verum Dei filium, & nobis factum carne similem, ipse eum vilipendens, inficiabatur hæc omnia, velans & adumbrans suorum majorum scelus, quod in Cruce admiserant: adeò ut rex pius sæpè cum eo bello congressus, vi fuderit ac fugarit, & tributum pendere coëgerit. Verùm ille quidem non stans pactis conventis, insurrexit contra regem Elesbaan. Elesbaan autem eum rursùs valido adortus exercitu, fortiter expugnavit, & in fugam convertit. Denique ad illum cavendum relicto exercitu, in suam rediit ditionem. Interim non poterat Hebræus quiescere, sed ut acceptæ cladis deleret ignominiam, quum suos collegisset, & eos, qui erant in præsidio, invasisset, omnes bello perdidit: & jussit omnes, qui inveniebantur Christum esse Deum confitentes, citra ullam interire misericordiam &c. Quæ omnia quum Metaphraste teste à quinto Justini anno exordium duxerint, anno uno expleri nequeunt. Sed oritur hic difficultas in conciliando Metaphraste cum Beth-Arsamensi, ac Joanne Asiæ Episcopo: nam Metaphrastes quidem, ut modò vidimus, asserit, Dunaanum Hebræum, antequam persecutionem in Christianos moveret, bello appetitum fuisse ab Elesbaan Æthiopiæ rege, devictum, denique regno restitutum, relicto tamen Æthiopum præsidio, ne in Christianos sævire auderet: quod posteà ab impio Judæo nequaquam observatum fuit. At Joannes & Beth-Arsamensis id factum referunt non de perfido Dunaano, sed de altero Judæo, quo trucidato, inquiunt, Rex Æthiopiæ Christianum virum Homeritis præfecit: hoc demùm defuncto Dunaanus tyrannidem arripuit. Major sane fides Beth-Arsamensi adhibenda mihi videtur, qui rem temporibus suis gestam narravit. Adde quòd Metaphrastes totam ferè historiam suam ex Joanne, & ex Beth-Arsamensi concinnavit, ut ex sequentibus liquet: quare siquid ab his dissentit, rejiciendus omninò est, utpote qui nulli idoneo innitatur testimonio. Sed & eum priorem retractare sententiam, turbatumque temporum ordinem restituere, palàm fit ex iis, quæ post Homeritarum martyrium de Rege Æthiopum narrat apud Surium pag. 943. Ibi enim ad laudatam Dunaani Epistolam respiciens, eadem de ausis hujus tyranni *hiberno tempore* inchoatis tradit, quæ apud Beth-Arsamensem leguntur. *Non latebant autem* (inquit) *nec priùs quidem Æthiopum regem ea, quæ facta fuerant, sed tempore anni prohibente (erat enim hyems) vel invitus quievit &c.* quæ ipsissima sunt Dunaani verba in Epistola ad Alamundarum. Atque hic obiter advertendum est cum Pagio ad annum 522. num. 5. Acta illa à Metaphraste edita multa fabulosa continere: & in primis falsum esse id, quod ab illo narratur apud Surium pag. 935. Cives nimirùm urbis *Nagran* tempore Constantii ad fidem conversos esse operâ cujusdam Monachi, Judæis resistentibus, & repulsa eorum perfidia miraculis à Monacho illo patratis. Philostorgius enim Scriptor Arianus, à quo hanc narrationem hausit Metaphrastes, illa miracula de Theophilo Indo confinxit lib. 3. pag. 478.

1 *Occidi*. Metaphrastes apud Surium pag. 930. *Quum collegisset omnes Christianos* (de Dunaano loquitur), *qui erant in agris & suburbiis, alios quidem interemit, alios verò iis, qui erant in ejus ditione, vendidit in servitutem*. Vide adnotationem num. sequenti.

2 *Cum centum ac viginti millibus*. Eadem apud Metaphrasten pag. 935. *Itaque venit validum adducens exercitum, & quum circumcirca esset castra metatus, valloque & fossa mœnia circumdedisset, obsedit Nagran*. Et paulò post. *Porrò autem ipse quoque Dunaan execranda & audaci lingua his falsa quædam addebat, & jactanter dicebat: Nullam potuit Jesus opem ferre Christianis in mea potestate constitutis, quos omnes, & ipsos illorum Sacerdotes, & Monachos gladio & igne priùs consumpsi, ne parcens quidem sacris illorum templis: Et nunc maximo coacto exercitu, nempè centum & viginti millibus hominum, ad vos veni, aut omninò persuasurus, aut perditurus*.

3 *Nagran*. ܢܓܪܢ. Ita Syri Arabesque. *Negram* habet Theophanes.

ܕܒܝܬܗ. ܕܠܚܫܠܝܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ
ܕܟܠܗܘܢ ܡܬܩܛܠܐ ܠܐ ܡܚܫܒܢܐ 1
ܠܗܘܢܘܢ ܠܫܘܢܝ ܡܬܩܛܠܐ : ܘܢܗ
ܕܥܡ ܕܠܐ ܡܕܟܪ ܠܗ ܠܡܢܗܘܢ
ܡܬܠܒܚܢ. ܡܠܚܢܐ ܐܬܝ ܘܢܒܥܝ
ܘܡܕܝܢܬܗܘܢ ܡܫܬܠܡܢ . 2
ܡܢܗ ܠܝܬ ܡܫܟܚ . ܡܚܬܐ
ܠܚܫܐ ܐܬܚܫܚܘܢ ܡܢܝܢ ܠܝ
ܘܥܒܝܕ ܠܝ . ܠܐ ܐܫܕܪܢܗ ܐܬܝ
ܠܝܬܐ ܘܫܘܢܝ ܠܝ ܡܚܝܢ ܡܢܗ
ܡܕܡܐ ܡܢܗ ܡܬܠܒܚܢ
ܡܬܩܛܠܝܢ ܡܢܗ ܠܐ ܘܢܚܫ
ܘܥܒܝ ܚܝܐ ܚܢ . ܡܚܝܢ ܐܝܟ ܐܬܝ
ܘܢܚܝܢ ܚܝܢܝܢ ܡܚܝܢ . ܠܐ
ܡܢ ܠܐ ܡܬܝܐ ܘܐܠܗܐ ܐܝܟܐ
ܡܬܐ ܘܡܚܝܢ : ܡܢ ܠܝ ܠܝܢ
ܘܢܚܝܢ ܫܠܝܛܐ . ܡܢܗ 3
ܡܢܝ ܐܠܐ ܡܢܠܐ ܚܝܢ ܡܢ . 4
ܡܚܝ

terposito jurejurando 1 incolumitatem pollicitus sum : animo tamen datam Christianis hostibus meis fidem non observandi. Quare deditione facta 2 præcepi, ut aurum, argentum, & omnes opes suas proferrent. Prolatas sustuli. Mox Paulum eorum Episcopum quæsivi : quem quum illi è vivis jam excessisse affirmassent, haudquaquam ipsis fidem adhibui, donec tumulum ejus mihi ostenderunt : ego verò ossa inde extracta cremavi. Ecclesiam quoque eorum, & Sacerdotes, & quotquot ad Ecclesiam confugisse deprehendi, flammis absumpsi. Reliquos verò cogebam Christum, Crucemque ejurare. Quod tamen illi se commissuros negarunt : illumque Deum esse, & Filium Benedicti testabantur ; & mortem hanc ob causam oppetitam vitæ anteponendam affirmabant. Sed & ipsorum Princeps 3 multa effutiens, contumeliis probrisque me incessere non verebatur. Omnes itaque eorum Proceres duci ad supplicium jussi sunt. Intereà fœminas 4 ut maritorum exitum animo reputantes resipiscerent, hortabamur, si sibi,

1 1 2 2 3 4

NOTÆ.

1 *Jurejurando*. Metaphrastes apud Surium pag. 936. *Quum autem pii cives se adversùs omnia fortiter defenderent, & tempus quod terebatur, Tyranno spem reddidisset valdè exilem, statuit dolo capere civitatem. Itaque petit, ut ei liceret ingredi civitatem, ut videret scilicet ea, quæ ibi erant, priùs terribili prolato jurejurando, & iis, quæ dicebantur, interposito ipso Legis Deo, se nihil eis esse facturum præter ea, quæ consueverant : neque coacturum, ut patriam abjurarent religionem : neque aliquod aliud malum magnum, aut parvum eis esse facturum ; sed solùm ea visurum, quæ sunt in civitate, & annuum tributum acceptum, quod priùs dabatur : deinde autem se illinc statim excessurum.*

2 *Deditione facta*. Metaphrastes loco cit. *Et jussit protinùs omnes custodiri in vinculis. Deinde etiam privavit facultatibus : & rogavit, ubinam esset Paulus eorum Episcopus. Quum autem jam duobus ante annis eum intellexisset esse mortuum, non habens in quem iram immitteret, contendit ad pulverem, & jussit sepulcrum effodere, & illius corpus comburentes in aërem ventilare. Aliud quoque excogitat furiosa anima, nec eam capit satietas aliquid moliendi adversùs Christianos : sed jubet accendi rogum, qui multa aleretur materia, & statim civitatis, & ejus quæ est circumcirca, regionis Sacerdotes, & Monachos, & Deo consecratas virgines, quin etiam fœminas, quæ vitam elegerant monasticam, omnes simul in eum injici. Ii enim, inquit, sunt planè causa aliorum interitus, persuadentes Crucifixum colere, tamquam Deum. Ad hæc perinde ac si non sufficeret, quod factum fuerat, ad ejus incomparabilem ostendendam improbitatem, ut alios quoque sibi subjungeret, vehementer contendit, & jussit præcones obire civitatem & regionem, proclamantes, ut Christum negarent, & viverent Judaicè, eadem quæ Rex, sentientes.*

3 *Princeps*. De Aretha loquitur, qui erat urbis Nagran princeps. Ejus constantiam describit Metaphrastes pag. 937. ubi postquam ab blasphemias Dunaani respondit, sic impiissimum Tyrannum alloquitur. *Nos eum & Deum, & Dei Filium confitemur, & pro universa respondemus civitate, & aliis Christianis qui sunt nobis subjecti : neque est ullum genus tormenti, quod non propter ipsum parati simus pati.*

4 *Fœminas*. Metaphrastes loco citato. *Postquam autem vidit martyres omninò aures non præbere promissis &c. Eos quidem vinctos adhuc detinuit : in aliam autem multitudinem, quæ collecta fuit ex omni genere & ætate, mortis*

ܡܩܛܠܝܢ ܘܒܡܠܬܗܘܢ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢ
ܘܡܘܟܝܢܝܢ : ܐܝܟܢܐ ܕܒܢܝ ܚܢܢܝܐ
ܡܫܬܢܝ ܥܡ ܚܕܝ ܘܡܬܚܙܝ ܕܒ ܫܠܝܡ
ܡܢܗܠ ܕܒܚܕܝܗܘܢ ܘܡܢܗܠ ܕܥܒܝܕ
ܡܫܬܢܝ ܠܗ ܚܕܝܗܘܢ ܡܢܗܠ ܕܚܕܝܗܘܢ .
ܡܢ ܕܒ ܠܐ ܫܘܚܪ ܘܐܦ ܕܢܗ ܡܢܕܥ
ܘܡܢܝ ܕܢܗܘܐ ܡܒܕܐ : ܡܢܩܒ
ܘܡܘܟܝܢ ܡܕܟܪ ܘܐܦ ܚܕܝ : ܐܝܟܢ
ܕܠܐ ܕܒ ܘܒܥܠ ܚܕܘ ܚܕܝ .
ܡܢܗܠܝ ܚܕܝ ܚܕܝ ܚܕܝܢ ܗܘ
ܥܡ ܘܡܕܝ ܕܒܗ . ܐܦ ܡܕܟܐ ܘܚܕܝ
ܐܦܐ ܘܢܦܩ ܠܐܡܝ : ܘܠܐ ܡܚܙܝܢ
ܘܐܡܝ : ܠܐ ܕܚܙܝ ܐܦܝ ܚܕ
ܘܐܡܝ ܚܕܝܢ ܡܠܝܐ ܕܝ ܫܘܚ
ܠܐ ܚܢܢ ܡܩܛܠܝܐ ܠܐ ܘܐܝܟ ܚܕ
ܕܒ ܠܐܘܐ ܡܩܛܠܝܐ . ܡܩܛܠ ܚܕ
ܘܠܐ

mortis tulit sententiam : *Uxoribus verò & liberis eorum, qui detinebantur, Martyrum, ante oculos eorum adductis, provocabat ad Christi negationem, partim quidem minis, partim autem blandis verbis eas aggrediens, nonnunquam omne supplicii genus in eas intentans, liberorumque, & parentum, & facultatum, & ipsius quoque patriæ eas terrens amissione.*

sibi, suisque liberis consultum vellent. Sed illæ adeò nostris adhortationibus commotæ non fuerunt, ut à Virginibus 1 quas neci addixeramus, in eo præventas se fuisse conquererentur, & ultrò in medium illarum agmen irrumperent, atque à suis maritis se divulsas dolerent. Iis ergo ultimo supplicio affectis, Rumam 2 Regis designati uxorem, datis ex nostro exercitu custodibus, dimittendam putavimus, si fortè filiarum commiseratione capta, Religionem Christianam repudiaret, & Judaicam amplecteretur, filias, opes, fortunas omnes receptura. At illa ut à nostro sese conspectu proripuit, nudat caput, 3 & aperto vultu prodit in publicum, mirante populo: siquidem ejus faciem ex quo facta erat grandiuscula, nemo in foro conspexisset: atque per vicos urbis & compita discurrens, clamare, ac vociferari hunc in modum cœpit. Mulieres 4 Nagranenses, quotquot adestis Sodales, Christianæ, Judææ, & Gen-

1 *Virginibus*. Metaphrastes loco citato. *Licebat ergo videre mulieres sanctas trahi crinibus, & sic duci ad supplicium, vel potiùs ferri promptis & alacribus pedibus, & sitire mortem propter Christum. Magna verò erat, & præclara inter eas contentio. Monachæ enim Virgines nequaquam concedebant primas partes iis, quæ erant junctæ matrimonio: Recordemini, dicentes, quod prius vobis fuimus propositæ & in Templi ingressu, & in Sacramentorum participatione, & in statione, & in sessione: & ideò oportet nunc quoque nos ante vos & vestros maritos consequi martyrium. Martyrum autem uxores, quæ jam etiam vocabantur matres, nequaquam ferebant in præsentia habere secundas partes. Infantes quoque balbutientes matres prætercurrebant, & ipsi quoque carnificem provocabant ad mortem &c.*

2 *Rumam*. Uxor erat S. Arethæ, ut infrà in Epistola Beth-Arsamensis pag. 373. Ejus nomen haud proditur à Metaphraste, qui dum præclaram ipsius confessionem describit, à Simeone nostro nonnihil dissentit. Et primò quidem, quòd eam asserat Viro suo diù supervixisse, quum triduo dumtaxat se ei superstitem fuisse, ipsa testetur apud Beth-Arsamensem. Deinde duas filias habuisse dicitur apud Metaphrasten: quinque ei tribuit Beth-Arsamensis. Audi Metaphrasten p. 938. *Interim autem quædam quoque fœmina, quæ duas filias habebat, & primas partes inter eas, quæ erant in civitate, obtinebat, longèque præstabat aliis genere, divitiis, gloria & pulchritudine, atque in juvenili adhuc ætate vidua relicta fuerat, insectatur Tyrannum. Ille autem statim jubet suis ministris, ut eam ad se adducant cum honore & reverentia, & ei efficiant commodum aditum. Illa verò etsi hoc modo adduceretur, ægrè ferebat tamen, se ab aliarum mulierum abesse martyrio. Tertio autem die post jussionem cum honore ad Regem adducitur cum filiabus &c.*

3 *Nudat caput*. Paulò aliter hæc apud Metaphrasten loc. cit. *Quum Rex hæc audiisset* (Christianæ scilicet Matronæ præclarum responsum), *ira corde accensus, adspexit ad eos, qui aderant, & quum dixisset: Quàm impudenter in nos se gerit hæc execranda muliercula: jubet ejus capiti auferri tegumentum, & ejus filiarum: & sic eas nudo capite, & promissa coma in castra duci per ignominiam.*

4 *Mulieres Nagranenses*. Eadem ferè concio apud Metaphrasten à pag. 938. quæ tamen videtur hic apposita fuisse à Beth-Arsamensi ex iis, quæ ipse vel ex publica fama, vel per nuncium Christiani Homeritarum Regis posteà acceperat. Neque enim probabile est, Dunaanum tyrannum in Epistola ad Monderum, prolixam fœminæ concionem contra seipsum describere voluisse.

& Gentiles, audite. Christianam me esse, & genus, & proavos meos nostis. Nostis & ingentem auri argentique copiam, patrimonium quoque luculentum, & servorum catervas mihi præsto esse; & si modò, quoniam pro Christo maritus interiit, novas nuptias optare libeat, non defuturam dotem XL. millium aureorum, & præter opes ab illo mihi relictas, mundum propè infinitum monilium, gemmarum, & pretiosissimarum vestium: Perspectumque vobis est, non falsò ista à me jactari: Sed nec illud vos latere scio, nullam fœminæ diem optabiliorem esse die nuptiarum: huic autem succedere ærumnas, partuum dolores, & in funere liberorum intolerabiles luctus. Mihi ergo deliberatum est, his omnibus finem dare. Priorum itaque nuptiarum dies lætissimos exegi: & nunc pari cum animi mei lætitia filias Virgines quinque Christo despondi. Huc ergo ferte oculos, sociæ. Intuemini sodalem vestram, vestrum in conspectum en secundò prodeuntem. Quandoquidem in priori illa mearum nuptiarum pompa, vobis omnibus spectantibus, sponsi prioris domum traducta sum: & nunc aperto similiter vultu ad Christum Deum, & meum filiarumque mearum Dominum propero, quemadmodum & ipse Christus ob suam in nos caritatem ad nos descendit, & pro salute nostra passus est. Meis ergo insistere vestigiis, vos etiam atque etiam rogo, nevè caduca oris forma transversum vos agi sinatis: nec enim ego vobis minus formosa sum: sed & ipsam hanc qualemcumque formam integram, & Judaicæ perfidiæ immunem ad Christum deferam, ut ipsa oris species Domino meo fidem faciat, me ab illa in infidelitatis crimen abduci nequaquam potuisse: & aurum, & argentum, & ingentes opes ostendent, nihil ipso mihi carius fuisse. Rex namque perduellis salutem incolumitatemque, si Christum ejurarem, promisit. Sed hoc avertat Deus, Sodales, avertat, in-

inquam, ne Christum Deum, in quem credidi, nunc deseram: sed quando ego, & filiæ in nomine Trinitatis baptizatæ fuimus, Christi crucem adorare, & pro eo mortem cum vita commutare, unàcum illis est ratum mihi: siquidem & Christus pro nobis cruciatus, & mortem in sua carne perpessus est. Quare res hasce caducas, & quamvis modò oculos alliciant, corporique blandiantur, quandoque tamen casuras, spontè resigno, perennes & perpetuò mansuras opes à Domino acceptura. O vos beatas, Sodales, si dictis aures dederitis meis, & veritati manus, Christumque Deum dilexeritis, pro quo ego, & filiæ morimur. Nunc autem pacem, & tranquilla tempora populo Dei precor. Fratrum & Sororum in hac urbe pro Christo interemptorum cruor ipsi murus fiat, si tamen Domino meo Christo perpetuò adhæserit. En fidenter urbe excedo, in qua, velut in temporario quodam diversorio hactenus versatæ sumus ego, & filiæ meæ, illam civitatem æternam cogitantes, in qua Sponsum, cui ipsas tradidi, sunt inventuræ. Orate pro me, Sodales, ut Dominus meus Christus me suscipiat, & ignoscat mihi, quandoquidem triduum Marito superstes vixi. Glisscentibus ergo ex urbe clamoribus 1 conciti, percontabamur reduces, quos eò legaveramus nuncios, quænam tandem insoliti illius ejulatus causa foret. Isti quæ mox narrabamus renunciarunt: Rumam videlicet, fœminarum vulgus ad eos clamores concitasse: Custodum nempè segnitie socordiâque factum fuerat, ut tantum fœminæ liceret. Et in eos quidem ultimo supplicio animadvertere ratum erat, nisi in mitiorem sententiam quorundam preces nos posteà flexissent. Ecce autem

NOTA.

1 *Clamoribus*. Metaphrastes apud Surium pag. 938. *Egrediens ergo generosa mulier, quum vidisset magnam fœminarum multitudinem flentem & ejulantem, quod talis nobilitas afficeretur contumelia &c.* Et infrà pag. 939. *Quum Martyr hæc & alia plura diceret mulieribus, quidam ex iis, qui cum Rege sentiebant, illi hæc renunciarunt, & quod perverteret multitudinem &c.*

ܡܬܠܐ ܡܥܡܫܐ: ܬܘܒܐ ܥܒܘܢ ܠܡܕܝܢܬܐ
ܕܢܦܩܘ ܠܩܕܡܝܢ ܠܡܕܝܢܬܐ ܡܫܬܘܢ.
ܘܐܡܪ ܕܝ ܠܟܝ ܐܢܬ ܢܦܩܐ ܐܒܐ ܡܢ
ܡܕܝܢܬܐ ܘܐܬܘܢ ܒܢܝܢ ܫܪܝܐ ܠܡܪ
ܡܫܝܚܝܐ ܐܢܚܢܢ ܘܐܒܐ ܠܟܡ ܕܢܬܡܬ
ܠܡܕܝܢܬܐ ܘܠܟܠܡ ܘܠܡܢ ܕܡܫܬܠ
ܐܢܬ. ܐܠܐ ܡܢ ܕܠܐ ܡܫܬܠ
ܘܒܥܠܡܐ ܡܥܡܫܐ ܡܢܘ ܕܢܫܬܠ
ܠܟ: ܘܐܡܪ ܩܡܗ ܠܟܠܗ ܡܬܩܡ
ܠܟܠܗ ܠܟܝ. ܡܢ ܗܦܟ ܗܦܟ
ܠܐ ܘܠܐ ܡܠܟܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܗܘܐ
ܠܟܠܗ ܘܠܗܦܟܘܗ ܡܢ ܠܗܦܟܗ
ܡܢܘ ܠܟ ܘܘܠܡܪ ܠܟܠ ܘܠܗ ܡܢ
ܠܟܠ ܕܝ ܡܕܗܢܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܘܩܡܘ
ܡܠܟܐ. ܠܬܡܐ ܡܫܬܠܘܗ ܡܢ ܡܠܟܠ
ܠܩܕܡ ܩܡܘ. ܡܠܟܐ ܠܡܕܝܢܬܐ:
ܠܡܫܚܐ ܠܐ ܢܗܘܘ ܘܢܡܬܘ ܐܢܬ
ܠܟܠ ܘܠܠܐ ܡܫܬܘ ܠܐ ܘܠܡܚܫܘ
ܘܠܟܠ ܠܗܦܟܘ. ܠܡܢܐ ܡܢ
ܡܕܝܢܬܐ ܡܪ ܥܒܝܢ ܕܝ ܠܐ ܘܡܥܘ
ܠܡܪ ܡܢܗ ܠܐ. ܡܥܡܐ. ܡܘܡܢ
ܘܠܐ ܠܡܠܐ: ܡܠܠܝܢ ܡܢܗ ܡܠܝܢ
ܕܝ ܡܪܝܐ ܘܡܪ ܡܪ ܘܠܡܥܡܗ ܠܐ:
ܡܢܐ. ܡܠܟܐ ܘܠܡܠܐ ܡܢܗ.
ܐܢܬ ܡܠܝܢ ܡܥܡܐ ܡܪܘ ܡܢ.
ܘܡܗ

tem ab urbe fœmina revertitur, bacchanti similis, nudoque capite, & filias secum trahens eleganter concinnèque ornatas, quasi ad thalamum concessuras, erectâ fronte petit conspectum nostrum: mox solutis plicatisque in manus crinibus, nudam cervicem porrigit, inclamans: Christianæ sumus: pro Christo morimur. Abscinde caput, & ad fratres, ac sorores, mearumque filiarum parentem ociùs transmittito. Ego [1] verò post tantam mulieris amentiam, ut Christo renunciaret, adhuc suadebam: sin minus, tantùm ne diceret eum Deum esse. At non persuasi: quin etiam ejus filiarum [2] altera nos objurgabat, qui ista suggereremus: Quum ergo persuasum haberem, nulla vi, nullove ingenio mulierem adductum iri, ut Christum ejuraret; cæteris Christianis metus incutiendi causâ eam humi [3] prosterni jussi; filias verò statim jugulari ponè matrem, adeò ut dissectis è cervicibus erumpens cruor in os ejus influeret: mox ipsam pari supplicio necari. Deum Adonai juro, incredibili mœrore affectus sum, cogitans ipsius filiarumque pulchritudinem. Quoniam verò Pontificibus, mihique videbatur, scelus esse, si peccantibus parentibus insontes liberi pœnas darent, (id enim etiam Leges nostræ vetant,) idcirco lege lata edixi, ut impuberes [4] à nostris militibus alantur, ut quum ad pubertatis annos pervenerint, aut Judaicam Religionem suscipiant, aut si Christianam profiteri malint, pereant. Hæc tibi,

1 2 3 4

NOTÆ.

1 *Ego verò*. Metaphrastes pag. 939. *Rex itaque, ea rursus accersita, simulans mansuetudinem: magna, inquit, usus sum in te patientia &c.*

2 *Ejus Filiarum altera*. Eadem apud Metaphrasten loco cit. *Tunc execrandi Tyranni verba non ferens prima filiarum Martyris, annum jam agens duodecimum, Tyranni oculos consputavit.*

3 *Eam humi prosterni*. Hæc paulò aliter apud Metaphrasten loc. cit. *Qui autem circumstebant* (inquit), *non zelum, & id quod jure fuerat factum laudantes, sed tempori servientes, ipsam & sororem ense mox conficiunt: Et quum ex defluente sanguine manibus planè feri homines accepissent, eum matri offerunt: Rex enim ita jusserat. Illa verò (ô fortem & generosum animum) & lubenter eum gustat, & quum ad cœlum sustulisset oculos: Tibi, inquit, Domine Christe, hoc meum offero sacrificium &c.*

4 *Impuberes*. Simeoni nostro consonat Metaphrastes pag. 942. *Quum hujus civitatis* (Nagran) *& totius regionis juvenes tàm masculos, quàm fœminas redegisset in servitutem, quorum erant multa millia, & alios quidem ipse retinuisset, alios autem tradidisset quibus voluit, reversus est in regiam &c.*

tibi, Rex, eò perſcribenda putavi, ut ſimul te admonerem, ne quemquam Chriſtianum in tuo regno vivere patiaris, niſi fortè, qui ſuam cum tua religione commutare voluerit. Judæos verò fratres meos eâ, qua ſoles, benignitate fovere perge, frater: gratias [1] pro hac tua in eos benevolentia ego rependam, quaſcumque tibi cariſſimas fore tuis literis ipſe me feceris certiorem.

Hæc Rex profanus Judæus Mondero. Quum autem nos eò perveniſſemus, Monderus convocato ad concionem exercitu, Regis literas publicè recitari juſſit: remque ita ſe habere præſens ipſius Regis Legatus atteſtabatur, attexens alia quædam de Chriſtianorum cæde, eorumque ex Homeritide fuga. Tùm verò Monderus ad Chriſtianos, quos ſub ſignis habebat plures, converſus: Audiſtis, inquit, quæ adverſùs veſtræ ſectæ homines decreta actaque fuerint? Quin' ergo vos Chriſtum modò non ejuratis? Neque enim Regibus, qui Chriſtianos expellendos judicarunt, ſum ipſe melior. Ad hæc Miles quidam Chriſtia-

NOTA.

1 *Gratias*, Metaphraſtes pag. 943. *Scripſit etiam ad Alamundarum Ducem Saracenorum, qui erant ſub Perſis, promittens ſe ei etiam daturum pecunias, ſi moveat perſecutionem adverſùs Chriſtianos, qui ſunt ei ſubjecti.*

ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ ܕܢܬܟܠܡ ܥܡܢ ܗܢ

verba. Viden', quo tua te in Christum fiducia adduxerit, bellum adversùs me molientem? Jam resipisce miser, & ejurato Christo, senectuti tuæ consulere serò disce, ne te, quæ socios tuos, involvat pœna. Cui Arethas: De istis, inquit, meritò
1 jam queror, ut qui me bene mo- 1
nentem obaudire noluerint: ajebam siquidem, nullam tuis dictis habendam esse fidem, sed in urbe manendum: & inde armis rem esse transigendam, non verbis: daturum scilicet Christum, quem optabamus, bello finem: nec urbem unquam expugnatum iri, in tanta præsertim rerum omnium copia. Sic illi nimirùm statuerunt, tuis capti artibus. Quamobrem regio te nomine indignum puto: impostorem potiùs dixero. Enimverò Reges, quos vidi multos, pacta conventa servant, & à dolis fraudibusque abhorrent. Quod summum est, datam Christo Deo meo fidem non muto, nec Judæus tui similis apostata fiam. Et vivere quidem, mortemque evadere, meo nunc stare arbitrio sat scio. Attamen diu jam vixi, & liberorum, nepotumque, atque cognatorum magnam catervam relinquo: Rebus insuper belli domique gestis non modicam, Christo faventе, collegi famam. Quod in posterum spectat, non dubia, sed certa mihi spes manet, fore ut, quemadmodum vitis resectis superfluis sarmentis uvis exuberat, sic populus noster Christianus in hac urbe frequentissimus sit futurus, & Ecclesia, quam incendisti, magnificentiùs propediem instauretur: Insuper & Christiana religio resumptis viribus regnet, Regibusque imperet, Judæo-

NOTA.

1 *Meritò jam queror*. Eandem S. Arethæ concionem recitat Metaphrastes pag. 940. *Non es*, inquit, *ô Rex, causa eorum, quæ dicuntur, aut fiunt: sed nostri cives, qui meam contempserunt sententiam, quæ tibi non permittebat ingredi civitatem: contra autem, adversùs te depugnare incitabat &c. Atqui Regem esse oportet veracem & benignum &c. quales ego vidi in India, & Æthiopia, & ante te in Homeritide &c. Et Deus quidem eorum, quæ à te fiunt, odio habens improbitatem, te, qui in eum fuisti impius, & infidelis, mox deponet ab Imperio, idque tradet viro fideli & bono: roborabit autem, & extollet genus Christianorum, magnamque suam efficiet Ecclesiam, quam tu igne consumpsisti, & humi dejecisti.*

ܡܬܚܙܝܢ ܕܡܠܟܘܬܟ ܢܦܠ ܘܫܘܠܛܢܟ ܢܐܒܕ ܐܦܠܐ ܡܕܡ ܕܫܘܝܬ ܠܡܥܒܕ ܗܘܝܬ ܠܟ

ܘܡܢ ܕܡܬܪܚܩ ܡܢܟ ܠܐ ܢܟܦܪܝܢ ܠܗ ܟܠܢ ܚܕܐ ܀

jurisque tui facti. His porrò Arethæ verbis reliqui Christiani inflammati: En Abraham princeps Patrum, ajebant, te, nosque tecum præstolatur, venientes excepturus. Quicumque à te defecerit, & Christum negaverit, hunc nos omnes abnegamus.

ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܬܪܝܢ ܀

Hæc illi. Quibus vehementissimè commotus *Tyrannus*, lata in omnes capitis sententia, ad supplicium duci jussit, ubi influit torrens (Vadi 1 incolæ vocant,) ibique jugulari, & cadavera in profluentem projici. Interea *Arethas* sublatis in cœlum manibus orabat in hæc verba: Christe Deus, adesto nobis, & confirma nos, animasque nostras suscipe: placeat tibi effusus pro te servorum tuorum cruor, nosque tuo dignos effice conspectu: Confitere nos coram Patre tuo, sicut pollicitus es, & fac, ut Ecclesia ædificetur, & famulo tuo Paulo, cujus ossa flamma dudum consumpsit, alter Episcopus sufficiatur.

Ita demùm postquam se invicem pacis 2 osculo salutassent, signoque Crucis Arethas senex eis benedixisset, cervicem lictori sponte porrexit, & ictum excepit. Mox socii conglobati accurrebant tanto cum animi ardore, ut se invicem comprimerent, intersectique modò Arethæ sanguine aspergerentur. Ita demùm martyrio omnes coronati sunt.

Puer

NOTÆ.

1 *Vadi* وادى: Vox Arabica, quæ Torrentem significat. Metaphrastes *Odiam* non recte vertit: Sic enim habet pag. 941. *Quum sciret ergo Rex eorum mentem esse immutabilem, nec fieri posse, ut eos ad suam traducat sententiam, jussit eos duci ad quendam torrentem, qui vocatur Odias, & ipsis illic amputari capita.*

2 *Pacis osculo*. Iisdem ferè verbis Martyrium S. Arethæ Sociorumque describit Metaphrastes pag. 941. *Hæc quum dixissent, seinvicem sunt amplexi. Primus autem divinus Arethas cervice inclinata, ictum gladii lætanter excipit, & ita ei caput amputatur. Porrò autem reliquus quoque chorus, jucunda, & quæ solvi non poterat, sodalitas, quum quammaxima potuerunt celeritate, se venerando unxissent illius sanguine, tamquam unguento aliquo pretioso, consequenter ad mortem contenderunt, quam gladio properè acceperunt, sibi invicem tempus propemodùm invidentes, utpote quòd quid majus ad honorem tribuveretur ei, qui prius erat mortuus, præ illo, qui deinde sequebatur.*

1 ܡܬܟܘܠܝܢ ܗܘܐ ܠܗ ܡܢܢܝ ܢܥܠ
ܗܘܐ ܐܡܗ ܘܒܐܝܡܬܗ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ
ܠܗ ܕܝܢܝܢ . ܟܕ ܩܡ ܡܪܝ ܡܠܟܐ
ܘܡܫܟ ܡܬܚܙܐ ܚܕܐ ܘܡܬܚܙܐ :
ܡܚܙܐ ܠܐܡܗ ܕܥܠ ܥܠ ܢܥܠ ܚܕܐ
ܠܐ ܚܕܘܢܗ . ܡܬܚܙܐ ܡܢܗ
ܡܢܬܚܙ ܠܗ ܐܡܪ ܠܗ . ܘܡܢܐ ܕܐ
ܠܟ ܘܐܡܪ ܠܗ ܠܐܡܗ ܠܟ ܐܡܪ : ܐܝܟ ܠܐ
ܢܡܘܬ . ܐܡܪ ܠܗ ܠܗܢܐ . ܡܢܝ ܘܠܟ
ܐܡܪ ܠܟ ܕܐ ܘܐܡܪ : ܡܬܚܙܘܢ
ܠܟ ܐܡܪ ܐܢܐ ܐܒܐ ܘܐܡܪ . ܠܟ ܘܐܙܠ
ܒܝܢ ܐܢܐ ܠܐ ܡܫܟ ܡܚܡܫ . ܐܠܐ
ܐܦܩܒ ܘܐܢܐ ܠܐ ܠܗ ܐܡܪ ܘܠܗ ܡܢܗ
ܠܐ ܡܫܐ ܐܒܐ ܠܗ : ܡܢܗ ܘܐܡܪ . ܠܟ
ܘܡܢܝ ܡܢܐ ܘܡܢܘܢ ܘܠܐ ܘܠܐ ܡܢ
ܡܚܡܫ ܐܒܐ ܠܗ ܠܐ ܡܢ ܐܒܐ ܠܗ .
ܐܡܪ ܠܗ . ܡܢ ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝ ܠܗ
ܡܚܡܫ . ܐܡܪ ܠܗ ܠܗܢܐ . ܡܢܝ
ܡܫܐ ܐܒܐ ܠܗ ܟܝܠܐ ܐܡܪ ܐܡܪ ܡܢ
ܘܐܒܐ ܐܒܐ ܟܝܠܐ . ܐܡܪ ܠܗ . ܘܠܟ
ܘܡܢ ܐܝܟ ܐܢ ܠܐܡܪ . ܐܡܪ ܠܗ . ܘܡܢ
ܘܠܐܡܪ . ܡܐܡܪ ܐܡܪ ܠܗ . ܘܠܟ ܘܡܢ
ܐܝܟ ܐܢ ܡܚܡܫ . ܐܡܪ ܠܗ .
ܡܚܡܫ

Puer erat 1 triennis, quem mater quum ad ſupplicium raperetur, manu trahebat. Hic Regem ſedentem, & regio cultu amictum fortè conſpicatus, è matris latere dilapſus, ad illum accurrit, ejuſque genua oſculatur. Ea pueri ſimplicitate delectatus Rex, parvulum, ut fit, amplexari cœpit: poſtremò ſic affatur. Quid tibi, mi puelle, mavis? mori'ne unàcum matre, an mecum unà vivere? Cui puer: Per Dominum noſtrum, malo cum mea matre mori; proptereaque cum matre pergo: dixit enim mihi, veni fili, moriamur pro Chriſto. Sed dimitte, oro, me, ut ad matrem meam properem, ne fortè non videam morientem: ſignificavit enim mihi, Regem Judæorum edixiſſe, ut qui Chriſtum abdicare noluerint, interficiantur: ego autem Chriſtum abdicare nolo. Cui Rex: undenam tandem Chriſtum noſti? Tum Puer: Quotidie ad Eccleſiam ventitans cum matre, ibi illum video. Subdit Rex: Me'ne amas, an matrem? Puer: Per Dominum noſtrum, matrem. Cui rurſus Rex: Me'ne amas, an Chriſtum? Puer: magis Chriſtum, quàm te. Quorſum ergo, ſubdit Rex, huc modò procurrens, genua mea oſculatus es? Putabam, reſpondit Puer, te eſſe Regem Chriſtianum, quem in Eccleſia videbam, nec huc uſque noveram, te Judæum eſſe. Rex: Dabo tibi nuces, & amygdala, & ficus. Puer:

NOTA.

1 *Puer erat triennis.* Quinquennem fuiſſe (quod & vero propius eſt) aſſerit Metaphraſtes pag. 942. qui etiam ejus, ac matris martyrium paulò aliter deſcribit. *Quædam autem mulier*, inquit, *habens puerum prætercurrentem, non plus quàm quinque annos natum, quum videret ea, quæ fiebant, & ad ſimilem accenſa eſſet æmulationem, citiſſimè accurrens, quum ipſa quoque accepiſſet ſanguinem, ſe illo unxit, & filium. Deinde ipſum Regem ludificabatur, eum vocans Tyrannum &c. Illius verò ſatellites, iis quæ dicebantur auditis, comprehenſam ſtatim mulierem ducunt ad ipſum Regem &c. Ille autem quum nec ei feciſſet dicendi poteſtatem, & nec eam quidem interrogaſſet, eam condemnat, ut igne moreretur. Statim ergo fuit congeſta materia, & ignis ei ſubjectus &c. Deinde fuit etiam alligata mulier &c. Puer autem qui ſolus remanſerat, dolebat, indignabatur &c. non ferens matris abſentiam. Porrò autem in gyrum vertens oculos, & amiciſſima lingua matrem requirens, videt Regem ſedentem in excelſo, & ad ipſum accurrit, oculos habens plenos lacrymis. Deinde ſe provolvit ad illius pedes, pro matre rogans, ut poterat. Ille autem eo accepto, & genibus impoſito (erat enim Puer ſcitus & elegans, & qui, ut puer, ſuaviter balbutiebat) rogabat, cum quo mallet verſari, & quem magis diligeret. Ille autem, matrem, dicebat, matrem: & eam deflebat aſſiduè. Propter eam, inquit, veni, & rogo, ò Rex, eam ſolvi, ut me quoque ſimul aſſumat ad martyrium. Illa enim me ſæpè ad hoc hortata eſt.* Reliqua ſere ad verbum ex Simeone noſtro deſcripta ſunt, quæ vide loc. cit.

ܠܡܢܬܝ ܡܢܝܢ ܠܝܠܐ ܕܝܠܝ ܡܢܘܢ. ܐܡܪ ܠܗ
ܡܪܝܐ. ܡܢܘ ܕܡܢܝ ܠܐ ܢܥܒܕ ܕܡܘܬܐ.
ܐܡܪ ܠܗ . ܡܕܡ ܕܠܝ ܠܟ ܘܡܕܟܪ ܠܗ
ܕܢܫܬܡܫܢܐ ܗܘ ܘܫܪܐ ܗܘܝܗ ܕܟܝܠܐ :
ܠܐ ܡܝܕܝ ܗܘܝܗ ܘܫܘܝܘܬܐ ܠܗ. ܐܡܪ
ܠܗ . ܡܕܡ ܠܐ ܟܝ ܕܡܕܝ ܡܕܝ
ܠܐܢܐ . ܐܡܪ ܠܗ. ܠܐ ܡܨܝܢܐ ܠܐ ܐܙܠ
ܠܐ ܕܡܕܝ ܘܡܘܬܝ . ܠܐ ܡܫܬܘܡܢ
ܠܐ ܕܝܠܝ ܐܢܐ . ܐܡܪ ܠܗ . ܡܕܡ
ܕܝܢ ܗܘܝܗ ܠܗ ܕܝܠܝ ܐܡܐ . ܐܡܪ
ܠܗ. ܠܐ ܡܨܝܢܐ ܠܐ ܡܕܡ ܠܐ ܕܝܢ
ܡܢܗ ܘܡܘܬܐ ܘܫܪܐ ܡܫܬܢ . ܠܐ
ܡܫܬܘܡ ܐܢܐ ܘܐܙܠ . ܗܘ ܐܡܪ ܡܕܡ
ܡܫܬܘ ܘܡܫܬܘ . ܗܢ ܡܕܡ ܠܐ ܕܝܢ
ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܘܡܘܬܝ . ܗܘ ܐܡܪ ܡܕܡ
ܡܫܬܘ ; ܗܘ ܐܡܪ ܠܗ ܡܢ ܡܢ ܘܡܘܬܝ
ܡܢܗ . ܐܝܟܡܐ ܡܢܕܡ ܠܐ ܠܐ ܟܝ
ܠܐ ܡܢ ܕܝ ܡܢܕܡ . ܐܡܪ ܠܗ
ܠܗ . ܡܨܝܢܐ ܡܢ . ܐܡܪ ܠܗ ܡܕ
ܟܝ ܡܢ ܡܢ ܡܢܕܡ ܘܡܢܕܡ ܟܝ
ܕܝܢ . ܡܘܬܐ ܘܡܢܕܡ ܗܘ : ܡܢ
ܡܢܕܡ ܕܡܢ ܗܘ . ܐܡܪ ܗܘ
ܡܘܬܐ ܕܝܢ ܠܐ ܕܝ ܐܡ
ܗܘ ܡܢ . ܡܘܬ ܕܝ ܡܢ
ܘܡܘܬ

Puer : nequaquam per Christum : non comedam nuces Judæorum. Sed sine me, quæso, ad matrem ire. Rex : mecum potiùs hìc maneto, & fias mihi filius. Puer : neutiquam per Christum, non manebo, quia fætes, & non bene oles, sicut mater mea. Tùm verò Rex ad ponè stantes : An verò animadvertistis, ait, pessimam hanc stirpem, quam ab ineunte ætate seduxit Christus, ut illam perderet? Interim quidam ex procerum ordine Puerum sic interpellat : Veni mecum, & ducam te, ut Reginæ filius fias. Respondit Puer : O colaphis dignum os, Reginâ potior mihi est mater, quæ me ad Ecclesiam ducit. Postquam verò se usque teneri invitum sensit, Regis femur dentibus impetit, inclamans : Heus Judæe nequissime, dimitte me, ut ad matrem pergam, & unàcum ipsa moriar. Postremo Rex Parvulum cuidam ex procerum suorum numero traditum, jubet diligenter educari, donec adultus aut Christum ejuraret, & sic supplicium evaderet, aut si contra in Christi fide usque perseveraret, necaretur. Quumque 1 Puer à servo ejus abduceretur, luctabatur pro viribus, pedes quatiens, & matrem appellans : Succurre, mater, ajebat, & tolle me, & ad Ecclesiam deducito. Cui mater : Ast nunc perge fili, cogita te Christo commendatum, & noli flere, sed præstolare me in Ecclesia apud Christum, quantociùs ad te redituram. Hæc

sata,

NOTA.

1 *Quumque Puer à servo*. Reliqua hujus Pueri gesta vide infrà apud Joannem Asiæ Episcopum : quæ tamen nullo pacto cohærent cum iis, quæ de eodem refert Metaphrastes pag. 942. *Quum eam autem* (inquit, hoc est, matrem) *vidisset injici in ignem, vehementiùs inflammatus visceribus, audet statim Puer aliquid fortius : & quum fletisset ad genua tyranni Dunaan, se inclinans, acriter ipsum Regem mordet in femore. Ille autem simul atque sensisset morsum, & fuisset conturbatus, eum repentè abjicit, & eum tradit cuidam ex Senatu, ut ab illo aleretur maximè Judaicè, & abjuraret Christianismum. Et ille quidem abibat, accepto Puero, admirans ea, quæ facta fuerant, & simul etiam narrans aliis. Interim autem Puer, eo insciente, cursu contendit ad matrem, & insilit in mediam fornacem, matremque ut ei videbatur, complexus, & pulcherrimum bustum seipsum ei tradens, fit cum ipsa hæres coronæ martyrii*. Metaphrasti consonat Martyrologium Romanum ad diem 24. Octob. ubi Pueri matrisque martyrium his verbis describitur : *Post quos Christiana mulier incendio tradita est ; cujus filius annorum quinque, quum balbutiendo Christum confiteretur, nec blanditiis, nec minis retineri posset, in ignem, ubi mater ardebat, se præcipitem dedit.*

ܘܡܘܬܢܐ ܡܐܡܪܐ ܕܐܠܗܐ . ܐܝܟܐ ܕ
ܒܝܕܐ ܘܢܚܐ . ܐܝ ܕܢܚܢ ܕܡܫܬ
ܫܢܐ : ܡܐܠܐ ܡܢܐ . ܡܢܝ ܐܝܟܡܐ ܕܐܝܟ ܒܝܕܗ ܘܢܚܐ : ܡܫܬܟܚ ܗܘܐ
ܕܟܠܗܘܢ ܡܢܢܐ ܕܐܡܪܐ ܘܐܡܪܐ ܠܒ ܡܫܬܒܚ ܐܝܟܐ ܕܢܚܢ ܕܟܬܒܐ . ܡܢܝ
ܕܢܚܢ ܕܡܫܬܟܚ ܡܢܢܐ ܐܝܟ ܕܢܢ ܡܢ ܕܟܬܒ ܕܡܫܬ . ܐܠܐ ܕܟ . ܡܢܐ ܕܟ
ܕܟܬܒܐ ܕܐܠ ܕܡܫܬ ܕܒܝܕܐ ܘܐܠܐ ܐܠܐ . ܡܢܝ ܗܘܐ ܐܡܪܐ ܕܡܫܬ ܕܗܘܢ ܕܢܚܢ .

ܡܢܕܡܢܐ ܗܘܐ ܕܟܠܗ ܡܬܬܐ
ܘܐܝܟ ܕܡܕܡ ܕܡܐ ܗܘܐ . ܕܢܢ
ܕܢܚܢ ܕܡܫܬ ܕܐܠܗ . ܘܢܚܢ ܕܟ
ܕܐܡܪܐ ܕܡܫܬ ܕܗܘ ܕܡܫܬ ܕ
ܕܢܚ ܕܡ ܕܡܫ ܕܢܚ ܕܡ ܕ
ܕܢܚ ܕ : ܡܫܬ ܕ ܕ ܕ ܕ
ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ
ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ
ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ
1 ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ
ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ
ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ
ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ

Hæc ubi tùm hisce literis, tùm propagata multis rumoribus fama innotuere, omnes Christiani in his locis commorantes indoluerunt: Eaque nos quoque vobis perscribenda duximus, ut sancti & fideles Antistites cognita rerum in Homeritide gestarum serie, Sanctorum Martyrum commemorationem peragant. Quod reliquum est, vestram caritatem etiam atque etiam obtestamur, ut quamprimùm monasteriorum Præfectis, & Episcopis, in primis verò Alexandrino 1 ista significentur, 1
ut Regem Æthiopum ad ferendam Homeritis opem suis literis cohortetur: Simulque curetis, ut Pontifices Judæorum Tiberiade commorantes adigantur scribere ad istum Regem Judæum, qui modò apparuit, ut à bello & persecutione Homeritarum inposterum abstineat.

ܘܠܫܠܡ ܘܒܟܠܗ ܕܢܢ ܡܘܕܥܢܐ ܡܢ ܕ ܕ ܕ ܕ :
2 ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ
ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ
ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ .

Cætera, quæ in Epistola sequuntur, Salutationes 2 continent Episcoporum, & Abbatum illius temporis. 2

Hactenus Beth-Arsamensis in Epistola ad Simeonem Gabulæ Abbatem. Pergit Dionysius Patriarcha ex Joannis Asiæ Episcopi Chronico narrare historiam Pueri illius Homeritæ, quam Beth-Arsamensis imperfectam reliquit: Sic autem scribit fol. 104.

De

NOTÆ.

1 *Alexandrino*. His, & hujuscemodi literis, & Abrahami in primis testificatione commotus Justinus Imperator, Regem Æthiopum ad movendum in Homeritas bellum incitavit, teste Metaphraste, qui de eodem Abrahamo hæc subjungit pag. 943. *At ille legatione sua ex animi sententia perfunctus, omnia exposuit Justino Imperatori, & præsertim quæ à Rege Homeritarum facta & scripta sunt contra Christianos. Ille autem sine mora scripsit ad Asterium Alexandriæ Episcopum, ut incitaret Regem Æthiopum ad movendum arma adversùs Homeritas. Eadem quoque ipsi Regi Æthiopum per literas nunciavit &c.* Sed de Alexandrino Patriarcha, quem Metaphrastes *Asterium* vocat, mox sermo erit in Notis ad Historiam Joannis Asiæ Episcopi.

2 *Salutationes*. Horum nomina neque in nostro, neque in altero Vaticano Codice exprimuntur.

De Puero hoc Parvulo, de quo in superiori Martyrum historia narratur.

ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܫܬܩܠܢ ܕܝܠܕܐ ܗܢܐ ܕܒܥܠܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܐܬܡܪ ܒܫܘܪܐ ܕܡܪܛܘܬܐ.

ܘܐܦܠܐ ܕܠܐ ܢܫܬܩܠ ܠܝ ܠܐ ܢܫܩܠ
ܠܐܡܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܐܝܬ ܠܗ ܕܢܫܬܩܠ
ܘܡܝܬ ܥܡ ܐܡܐ ܕܡܝܬ ܐܝܟ ܕܡܝܬ
ܘܢܦܩܘ ܠܬܪܢܐ ܕܡܢ ܒܝܬ ܡܠܟܐ
ܘܡܫܟܚܘܗܝ ܠܗ ܕܠܐ ܥܒܕ ܨܒܝܢܗ
ܐܠܐ ܕܟܦܪ ܠܗ : ܘܡܫܠܡܘܗܝ ܠܚܕ ܡܢ
ܪܒܪܒܢܐ ܕܝܠܗ ܘܡܟܘܗ ܘܢܬܚܒܘܢ ܘܡܛܠ ܕܪܕܦ
ܠܗ ܡܢ ܚܕܝܬܐ ܕܢܦܫܗ . ܘܡܢ ܕܚܝ
ܡܬܩܛܠ ܐܝܟ ܕܡܛܠ ܕܡܢ ܡܠܟܐ ܕܐܬܩܛܠ
ܡܫܬܡܥ ܕܐܬܐ ܠܡܠܟܐ ܕܐܬܝܕܥ ܒܗ :
ܐܡܪ ܠܗ ܕܢܬܚܢܟ ܒܗ ܒܝܬ ܡܠܟܐ
ܕܢܬܪܒܐ ܥܡ ܛܠܝܐ ܕܡܠܟܐ . ܘܡܢ ܕܡܛܐ
ܠܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ ܗܘܐ ܡܢ ܩܛܠܐ ܕܐܬܩܛܠ
ܠܗ ܡܢ ܩܛܠ ܐܝܟ ܕܡܛܠ ܕܡܢ ܡܠܟܐ ܕܐܬܩܛܠ
ܡܫܬܡܥ ܕܐܬܐ ܠܡܠܟܐ ܕܐܬܝܕܥ ܒܗ :
ܗܘ

ܘܗܘܐ ܚܢܚܢܘܢ : ܕܒܝ ܡܢ ܪܘܚܐ ܚܢܡܐ
ܡܢܗܢܢ ܗܘܐ ܚܢܢܐ ܘܒܢܝܢܗ
ܡܢܚܢܐ ܡܢܪܐ ܡܢܘܢ ܠܡܢܚܢܐ ܡܢ

ܡܢܝܡ ܘܡܗܡܢܘܢ ܗܘܐ ܟܘ ܡܢ ܡܢܚܢ : ܕܒ ܪܐ ܗܘܐ ܡܢܢܐ ܚܢܡܐ
ܡܢܡܐ ܡܢܡܢ . ܡܢܢܐ ܕܒ ܡܢܚܢ ܠܐܘܢܝ ܗܘ ܡܢܡܐ ܡܢܐ ܡܢܗܘܐ
ܡܢܡܢܢ ܗܘ ܡܢܚܢ : ܡܢܝܡ ܡܢܢܐ ܡܗܡܢ. ܡܢܗ ܘܗ ܡܗܗ
ܗ ܠܢܢ ܡܢܘ ܘܡܢ ܡܗ ܡܗ ܡܢܘܢ ܡܢܢ ܡܢܢ ܡܢܢ ܡܢ
ܡܢܡ . ܕ ܗ ܠ ܪܢ ܗ ܘ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡ . ܡ ܡ ܡ
ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ .

qui Judæum abnegavit, insuper & contumeliis affecit, & in semore momordit. Ille verò ægre ferebat ista divulgari. Hæc de martyre Dei.

De Judæorum verò Homeritarum tyrannide per Æthiopiæ Regem compressa, idem Dionysius ex Joannis Chronico hæc scribit loco cit.

1 *De Rege* [1] *Æthiopum, deque expeditione ejus, & de Tyranni ac populi Judæorum cæde.* 1

ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ
ܡ ܡ ܡ ܡ .

ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ
ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ
ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ
ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ :
ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ
ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ
2 ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ ܡ
ܡ ܡ ܡ

Quum hæc accepisset Rex Æthiopum, qui interfecto primo Homeritarum Rege Christianam fidem amplexus fuerat, quumque Christianæ rei excidium & Judæi tyrannidem comperisset, zelo incensus, copias adversùs Tyrannum eduxit, captumque occidit: exercitum quoque eius delevit, & universos Homeritidis Judæos funditùs extirpavit: Regem denique Christianum, zeloque fidei præditum, Abraham 2 2 nomine, Homeritis præfecit. Atque

NOTÆ.

1 *De Rege Æthiopum*. Hæc fusiùs narrantur à Metaphraste apud Surium à p. 943. quem vide: & in antiquissimis mensis Octobris Menologii Græcorum Codicibus mss. teste Lambecio lib. 5. pag. 133. Consule Pagium ad annum 523. num. 9.

2 *Abraham*. *Virum pium, & Christi nomine gloriantem* appellat Metaphrastes apud Surium pag. 946. cujus verba descripta leguntur in ms. Græcorum Menologio apud Lambecium loc. cit. Procopius lib. 1. de Bell. Persico cap. 20. ad annum Justiniani 5. Christi 531. meminit *Hellestæi* Axumitarum Regis: quem rectè Baronius ann. 523. num. 30. judicavit esse filium *Elesbaani*, seù *Aidog*, de quo nos suprà: aitque eum Christianæ Religionis cultorem eximium fuisse, & quum audiisset, Judæos ac Gentiles Homeritas, illius oræ Christianis tributa suprà modum imponere, iis bellum indixisse, & commisso prælio magnum Homeritarum numerum, ipsumque adeò Regem vita spoliasse, subrogato in ejus locum *Esimiphæo* Christiano & Homerita. Subdit Procopius, haud multo post commota in Esimiphæum Regem seditione, hunc in Castellum inclusum esse, Regnumque ab Homeri-

ܡܬܦܪܫܝܢ ܘܐܙܠܘ ܘܫܪܝܘ ܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܗܢܘܢ ܐܦ ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܚܡܝܪ ܡܫܬܠܡ ܠܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܒܪܗܡ ܕܡܠܟ ܒܗ ܡܠܟ ܚܢܢܐ ܘܫܪܐ ܠܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܒܪܗܡ ܕܡܢ ܩܕܡ ܗܢܘ

que ita universis Christianis, qui ob persecutionem & Judæorum metum dispersi dissipatique fuerant, collectis, Christiana Religio in illa regione restituta est. Misit autem 1 Alexandriam,

meritis delatum *Abramo* Viro Christiano. Quod quum accepisset Hellestæus, confestim eò destinavit exercitum, qui cum Abramo congressus magnam accepit cladem. Defuncto Hellestæo, tributum pactus est Abramus ejus successori, & ita asseruit sibi Regnum. Hactenus Procopius. *Ex his liquet*, inquit Pagius ad ann. 523. num. 7. *postquam Elesbaanus Monachalem vestem induit, Homeritas mota seditione, Abraamium Regem suum Christianum è solio dejecisse, & alium, cujus nomen ignoratur, in ejus locum substituisse; sed hunc ab Hellestæo Elesbaani successore in prælio necatum, & in ejus locum Esimphæum Virum Christianum subrogatum esse: quo etiam in Castellum incluso, Abramus Vir Christianus Rex Homeritarum dictus.*

1 *Misit autem Alexandriam*. Metaphrastes pag. 945. *Reversus ergo Elesbaan ad civitatem Thare, omnes interemit, qui erant in regia, & quum vellet Ecclesiam in ea ædificare, fuit ipse primus opifex ædificii. Significavit autem omnia, quæ gesta fuerant, Pontifici Alexandriæ, & per illum Justino Imperatori. Patriarcha autem Alexandriæ, ordinatum Episcopum misit ad Homeritas. Qui quum illis consecrasset Templum, quod fuerat ædificatum, baptizat quidem omnes, qui erant in civitatibus & pagis Homeritarum, in nomine S. Trinitatis. Ex eis autem ordinat Diaconos, & Presbyteros: & Ecclesiis, quæ erant in regione, reddit statum suum solitum*. Eadem in ms. Menologio Græcorum apud Lambecium lib. 5. pag. 133. *Asterium* Alexandrinæ tunc Ecclesiæ præfuisse, idem Metaphrastes affirmaverat suprà pag. 943. quem proinde Eminentissimus Baronius num. 40. existimat, à Justino Imperatore anno 521. ad illam Cathedram evectum fuisse. Contrà Pagius ad prædictum annum num. 18. nullum inter Episcopos Alexandrinos locum *Asterio* tribuit, quum *nulla ejus mentio sit nec in Chronico Nicephori, nec in Tabulis Theophanis, nec in Chronico Victoris Tununensis, nec in Historia Patriarcharum Coptitarum, nec in Breviario Liberati, nec in Libro Leontii de Sectis Act. V. qui Episcoporum Alexandrinorum seriem accuratè digessere*. Quare autumat doctissimus Vir, *Asterii* nomen in margine ab aliquo Sciolo additum voci *Patriarchæ*, progressu temporis, ut non rarò contigit, in textum irrepsisse. Garnerius in Notis ad Liberatum cap. 19. *Asterium* putat Timothei Episcopi Alexandrini cognomentum fuisse: nam Alexandrini, inquit, post S. Cyrilli mortem soliti erant cognomines Episcopos agnominibus discernere: atque ita Timotheum alterum *Ælurum*, & alterum *Salofaciolum* appellarunt: à quibus ut tertium distinguerent, *Asterium* dixerunt. Sed, ut bene advertit Pagius loc. cit. hæc conjectura minimè admittenda, quum *Timotheus* fuerit Episcopus hæreticus; *Asterius* verò dicatur Episcopus Orthodoxus in laudata Vita à Metaphraste edita. Si Chronicis Ægyptiorum credendum est, Asterium Catholicum Alexandriæ Patriarcham habemus sub initium Imperii Justini in locum Timothei hæretici subrogatum. *Apollinarem* appellant Severus Asmonæorum Episcopus in Serie Patriarcharum Alexandriæ, & Ebnarrahebus in Chronico Orientali ab Ecchellensi edito p. 146. quorum hæc sunt verba: طيموثاوس . في ايامه توفي انسطاسيوس الملك المومن وملك بعده يوسطيانوس الخلقدوني . فاقام عوضا من طيموثاوس ابوليناريوس :

Timotheus. Ejus tempore defunctus est Anastasius Imperator Orthodoxus (nimirùm, Jacobita) *& Imperium post illum suscepit Justinus Chalcedonensis, qui pro Timotheo Apollinarem substituit*. Nec rejici possunt, quasi Asterium cum Apollinari confundant, qui quintæ Synodo anno 535. interfuit: nam duos Apollinares diserte distinguunt: Primum asserunt Timotheo Dioscori Junioris successori substitutum fuisse à Justino circa annum Christi 520. Alterum à Justiniano in locum *Pauli Thebæi* (ut vocant,) seù *Zoili* promotum: de quo hæc Evagrius lib. 4. cap. 37. *Alexandriæ verò pulso, ut suprà relatum est, Theodosio, Zoilus ad Episcopatum promotus est. Quo ad prædecessores suos adjuncto, Apollinaris Sedem illam regendam suscepit*. Utrumque autem Orthodoxum fatentur, dum *Hæreticum* hæretici ipsi appellant. Hæc non viderat doctissimus Pagius, qui Metaphrastæ Historiam nonnullarum fabellarum accusans, ex eo maximè capite reprehendit, quod Orthodoxus Alexandriæ Patriarcha dicatur. *At quum Ecclesia Alexandrina* (inquit ad annum 523. num. 5.) *à Patriarcha Hæretico hoc tempore regeretur, vera in hac narratione falsis miscentur*. Et eodem anno num. 9. *At quum certum sit nullum Episcopum Catholicum hoc tempore Ecclesiæ Alexandrinæ præfuisse, ut jam demonstravimus, Menologiis illis fides in omnibus nullo modo adhiberi debet*. Tota Pagii ratio in eo stat, quod nulla *Asterii*, vel cujuspiam alterius Orthodoxi Alexandrinorum Episcopi mentio fiat in Chronico Nicephori, aut in Tabulis Theophanis, vel in Chronico Victoris Tununensis, aut in Historia Patriarcharum Coptitarum, vel in Breviario Liberati, seù in Libro Leontii de Sectis. Sed nomen *Apollinaris* exstat in Historia Patriarcharum Copitarum, legitur in Chronico Orientali, sedisse dicitur contra Timotheum Justini jussu apud omnes Histo-

ܡܕܝܢܬܗ ܕܝܘܢܝܣܝܘܣ ܕܐܦܣܘܣ ܕܡܬܩܪܐ ܐܦܣܘܣ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܗܘ

ܡܢ ܕܝܘܢܝܣܝܘܣ ܡܠܟܐ ܕܗܘܐ ܒܐܬܝܘܦܝܐ :
ܐܬܝܐ ܗܘܐ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܕܡܬܩܪܝܢ ܟܠܩܝܕܘܢܝܐ .
ܡܛܠܬܗ ܗܘܐ ܠܡܬܩܢܝܢܘܬܐ ܕܥܒܕ
ܟܠܗ ܡܫܬܡܥܐ ܡܢܗ ܕܡܬܟܠܝܢ
ܒܗܝܡܢܘܬܗ ܘܒܟܢܝܫܬܐ . ܗܘܐ ܕܒܗ
ܡܠܬܐ ܐܚܪܬܐ ܗܘܐ ܟܕ ܡܛܠܘܢ ܗܘ
ܡܢܗ . ܡܛܠ ܡܢܟ ܗܘ ܡܠܟܐ ܘܫܡܥ
ܠܐܘܪܗܡܝܬܐ ܡܠܟܗ ܕܫܡܥܘܢܐ ܕܗܘ ܡܢܟ
ܗܘ ܡܠ ܪܓܙ ܘܢܦܩܠ ܟܕ ܡܬܩܢܝܢ ܗܘ : ܠܡܢܝܢ ܕ
ܗܘ ܡܠ ܪܓܙ ܘܢܦܩܠ ܕܡܫܬܡܥܐ ܡܢ ܡܬܩܢܝܢܘܬܐ .

regionem illam brevi rexisset, vita functus est. Quumque Homeritarum 1 Rex invectum in Alexandrinorum urbem Chalcedonense Concilium, ejectumque propter Fidem Theodosium 2, ac Sede sua, quòd Synodum amplecti detrectaret, deturbatum comperisset; ipse quoque ea re offensus, Episcopum ex urbe Alexandria recipere noluit.

Per-

NOTÆ.

1 *Homeritarum Rex*. Abrahamius, qui Esimiphæo in Castellum incluso, regnum sibi vendicavit. Hunc Procopius loc. citat. narrat, ab Hellestæo Æthiopum Rege Elesbaani filio bello appetitum, victoriam de eodem retulisse: mox defuncto Hellestæo, tributum ejus successori pactum fuisse, atque ita sibi regnum asseruisse. Eum verò Monophysitis favisse, ex Joanne & Dionysio liquet.

2 *Theodosium*. Eo in exilium acto, Paulus, seù ut Evagrio placet, Zoilus Episcopus orthodoxus Alexandrinam administravit Ecclesiam: à quo ut Catholicum Episcopum Æthiopes, Homeritæ, atque Indi acciperent, præcepit Justinianus: irrito tamen conatu, quum gentes illæ nisi Monophysitam Antistitem, nullum alium admittere vellent, ut infrà narrat Dionysius. Hanc historiam tetigit quisquis est Auctor *Sermonis de Fide Syrorum Jacobitarum* in ms. Codice Arabico Biblioth. Collegii Maronitarum de Urbe, qui gesta Jacobi Baradæi, seù Zanzali, describens, hæc de Æthiopum Episcopo tradit pag. 46.

فاما الملكة ثاودورة امراة يوسطيان فلما سمعت
ان مطران الحبشة مات وكرزوا الملكية واحدا
غيره على بلاد الحبشة فارسلت الى القبط
واعلمتهم بذلك . فارسلوا الى مار يعقوب
البرادعى واعلموه بذلك واعلموه ان ملك
سواكين هو الذى ماسك باب الحبشة . فلما
وصل اليه ذلك المطران الرومى الملكى ومعه
الف خيال وهدايا تقال وان ذلك المطران جعل
يورى لملك سواكين الهدايا والمراسيم والخلع
والبركات واذه مسكه عنده شهر وكان يخدمه
ويلطفه . وفيما هو ذات يوم اراد ان يسفره واذا
كتاب الملكة ثاودورة ومرسوم الملك وعلامته عليه
يقول فيه ان الواصل اليك مطران غنى ومطران
فقير . فالمطران الغنى امسكه وعوقه . والمطران
الفقير سفره ولا تعوقه . فوجهه عاجل وبسرعة
وصل الى بلاد الحبشة . واما الاخر فلما وصل
اليهم وقروا كتبه واذا هم يروا امانة اريوس الكافر
هى امانته فقتلوه واحرقوه . ودامت بلاد الحبشة
على امانة ماريعقوب الى الان :

At Theodora Imperatrix, Justiniani uxor, genere Ægyptia, quum accepisset Archiepiscopum Æthiopiæ è vivis decessisse, & alterum in ejus locum à Melchitis ordinatum, misso ad Coptos nuncio, eosdem hac de re certiores reddidit. Illi verò rem totam Mar Jacobo Baradæo significant, subduntque, Regem Svachinorum (fortassè Nubiæ, aut Homeritarum, unde in Æthiopiam aditus ex Ægypto) *Æthiopiæ claves tenere. Huc porrò Romæus ille Melchita Archiepiscopus cum donis ac mille equitibus pervenerat, & Svachinorum Regi literas & munera, quæ secum deferebat, ostentare cœperat. Quare hospitem Rex benignè complexus, per integrum mensem apud se hominem detinuit, magno ipsum afficiens honore, & lautissimo excipiens convivio. Quumque eum tandem dimittere cogitaret, Theodoræ Imperatricis Epistolam accepit cum diplomate sigillo ipsius Imperatoris firmato, in hæc verba. Duos apud te habebis Archiepiscopos: alterum divitem, & pauperem alterum: Et divitem quidem morare paulisper, nec iter accelerare permittas; Pauperem verò statim dimitte, ne've eum quoquomodo retardes. Hunc igitur Rex confestim dimisit, qui Æthiopiam quamprimùm ingressus est. Ille verò quum paulò post ad Æthiopas pervenisset, lectis ejusdem libris in quibus Arianæ hæreseos morbo laborare deprehendebatur, crematus est. Atque ita in mar Jacobi fide permansit Æthiopia usque in præsentem diem.* Non est hic loci veritatem hujus historiæ examinare. Certum tamen, Æthiopas ad hanc usque diem ab Alexandrino

Pergit Dionysius ex eodem Joanne Episcopo narrare, qua ratione ob defectum Sacerdotum hæreses plurimæ in regiones illas invectæ fuerint. Sic autem scribit fol. 114.

ܗܘ ܕܒܗ ܕܢܐ ܗܘܐ ܐܬܪܐ
ܘܐܝܟ ܕܟܠܩܕܘܢܝܐ ܐܬܝܐ ܡܢ ܟܠܗ
ܡܫܡܫܢܐ ܘܡܕܝܢܬܐ ܕܩܕܡܝܐ ܡܫܡܫܢܝܐ
ܐܬܪܝܢܐ . ܒܗ ܫܐܠ ܗܢܐ ܡܥܒܕܢܝܐ
ܗܘܐ ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܐܢܬ ܘܡܘܕܐ
ܠܗ ܡܪܝܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܒ ܡܥܒܕܢܝܐ
ܗܘܐ ܠܗ ܘܢܫܐܠ ܠܗܘܢ ܕܢܫܡܥܘܢ
ܘܠܐ ܡܨܒܝܢ ܠܡܥܒܕܘܬܐ .
ܡܢ ܕܩܕܡ ܡܫܡܫܢܐ ܗܘܐ ܠܗ :
ܗܘ ܕܒܗ ܡܪܝܐ ܡܫܬܐܠ ܘܡܠܟ
ܡܫܬܪܘܡܐ ܡܫܬܡܥ ܗܘܐ : ܡܠܟ
ܗܘܐ ܡܫܬܐܠ ܠܗܘܢ ܘܡܥܒܕܘܢ
ܐܢܫܐ ܕܢܫܡܥܘܢ ܡܢ ܗܘ ܕܢܫܬܪܘܡܘܢ
ܐܢܫܐ ܕܢܫܬܪܘܡܘܢ . ܘܗܘܝ
ܡܫܬܡܥ ܗܘܐ ܕܢܫ ܡܫܬܪܘܡܘܢ ܠܐ
ܡܨܒܝܢ ܐܠܐ ܡܢ ܕܢܬܢ ܘܠܐ ܡܨܒܝܢ
ܠܡܫܬܪܘܡܘܢ . ܘܗܘ ܒܥܝ ܕܗܘܘ ܐܢܫ
ܕܡܘܬܢ ܠܐ ܐܬܡܬܠ ܠܗܘܢ . ܘܗܘܝܢ
ܕܢܢܝ ܗܘܐ ܕܢܫܬܐܠ ܒ ܒܗ ܫܐܠ
ܗܢܐ

Per idem tempus ob defectum Sacerdotum maximo affectum fuit detrimento Regnum Æthiopum, Homeritarum, atque Indorum. Nam singulis quidem annis legatos cum magnis muneribus ad Justinianum Imperatorem mittebant, eundem rogantes, ut Episcopum sibi daret, qui Chalcedonense Concilium haudquaquam reciperet. Ille verò licet hac de re enixè rogaretur, quia tamen omnem operam pro Synodo impendebat, hortabatur eos, admonebatque, ut eum Episcopum reciperent, qui Synodum amplectebatur, & Alexandriæ degebat. At illi contrà respondebant, se nullo pacto adduci posse, ut eos, qui Synodo consentirent, reciperent: eos verò dumtaxat ipsis gratos futuros, qui Synodum damnarent. Verùm Imperator votis ipsorum haudquaquam annuit. Atque ita Legati trium præfatorum Regnorum quotannis Imperatorem adibant, & ab eodem re infecta dimittebantur. Duravit autem hujusmodi contentio annos circiter viginti [1] quinque, donec illorum populorum Sacerdotes extincti sunt. Quumque diu, multum-

drino Coptorum Patriarcha Metropolitam accipere solitos, eosque Monophysitarum hæresim pertinacissimè tueri: quod etiam Scaliger lib. 7. de Emendat. Temp. observaverat.

1 *Viginti quinque*. Justinianus imperare cœpit Kalendis Aprilis anno Christi 527. obiitque die 14. Novembris anno 565. quum imperasset annos 38. menses 7. dies 13. ut late Pagius in Critica Baronii. Martyrium verò Homeritarum accidit anno Christi 524. ut ex Beth-Arsamensis Epistola suprà demonstravi. Regnum autem Abrahami, & Episcopatus S. Gregentii post debellatum impium Dunaanum, duravit annos 30. ut ex Disputatione ejusdem S. Gregentii cum Erbano Judæo manifestum est. Obiit igitur S. Gregentius primus post restitutum Christianis Homeritis Regnum Episcopus, anno Christi 554. vel saltem anno 552. ut vult Pagius ad ann. 523. num. 13. Atqui tàm post Abrahamum Regem, quàm post S. Gregentium Episcopum nonnullos alios Reges & Episcopos numerant Procopius, & Dionysius Patriarcha, ut suprà notavi. Non video igitur, quomodo illa contentio Justinianum inter & illos populos circa Episcopi electionem durare potuerit *annis circiter viginti quinque*, quum ab anno 554. vel 552. quo S. Gregentius obiisse dicitur, usque ad annum 565. quo Justinianus decessit, anni dumtaxat undecim, vel tresdecim effluxerint. Quare suspicor, vel Disputationem S. Gregentii cum Erbano Judæo fabulosam esse, ut autumat etiam Pagius loc. cit. vel saltem numerum illum *triginta annorum* expungendum, ejusque loco inferiorem decimo apponendum; præcipuè quum Abrahamus Rex paulò post susceptum Regnum è solio dejectus fuisse dicatur ab eodem Pagio ad prædictum annum 523. num. 7. Hac enim in parte fides habenda videtur Joanni Asiæ Episcopo, qui sub Justiniano vixit, scripsitque, ut testatur Dionysius in Chronico.

tumque laborassent, ut Episcopum Synodo inimicum haberent, nec impetrassent, eò tandem devenerunt, ut contra Canonum ordinem congregati Presbyteri, Evangelium capiti cujusdam ex suo ordine imponerent, atque ita eum Episcopum constituerent: hac enim ratione existimabant ipsi, Chirotoniam Episcopi perfici, quum ne in ordine quidem Laicorum jam locum haberent. Plerique tamen hujusmodi Chirotonia offensi, eandem improbarunt, nec ut legitimam admisere: indeque magna inter ipsos dissidia exorta sunt: ita ut ex defectu Episcopi, alius rursùs error & hæresis ibidem obtinuerit Melchisedechianorum 1 qui temerè affirmabant, Melchisedechum Christum esse. Sed neque ex uno illo populo divisa dumtaxat Ecclesia fuit; verùm etiam Regnum in duas partes scissum: & bella, schismata, seditionesque diù posteà illas regiones invaserint. Demùm eò confluxere Phantasiastæ ex Juliani 2, & Cajani secta, qui illas provincias universim erroribus suis infecerunt.

1

2

1

2

NOTÆ.

1 *Melchisedechianorum*. De horum origine vide S. Epiphanium hæres. 55.

2 *Juliani*. Celeberrimam cum Severo habuit Disputationem Alexandriæ *de corruptibili & incorruptibili*, de qua hæc Leontius Byzantinus lib. de Sectis cap. 5. *Pulsus ab Antiochena Sede Severus, Alexandriam secum abduxit Julianum Halicarnassensem Episcopum, ubi mota est inter ipsos quæstio de Corruptibili & Incorruptibili. Ac Severus quidem ajebat, Christi corpus corruptibile esse; Julianus contrà, Incorruptibile esse affirmabat. Gajanus Juliani sententiam sectabatur, Severi Theodosius.* Vide Liberatum Diaconum in Breviario Hist. Eutychianistarum cap. 18.

CAPUT IX.

Chronicon Edessenum.

I. Chronici Edesseni Auctor Orthodoxus, floruisse videtur circa annum Christi 550.

QUIS fuerit Chronici Edesseni Auctor, & qua ætate floruerit, nobis hactenus incompertum est. Illud tamen satis constat, eum Catholicam Fidem coluisse, tùm quia quatuor sacras Synodos sese admittere declarat ad annum Græcorum 838. tùm etiam quia impugnatores Concilii Ephesini, aut Chalcedonensis disertè rejicit, Orthodoxos Viros impensè commendans: quod Catholicorum erat illius temporis, quo ipse vixit, certissimum indicium. Vixisse autem videtur circa annum Christi 550. quum Historiam suam usque ad annum 540. produxerit, ut mox patebit: Quam quidem ipsum ex Archivo Ecclesiæ Edessenæ descripsisse, ostenditur ex initio, ex progressu, & ex fine ejusdem. Nam initio quidem hujus Historiæ describit aquarum eluvionem quæ Edessam obruit sub Severo Imperatore, & Abgaro Rege, secundùm Acta per Notarios olim excepta, & in Archivo publico conservata, quæ nos in suum locum conjecimus. Deinde totus ferè est Auctor in recensenda Episcoporum Edessenorum serie, eorumque rebus gestis describendis. Ibi demùm finem scribendi facit, ubi Pastores Jacobitæ Ecclesiam illam invadere cœperunt.

II. Græcorum Epocha utitur, quæ Christianam vulgarem annis trecentis undecim ex ejusdem mente antecedit.

Epocha autem, qua utitur, *Græcorum* est, quam & *Seleucidarum*, seù *Syro-Macedonum* appellant. Eam verò Christiana Æra *annis trecentis novem* priorem esse, ex communi Edessenorum sententia affirmat. At si Indictiones, quas aliquando indicat, diesque mensis, atque hebdomadæ, quos frequenter designat, inspiciamus, planum fit, annos prædictos dici quidem *trecentos novem*, sed esse *trecentos undecim*: atque adeò Christi nativitatem juxta ejus mentem in annum Græcorum trecentesimum undecimum, non trecentesimum nonum reverà incidisse. Id liquido apparet ex iis, quæ de terræmotu Antiochiæ, deque S. Simeonis Stylitæ obitu scribit: Hunc enim asserit in cœlum evectum fuisse *anno Græcorum* 771. *die* 2. *Septembris*, *feria quarta*, quæ respondent *anno vulgari Christi* 460. non 462. Terræmotum autem Antiochiæ contigisse refert *anno Græcorum* 837. *die* 29. *Maii*, *feria sexta*, nimirùm *anno Christi* 526. quo dies Maii vigesimus nonus in feriam sextam incidit, non anno 528. quo dies ille in sextam feriam competere nequit. Denique anno Græcorum 850. *Indictionem secundam* illigat, quæ tamen *anno Christi* 539. non anno 541. respondet. Atque adeò Christianam vulgarem Epocham ex ejus mente, necesse est, posteriorem esse Æra Græcorum *annis trecentis undecim*, non trecentis novem.

III. Initium Chronici ab anno Grecorum 180. Finis verò in ann. 851.

Initium ducit ab institutione Regni Edesseni, quam ipse ad annum Græcorum 180. consignat: Desinit verò in annum Christi 540. quo bellum Persicum Justinianum inter & Chosroëm exarsit: quamvis ordinem temporis nonnunquam negligit, aut pervertit: quod tamen amanuensi potiùs, quàm Auctori tribuendum existimo. Quare in eo publicando res gestas in primis suo loco & ordini restituam: annotationes autem nonnullas, quæ ipso, aut aliis Historicis lucem afferre videntur, in margine adjiciam.

Compendiaria rerum gestarum Historia.

ܬܫܥܝܐ ܘܫܬܝܢܐ ܫܢܝܢ ܕܡܠܟܘܬܗ .

1 ܫܢܬܐ ܕܡܐܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܐܕܡܐ ܘܒܫܢܬܗ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܐܕܡܐ .

I. Anno centesimo 1 octogesimo cœperunt Reges regnare Edessæ. 1 Chronicon Edessenum.

II. An-

ܫܢܬܐ

NOTA.

1 *Anno* 180. Nimirùm Græcorum, Seleucidarum, seù Syro-Macedonum: qui in annum ante vulgarem Christi Epocham *centesimum vigesimum nonum* incidit, ex dictis suprà num. 2. Regnabat tunc Syris *Antiochus Sidetes*, & Parthis *Phraates*, de quibus vide Justinum lib. 38. cap. 10. & 39. cap. 1. Josephum lib. 13. cap. 16. Eusebium in Chronico, & Orosium lib. 5. cap. 10. Septem post annis initium Regni Edesseni consignat Dionysius Patriarcha in Chronico, nimirùm anno Abrahæ 1880. qui Christianam Epocham ex ejusdem mente antecedit annis 136. ejusque finem cum anno vulgari Christi 217. conjungit. Sic enim scribit fol. 15. ܫܢܬܐ ܫܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܐܕܡܐ ܕܐܬܪܥܝ ܕܡܠܟ ܐܪܬܚܫܣܬܐ ܕܐܬܝ ܠܡܠܟܘܬ ܐܪܡܝܐ ܕܐܬܝ ܠܡܠܟ ܐܘܓܪ ܡܠܟܐ ܕܐܕܡܐ ܗܘ ܫܡܗ ܕܐܕܡܐ . ܗܢܐ ܕܗܘ ܫܪܝܐ ܕܐܕܡܐ ܕܐܬܬܩܢ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܝܢ ܫܢܝܢ ܕܐܒܪܗܡ

1 ܫܢܬܐ ܫܬܝܢ ܡܢ ܫܬܝܢ ܫܢܬܐ
ܕܐܓܪܘܣܛܘܣ ܩܣܪ .
2 ܫܢܬܐ ܠܚܡܫܐ ܡܐܐ ܕܡܪܝܐ
ܝܠܝܕ .
3 ܫܢܬܐ ܕܫܬܝܢ ܐܒܓܪ ܡܠܟܐ
ܡܫܟܐ ܥܒܝܕ ܠܡܠܟܘܬܗ ܘܡܢܗ .
4 ܫܢܬܐ ܕܫܬܝܢ ܘܫܬܝܢ ܡܐܐ
ܥܒܪ ܡܪܩܝܘܢ ܡܢ ܥܕܬܐ ܩܬܘܠܝܩܝܬܐ .
ܫܢܬܐ ܕܫܬܝܢ ܡܐܐ ܫܬܝܢ
ܝܘܡܬܐ ܕܝܠܕ ܒܪܕܝܨܢ ܒܪ ܡܠܟܐ
5 ܕܐܪܒܝܐ .
ܫܢܬܐ

II. Anno ducentesimo 1 sexagesimo sexto imperavit Augustus Cæsar. 1

III. Anno trecentesimo 2 nono Dominus noster natus est. 2

IV. Anno quadringentesimo ædificavit sibi Abgarus 3 Rex Mausolæum. 3

V. Anno quadringentesimo quadragesimo nono Marcion 4 ab Ecclesia Catholica defecit. 4

VI. Anno quadringentesimo sexagesimo quinto, die undecima Julii natus est Bardesanes 5. 5

VII. Lu-

NOTÆ.

1 *Anno* 266. Is erat, ex mente Edessenorum, ante Nativitatem Christi annus quadragesimus tertius, ex dictis suprà num. 2. Initium autem ducit à nece Julii Cæsaris, quæ in diem 15. Martii incidit: atque adeò Nativitas Christi, juxta Syros Scriptores, in annum Augusti 44. confertur: quæ etiam fuit Ecclesiæ Occidentalis opinio. Vide Pagium in Apparatu num. 157.

2 *Anno* 309. Idem de anno Natalis Christi affirmat Gregorius Barhebræus in Horreo mysteriorum in Tabula Chronologica, quam Expositioni Evangeliorum præmittit, & alibi passim. Atque hæc fuit communis Syrorum sententia, quorum tamen annum *trecentesimum nonum* respondere anno trecentesimo undecimo, notavimus suprà numero 2.

3 *Abgarus*. Hic fuit decimus nonus Edessæ Rex, de quo infrà.

4 *Marcion*. Diversa hujus hæreseos initia diversi Auctores constituunt. S. Cyprianus Epistola ad Pompejum affirmare videtur, sub Hygino Papa Marcionem hæresim suam propalasse: *Necdum quoque* (ait) *Marcion de Ponto emersisset, cujus Magister Cerdon sub Hygino tunc Episcopo, qui in Urbe nonus fuit, Romam venit, quem Marcion sequutus additis ad crimen augmentis, impudentiùs cæteris & abruptiùs in Deum Patrem creatorem blasphemare instituit*. S. Epiphanius hæres. 42. post Hygini obitum id factum refert: *Quum itaque* (inquit) *Marcion assequutus non esset ab ipso* (hoc est, à Patre Episcopo) *per blanditias quæ petebat, non ferens multorum ludibrium, ab urbe sua aufugit, & venit Romam, quum mortuus esset Hyginus Episcopus Romanus &c.* Sed & ante obitum S. Hygini, anno Christi 138. Marcionem hæresim suam disseminare cœpisse, præter Chronici Edesseni testimonium, ostenditur ex S. Justino Martyre, qui in priori sua Apologia circa annum Christi 139. scripta, Marcionis mentionem duobus in locis facit. Præterea Philastrius lib. de hæresibus cap. 46. scribit, Marcionem primò in Asia errores docuisse, ibique à Joannis Discipulis convictum, Romam venisse. Jam itaque ante suum Romam adventum, hæresim in Asia promulgaverat, idque sub Hadriano Imperatore, & Hygino Papa, ut rectè observat Petavius in Animadversionibus ad Epiphan. hæresi 46. *Quare Marcion* (ut verbis Pagii concludam ad annum 144. num. 3.) *primùm in Syria nefarium suum dogma prædicavit*, (*postquam scilicet ob incestum à patre Ecclesiâ pulsus fuisset*,) *idque Hadriano imperante, vel saltem Antonini Pii initio: ac posteà Romam venit post Hygini Papæ mortem, ubi quum Presbyteri, qui Ecclesiam gubernabant, nihil innovare voluissent, ac ne Ecclesiæ quidem aditum impetrasset Marcion, in Pontum rediit, & majores trahens spiritus, vehementiùs in eosdem illos errores cœpit incumbere*. Errata ejusdem in Sacris Scripturis sive per additionem, sive per detractionem recenset ac refellit S. Epiphanius loc. citat. quo etiam respiciunt Hymni S. Ephræmi à pag. 128. ubi Evangelicam veritatem literis Alphabeti comparat, quibus nec addi, nec detrahi quidquam licet.

5 *Bardesanes*. Abgaro Maani filio familiaris fuit, teste S. Epiphanio hæres. 56. eumque impulit, ut lege lata sanciret, ne quis in posterum seipsum eviraret, ut scribit Eusebius lib. 5. de Præp. cap. 10. *Duravit post illius* (*hoc est, Abgari Regis*) *obitum usque ad tempora Antonini Cæsaris, non Pii appellati, sed Veri*, inquit idem Epiphanius loc. cit. quæ tamen verba neque cum Dionysio Patriarcha, neque cum Chronico nostro Edesseno cohærere possunt, si obitus Bardesanis sub Antonino Vero, hoc est, M. Aurelio Imperatore collocetur. Nam hic Imperator, Tertulliano ac Dione testibus, è vivis excessit die 17. Martii anno Christi 180. juxta Pagium num. 2. At Edesseni Chronici nostri Auctor refert Bardesanem anno Græcorum 465. hoc est, Christi 154. natum fuisse.

Si

1 ܟܕܡܫܟܚ ܒܝܡ ܡܢܗ ܟܡܪ ܫܘܪܝܐ
ܕܒܝܬ ܐܢܬܘܢܝܢܘܣ ܟܕܡܗܘܢܝܢ
ܕܐܪܡܝܐ .

VII. Lucius [1] autem Cæsar unà- 1
cum fratre Parthos Romanis subegit
anno Imperii sui quinto.

2 ܫܢܬܐ ܚܡܫܡܐܐ ܕܐܠܦܐ ܕܬܪܬܝܢ
ܥܣܪܐ ܕܗܘ ܫܢܬܐ ܕܐܒܓܪ ܒܪܗ ܕܡܥܢ
ܡܠܟܐ ܒܝܪܚ ܬܫܪܝ ܢܦܩ ܡܥܝܢܐ
ܕܡܝܐ ܡܢ ܪܝܫ ܛܘܪܐ ܕܐܒܓܪ ܡܠܟܐ
ܪܒܐ ܕܐܬܪ ܠܡܢܝ ܠܡܢܝ ܕܐܬܪ ܠܡܢܝ
ܕܐܬܪ ܠܡܢܝ ܕܐܬܪ

ܚܛܘܗ ܘܡܟܢܘ ܘܡܕܚܘܢܗ . ܐܦܝ ܡܛܝܢܐ
ܕܡܝܐ ܗܘܘ ܘܡܛܠ ܕܚܝܠܐ ܕܡܝܐ
ܕܢܚܬܘ ܡܝܐ ܕܝܡܐ ܗܘܘ : ܗܘܝܢ
ܐܝܟܢܐ ܕܡܝܐ ܕܝܢ ܡܟܝܢܝܢ ܚܠܫܘ .
ܐܦܠܐ ܕܡܝ ܕܠܐ ܚܡܝܢܐ ܐܘܠܐ ܚܢܝܢܐ .
ܐܦܠܐ ܡܛܠ ܕܢܦܩܘ ܐܢܫܐ ܠܫܡ
ܚܝܠܐ ܕܡܝ ܕܫܒܝܥܝ ܚܝܠܐ ܕܐܘܪܚܐ
ܘܡܢܝܢܐ ܗܘܘ ܡܚܝܢܐ ܕܐܦܠܐ ܘܡܢܐ
ܘܡܚܘܝܢ ܗܘܘ . ܐܘܠܐ ܕܡܫܟܚ ܚܕܐ
ܡܛܠܬܐ ܚܛܝܐ ܗܘܐ ܚܕ ܡܢܐ ܘܚܝ
ܚܛ ܡܢ ܫܘܝܢ ܘܡܒܝܢܐ . ܡܢܝܢ
ܗܘܘ ܡܛܠ ܕܢܫܡܥ ܡܢ ܚܕ ܡܛܠܬܐ
ܘܫܘܝܘ ܚܡܝܢܐ . ܐܦܝ ܡܛܠܬܐ ܡܢ
ܡܐ ܗܘܐ ܚܝܢܐ ܘܚܝ ܘܡܢ ܗܘ
ܘܢܝܢ : ܫܘ ܗܘܐ ܚܡܝܢܐܘ ܘܢܝܢ
ܚܝܢ . ܡܢܝ ܗܘܐ ܐܦܝܢ ܗܘ
ܐܘܚܐ ܡܢܝܢ ܐܦܝܢ ܘܫܘܝܘ
ܡܛܠ ܚܛܝܐ ܘܡܒܝܢܐ ܡܢ ܐܝ ܘܢܩ
ܢܝܘ . ܡܢ ܚܛܝܐ ܐܘܚܝܢ ܗܘ
ܡܛܠ ܚܛܝܘ ܡܛܠ ܚܛܝܐ ܘܡܒܝܢܐ ܡܚܝ
ܚܝ ܡܒܝܢܐ . ܡܚܝ ܐܦܝ ܐܦܝ
ܡܛܠ ܘܡܢ ܡܛܠ ܡܢ ܗܘ ܡܐ
ܡܝ ܐܦܝ ܡܢ ܡܛܠ ܡܢ ܗܘ ܡܐ
ܡܝ ܘܡܢ ܡܛܠ ܡܢ ܗܘ ܡܐ : ܡܐ
ܡܝ ܘܡܢ ܗܘ ܡܢ ܡܛܠ ܡܢ ܗܘ
ܡܢ ܡܢ . ܡܢ ܗܘ ܡܢ ܡܛܠ ܡܢ ܗܘ
ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ ܡܢ

haud ſatis conſultum, quòd in Daiſanum quinque & viginti torrentes cum ſuis alieniſque aquis undique confluerent; Rex publico edicto mandavit, ut opifices, qui porticum ripis amnis impoſitam habitabant, à menſe Octobri ad Aprilem appetente jam nocte in alias ædes ſecederent: utque prætereà Gaziræi [1] urbis præſidiarii, quini agerent excubias per totam hyemem in ea murorum parte, quâ flumen urbem alluit, qui audita aquarum externarum in urbem irruptione, cives admonerent, addita pœna negligentibus, velut regii mandati contemptoribus: eamque legem hoc tempore latam in perpetuum obtinere juſsit. Dominus autem noſter Rex Abgarus Regiam, in qua hyemare ſolet, conſtruxit in Tabara, indeque deſcendit ineunte æſtate in novum Palatium, quod ad ſcaturiginem fontis reficiendum curavit. Regem ſequuta nobilitas Edeſſena, ædes ſibi in vicinia Palatii excitavit eminentiſſimâ in urbis regione, cui nomen ab Saharitis aſcitum. Interim Rex ſtabiliendæ ſecuritati tranquillitatique civium intentus, non modò iſtis, ſed & pagorum, caſtellorumque incolis, vectigalia ad quinquennium [2] condonari voluit. Ita civitas incolarum frequentia aucta, & ædificiis coronata eſt.

1

2

NOTA.

1 *Gaziræi*. Nimirùm, ex *Gazira*, ſeù *Inſula*, quam Tigris fluvius facit, oriundi. Vide ſuprà pag. 144. & 169.

2 *Quinquennium*. Exeunte igitur anno Græcorum 517. hoc Inſtrumentum literis conſignatum eſt: quo etiam anno Abgarus Palatium ædificaſſe dicitur in hoc Chronico num. IX.

ܘܟܬܒܘ ܟܬܒܐ ܕܟܬܝܢܘܬܐ ܕܡܠܟܐ ܐܒܓܪ ܕܡܠܟܐ ܕܥܒܕܘ
ܘܥܒܕܘ ܒܟܬܒܐ ܕܫܡܗ ܫܡܘܢ . ܡܬܩܠܐ ܒܪ ܒܪܝܐ ܫܡܘܢ ܘܒܪܝܐ ܩܝܡܐ :
ܩܝܡ ܒܝܬ ܐܪܟܝܘܢ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡܝܐ ܕܥܠ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܘܒܪܝܐ
ܡܢ ܐܪܟܝܘܢ ܕܥܠ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡܝܐ . ܐܬܟܬܒ ܡܢܘܢ ܫܡܗ
ܡܢ ܟܬܒܐ ܘܟܬܒܘ . ܡܪܝܢ ܒܪ ܝܥܒܘܣ ܒܪ ܫܡܫܐ ܘܩܝܡܐ ܒܪ ܡܓܪܬܐ .

Hæc Acta, Regisque Abgari Edictum conscripsere Mar-Jabus Bar-Semes, & Kajumas Bar-Magartat Notarii Edesseni: eaque in Archivum Edessenum intulere Bardinus, & Bulidus ejusdem Archivi Præfecti, utpote publicæ fidei testes.

ܕܒܪܕܝܢ ܘܒܘܠܝܕ ܡܪܝ ܐܪܟܝܘܢ ܕܐܪܟܝܘܢ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡܝܐ
ܘܒܪ ܩܝܡܐ ܕܐܪܟܝܘܢ ܕܐܪܟܝܘܢ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡܝܐ . ܒܫܢܬ
ܫܬ ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܫܢܝܢ ܗܘܐ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܡܢܘ ܗܘ ܐܒܐ ܕܡܢܝ .

ܒܫܢܬ ܫܬ ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܫܢܝܢ ܒܢܐ ܐܒܓܪ ܡܠܟܐ ܐܬܪܐ ܕܒܝܬ
ܐܪܟܝܘܢ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡܝܐ . 1

ܒܫܢܬ ܫܬ ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܫܢܝܢ ܐܬܝܠܕ ܡܢܝ . 2

ܒܫܢܬ ܫܬ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܐܬܪܥܘ ܫܘܪܐ
ܕܩܪܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡܝܐ ܒܝܘܡܝ ܕܕܩܠܛܝܢܘܣ ܩܝܣܪ . 3

ܒܫܢܬ ܫܬ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ

IX. Anno quingentesimo decimo septimo Abgarus Palatium 1 in oppido suo ædificavit. 1

X. Anno quingentesimo quinquagesimo primo natus est Manes 2 2

XI. Anno sexcentesimo decimo 3 quarto sub Diocletiano Imperatore muri Edessæ secundò corruerunt. 3

XII. Anno sexcentesimo vigesimo

ܒܫܢܬ ܫܬ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܐܬܬܒܪ ܫܘܪܐ
ܕܩܪܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡܝܐ ܒܝܘܡ ܫܬܐ ܕܝܘܠܝܢ ܩܝܣܪ .

Secundò dejecta sunt ejusdem (Edessæ) *mœnia sub Diocletiano Imper. mense Majo anno* 614. Eadem de submersione ejus urbis tradit Dionysius in Chronico: ܒܫܢܬ ܫܬ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܐܬܬܒܪ ܫܘܪܐ ܕܩܪܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡܝܐ . ܐܬܝܠܕ ܡܝ ܫܬܝܢ ܫܢܝܢ ܒܫܢܬ ܫܬ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܐܬܬܒܪ ܫܘܪܐ ܕܩܪܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܡܝܐ . ܒܝܘܡ ܫܬܐ ܕܝܘܠܝܢ ܩܝܣܪ .

ܡܢ ܩܕܡ ܐܬܬܐ ܬܫܥܐ ܘܚܡܫܐ
1 ܘܫܬܝܢ . ܩܢܐ ܡܩܕܫܐ ܕܥܕܬܐ
ܥܠܝܐ ܐܬܬܐ ܒܢܐ ܡܢ ܣܕܘܗ .

ܒܫܢܬ ܬܫܥܐ ܠܡܠܟܐ ܡܬܩܛܠ
ܐܝܬܠܗ . ܘܡܬܩܢܐ ܗܘ ܘܫܬܝܢ
2 ܩܢܘܢܐ ܐܝܬܠܗܐ ܐܬܬܐ ܡܢ

ܒܫܢܬ ܬܫܥܐ ܠܡܠܟܐ ܡܬܩܛܠ
3 ܐܝܬܠܗܐ ܐܬܬܐ ܕܥܕܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ
ܕܐܬܪ ܡܩܕܫܐ ܘܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܕܒܝܬ
4 ܩܘܪܒܢܐ . ܘܒܫܢܬ ܐܝܬܠܗ
ܩܢܘܢܐ ܕܥܕܬܐ ܕܡܠܟܐ
ܐܠܗܐ ܕܫܡܝܐ .

ܒܫ

mo quarto jecit fundamenta Ecclesiæ Edessenæ Cono 1 Episcopus: exstruxit autem absolvitque ædificium Saades Episcopus ejusdem Successor. 1

XIII. Anno sexcentesimo trigesimo quinto excitatum fuit Cœmeterium Edessæ, diebus Aitallahæ 2 Episcopi, anno prius, quàm magna Synodus Nicææ celebraretur. 2

XIV. Anno sexcentesimo 3 trigesimo quinto factus est Aitallahas Edessæ Episcopus: qui Cœmeterium & latus Australe Eccesiæ ædificavit. 3

XV. Anno verò 4 sequenti congregata est Nicææ Synodus Episcoporum tercentum decem & octo. 4

XVI. An-

NOTÆ.

1 *Cono Episcopus*. Hinc initium ducit series Episcoporum Edessæ, quam nos ad calcem hujus Chronici, addito aliorum, qui apud Dionysium subjunguntur, Catalogo dabimus. Ante Cononem alios Edessenæ Ecclesiæ præfuisse Antistites, ab ipsis nimirùm Thadæi Mesopotamiæ Apostoli temporibus, in dubium revocari non debet: quos inter sub Trajano Imperatore celebris fuit S. Barsaumas, seù Barsimæus, qui Sarbelium ejusque Sororem Barbæam baptizavit, ut legitur in Martyrol. Rom. die 29. Januarii. Pro Conone, *Cognatum* habet Metaphrastes in vita SS. Guriæ, Samonæ, & Abibi, eumque anno Alexandri sexcentesimo in vivis fuisse testatur, cujus verba retulimus pag. 330. *Cononis* meminit Josue Stylites ad annum Græcorum 811. Christi 500. ubi præter jacta Ecclesiæ fundamenta, Cœmeterium etiam ipsum exstruxisse, patet ex dictis p. 271. Fortasse locum dumtaxat Cœmeterio designavit Cono; vel ejusdem tantùm fundamenta posuit: nam illud posteà ab Aitallaha perfectum absolutumque fuisse, notatur infrà in Chronico nostro. Ei successit *Saades*, qui ex eodem Chronico sedere cœpit ab anno Græcorum 624. usque ad annum 635. hoc est, ab anno Christi 313. ad annum 324. ut ex numero sequenti colligitur.

2 *Aitallahæ*. In subscriptionibus Patrum Concilii Nicæni *Ethilaus*, *Æthelaus*, & *Ætolus* appellatur. Alii *Aitilabam*, seù *Aitilabum* legunt. Sed rectiùs *Aitallaha*: Est enim vox Syriaca composita ex verbo ܐܝܬܝ *Aiti* attulit, & ex nomine ܐܠܗܐ *Allaha*, seù ut recentiores proferre malunt, *Alobo*, Deus. Ejus Episcopatûs initium ad annum Græcorum 646. conjicitur apud Dionysium in hæc verba: ܒܫܢܬ ܬܫܥܐ ܠܡܠܟܐ ܐܝܬܠܗ ܩܢܘܢܐ ܕܥܕܬܐ ܕܐܬܪ ܡܩܕܫܐ . *Anno sexcentesimo quadragesimo sexto factus est Aitallahas Edessæ Episcopus:* Sed manifesto errore: nam annus ille à celebratione Concilii Nicæni decimus est, cui tamen Aitallaham interfuisse, omnia Latina, Græca, & Syriaca monumenta clamant. Sobensis in Collectione Canonum Par. I. cap. 3. fol. 61. Cod. Syr. Vat. 46. *Abselamum*, non Aitallaham Nicænæ Synodo subscripsisse affirmat, additque eum fuisse S. Ephræmi ex sorore nepotem. Verùm nullum hujus nominis Edessenum Episcopum exstitisse, ex Chronico nostro & ex Dionysio compertum est. Sobensem verò ex *Absamia* Syro Scriptore ac Presbytero Edesseno Abselamum Edessæ Antistitem finxisse, notavimus pag. 170. Cæterùm non Dionysio, sed ejus descriptori errorem illum tribuendum esse, colligitur ex loco, ubi id factum ponitur: nimirùm inter annum Græcorum 641. & 642. quod argumento est, amanuensem anno non suo Ordinationem Aitallahæ retulisse.

3 *Anno* 635. Sic emendavi errorem amanuensis, qui habet: ܒܫ ܬܫܥܐ ܠܡܠܟܐ ܐܝܬܠܗ *Anno* 636. contra id, quod paulò ante scripserat: Aitallaham nimirùm anno Græcorum 635. Episcopatum iniisse.

4 *Anno verò sequenti*: nimirùm Græcorum 636. Christi 325. ut communissima Orientalium fert opinio, quam confirmat Socrates lib. 1. cap. 13. Vide Baronium ad prædictum Christi annum.

ܗܢܐ ܫܢܬܐ ܬܠܬܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܫܥ ܫܢܝܢ ܕܫܘܪܐ ܕܥܕܬܐ ܕܐܕܡܐ ܕܢܦܝܒܝܢ ܗܘܬ ܠܗ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܦܪܝܫܐ ܕܢܦܝܒܝܢ ܘܫܠܝܛ ܗܘܐ ܥܠ ܥܕܬܐ ܗܕܐ ܘܒܢܐ ܠܗ ܒܝܬ ܡܨܠܬܐ ܕܡܘܕܝܢ ܗܘ ܕ

ܗܢܐ ܫܢܬܐ ܡܐܬܝܢ ܘܫܬܝܢ ܗܘܐ
ܐܒܪܗܡ ܡܫܝܚܐ ܫܠܝܛܐ .
ܗܢܐ ܫܢܬܐ ܡܐܬܝܢ ܘܫܬܝܢ ܐܬܐ
ܢܝܩܘܡܝܕܝܐ .
ܗܢܐ ܫܢܬܐ ܡܐܬܝܢ ܘܫܒܥܝܢ ܐܙܠ
ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ ܡܢ ܚܪܢ ܐܬܪܐ
ܕܐܕܣܐ ܘܐܬܝܒ .
ܗܘܐ ܗܢܐ ܐܦ ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ
ܦܝܫܩܘܦܐ ܕܢܨܝܒܝܢ ܘܡܬܩܛܠ .
ܗܘܐ ܗܢܐ ܐܦ ܒܪܣܝ ܦܝܫܩܘܦܐ
ܡܢ ܬܪܬܝ ܠܐܘܪܗܝ ܕܗܪܢ ܕܐܕܣܐ .

ܗܢܐ

XXI. Anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſeptimo claruit Abraham 1 Chidunenſis incluſus. 1

XXII. Anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo corruit 2 Nicomedia. 2

XXIII. Anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſecundo migravit ex hoc ſæculo Mar Abraham Edeſſæ Epiſcopus.

XXIV. Eodem anno deceſſit Vologeſus 3 Niſibis Epiſcopus. 3

XXV. Item eodem anno Barſes 4 Epiſcopus, Imperatoris 5 juſſu, ex urbe Haran Edeſſam translatus eſt. 4 5

XXVI. An-

itum contigit, ea ex Eunapio in Edeſio, & ex Zoſimo lib. 2. accuratè deſcribitur à Baronio ad annum 337. num. 51. in qua tamen Orientis Imperium ab Illyrico Niſibin uſque Conſtantio, non Conſtantino ceſſit. Prætereà inſtauratæ Telæ non *Conſtantinopoleos* nomen, ſed *Conſtantinæ* impoſitum fuit, ut in Actis Conciliorum, & apud Eccleſiaſticos Scriptores Græcos, Latinos, Syroſque legitur. Demùm quum ejus urbis inſtauratio, ut Dionyſius ipſe paulò infrà adnotavit, anno Græcorum 660. ſeù, juxta Chronicon noſtrum, anno 661. Chriſti 350. contigerit, ea non Conſtantino, qui jam in vivis eſſe deſierat, nec unquam in Oriente imperavit; ſed Conſtantio, qui ſolus Meſopotamiam totamque Aſiam tenebat, tribui omninò debet. Quod autem Tela cum addito *Mauzalat*, ſeù *Mauzalta* appelletur, teſtis eſt præter Dionyſium loc. citat. & Gregorius Barhebræus in Collectione Canonum, ubi Joannem ejus urbis Epiſcopum ſæpè laudat.

1 *Abraham Chidunenſis*. Ejus geſta deſcripſit S. Ephræm, ut ſuprà pag. 38. *Chidunæ* vici haud procul ab urbe Edeſſa meminit Dionyſius ad annum Græcorum 1072. ubi Simeonem Monachum ex eo loco oriundum, per vim ab Edeſſenis ad Georgium Patriarcham ex Cœnobio pertractum, & Epiſcopum Edeſſæ ordinatum refert.

2 *Nicomedia*. Eadem de Nicomediæ lapſu Dionyſius ad hunc annum, ubi poſtquam narravit, Epiſcopos Occidentales ad componendas Fidei controverſias, Conſtantio procurante, Arimini congregatos fuiſſe, de Orientalibus hæc ſubjungit: ܗܘܝܢ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܢܝܩܘܡܝܕܝܐ . ܗܘ ܫܢܬܐ ܕܐܬܐ ܗܘ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܝܩܘܡܝܕܝܐ ; ܕܗܘ ܡܢܗ . ܗܘ ܡܢ ܬܪܬܝ ܠܐܘܪܗ ; ܕܗܘ ܡܢ ܬܪ ܡܢ ܬܪ ; ܕܗܘ ܡܢ ܬܪ ; ܕܗܘ ܡܢ ܬܪ . *Orientales verò Nicomediæ convenerunt: quæ quum ex ingenti terræmotu corruiſſet incolaſque oppreſſiſſet, in Seleuciam Iſauriæ urbem ſeſe contulerunt, ubi Synodum tenuere*. Hunc terræmotum deſcribit Ammianus lib. 17. in hæc verba: *Iiſdem diebus terræmotus horrendi per Macedoniam, Aſiamque, & Pontum aſſiduis impulſibus oppida multa concuſſerunt, & montes. Inter monumenta tamen multiformium ærumnarum eminuere Nicomediæ clades, Bithyniæ urbium matris, cujus ruinarum eventum verè breviterque abſolvam. Primo lucis exortu, die IX. Kal. Septemb. concreti nubium globi &c.* Accidit igitur juxta Ammianum circa finem Auguſti, anni Græcorum 670. Chriſti 359. ut affirmant Dionyſius & Auctor Chronici noſtri, non 358. ut Baronius exiſtimavit. Porrò *de Nicomediæ lapſu* Sermonem edidit S. Ephræmus, teſte Gennadio cap. 66. cujus verba retulimus pag. 211.

3 *Vologeſus*. S. Jacobo Niſibis Epiſcopo ſucceſſit, ut diximus pag. 18. Sed eum anno Græcorum 674. Chriſti 363. adhuc in vivis fuiſſe, teſtatur Dionyſius in Chronico.

4 *Barſes*. Hunc Sozomenus lib. 6. cap. 32. Epiſcopum fuiſſe ſcribit non alicujus urbis, ſed honoris dumtaxat cauſa, tamquam ad repenſanda præclara ipſius facinora, in ſuo monaſterio ordinatum: quod & de Lazaro, deque Eulogio Barſæ ſucceſſore affirmat. At Baſilius Magnus in duabus, quas ad eum ſcripſit Epiſtolis, Theodoretus lib. 4. cap. 16. aliique teſtantur, illum Edeſſenæ urbis Epiſcopatum tenuiſſe: ad quem ex Throno Haran juſſu Imperatoris translatum, aſſerunt Auctor Chronici noſtri, & Dionyſius Patriarcha. *Quare* (ut verbis utar Henrici Valeſii in Notis ad laudatum Sozomeni locum) *videntur Barſes & Eulogius initio quidem creati eſſe Epiſcopi vacantis loci, honoris cauſa: Poſteà verò Sedes illis traditæ, quas regerent*.

5 *Imperatoris juſſu*: nimirùm *Conſtantii*, qui circa finem anni Græcorum 672. Chriſti 361.

ܫܢܬܐ ܫܬܝܢܐ ܡܐܬܝܢ ܘܫܒܥܝܢ ܘܬܪܝܢ
ܫܢܝܢ ܫܠܝܛܝܢ ܢܦܩ ܡܠܟܘܬܗ ܕܝܘܠܝܢܘܣ 1
ܠܓܘ ܦܪܣܝܐ ܡܢܗ ܐܫܬܪ .
ܫܢܬܐ ܫܬܝܢܐ ܡܐܬܝܢ ܘܫܬܝܢ
ܫܢܝܢ ܫܬܝܢ ܐܚܝܢ ܡܠܟܝܢ ܘܒܠܢܛܝܢܘܣ 2
ܘܐܚܐ ܕܥܡܗ ܐܫܬܪܘܘ .
ܫܢܬܐ ܫܬܝܢܐ ܡܐܬܝܢ ܘܬܠܬܝܢ
ܫܢܝܢ ܫܬܝܢ ܡܪ ܝܘܠܝܢܘܣ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ . 3
ܫܢܬܐ ܫܬܝܢܐ ܡܐܬܝܢ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܪܝܢ
ܐܬܝܗ ܕܡܥܡܕܢܐ ܕܡܥܡܕܘܬܐ ܕܩܕܡ
ܒܐܘܪܘܡ . 4
ܫܢܬܐ ܫܬܝܢܐ ܡܐܬܝܢ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܪܝܢ
ܫܢܝܢ ܫܠܝܛܝܢ ܫܬܝܢ ܫܢܝܢ ܢܦܩ
ܡܢ ܥܠܡܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܘܫܩܦܗ . 5
ܫܢܝܢ

XXVI. Anno sexcentesimo septuagesimo quarto, mense Junio Julianus 1 in Persarum regionem copias eduxit, ibique interiit. 1

XXVII. Anno sexcentesimo septuagesimo quinto, mense Februario Imperio potitur Valentinianus 2 Magnus cum Valente fratre. 2

XXVIII. Anno sexcentesimo septuagesimo octavo migravit ex hoc sæculo Mar Julianus Saba 3. 3

XXIX. Anno sexcentesimo octogesimo primo exstructum fuit maximum Edessæ Baptisterium 4. 4

XXX. Anno sexcentesimo octogesimo quarto, mense Junio, die nona, migravit ex hoc sæculo Mar Ephræm 5 doctrina celeberrimus. 5

XXXI. Men-

sti 361. non procul ab Edessa morabatur, ut refert Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni Coss. in hæc verba: *Constantius initio quartæ Indictionis* (erat quinta Indictio à Septembri cœpta, inquit Pagius num. 4.) *denunciatis sibi Juliani Cæsaris insidiis, concitus à Tarso Ciliciæ ad Mopsvestiam, seù Mopsi fontes veniens, &c.*

1 *Julianus*. Ejus interitum die vigesima sexta Junii, anno Christi 363. ex Ammiano, Socrate, Idacio in Fastis, & Auctore Chronici Alexandrini, ponit Pagius num. 4.

2 *Valentinianus*. Imperator renunciatus est VI. Kal. Mart. teste Socrate initio lib. 4. Valens autem Imperii consors factus V. Kal. Aprilis, ut scribit Ammianus lib. 15. qui quum Valentiniani inaugurationem ad annum Bisextum consignet, eam anno Christi 364. contigisse ostendit, confirmatque, quod ex dictis suprà liquet, annum nempè Græcorum 675. anno Christi 364. respondere.

3 *Julianus Saba*. Ejus obitum ad annum sequentem oscitanter differt Dionysii descriptor. Vide suprà pag. 154.

4 *Baptisterium*. Eadem ex Chronico nostro apud Dionysium ad hunc annum.

5 *Mar Ephræm*. Ejus mortem ultrà annum Christi 373. protrahendam non esse, præter Syrorum auctoritatem, quos pag. 54. laudavi, conjici etiam potest ex tempore motæ à Valente Imperatore adversùs Catholicos Edessenos Persecutionis. Hæc enim juxta Baronium anno 371. vel 372. ut vult Pagius, aut demùm anno 373. ut Syris placet, contigit, nec ullo modo ad annum 378. vel 380. quibus plerique obitum Sancti Doctoris collocant, differri potest. Atqui Sanctum Ephræmum, antequam ea Persecutio moveretur, ad Superos evocatum fuisse, testantur Auctor Chronici nostri, Dionysius, & cæteri Syrorum: quibus suffragari videntur Socrates, Sozomenus, ac Theodoretus, qui eandem Persecutionem accuratè descripsere, quin ullam Ephræmi mentionem facerent: cujus proculdubio meminissent, si in vivis adhuc fuisset. Quid enim vero propius est, quam illum in ea occasione insigni aliquo facinore inclaruisse, vel Persecutionem ab Edessena Ecclesia removendo, vel Barsen Antistitem suum cæterosque Presbyteros & Clericos à Valente Imperatore relegatos in locum exilii sequendo? Certè à generosa illa fœmina, cujus nobilissimum facinus laudati Scriptores referunt, superari se haudquaquam passus fuisset: nec ulla suppetit ratio, cur Valens Orthodoxis omnibus varias in regiones relegatis, soli Ephræmo parceret. Hinc etiam S. Basilii Magni obitus colligitur, qui sex circiter ante S. Ephræmum mensibus ex hac luce migravit, ut ex ejusdem Basilii Vita ab Amphilochio elucubrata, & ex Ephræmi gestis suprà relatis liquet. Non enim assentior Pagio, qui ad annum 370. num. 24. Basilium Edessenæ Persecutioni supervixisse contendit ex iis Basilii ipsius verbis in epist. 297. ad Chalcidenses, quibus affirmat, *Valentem Imperatorem quum omnes propemodùm Ecclesias Pastoribus suis exspoliasset, ex Oriente Cæsaream se contulisse, ibique Basilium aggressum fuisse*: Quod etiam Nazianzenus Orat. in laud. Basilii, & Theodoretus lib. 4. cap. 19. testantur. Nam ut id de Valente verum sit, satis est, si plerasque Thraciæ, Asiæ, Syriæ, & non-

ܡܢܝܢ ܐܬܩܛܠܘ ܘܓܠܘܬܐ
ܡܢ ܩܕܡܐ ܡܫ ܚܝܐ ܘܐܬܘܡܘ
ܕܢܘܡܘܣܐ ܘܐܬܬܐ . 1

ܕܗܢܐ ܫܢܬܐ ܐܬܕܢܚ ܐܠܦܐ
ܡܢܝܢ ܐܪܒܥ ܡܐܐ ܕܚܕܐ ܡܢ
ܕܢܝܢ ܐܬܩܛܠܘ ܘܐܬܘܡܘ .
ܒܫܢܬ ܫܢܬܐ ܕܡܢܝܢ ܡܢ 2
ܩܝܡ ܫܒܝܥ ܘܓܠܘܬܐ ܕܟܠ
ܐܬܐܘܝܢ ܡܢܝܢ ܐܬܩܛܠ ܚܝܐ ܘܐܬܘܡܘ .
ܒܫܢܬ ܡܢܝܢ ܐܬܐ ܡܢ 3
ܐܠܝܢܝܣ

XXXI. Mense Septembri ejusdem anni Edessenâ Ecclesiâ populus excessit, ab Arianis ejectus 1 1

XXXII. Anno sexcentesimo octogesimo nono, mense Martio obiit Mar Barses Edessæ Episcopus.

XXXIII. Eodem anno, 2 die 27. Decembris postliminio reversi Orthodoxi Edessenam Ecclesiam recuperarunt. 2

XXXIV. Per idem tempus factus est Mar Eulogius 3 Episcopus, 3

anno

& nonnullarum aliarum Provinciarum Ecclesias vexaverit; nec opus, ut Edessenam etiam invaserit. Adde, quod *Modestus*, qui ex omnium Scriptorum sententia Præfectus Prætorio erat, dum Valens Basilium Cæsareæ adortus est, eam dignitatem usque ad annum Christi 373. gessisse dicitur in Legibus Codicis Theodosiani, ut notat etiam Pagius ad annum 370. num. 31. qui tamen num. 25. perperàm scripserat, *ex subscriptionibus Legum Codicis Theodosiani apparere, Modestum anno 375. Præfectum Prætorio fuisse.* Basilius igitur ante à Valente impugnatus fuerat, quàm Edessena Persecutio accideret, quæ nonnisi mense Septembri anni 373. excitata fuit. Neque obstat, quod Amphilochius in Vita Basilii scribit, eum *Kalendis Januarii anno quinto Valentis & Valentiniani* obiisse, idque, ut Gregorius Nyssenus in Epist. ad Olympium testatur, *annis octo transactis in Episcopatu, & nono inchoato:* atque adeò anno Christi 380. qui quintus erat Valentiniani Junioris annus, ut ait Pagius ad annum 378. num. 2. vel anno 376. in quem *quintus Valentis, & Valentiniani Consulatus* incidit, ut putat Combefisius in Notis ad Amphilochium: aut demùm anno 378. ut alii existimarunt. Nam ut ab Amphilochii verbis incipiam, mendum in iis inesse omnes agnoscunt, sive illud in numero annorum positum sit, sive in Valentis nomine, seù alia quacumque ratione: hinc nulla ex iis veritas erui potest, nulla lux obscuræ historiæ affulgere. *Octo* verò *Episcopatus anni*, qui à Nysseno *cum nono inchoato* memorantur, ad omnes Auctorum sententias æquè commodè trahi possunt; præsertim quum Amphilochius cap. 8. & 9. Nicephorus lib. 10. cap. 25. & Auctor Chronici Alexandrini sub Consulibus anni 363. Basilium imperante Juliano jam *Cæsareæ Episcopum* appellarint, quòd nimirùm *Ecclesiæ Cæsareensis, absente Pastore, curam gereret*, licet adhuc Presbyter esset, ut bene monet sæpe laudatus Pagius ad annum 365. num. 5.

1 *Ab Arianis ejectus*. Hanc Ecclesiæ Edessenæ persecutionem ad annum 371. revocat Baronius num. 108. Ad sequentem annum protrahit Pagius num. 8. Dionysius verò Chronico nostro consentiens eandem excitatam refert mense Septembri anno Græcorum 684. Christi 373. Describit eandem Rufinus lib. 2. cap. 5. Socrates lib. 4. c. 18. Sozomenus lib. 6. cap. 18. & Theodoretus lib. 6. cap. 17. ubi præclarum facinus generosæ illius mulieris subnectunt, quod in Vita S. Ephræmi pag. 51. ad Juliani Apostatæ tempora revocatur, ut ibidem notavimus.

2 *Eodem anno*. Imò *ineunte anno sequenti*, hoc est, Græcorum 690. qui vertente anno Christi 378. respondet. Nam Valens Imperator interiit mense Augusto anno 378. quo extincto, *Gratianus cunctos, qui ab eo in exilium ejecti fuerant, revocavit. Lege præterea sanxit, ut omnes cujuscumque Religionis homines in Ecclesiis convenirent: Soli autem Eunomiani, Photiniani, & Manichæi pellerentur Ecclesiis*, inquit Socrates lib. 5. cap. 2. cui suffragatur Sozomenus lib. 7. cap. 1. Addit Theodoretus de Gratiano loquens lib. 5. cap. 2. *Porrò simul cum Lege Saporem quoque Magistrum militum misit, qui tunc celeberrimus habebatur, & Arianæ quidem blasphemiæ prædicatores, tamquam feras quasdam à sacris ædibus excludi jussit: optimis autem Pastoribus ac Divino gregi easdem restituit. Atque id quidem in singulis Provinciis sine controversia executioni mandatum est.* Edessenam igitur Ecclesiam non mense Decembri anni Græcorum 689. quo adhuc in cursu erat annus Christi 377. Sed anni Græcorum 690. Christi 378. pulsis post interitum Valentis Arianis, Gratiani jussu, Catholici recuperarunt. Idem de Chronico Dionysii dicendum, qui Arianorum ejectionem ad annum 689. Græcorum consignat.

3 *Eulogius*. Theodosius Magnus mense Januario anni 379. imperare cœpit, testibus Socrate, Idacio in Fastis, Marcellino in Chronico, & aliis. Eodem igitur anno Eulogius Episcopatum suscepit, de quo vide Theodoretum lib. 4. cap. 18. Hic Concilio CPano subscripsit, ut in Actis ejusdem Concilii legitur.

anno nimirùm, quo Theodosius Magnus imperare cœpit. Et ipse quidem Mar Eulogius ædificavit Templum S. Danielis, quod *Domus Mar Domitii* appellatum fuit.

XXXV. Anno sexcentesimo nonagesimo secundo Theodosius Magnus Rhesainam [1] urbem in Osrhoëna ædificavit. 1

XXXVI. Anno sexcentesimo nonagesimo tertio coacta fuit Synodus [2] centum & quinquaginta Episcoporum Constantinopoli. 2

XXXVII. Anno sexcentesimo nonagesimo octavo migravit ex hoc sæculo Mar Eulogius Episcopus feria [3] sexta Crucifixionis. 3

XXXVIII. Anno septingentesimo quinto, mense Augusto die 22. advexerunt Arcam Mar Thomæ [4] Apostoli in Templum magnum eidem dicatum diebus Mar Cyri Episcopi. 4

XXXIX. Anno septingentesimo sexto die 17. Januarii migravit ex hac luce Theodosius [5] Magnus Imperator. Die verò 27. Aprilis Arcadius Constantinopolim ingressus est. Die autem 8. Novembris Cadaver 5

NOTÆ.

1 *Rhesainam*. Vide suprà pag. 26.

2 *Synodus*. Hanc ineunte anno Græcorum 693. hoc est à mense Octobri anni 381. celebratam fuisse, non modo Auctor Chronici nostri, sed etiam Dionysius affirmant: eademque fuit Spondani sententia, licet Socrates mense Majo ejusdem anni id factum referat, quem Baronius, & Pagius sequuntur. At qui Joannis Maronis Tractatum adversùs Nestorianos & Monophysitas descripsit, in consignando hujus Synodi tempore, tùm à vera Alexandri, seù Græcorum Epocha, tùm ab Imperii Theodosiani anno aberravit. Nam pro 693. annum Alexandri 660. & pro 3. annum Theodosii *secundum* perperàm apposuit.

3 *Feria sexta*. Nimirùm die 23. Aprilis, in quem sexta Feria in Parasceve incidit anno Christi 387.

4 *Thomæ Apostoli*. Sacrum ejus Corpus Edessam translatum fuisse, testatur etiam Rufinus lib. 2. cap. 5. cui Hieronymus, aliique Martyrologi suffragantur: *Indeque Indiarum Nestoriani, qui Sancti hujus Apostoli Corpus usque ad sæculum elapsum sese conservasse effutiere, validè confutantur*, ut bene notat Pagius ad annum 327. num. 10. Ejus verò Templi mentionem, præter Auctorem Vitæ Sancti Ephræmi pag. 49. faciunt etiam Socrates lib. 4. cap. 18. & Sozomenus lib. 6. cap. 18.

5 *Theodosius*. Eodem anno eademque die mortem Theodosii Magni refert Socrates lib. 5. cap. 26. & lib. 6. cap. 1. ubi & solemnem pompam, qua ejus Cadaver in Urbem Regiam illatum fuit, describit in hæc verba. *Cæterùm corpus Theodosii allatum Constantinopolim iisdem Consulibus* (Olybrio scilicet ac Probino) *die sexto Idus Novembris* (anni Græcorum 707. Christi 395.) *Arcadius ejus filius solemni exequiarum honore prosequutus est.*

ܕܐܬܝܠܗ ܠܬܪܝܢ ܫܢܝܢ . ܘܒܗܝܢ ܝܘܡܬܐ
ܕܐܬܝܠܗ ܠܫܢܬ ܬܠܬ . ܗܢܘܢ
ܕܐܬܝܠܗ ܠܬܪܝܢ ܫܢܝܢ ܕܐܬܝܠܗ ܠܬܪ
ܫܢܝܢ ܕܐܬܝܠܗ ܠܬܪ ܫܢ ܕܐܬܝܠ
ܠܬܪ ܫܢ ܕܐܬ
1 ܠܬ ܫ ܕ ܐ .
ܒܗ ܕܫܢ ܬܫܥ ܘܫܒܥ ܫܢ
ܕܐܬܝܠ ܡܪܝ ܩܘܪܝܠܘܣ ܩܫ ܡ
ܢ ܗܕܐ ܥܠܡܐ ܕܐܬܝܠ ܠܐܕܬܐ
ܕܐܦܣܩܘܦܐ .
ܒܗ ܕܫܢ ܬܫܥ ܘܫܡܢܐ ܐܬܝܠ ܡܢ
ܫܠܘܐܢܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܕܬܐ .
ܒܗ ܕܫܢ ܬܫܥ ܘܬܠܬܝܢ ܐܬܝܠ ܡ
ܢ ܫܠܘܐܢܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܕ
ܬ ܐ .
ܒܬܫܪܝܢ ܐܬܝܠ ܡܪܝ ܦܐܟܝ
ܕܐܣ ܕܐܕܬܐ ܕܐܦܣܩܘܦ
ܐ ܕܐ .
ܗܘ ܒܗܝ ܫܢܬܐ ܐܝܘܢܢܣ
2 ܩܪܝܣܘܣܛܘܡܘܣ ܐܦܣ
ܩܘܦ ܩܘܣܛܢܛܢܘܦܘܠܝܬ
ܕܥܕܬܐ .
ܗܢ ܒܗ ܕܫܢ ܬܫܥ ܘܫܬܬ
3 ܐܦܣܩܘܦ ܡܘܦܣܘܣܛܝܐ ܘܡܦ
ܫܩܢ ܠܡܦܪܫܐ ܩܕܝܫܐ .

ܗܢ

daver Theodosii in eandem urbem illatum est.

XL. Eodem anno mense Julio Hunni 1 in Romanorum ditionem irruperunt. 1

XLI. Anno septingentesimo septimo, die 22. Julii migravit ex hoc sæculo Mar Cyrus Edessæ Episcopus.

XLII. Anno septingentesimo octavo factus est Mar Silvanus Edessæ Episcopus.

XLIII. Anno septingentesimo decimo, die 17. Octobris objit Mar Silvanus Edessæ Episcopus.

XLIV. Eodem anno die 23. Novembris ordinatus fuit Mar Pachidas Edessæ Episcopus.

XLV. Eodem etiam anno Joannes 2 Chrysostomus Constantinopolitanæ præfectus fuit Ecclesiæ. 2

XLVI. Anno septingentesimo decimo quarto Theodorus 3 Mopsvestiæ Episcopus sacram Scripturam commentari cœpit. 3

XLVII. An-

NOTÆ.

1 *Hunni*. Horum excursiones describit Josue in Chronico, quem vide pag. 264. & fusiùs Dionysius ad annum Græcorum 706.

2 *Joannes Chrysostomus*. Socrates lib. 6. cap. 2. Chrysostomum in Episcopali Sede constitutum fuisse asserit *quarto Kalendas Martii*, *Honorio IV. & Eutychiano Coss.* hoc est, die 26. Februarii anni Christi 398. Idem scribit Georgius Alexandrinus Episcopus in ejus Vita num. 20. & Marcellinus in Chronico sub laudatis Consulibus. Quare ad annum Græcorum 709. retrahendum est, quod hic in Chronico nostro de Chrysostomi ordinatione ad annum 710. ponitur. Corrigendus insuper Dionysius, qui id factum anno 707. narrat in hæc verba: ܗܢ ܒܗ ܕܫܢ

ܬܫܥ ܘܫܒܥ ܫܢ ܕܐܬܝܠ ܡܪܝ ܩ
ܘܪܝܠܘܣ ܩܫ ܡ ܢ ܗܕܐ ܥ
ܠܡܐ ܕܐܬ ܝ ܠ ܡ ܢ ܫ ܠ
ܘ ܐ ܢ ܘ ܣ ܐ ܦ ܣ ܩ ܘ ܦ
ܐ ܕ ܐ ܕ ܬ ܐ :

Anno 707. obiit Nectarius CP. Episcopus, cui S. Joannes subrogatus fuit. Nectarius enim, teste Socrate loc. cit. obiit *quinto Kal. Octobris Cæsario & Attico Coss.* hoc est, circa finem Septembris anni Christi 397. qui in vertentem Græcorum annum 708. competit.

3 *Anno* 714. Quo nimirùm Theodorus nonum Episcopatus sui annum agebat, ut ex Theodoreto lib. 5. cap. 40. rectè deducit Pagius ad annum 423. num. 16. Obiit enim anno Christi 429. quo Theodoretus Historiam suam clausit: idque *triginta sex post annis*,

ܫܢܬܐ ܚܡܫܝܢܐ ܘܫܒܥܐ ܕܫܪܝܐ
1 ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܩܫܝܫܐ ܘܒܪܗ ܕܐܚܬܗ
ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܗܘܐ ܡܦܪܫ ܡܢ ܩܕܡ ܫܢܬܐ
ܕܠܐ ܡܬܠܬܐ ܘܫܪܝܬܐ ܕܫܒܚܬܐ .
ܫܢܬܐ ܚܡܫܝܢܐ ܘܬܡܢܝܢ ܗܘܐ ܡܢ
2 ܕܝܘܓܢܝܣ ܩܫܝܫܐ ܕܐܘܪܗܝ . ܗܘ
ܕܒܢܐ ܒܝܬ ܡܕܒܚܐ ܕܫܒܬ ܡܢ
ܩܕܡ ܢܘܟܪܝܐ .
ܫܢܬܐ ܚܡܫܝܢܐ ܘܬܫܥܐ ܒܪܝܚ ܢܝܣܢ
ܡܝ ܕܡܬܩܛܠ ܡܢ ܩܕܡ ܐܦܪܝܡ ܩܫܝܫܐ
ܕܐܘܪܗܝ .
ܫܢܬܐ ܚܡܫܝܢܐ ܘܬܫܥܝܢ ܗܘܐ
3 ܩܘܪܝܠܘܣ ܩܫܝܫܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܪܒܬܐ .
ܫܢܬܐ ܚܡܫܝܢܐ ܘܬܠܬܝܢ ܡܠܟ
4 ܗܘܐ ܐܘܪܗܝ ܪܒܘܠܐ ܩܫܝܫܐ
ܕܥܒܕ ܡܢ ܩܕܡ ܩܝܣܪ ܕܒܝܬ
ܡܫܝܚܐ ܗܘܐ ܡܢ ܩܕܡ ܩܝܣܪ ܕܒܝܬ
ܫܒܬܐ ܕܗܘ ܒܝܬ ܟܢܘܫܬܐ . ܕܢܒܢܐ ܒܗ
ܟܢܝܣܬܐ ܕܡܪܝܡ .

ܫܢ

XLVII. Anno ſeptingenteſimo decimo quinto Abſamias 1 Presbyter, ſororis Beati Mar Ephræmi filius, de Hunnorum excurſione in Romanorum ditionem odas, & ſermones compoſuit. 1

XLVIII. Anno ſeptingenteſimo vigeſimo factus eſt Mar Diogenes 2 Edeſſæ Epiſcopus: qui Templum Mar Barlahæ ædificare cœpit. 2

XLIX. Eodem anno in Neomenia menſis Auguſti deceſſit Mar Pachidas Edeſſæ Epiſcopus.

L. Anno ſeptingenteſimo vigeſimo primo factus eſt Cyrillus 3 Alexandriæ magnæ Epiſcopus. 3

LI. Anno ſeptingenteſimo vigeſimo tertio Rabulas 4 Edeſſenum Epiſcopatum accepit. Hic, Imperatoris juſsû, ædificavit Templum S. Stephani, quod anteà Domus Sabati, ideſt, Synagoga Judæorum fuerat. 4

LII. An-

nis, quàm Mopſveſtenam Eccleſiam rexerat, ut idem Theodoretus notat: atque adeò ordinatus fuit Epiſcopus non anno 391. ut Eminentiſſimus Noriſius lib. 1. Hiſt. Pelag. cap.9. exiſtimavit, neque anno 397. ut Dionyſius in Chronico ſcribit; ſed anno 394. ut idem Pagius oſtendit ad annum 427. à num.9. Certè Theodorus anno Chriſti 428. quo Neſtorius Conſtantinopolitanum Epiſcopatum ſuſcepit, adhuc in vivis erat, ut teſtatur Theodulus apud Evagrium lib. 1. cap. 2. qui narrat, *Neſtorium ad Epiſcopatum urbis Regiæ proficiſcentem, apud Mopſveſtiam cum Theodoro congreſſum fuiſſe, & audita illius doctrina, à recta pietate deflexiſſe*. De ejus memoria & ſcriptis conſule Acta Quintæ Synodi.

1 *Abſamias*. De quo ſuprà pag.169.

2 *Diogenes*. Duobus poſt annis Ordinationem ejus refert Dionyſius: cui tamen Auctor Chronici noſtri omninò præferendus, quum ex illo Dionyſius hiſtoriam ſuam hauſerit.

3 *Cyrillus*. Eodem etiam anno Cyrilli ordinationem ponit Dionyſius: nimirùm Græcorum 721. Chriſti 410. ſed ab utroque diſſentit Socrates lib.7. cap. 7. qui Theophili quidem obitum *Idibus Octobris Honorio IX. & Theodoſio V. Coss.* hoc eſt, anno Chriſti 412. inaugurationem verò Sancti Cyrilli, *tertio poſt die* conſignat.

4 *Rabulas*. Eodem anno & Diogenis obitum, & Rabulæ ordinationem refert Dionyſius. Porrò ſub Rabula claruit S. Alexius Romanus, quem Syri ܡܪܝ ܪܝܫܝܐ *Mar Riſcia*, & ܓܒܪܐ ܕܐܠܗܐ *Gabra D-Allaha*, hoc eſt, *Sanctum Principem, Virumque Dei* appellant, ut in titulo Vitæ ejuſdem notatum legi in vetuſtiſſimo Codice Scetenſis Syrorum Monaſterii ſcripto *à Thoma Diacono Edeſſeno in Monaſterio Gubæ Baraiæ die 29. Julii, anno Græcorum* 895. Chriſti 584. quem nullo pretio extrahere licuit. Auctor illius Vitæ, anonymus Eccleſiæ Edeſſenæ Ædituus dicitur tàm in laudato Codice, quàm in Arabico Vaticano LV. pag. 53. ubi & alia ejuſdem S. Alexii Vita ex Latinis exemplaribus de-

1 ܗܢܐ ܫܢܬܐ ܕܫܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܐܪܟܐ ܕ

ܫܢܬܐ ܫܒܥܝܢܐ ܘܚܡܫܝܢ ܐܢܕܪܐܘܣ ܩܫܝܫܐ ܕܫܡܝܫܛܐ ܗܘܐ ܕܩܠܝܪ. 1

ܫܢܬܐ ܫܒܥܝܢܐ ܘܚܡܫܝܢ ܡܛܪ ܥܦܪܐ ܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ.

ܫܢܬܐ ܫܒܥܝܢܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܬܪܝܢ ܣܘܢܗܕܘܣ ܩܕܝܫܬܐ ܕܐܦܣܘܣ ܐܬܬܝܗܒ ܠܗ ܩܠܝܪܘܬܐ. 2

ܫܢܬܐ ܫܒܥܝܢܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܫܬܐ ܡܪܝ ܪܒܘܠܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܕܬܐ ܐܬܬܩܛܠ ܘܐܬܬܝܗܒ ܠܗ ܡܪܝ ܥܒܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܕܬܐ ܗܘܐ. ܘܗܘ ܒܢܐ ܥܒܐ ܗܝܟܠܐ ܕܫܠܝܚܐ ܕܫܡܗ ܩܪܝܢ ܠܗ. 3

ܫܢܬܐ ܫܒܥܝܢܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܬܫܥܐ ܡܢ ܬܫܪܝܬܐ ܐܬܝܗܒ ܡܢ ܣܪܝܢܐ ܡܢ ܐܢܛܘܠܝܘܣ ܩܪܝܢܐ ܕܟܣܦܐ ܠܬܪܥ ܣܗܕܘܬܐ ܕܡܪܝ ܬܘܡܐ ܫܠܝܚܐ.

ܫܢܬܐ ܫܒܥܝܢܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܬܠܬܝܢ ܐܢܛܘܠܝܘܣ ܩܪܝܢܐ ܕܟܣܦܐ ܠܬܪܥ ܣܗܕܘܬܐ ܕܡܪܝ ܬܘܡܐ ܫܠܝܚܐ.

LVI. Anno ſeptingenteſimo quadrageſimo Andreas [1] Samoſatæ Epiſcopus claruit. 1

LVII. Anno ſeptingenteſimo quadrageſimo primo pulvere cœlum pluit.

LVIII. Anno ſeptingenteſimo quadrageſimo ſecundo [2] Epheſina Prima Synodus celebrata fuit. 2

LIX. Anno ſeptingenteſimo quadrageſimo ſexto, die 8. Auguſti migravit ex hoc ſæculo Rabulas Edeſſæ Epiſcopus: cui magnus Ibas [3] ſuffectus fuit. Hic novam ædificavit Eccleſiam, quæ hodie Apoſtolorum appellatur. 3

LX. Anno ſeptingenteſimo quadrageſimo nono ſub præſtantiſſimo Iba obtulit Senator ingentem menſam argenteam librarum ſepties centum & viginti, quæ in veteri Edeſſæ Eccleſia repoſita fuit.

LXI. Anno ſeptingenteſimo quinquageſimo tertio Anatolius militiæ Præfectus fecit argenteam arcam in honorem oſſium Sancti Thomæ Apoſtoli.

LXII. An-

ܗܢ

etiam quum in Syria maximè floreret, à paucis admodum Syris propugnatam fuiſſe: atque adeò vero propius eſt, Auctorem noſtrum, qui poſt annum Chriſti 540. hoc eſt, centum viginti circiter poſt ejus hæreſeos initium annis, claruit, ab ea quam maximè abhorruiſſe. Quid? Si ille de celeberrima quæſtione, quæ de originali peccato Theodorum inter & Occidentales, ideſt, S. Auguſtinum atque Hieronymum, agitata fuit, haud ſatis edoctus, exiſtimaverit verba illa, *peccare homines natura*, &, *peccatum naturæ inſitum*, in Manichæorum ſenſum detorqueri, quaſi natura humana per ſeipſam mala ſit & à malo Deo condita: vel quod veroſimilius eſt, eadem de actuali peccato intellexerit: quo in ſenſu profectò immanem errorem continent. Nam ſæpè ex non intellectis diſputantium verbis, in diverſas Scriptores ſciſſi ſunt ſententias, ut in quæſtionibus *de uno ex Trinitate carne paſſo*, & *de Triſagio* manifeſtum eſt. Neque mirum, quod Auctor noſter quæſtionem illam igno-

raverit, cujus notitia Photium ipſum, doctiſſimum cæteroqui virum, ex parte latuit, ut Eminentiſſimus Noriſius doctè oſtendit loco citat. & ex eo Pagius ad annum 423. num. 19. obſervavit.

1 *Andreas Samoſatæ Epiſcopus*. Plura de eo Scriptores Eccleſiaſtici, quos vide. Diverſus autem fuit ab Andrea Monacho Conſtantinopolitano, ad quem exſtat Theodoreti epiſtola 163. ut ex Garnerio notavit Pagius ad annum 430. num. 17. Ille enim anno 448. adhuc erat Monachus, ut liquet ex laudata Theodoreti epiſtola: noſter verò Andreas Samoſatenæ jam præerat Eccleſiæ anno 429. ut ex Chronico noſtro patet.

2 *Anno* 742. Ita emendavi errorem amanuenſis, qui id factum anno Græcorum 744. Chriſti 433. refert, contra communem ſententiam, & contra ipſius Epheſinæ Synodi Acta. Sic etiam corrigendus eſt Dionyſius, qui eundem errorem ex Chronico noſtro hauſit.

3 *Ibas*. Vide pag. 199.

ܗܢܐ ܫܢܬܐ ܡܢܗܢܝܢ ܡܢܗ
1 ܕܐܠܦ ܘܡܐܬܬܪܝܢ ܐܬܬܝܣܦܘܢܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܕܐܬܝܐ .

LXII. Anno ſeptingenteſimo quinquageſimo ſexto Dioſcorus 1 Alexandriæ magnæ factus fuit Epiſcopus. 1

2 ܘܐܬܝܥܕܐ ܐܚܪܝܬܐ ܫܘܢܝܐ ܕܐܦܣܘܣ ܕܩܣܛܢܛܝܢܘܦܠܝܣ . ܘܦܓܪ ܡܪܝܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܘܐܝܪܝܢܝܘܣ ܕܛܘܪܐ ܘܐܒܪܗܡ ܕܐܘܪܗܝ ܘܕܢܝܐܝܠ ܕܗܪܢ ܘܣܘܦܪܘܢܝܘܣ ܕܬܠܥ ܕܡܪܝܐ ܘܬܐܘܕܘܪܛܘܣ ܕܩܘܪܐ : ܗܠܝܢ ܕܡܬܩܛܠܝܢ ܘܒܪܝܢ : ܗܠܝܢ ܕܡܬܩܛܠܝܢ ܘܫܪܝܢ : ܗܠܝܢ ܕܡܬܩܛܠܝܢ ܘܩܝܡܝܢ : ܗܠܝܢ ܕܡܬܩܛܠܝܢ ܘܩܝܡܝܢ ܘܩ[illegible] .

LXIII. Item altera 2 Synodus Epheſi coacta fuit, in qua Dioſcorus anathemate perculit magnum Flavianum Epiſcopum Conſtantinopoleos: Domnum Antiochiæ: Irenæum Tyri: Ibam Edeſſæ: Euſebium Dorylei: Danielem Haran: Sophronium Telæ, & Theodoretum Cyri. 2

ܗܢܐ ܫܢܬܐ ܡܢܗܢܝܢ ܡܢ ܫܘܬܐ ܕܐܒܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܕܣܐ ܡܬܩܛܠ ܡܢ ܫܘܬܐ ܕܢܘܢܣ ܕܡܬܬܩܢ ܚܠܦܘܗܝ ܕܐܒܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܕܣܐ ܕܐܬܝ ܒܬܪ ܚܕ ܒܢܝܢ ܬܪܬܝܢ ܘܥܒܕ ܩܘܪܒܢܐ ܒ̇ ܒܥܕܬܐ .

LXIV. Anno ſeptingenteſimo quinquageſimo nono Ibas Epiſcopus Edeſſa exceſſit die 1. Januarii: cui Nonnus ſubſtitutus fuit die 21. Julii, tenuitque Sedem annis duobus, & fecit Sacrarium 3 in Eccleſia. 3

3 ܗܢܐ ܫܢܬܐ ܡܢ ܫܬܝܢ ܥܣܪܝܢ ܘܫܬܐ ܕܩܠܝܪ ܠܐܘܢ ܩܫܝܫܐ ܕܪܘܡܐ .

LXV. Anno ſeptingenteſimo ſexageſimo claruit Leo 4 Romæ Epiſcopus. 4

ܗܢܐ ܫܢܬܐ ܡܢ ܫܬܝܢ ܥܣܪܝܢ ܘܫܬܐ ܕܠܐܘܢ

LXVI. Anno ſeptingenteſimo ſexa-

NOTÆ.

1 *Dioſcorus*. Eodem anno, hoc eſt, Græcorum 756. Chriſti 445. ordinationem Dioſcori refert Dionyſius in Chronico, cujus ſententiam ampleſti videtur Bollandus ad diem 28. Januarii, dum in dubium vocat, an S. Cyrillus anno 444. vel 445. è vivis exceſſerit. At Cardinalis Noriſius lib. 2. Hiſt. Pelag. cap. 12. doctè probat, Dioſcorum anno 444. Cyrillo ſucceſſiſſe: Athanaſius enim in libello ſupplici, Actione 3. Concilii Chalcedonenſis recitato, poſtquam conqueſtus eſt de injuriis ſibi à Dioſcoro Cyrilli ſucceſſore irrogatis, ſic ait: *Omnia hæc adverſum me à Reverendiſſimo & Dei amantiſſimo Dioſcoro perpetrata, in totis octo hodie annis eo circumveniente me*. Atqui recitatus fuit hic libellus anno 451. die 3. Id. Octob. quo habita eſt Actio 3. Concilii Chalcedonenſis. Quare Dioſcorus anno 444. non 445. Epiſcopatum iniit; alioquin, ut inquit Cardinalis Noriſius, Athanaſius annum tantùm ſeptimum numeraſſet. Certè Dionyſius in Chronico obitum Sancti Cyrilli conſignat ad annum Græcorum 755. qui anno Chriſti 444. reſpondet.

2 *Altera Synodus Epheſi*. Non anno Græcorum 756. congregata eſt, ut ex numeri præcedentis conſequentia colligi videtur; nec anno 757. ut Dionyſius in Chronico tradit; ſed anno 760. Chriſti 449. ut ex Actis ejuſdem Pſeudo-Synodi apparet. Quare quod de Ibæ exilio numero ſequenti ad annum Græcorum 759. narratur, anno 760. accidit: Epheſina enim hæc Synodus, in qua Ibas damnatus fuit, anno Chriſti 449. die 8. Auguſti inchoata eſt. Vide Pagium ad hunc annum num. XI. & XII.

3 *Sacrarium*. Auctor noſter Græca voce Γραφεῖον, utitur: quod & infrà facit in his vocibus, *Indictione ſecunda*, *Libellus*, *duodecimo lapide*, ſeu milliario &c. Eſt autem Γραφεῖον *locus ſacer ac venerandus*, *tabulato incluſus*, *Clericis tantùm*, *viris ſæcularibus rarò*, *mulieribus nunquam penetrabilis*, ut ex Græcorum Euchologio obſervat Sviçerus in Theſauro.

4 *Leo*. Decimum Pontificatus annum tunc agebat S. Leo. Quare quæ in Syriaco Textu de eodem dicuntur, de celebritate ejus nominis, non de initio Pontificatus intelligenda ſunt.

ܫܬܝܢܐ ܫܢܬܐ ܕܩܕܡܘܢܝܐ ܕܟܠܩܕܘܢ ܐܬܟܢܫ .

ܫܢܬ ܫܒܥܝܢ ܘܬܫܥ ܡܢ ܐܝܣܐܩ ܩܫܝܫܐ ܘܡܫܬܡܫܢܐ ܕܐܬܝ ܠܡܪܝ ܐܝܣܐܩ ܩܫܝܫܐ ܘܐܪܟܝܡܢܕܪܝܛܐ .

ܫܢܬ ܫܒܥܝܢ ܘܬܫܥ ܡܢ ܐܝܣܐܩ ܩܫܝܫܐ ܕܐܬܬܩܛܠ ܒܬܫܥܝܢ ܘܬܫܥ ܒܬܫܪܝܢ ܒܝܪܚܐ ܕܬܫܪܝ ܐܝܠܢ ܐܝܬܝ ܡܪܝ ܢܘܢܣ ܐܦܣܩܘܦܐ . ܘܐܬܒܢܐ ܬܡܢ ܒܝܬ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ ܘܒܝܬ ܡܫܟܢ ܡܣܟܢܐ ܕܡܣܟܢܝܢ ܘܒܝܬ ܡܫܟܢ ܡܣܟܢ ܕܡܣܟܢ ܒܝܬ ܫܡܫ . ܘܐܦ ܒܝܬ ܡܫܟܢ ܡܣܟܢ ܕܡܣܟܢ ܒܝܬ ܩܣܝܢ ܘܒܝܬ ܡܫܟܢ ܡܣܟܢ ܕܡܣܟܢ ܒܝܬ ܩܣܝ ܘܒܝܬ ܡܫܟܢ ܡܣܟܢ ܕܡܣܟܢ ܒܝܬ ܩܣ ܘܒܝܬ ܡܫܟܢ ܡܣܟܢ ܕܡܣܟܢ ܒܝܬ ܩ ܘܒܝܬ ܡ ܡܣ ܕ ܘ ܡ ܡ ܕ ܡ ܕ ; ܡܕܝ ܕ ܡ ܕ ܡ ܕ ܡ ܕ ܡ ܕ ܡ ܕ ; ܡ ܕ ; ܡ ; ; ;

nonagesimo quinto Leontius [1] contra Zenonem rebellavit, imperavitque Antiochiæ annis duobus.

LXXIII. Anno octingentesimo Persarum [2] Schola ex urbe Edessa excisa est.

LXXIV. Anno octingentesimo nono mense Majo remissum fuit aurum [3] artificibus universæ terræ.

LXXV. Mense autem Junio die sexta migravit ex hac luce Cyrus Edessæ Episcopus: cui substitutus fuit Petrus, [4] & Edessam ingressus die duodecima Septembris ejusdem anni.

LXXVI. Anno octingentesimo decimo [5] plurimæ visæ sunt locustæ, quæ tamen exiguum eo anno damnum peperere, quum plantæ iterùm germinassent. Accidit præterea ingens terræmotus, & Balneum Iberorum triduo aruit. Sed & Nicopolis urbs corruit, & incolas omnes præter Ecclesiam, & Episcopum, duosque ejusdem Syncellos, oppressit.

LXXVII. Anastasius verò Imperator Euphemium [6] CP. Episcopum

NOTÆ.

1 *Leontius*. Initium tyrannidis ejus, eodem etiam anno, hoc est, Christi 484. *Indictione 7. Theodorico & Venantio Coss.* ponit Marcellinus in Chronico, qui tamen à Chronico nostro dissentit, dum Leontio quinque annos tribuit, eumque intersectum asserit *Indictione* 11. *Dinamio & Sifidio Coss.* anno 488. Vide quæ suprà notavimus pag. 264.

2 *Persarum Schola*. De qua suprà p. 204. & 351.

3 *Aurum*. Vide pag. 268.

4 *Petrus*. De quo suprà pag. 269.

5 *Anno* 810. Gesta hujus anni descripsimus pag. 269.

6 *Euphemium*. Ejus depositionem *Indictione* 3. *Viatore solo Cos.* anno Christi 495. referunt Marcellinus, & Cedrenus. Theophanes verò anno sequenti id factum narrat: quibus noster Auctor anteponendus esset, si constaret, loco suo hæc ab amanuensi descripta fuisse, hoc est anno Græcorum 810. Christi 499. nam Dionysius Euphemii ejectionem anno ante contigisse testatur his verbis:

Anno 809. *pulsus fuit in exilium Euphemius CP. Episcopus, eò quod Nestoriana hæresi laborare deprehensus est: eique Macedonius subrogatus*. Quod autem Euphemius Nestoriani erroris à Dionysio accusatur, mirum non est, quum Dionysius Monophysita fuerit; Monophysitæ verò Catholicos Synodi Chalcedonensis propugnatores, qualis Euphemius fuit, Nestorianismi insimulare consueverint. Vide Pagium ad annum 519. à num. 3. ubi eum tùm ab hæresi, tùm à schismate vindicat.

pum ejecit, eique Macedonium subrogavit.

LXXVIII. Anno octingentesimo undecimo [1] effusæ locustarum nubes totum anni proventum corruperunt, absumpseruntque.

LXXIX. Anno octingentesimo decimo tertio luculentus ignis in boreali plaga apparuit, qui tota nocte ardere visus est sub die vigesimo secundo Augusti.

LXXX. Anno octingentesimo decimo quarto Cavades Persarum Rex obsedit Amidam Mesopotamiæ urbem die 5. Octobris: quam & nonagesimo septimo obsidionis die expugnavit.

LXXXI. Mense autem Septembri ejusdem anni obsedit Edessam: attamen Dei beneficio nullam ipsi attulit perniciem: Templum S. Sergii & aquilonarem Basilicam Confessorum tantùm incendit.

LXXXII. Anno octingentesimo vigesimo primo Sabato Resurrectionis [2] requievit Petrus Edessæ Episcopus, eique Paulus subrogatus fuit.

LXXXIII. Anno vigesimo primo Imperii, Anastasius techam Euphemiæ [3] martyris aperiri jussit, ut volumen, quod Synodus Chalcedonensis eo in loculo reposuerat, indidem extractum cremaretur. Ast quum

NOTÆ.

1 *Anno* 811. Quæ hoc, & sequentibus annis 813. 814. in Chronico nostro narrantur, fusiùs descripta sunt apud Josue Stylitam à pag. 272.

2 *Sabato Resurrectionis*: nimirùm die 10. Aprilis, in quam Sabatum Resurrectionis anno Christi 510. incidit.

3 *Techam Euphemiæ*. Paulò aliter hæc narrantur à Theophane ad annum Incarnationis secundùm Alexandrinos 504. Kalendis Septembris anni Christi 511. inchoatum, in quem annus vigesimus primus Anastasii incidit. *Impius autem Imperator*, inquit, *authenticas rerum apud Chalcedonem gestarum tabulas Magistri* (Celeris) *ope à Macedonio recipere & discerpere contendebat: eas verò sigillo notatas in Altari Macedonius reposuit, quas demùm Calepodius Eunuchus magnæ Ecclesiæ Œconomus furtim subreptas ad Imperatorem detulit.*

quum erumpens ex Arca ignis fossorum ora invasisset, Anastasius ab incœpto desistere coactus est.

LXXXIV. Macedonium [1] tamen CP. Episcopum, quod anathema dicere Synodo recusaret, expulit, eique Timotheum suffecit. 1

LXXXV. Anno Anastasii vigesimo quarto, Vitalianus [2] in eum rebellavit. 2

LXXXVI. Anno octingentesimo vigesimo nono, die 9. Julii objit Anastasius [3] Imperator: cui Justinus suffectus est. 3

LXXXVII. Anno Imperii secundo, [4] qui fuit annus octingentesimus trigesimus, Justinus Severum Antiochia, & Mabugo Xenaiam expulit: quotquot insuper quatuor Synodos suscipere recusarunt, exilio mulctavit. 4

LXXXVIII. Imperatoris autem Justiniani Dei amantis curâ providentiâque factum est, ut Sanctæ quatuor Synodi Ecclesiæ Diptychis [5] adscriberentur: Nicæna videlicet 5

NOTÆ.

1 *Macedonium*. De ejus abdicatione lege Theophanem loc. cit. & Theodorum Lectorem lib. 2. cujus etiam sanctitatem probat Henschenius ad diem 25. Aprilis, & Pagius anno 515. num.5.

2 *Vitalianus*. Eodem anno conjurationem Vitaliani refert Marcellinus in Chronico, & Theophanes: de qua vide Pagium ad annum 514. num.14.

3 *Anastasius*. Ejus interitum eodem anno, ac die refert Cyrillus in Vita S. Sabæ: ex quibus error Theophanis corrigendus, qui pro mense Julio, Aprilem posuit.

4 *Anno Imperii secundo*: nimirùm, mense Septembri anni Christi 519. quo etiam Baronius Severi fugam narrat. Verùm anno præcedenti id accidisse, doctè probat Cardinalis Norisius in Libro de Anno & Epochis Syro-Macedonum Dissert. 3. cap. 6. & Evagrius lib. 4. cap. 4. disertè scribit: *Primo Imperii sui anno Severum, qui Antiochiæ Episcopus fuerat ordinatus, propterea quod Chalcedonensem Synodum sub anathemate damnare quotidie non cessabat, comprehendi jussit Justinus &c.* Dionysius demùm depositionem Severi anno Græcorum 829. Christi 518. peractam fuisse, testatur. Vide Pagium anno 518. num.7. & 519. num.17.

5 *Diptychis* Id contigit anno primo Justini, quem Syri Arabesque Justinianum appellare solent, Indictione XI. die Dominica, 15. Julii in Concilio sub Joanne Patriarcha CP. cujus Acta recitantur in Concilio sub Menna Act. 5. sub hoc titulo, *Quomodo prædicatæ sint Synodi*, ut videre est tom. 5. Concil. edit. Labb. Nam Justinus, ut scribit Zonaras, *quia de religione rectissimè sentiebat, Chalcedonense Concilium coli ab omnibus, & 630. Sanctos Patres, qui id celebrarant in Sacros omnium Ecclesiarum Commentarios referri edicto jussit.*

delicet, Constantinopolitana, Ephesina prima, & Chalcedonensis.

LXXXIX. Anno octingentesimo trigesimo primo, quarta Novembris, Patricius [1] Edessam venit, ut Paulum [2] inde expelleret: adegitque

Ea propemodum tempestate excogitavit Diabolus in regione Perrhorum errorem quorundam, qui nec panem comedere, nec aquam bibere sese jacta-

NOTÆ.

1 *Patricius*. Fusiùs hæc narrantur à Dionysio fol. 94. qui addit, Paulum Edessæ Episcopum, postquam à Patricio Antiochiam pulsus est, Pauli Antiochenæ urbis Præsulis consilio Sedi suæ restitutum fuisse; hac tamen arte, ut Concilium quidem Chalcedonense corde amplecteretur; ore verò illud se damnare simularet: quæ pura puta fuit Monophysitarum fabula, ne Paulum, præstantissimum alioquin virum, ad orthodoxam fidem rediisse dicerent. Occasionem ita de se opinandi, Paulus ipse præbuit, dum Ecclesiæ communionem nisi post Asclepii obitum, ut Sedem suam recuperaret, non petiit, quam & paucis mensibus tenuit, ut infrà in Chronico nostro narratur.

2 *Paulus*. *Librorum Interpres* appellatur à Jacobitis in Calendario die 23. Augusti Cod. Syr. Vat. XXV. & XXVI. in hæc verba:

Mar Pauli Episcopi Edesseni, Librorum Interpretis: quos nimirùm è Græco sermone Syriacos fecit, uti de munere *Interpretis* in Ecclesia Edessena dicemus, quum de Jacobo illius urbis Episcopo sermo erit. Fortassè etiam, quia commentarios in Sacram Scripturam edidit, *Interpres Librorum* dictus est, ut de suo Theodoro Mopsvesteno loquuntur Syri Nestoriani, quem *Interpretem*, seù *Commentatorem* absolutè nuncupant. Paulum verò initio Episcopatus sui in profligandis quorundam Pseudo-Monachorum erroribus, unàcum Gamalino Pario, seù Perrhorum urbis Mesopotamiæ Antistite, egregiam operam navasse, testatur Dionysius ex Joanne Asiæ Episcopo in Chronico ad annum Græcorum 821. Christi 510. cujus verba recitare haud inutile erit, quum celeberrimæ quæstioni de Azymo & Fermentato Pane, qui in Eucharistiæ Sacramento conficiendo adhibetur, maximam lucem afferant.

ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢ ܠܗ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܐܠܐ ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܕܫܡܝܐ ܗܘܝܢ ܕܡܬܚܙܝܢ ܠܗ ܠܒܢܝ ܢܫܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝ

sub die 27. Julii anni octingentesimi trigesimi tertii, suffectus est Asclepius, [1] urbemque ingressus vigesima tertia Octobris anni octingentesimi trigesimi quarti, exactis ab expulsione Pauli mensibus tribus.

XC. Die vigesima quarta Octobris statim à sua inauguratione Asclepius Edessæ Episcopus monachos [2] Orientales, eorumque sodales Cœnentes appellat, quum impii & Ecclesiæ hostes veriùs dicendi fuissent:

NOTÆ.

1 *Asclepius*. De Asclepio Dionysius loc. cit. sic scribit:

Paulus paucis à recuperata sede diebus, Charrarum extincto Antistite, eidem subrogare cogitabat Presbyterum quendam Edessenæ Ecclesiæ nomine Asclepium. Huic erat frater in regia urbe Præfectus Prætorio. Quamobrem quum à Paulo alium Charris Episcopum designatum intellexisset, ab eo se honore repulsum ægerrimè ferens, fratrem adiit, & Paulum, quòd Synodum Chalcedonensem minimè susciperet, accusavit. Ita res ad Imperatorem deducitur, qui scriptis ad Pharesmanem militiæ Præfectum literis mandat, ut Paulo ejecto, Edessenæ Ecclesiæ Asclepius præficiatur.

2 *Monachos Orientales*. Justissimam tumultuantium horum Monachorum ejectionem, ex Joanne Monophysita Episcopo describit Dionysius propensiore, ut fit, in suos gregales calamo, quos pios & conti-

ܘܐܦܪܫܘܢ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܕܚܠܩܕܘܢܝܐ ܕܗܘ ܡܬܩܪܒܝܢ ܠܗܘ ܡܢ ܡܫܬܬܦܝܢ ܠܗ ܕܡܬܩܪܒ ܠܗ ܡܢ ܡܫܬܬܦ

in urbe post septuaginta circiter dies etiam extinctus est vigesima septima Junii ejusdem anni, & ibidem conditus est. Cadaver die quarta Septembris ejusdem anni Antiochiâ deportatum, in Ecclesia Sancti Barlahæ propè S. Nonnum Episcopum depositum fuit.

XCIII. Paulus autem de obitu Asclepii certior factus, pœnitentia ductus, Mar Justiniano Patricio supplicavit: Libellum quoque Euphrasio Patriarchæ obtulit. Quamobrem tùm propter Libellum, tùm propter literas gloriosi Deumque amantis Mar Justiniani Patricii restitutus fuit, suamque Sedem recuperavit: & octava Martii anni octingentesimi trigesimi septimi post menses ab obitu Mar Asclepii octo Edessam ingressus est.

XCV. Vi-

Pridie ante illam alluvionis cladem impius Asclepius urbis ea tempestate Episcopus comprehensos variis ex locis monachos circiter decem, viros pios, compunctos, & castos, vexabat, ut in ejus communionem concederent. Resistentes in vincula conjecit, comminatus postridie tormenta, & servitutem. Quum verò ea ipsa nocte alluvio contigisset, persuasum omnibus fuit, causam illius calamitatis fuisse eorum Beatorum vexationem: Deo scilicet ab Episcopo & civitate justas exigente pœnas. Ubi ergo Urbs ab aquarum inundatione liberata est, cives quotquot eo periculo defuncti fuerant, in Asclepium consurgunt, & infesti ejus domum appetunt: quem profectò lapidibus obruissent, nisi clandestina fuga se surripuisset, & Antiochiam ad Euphrasium suæ sectæ hominem profugisset. Qui & benignissimè excepit profugum, sublatumque in suggestum, ex eodem loco frequentissimo populo audiente, laudavit: Videte, ajebat, alterum Noëmum, qui per arcam alterum diluvium evasit. Periitque ibidem Asclepius, nec Edessam post fugam ampliùs revisit: ejusque obitu pax & tranquillitas fidelibus parta est, quosque ille carceribus addixerat, divulgata ejus fugâ dimissi fuerunt.

ܫܢܐ ܘܫܬܐ ܕܡܢ ܬܪܬܝܢܘܬܗ ܕܡܪܝ ܦܘܠܘܣ ܩܛܘܠܝܩܐ ܕܐܦܣܘܦܐ ܕܐܕܬܐ ܕܐܕܪܝܐ ܘܠܟܠ ܫܢܬܐ ܕܫܢܬ ܬܡܢܝܢ ܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܬܠܬ ܫܢܝܢ ܕܡܢ ܫܢܬ ܬܫܥ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ

trigesimo octavo Kalendis Aprilis 1 Mar Justinianus Cæsar creatus fuit: & die decima Augusti 2 ejusdem anni obiit Imperator Justinus, imperavitque solus Mar Justinianus.

IC. Anno 839. decima quinta Novembris atrox incendium 3 Antiochiam corripuit, quo pars magna urbis, quæ videlicet terræmotibus superfuerat, deflagravit. Undenam id malum cœpisset, hactenus incertum.

C. Anno 842. mense Julio Edessam venit Mar Demosthenes Romanarum copiarum Dux creatus.

CI. Anno 843. die decima octava Decembris Hunni facta in terras Romanorum incursione, vastitatem longè latèque circumtulerunt usque ad agrum Alepinorum, & ad duodecimum ab urbe Antiochia lapidem. Ea ex clade concepto mœrore contabuit Mar Demosthenes, & in urbe Tela die decima Januarii ejusdem anni mortuus est.

CII. Anno 843. mense Septembri

NOTÆ.

1 *Kalendis Aprilis*. Eodem die & anno Justinianum à Justino Cæsarem creatum fuisse, testantur Procopius in Hist. Arcana cap. 9. Evagrius lib. 4. cap. 9. Marcellinus in Chronico, & Auctor Chronici Alexandrini: ex quibus corrigendus Joannes, qui apud Dionysium, Justiniani nuncupationem differt ad annum Græcorum 842. Christi 531.

2 *Die* 10. *Augusti*. Kalendis Augusti obiisse Justinum, qui in Chronico nostro Justinianus hic appellatur, affirmant Evagrius, & Auctor Chronici Alexandrini loc. citat. quibus adde Cyrillum Scythopolitanum, licet uno post die id factum referat, diem sepulturæ cum die mortis confundens, ut notat Pagius ad annum 527. num. 2. non igitur audiendus Joannes, qui apud Dionysium, obitum Justini ad alios octo annos protrahit.

3 *Incendium*. Ut duplex Terræmotus Antiochiam oppressit, alter nimirùm anno Christi 526. die 29. Maji feria 6. de quo suprà, & alter anno 528. die 29. Novembris, feria 4. de quo Evagrius lib. 4. cap. 6. & Theophanes ad annum Incarnationis secundùm Alexandrinos 521. Ita & duplex incendium corripuit, quod utrumque terræmotum antecessit. De primo loquitur Evagrius initio cap. 5. lib. 4. secundi Incendii solus Auctor noster meminit.

4 *Hunni*. Eorum irruptionem recitat Baronius ad annum 533. num. 10.

bri pacem inter Romanos & Persas composuit Mar Rufinus [1] Patricius: eaque ad annum 851. duravit.

CIII. Anno 844. die sexta Decembris ex hoc sæculo migravit Mar Andreas Episcopus, & conditus est in æde S. Barlahæ propè ossa Mar Nonni & Mar Asclepii: eique subrogatus Adæus, Edessam ingressus est die 28. Augusti anni 844.

CIV. Anno decimo tertio Imperii Justiniani, qui fuit annus 850. Indictione secunda, die quinta Octobris, signum hastæ [2] in speciem in cœlo apparuit.

CV. Hoc eodem anno [3] mense Augusto Chosroes Persarum Rex posthabitis pacis fœderibus terras Romanorum invasit, Suramque, Alepum, & Antiochiam expugnavit: Apamea quoque potitus est: motisque inde castris, Edessam infestis signis petiit. Divina autem protegente gratia, nullo eam damno affecit:

NOTÆ.

1 *Rufinus*. Hanc pacem anno sequenti per Rufinum Patricium transactam, scribit Marcellinus in Chronico: nimirùm, *Indictione xi. Justiniano III. Cos.* qui fuit annus Christi 533. Eam autem usque ad annum Græcorum 851. Christi 540. durasse, testatur etiam Procopius lib. 2. de Bell. Pers. cap. 5. ubi bellum eo anno Romanos inter & Persas gestum pluribus describit.

2 *Signum hastæ in speciem*. Procopius loc. cit. narrat, *anno Justiniani* 13. *Cometam apparuisse*: idque paulò ante, quam Chosroës Persarum Rex bellum in Romanos moveret: mense nimirùm Octobri, ut in Chronico nostro notatur, quum Persicum bellum mense Majo sequenti susceptum fuerit, ut mox dicemus. Quare oscitantià amanuensis factum existimo, ut pro anno Græcorum 851. cui Indictio 2. & tertius decimus Justiniani Imperii annus mense Octobri congruunt, perperàm obrepserit annus 850. cui eodem Octobri mense Indictio prima, & duodecimus Justiniani annus respondent.

3 *Hoc eodem anno*: nimirùm Græcorum 851. Christi 540. ut suprà ostensum est: eo enim anno Bellum Persicum inchoatum mense Majo, ut ait Auctor noster. seù *primo vere*, ut scribit Procopius lib. 2. cap. 4. de quo vide Evagrium lib. 4. cap. 25. & sequentibus. Cedrenus in Compendio pag. 177. miraculum addit inventæ Edessæ Imaginis Achiropætæ: eique tunc urbi Eulalium præfuisse Episcopum scribit his verbis: *Proinde noctu Eulalio Episcopo apparuit mulier quædam forma & ornatu, quàm humana fert natura, augustiore, monuitque eum supra portam* (locum ac modum simul indicabat) *latere abditam Christi imaginem: qua inventa & recepta, omnia dextrè esset acturus &c.* Sed haud dubium, quin pro Adæo Eulalius Cedreno obrepserit.

cit: sed acceptis ab urbis magistratu duobus auri pondo, in Persidem copias reduxit.

CVI. Ex antiquis historiis liquet computantibus annos à Christi Domini ad gloriosum Patrem ascensu, quatuor eluviones passam fuisse Benedictam (*Edessam*) quassatis ea calamitate mœnibus, disjectis turribus, civibusque submersis: Primam sub Severo Imperatore Romanorum, anno videlicet quingentesimo tertio decimo Græcorum, mense Novembri, quæ urbis mœnia labefecit. Alteram, qua similiter ejusdem muri corruerunt, sub Diocletiano Imperatore, anno videlicet Græcorum 614. Majo mense. Tertiam similem sub Honorio & Theodosio invictis Imperatoribus, anno videlicet 724. die 18. Martii, feria 3. sub Rabula Edessæ Episcopo. Quartam denique sub Justino Imperatore, hoc est, anno 836. Asclepio ejusdem urbis Episcopo.

Series Regum Edessæ.

Ex Chronico Dionysii.

I. PRIMUS Edesseni Regni institutor *Orrhoës Heviæ filius*, de quo suprà. Eum Procopius lib. 1. de Bell. Persico cap. 17. *Osroëm* appellat, his verbis: *Edessa verò cum ipsis circa locis, Osroëna: est enim Osroës viri nomen, qui hìc regnavit superioribus temporibus, quando hi coloni Persis fœderati erant*: nimirùm *Parthis*, quorum Rex etiam Persis dominabatur. Nam Persarum Regnum sub Artaxare, seù Artaxerse Artabani Parthorum Regis interfectore restauratum est anno Græcorum 538. Alexandri Mammææ 4. teste Agathia lib. 4. postquam scilicet Regnum Edessæ jam conciderat, ut suprà ex Dionysio notavimus.

II. *Abdo Mazuri filius*: de quo Dionysius ad annum Abrahæ 1884.

Eodem anno regnare cœpit Edessæ Abdo

Abdo filius Mazur: regnavit autem annis septem. Sed ex consequentibus liquet, eum regnasse *annis novem*: eo enim mortuo, regnum auspicatus esse dicitur Paradestes anno Abrahæ 1894.

III. *Paradestes Gabaræi filius*: de quo Dionysius: ܗܢܐ ܡܠܟܐ ܕܐܕܬܐ ܕܡܬ ܒܫܢܬ ܐܠܦܐ ܘܬܫܥܡܐܬܐ ܘܫܪܐ ܡܠܟܘܬܗ ܕܦܪܕܣܛܝܣ ܒܪ ܓܒܪܝ ܕܗܘ ܡܠܟ ܫܢܝܢ ܚܡܫܐ: *Anno* 1894. *obiit Edessæ Rex, & regnare cœpit Paradestes Gabaræi filius: regnavit autem annis quinque*.

IV. *Bacrus Paradestæ filius*. Dionysius: ܗܢܐ ܡܠܟܐ ܕܐܕܬܐ ܡܠܟ ܒܩܪܘܣ ܒܪ ܦܪܕܣܛܝܣ ܕܗܘ ܡܠܟ ܫܠܬܐ ܫܢܝܢ: *Anno* 1900. *regnare cœpit Edessæ Bacrus Paradestæ filius: regnavit autem annis tribus*.

V. *Bacrus Bacri F.* Dionysius: ܕܐܬܐ ܒܬܪܗ ܒܪ ܒܩܪܘܣ: *Cui* (hoc est, Bacro Paradestæ) *successit Bacrus Bacri filius, regnavitque annis viginti*. Nimirùm usque ad annum Abrahæ 1922. Sed postremis regni sui annis collegas habuit Maanum, & Abgarum, ut sequitur.

VI. *Maanus*. Dionysius: ܗܢܐ ܡܠܟܐ ܕܐܕܬܐ ܡܢܝܢ ܡܠܟ ܫܬܐ ܝܪܚܝܢ: *Anno* 1918. *regnare cœpit Edessæ Maanus: regnavit autem mensibus quatuor*. Maanus, nomen tùm Syris, tùm Arabibus Regibus familiare. *Manus* Dioni dicitur lib. 68. quem sub Trajano Imperatore *Arabiæ finitimæ Phylarchum, seù Regem* appellat. Sub nostro autem *Maano* Dionysius testatur, Regnum Syriæ, hoc est, Seleucidarum in urbe Antiochia defecisse: de quo vide Justinum lib. 40. Euseb. in Chron. Olymp. 172. & Pagium in Apparatu num. 50.

VII. *Abgarus*, cognomento *Phica*, hoc est *mutus*, regnavit cum Bacro annis 2. mensibus 4. Solus annis 23. mens. 5. Universim annis 25. mens. 9. De quo Dionysius ad annum Abrahæ 1918. ܒܬܪܗ ܡܠܟ ܐܒܓܪ ܦܝܩܐ ܫܢܝܢ ܬܪܬܝܢ ܘܬܫܥ ܝܪܚܝܢ: *Et post eum* (hoc est, Bacrum) *Abgarus Phica regnavit annis* 25. *mensibus* 9. Et ad annum Abrahæ 1934. ܡܬܩܛܠ ܡܠܟ ܐܒܓܪ ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ ܘܚܡܫܐ ܝܪܚܝܢ: *Abgarus Bacro interempto regnavit solus annis* 23. *mensibus* 5. De *Abgari* nomine vide quæ notavimus p. 261.

VIII. *Abgarus Abgari filius*. Dionysius in margine ad ann. Abrahæ 1944. ܡܠܟ ܐܒܓܪ ܒܪ ܐܒܓܪ ܫܢܝܢ ܬܠܬܥܣܪ: *Et regnavit Edessæ Abgarus Abgari filius annis* 15. Nimirùm usque ad annum Abrahæ 1960. eoque mortuo fuit Interregnum anni unius, ut mox ex Dionysio. Legendum puto ܬܠܬܥܣܪ *undeviginti*, pro ܬܠܬܥܣܪ *quindecim*: atque adeò obiisse dicendus est Abgarus iste non anno Abrahæ 1960. sed anno 1964. qui nativitatem Christi præcessit annis 52. nam Crassi cædes, cujus hic Abgarus auctor fuit, accidit anno Urbis conditæ 701. ante Christum 53. ut latè Pagius in Appar. num. 57. Consule Dionem lib. 40. ubi narrat, *Abgarum hunc Romanis ante fœdere junctum sub Pompejo, Parthorum partes tùm potiores habuisse*.

IX. *Maanus Divus*. Dionysius: ܗܢܐ ܡܠܟܐ ܕܐܕܬܐ ܡܢܝ ܕܐܠܗ ܡܠܟ ܫܬܐ ܝܪܚܝܢ: ܘܠܐ ܡܬܝܠ ܗܢܐ ܫܘܐ ܡܢ ܟܠܗ ܫܘܬܦܘܬܗ ܘܫܘܠܛܢܗ. ܡܢ ܟܠܗ ܕܐܒܓܪ ܟܠܗ ܕܐܒܓܪ ܕܐܬܐ ܘܐܒܝܫ

ܟܠ

ܫܢܬܐ ܥܠܝܐ ܡܠܟܘܬܗ ܕܡܢܝܐ ܫܢܬܐ :

Anno 1960. (lege 1964. ut suprà ostendi) *obiit Rex Edessæ: duravitque Interregnum anno uno propter exortas de primatu contentiones* (idest usque ad annum 1965.) *Posteà regnare cœpit Maanus, qui Allaha* (hoc est, Deus) *nuncupatus est. Regnavit autem annis* 18. *mensibus* 5.

Legendum ܚܕܥܣܪ *undecim* pro ܥܣܪܝܢ *duodeviginti*. Obiit enim anno Abrahæ 1975. non 1983. ut mox patebit.

X. *Pacorus*. Dionysius: ܗܢܐ ܫܢܬܐ ܡܠܟ ܦܩܘܪ ܡܢ ܐܪܡܝܐ ܘܐܬܘܡ ܡܠܟܐ ܦܩܘܪ ܫܢܝܢ ܬܪܬܝܢ :

Anno 1980. *obiit Edessæ Rex, & regnavit Pacorus annis quinque*. Subjungit Dionysius: ܡܢ ܗܢܐ ܕܡܠܟ ܦܩܘܪ ܥܡ ܒܪ ܙܦܪܘܢ ܪܒܐ ܕܐܬܐ ܠܐܪܡܝܐ ܘܠܐܬܘܪ ܘܠܦܣܐܠ ܐܚܘܗܝ ܕܗܪܘܕܝܣ ܕܐܣܝܪ ܘܐܙܠ ܠܒܝܬ ܫܒܝܐ :

Eodem anno (quo nimirùm Regnum iniit) *Syriam invasit Pacorus unàcum Bar-Zaphrone Duce, & Hyrcanum atque Phasaëlum Herodis fratrem captivos duxit*. Atqui Pacorus cum Bar-Zaphrone, seù Barzapharne, Syriam & Judæam invasit anno Abrahæ 1976. Urbis conditæ 714. ante Christum 40. ut ex Josepho lib. 14. Antiq. Jud. cap. 24. probat Pagius in Appar. num. 77. Eo igitur anno Pacorus regnare cœpit, non autem anno Abrahæ 1980. ut perperàm habet Dionysius, seù Dionysii exscriptor: qui etiam in consignandis annis Regni Pacori erravit: non enim *annis quinque*, sed *tribus* regnavit, quum occisus sit à Ventidio anno Urbis conditæ 716. ante Christum 38. ut ostendit idem Pagius in Apparat. num. 85. De Pacori cæde legatur Josephus lib. 14. cap. 27. Dio lib. 49. Usserius in Annal. Vet. Testam. anno ante Christum 40. & Card. Norisius in Cenotaphiis Pisanis Dissertat. 2. cap. 6. *Regis Parthorum filium* vocat Josephus lib. 14. Antiq. Jud. cap. 24. & lib. 1. de Bello Jud. cap. 11. Nam Edesseni Toparchæ Regibus Syriæ subditi fuerunt, donec Regnum illud sub Seleucidis stetit: quo deleto & in Provinciæ formam per Romanos redacto, modò Romanis, modò Parthis fœderati erant, ut indicat Procopius loc. cit. quum de Osroë primo Edessenorum Rege loquitur: & clariùs Dio lib. 68. de Abgaro, qui sub Trajano vivebat: *Is pariter & Trajanum, & Parthos metuens, utrique parti studebat, ac propterea cum Trajano congredi noluit*. Et lib. 77. de Antonino Caracalla: *quum ad ipsum, tamquam ad amicum Augarus Rex Osroënem venisset &c.*

XI. *Abgarus*. Dionysius: ܗܢܐ ܫܢܬܐ ܡܠܟ ܐܒܓܪ ܡܢ ܦܩܘܪ ܘܐܬܘܡ ܡܠܟܐ ܐܒܓܪ ܫܢܝܢ ܬܠܬܐ :

Anno 1985. (lege 1978. ut suprà ostensum est) *mortuus est Pacorus, & regnavit Abgarus annis* 3. (lege, 9.)

XII. *Abgarus Sumacha*, hoc est, *Ruber*. Dionysius: ܡܢ ܗܢܐ ܡܠܟ ܐܒܓܪ ܣܘܡܟܐ ܫܢܝܢ ܬܠܬܐ :

Posteà regnavit Abgarus Sumacha annis 3. Nimirùm ab anno Abrahæ 1986. usque ad initium anni 1990.

XIII. *Maanus Saphelolus*. Dionysius: ܗܢܐ ܫܢܬܐ ܡܠܟ ܡܢܘܣ ܐܒܓܪ ܕܩܪܝ ܣܦܝܠܘܠ ܘܐܬܝܠ ܫܢܝܢ ܬܪܝܢ :

Anno 1990. *regnare cœpit Edessæ Maanus, cognomento Saphelul: regnavit autem annis* 28. *mensibus* 7.

XIV. *Maanus Maani filius*. Dionysius ad annum Abrahæ 2018.

ܡܢܝܫܐ ܡܠܟ ܐܘܪܗܝ ܒܪ ܡܢܝܫܐ ܫܢܝܢ ܘܬܪܬܝܢ :

Regnavit Edeßæ Maanus Maani filius annis 6.

XV. *Abgarus Vchama*, hoc eſt, *Niger*. Dionyſius: ܗܢܐ ܐܒܓܪ ܐܘܟܡܐ ܕܐܬܬܩܢ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܘܪܗܝ ܒܫܢܬ ܐܠܦܝܢ ܘܬܠܬܝܢ ܘܫܒܥܐ ܘܒܝܪܚܐ ܚܕ ܕܐܬܬܩܢ ܡܠܟܘܬܗ ܫܢܝ .

Anno 2024. *regnare cœpit Edeßæ Abgarus Vchama, qui curatus eſt. Regnavit autem annis* 37. *menſ.* 1. Hic ad Chriſtum Dominum Epiſtolam ſcripſit Euſebio relatam lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 13. de qua idem Dionyſius: ܗܢܐ ܐܒܓܪ ܐܘܟܡܐ ܫܕܪ ܠܘܬ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܒܐܪܥܐ ܕܝܪܘܫܠܡ ܕܐܬܬܩܢ ܡܫܝܚܐ ܠܐܒܓܪ .

Anno 2046. *Abgarus Rex Epiſtolam miſit ad Chriſtum in terram Hieruſalem*. Nimirùm, anno Æræ vulgaris 30. ex mente ejuſdem Dionyſii, qui nativitatem Chriſti conſignat ad annum Abrahæ 2016. Vide, quæ de hac Epiſtola, deque Abgari curatione notavimus pag. 318. Quibus addendum eſt, Gelaſium Papam in decreto de libris apocryphis, utramque Epiſtolam, Abgari ſcilicet ad Chriſtum, & Chriſti ad Abgarum, inter apocryphos libros recenſere, quia (ut inquit Bellarminus de Scriptor. Eccleſ. pag. 36.) *Si ab ipſo Domino eam Epiſtolam ſcriptam fuiſſe conſtaret, inter Scripturas canonicas ſine dubio admiſſa fuiſſet*. Id tamen veritati hiſtoriæ non officit, quam Edeſſeni in publicis monumentis traditam ab ipſis ferè Chriſtianæ Religionis primordiis conſervarunt, teſtatamque poſteà in ſcriptis ſuis reliquerunt; ejuſque diſertam mentionem faciunt præter Euſebium aliosque Græcos, & Latinos Scriptores, antiquiſſimi etiam Syrorum Patrum, ut S. Ephræm in teſtamento, & S. Jacobus Sarugenſis in carmine hac de re edito pag. 318. ſed ſolùm inde probatur, eas Epiſtolas canonicæ auctoritatis non eſſe, licet Legatio Abgari ad Chriſtum, ejuſque per Thadæum Apoſtolum curatio, & Edeſſenorum ad Chriſtianam fidem converſio certa fuerit. Atque ita intelligendus eſt Pagius, qui ad annum 244. num. 7. utrique Epiſtolæ notam ſuppoſitionis inurit, & anno 41. num. 3. prædicationem Thadæi, & Abgari Regis ſanationem Euſebio relatam admiſerat. *Vchamæ* cognomentum Abgaro noſtro inditum fuiſſe, liquet etiam ex laudato Edeſſenorum monumento, quod refert Euſebius: ubi tamen Rufinus ex vitioſo Græco exemplari pro, *Abgarus Vchama Toparcha Edeßæ* &c. vertit *Abgarus Vchaniæ filius*, quaſi *Vchama*, ſeù ut perperàm ipſe legit *Vchania*, nomen matris, aut patris Abgari eſſet, uti Bongarſius & Valeſius poſteà autumarunt. Græcus Interpres Teſtamenti S. Ephræm apud Voſſium tom. 3. pag. 292. ex illius S. Doctoris ore tradit, *Abgarum noſtrum Edeſſenæ urbis fundatorem fuiſſe*. *Inſtauratorem* ſaltem putat Tillemontius tom. 8. pag. 279. Sed jam notavimus pag. 141. id totum in Syriaco Textu deſiderari: neque enim Abgarus fuit aut urbis Edeſſæ fundator, aut inſtaurator, ſed Fidei Chriſtianæ propagator, ut ex dictis liquet. Idem Tillemontius loc. cit. in dubium vocat, an idem cum Abgaro noſtro ſit ille, quem Tacitus lib. 12. ſub Claudio Arabibus regnaſſe teſtatur, accuſatque, quod Meherdatem Parthorum Regem *juvenem ignarum, & ſummam fortunam in luxu ratum, multos per dies apud oppidum Edeßam lauto convivio attinuerit, mox cum hoſtibus congreſſurum, turpiter deſeruerit*. Noſtrum Abgarum fuiſſe, certum eſt, tùm quia noſter uſque ad annum Abrahæ 2061. Chriſti 45. Claudii 5. vixit; tùm quia nullus alius hujus nominis Rex ſub Claudio Edeſſenum Regnum adminiſtravit. Quod

autem

autem Clemens Galanus Par. 1. *Conciliationis Ecclesiæ Armenæ cum Romana* pag. 7. asserit, hunc nempè Abgarum *Armeniorum Regem* fuisse, id solùm ad aucupandam illius gentis gratiam ex Nierſis Ghelajensis Armenorum Patriarchæ carmine *de Regibus Armeniæ*, dictum ab eo intelligas. Nullus enim Edessenorum Regum, majori, aut minori Armenia unquam potitus fuisse legitur, sed sola Mesopotamia, aut aliqua Syriæ parte, quæ ad Armenos nullo jure pertinuit. Quin & Arsacidis Parthorum Armenorumque Regibus eos nonnunquam subjectos fuisse, ostendimus suprà in Pacoro: & Parthis quidem Meherdatem sub Abgaro regnasse, ex Tacito modò vidimus. Idem Galanus pag. 9. de Abgari successoribus hæc scribit. *Secundus Armeniæ Rex post Abagarum fuit filius quidam ejus anonymus, qui Christianam Patris religionem aspernatus, fideles atrociter insectatus est, ac misèrè vitam complevit. Tertius fuit Sanatrughus, filius sororis Abagari, cujus imperio Sanctos Apostolos Bartholomæum, & Thadæum in regionibus illis interfectos fuisse, narrant Armenii &c.* Pergit recensere cæteros Armeniæ Reges usque ad Chosroëm Tiridatis patrem, quos omnes Abagari successores perperàm appellat, quum Arsacidæ fuerint, & nihil cum Edessenis Regibus commune habuerint: Horum enim seriem, quum Syri fuerint, ex Syrorum monumentis Syrus & ipse Dionysius magis perspectam habere potuit, quàm Nierses Ghelajensis Armenus, doctissimus licet & Sanctissimus Vir, qui anno Christi 1173. obiit, ut in Menologio Armenorum die 19. Novembris, & apud Galanum pag. 241. Adde, quod Cedrenus tom. 1. pag. 177. de Abgari nepote affirmat, quod Galanus ad ejus filium traducit: sic enim scribit loc. cit: *Hoc pio instituto obtemperatum est, quamdiù Abgarus, atque post hunc filius vixerunt. Nepos autem, quum in avi locum & regnum successisset, abjecta pietate, ad simulacrorum cultum descivit: statuitque sublata Christi imagine, statuam dæmonis reponere &c.*

XVI. *Maanus Abgari F.* Dionysius: ܡܢܐ ܒܪܐ ܕܐܒܓܪ ܡܠܟܐ ܕܐܕܡܐ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܠܟ ܒܐܕܡܐ ܘܡܝܬ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܗܠܟ ܠܥܠܡܗ ܕܟܠܗ ܐܪܥܐ :

Anno 2061. *obijt Abgarus Edessæ Rex, regnavitque Maanus ejus filius annis* 7.

XVII. *Maanus Maani frater, Abgari F.* Dionysius: ܡܢܐ ܒܪܐ ܕܐܒܓܪ ܡܠܟܐ ܕܐܕܡܐ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܠܟ ܒܐܕܡܐ ܘܡܝܬ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܗܠܟ ܠܥܠܡܗ ܕܟܠܗ ܐܪܥܐ :

Anno 2067. *objit Maanus Abgari Regis Edessæ filius, regnavitque frater ejus Maanus annis* 14.

XVIII. *Abgarus Maani F.* Dionysius: ܡܢܐ ܒܪܐ ܕܐܒܓܪ ܡܠܟܐ ܕܐܕܡܐ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܠܟ ܒܐܕܡܐ ܘܡܝܬ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܗܠܟ ܠܥܠܡܗ ܕܟܠܗ ܐܪܥܐ :

Anno 2081. *obiit Maanus Edessæ Rex, & regnum obtinuit Abgarus Maani filius annis* 20.

XIX. *Abgarus Aiazetæ F.* Dionysius: ܡܢܐ ܒܪܐ ܕܐܒܓܪ ܡܠܟܐ ܕܐܕܡܐ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܠܟ ܒܐܕܡܐ ܘܡܝܬ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܗܠܟ ܠܥܠܡܗ :

Anno 2101. *regnavit Edessæ Abgarus Aiazetæ filius annis* 6. *mens.* 9. Hujus mentio fit in Chronico Edesseno ad ann. Græcorum 400. Christi 89.

XX. *Parnataspates.* Dionysius: ܡܢܐ ܒܪܐ ܕܐܒܓܪ ܡܠܟܐ ܕܐܕܡܐ ܒܫܢܬ ܫܒܥ . ܘܡܝܬ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܗܠܟ ܠܥܠܡܗ ܕܟܠܗ ܐܪܥܐ ܘܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܗܠܟ ܠܥܠܡܗ ܕܟܠܗ ܐܪܥܐ

ܫܢܬܐ . ܡܢ ܟܕ ܡܬܝܗ ܡܠܟܘܬܐ
ܕܐܘܪܗܝ ܦܪܝܫܝܢ ܫܢܬܐ ܠܟ
ܡܬܝܗ ܟܗܢܐ : ܫܢܬ ܬܪܬܝܢ

Anno 2106. *objit Abgarus Edeßæ Rex. Edeßenis autem ob Primatus amorem in varias factiones distractis, annos duos interregnum duravit. Postea Regnum Edeßæ obtinuit Parnataspates annis* 3. *mens.* 10.

XXI. *Parnataspates junior*. Dionysius: ܫܢܬ ܬܠܬܝܢ ܠܡܠܟܘܬ
ܐܘܪܗܝ ܡܢ ܦܪܝܫ ܐܘܪܗܝ
ܦܪܢܬܣܦܝ ܫܬܐ ܟܗܢ :

Anno 2113. *regnavit Edeßæ Parnataspates mensibus* 10. Regno deturbatus videtur à Maano Aiazetæ filio, Abgari fratre, & à Trajano Imperatore Parthis Rex impositus anno Abrahæ 2134. Christi 117. nam Xyphilinus de rebus paulò ante mortem à Trajano gestis hæc tradit: *Trajanus metuens, ne Parthi quoque aliquid molirentur, Regem eis dare constituit. Itaque ut Ctesiphontem venit, convocatis in magnam planitiem Romanis omnibus, Parthisque qui tùm aderant, excelsum tribunal conscendit. Ibi apud eos de rebus ab se gestis gloriatur: deinde Parthis Regem Parthamaspatem designat, eique diadema imponit*. Et paulo infrà eum regno à suis spoliatum refert in hæc verba. *Parthi Parthamaspatem detestati, regi suis moribus cœperunt*. Trajanum autem Maano Aiazetæ filio, Abgari fratri, (quem & Abgarum appellabant) plurimum favisse, testatur Dio lib. 68. ut mox videbimus.

XXII. *Maanus Ajazetæ F.* Dionysius: ܡܢܘܢ ܒܪܗ ܕ ܐܝܙܛܐ
ܫܢܬ ܫܬܬ ܫܢܝܢ ܡܠܟ :

Post eum (hoc est Parnataspatem, seù Parthamaspatem) *Maanus Ajazetæ filius* regnavit *annis* 16. *mens.* 8. Abgarus appellatur Dioni lib. cit. ubi hæc de Trajano. *Antiochiæ quum esset, Augarus Osrhoenus ei non ille quidem occurrit; munera tamen & legatos cum mandatis ab amicitia non alienis misit. Is enim pariter & Trajanum, & Parthos metuens, utrique parti studebat, ac propterea cum Trajano congredi noluit*. Et infrà. *Trajanus Edeßam venit, ibique primùm Augarum vidit*. Et paucis interjectis. *Augarus quidem inde Trajani amicitiam meruit, eique tùm epulum præbuit, in quo filium barbaro quodam more saltantem produxit*. Loquitur de *Arbande* Augari filio quem *egregia forma præstantem juvenem* appellat, *ideoque Trajani familiaritatem adeptum*. Subjungit Xyphilinus lib. cit. Abgarum à Romanis ad Parthos defecisse, cujus urbem Trajanus per Lucium diripi jussit. *Lucius*, inquit, *præclarè se gessit, recuperavitque Nisibin: Edeßam expugnavit, direptamque incendit*. Quæ ab anno Abrahæ 2128. Christi 112. gesta fuisse, ostendit Pagius ad annum 105. nu. 4. Paulò nimirùm, antequam Maanus, seù Abgarus, in vivis esse desineret.

XXIII. *Maanus Maani F.* Dionysius: ܡܢܘܢ ܡܠܟ ܐܘܪܗܝ
ܒܪ ܡܢܝ ܕ ܐܘܪܗ ܡܢܘ
ܕ ܡܢܘ ܫܢܬ ܫܬܝܢ ܘܪܒܥ
ܫܢܝܢ : ܕܗܘ ܕܗܪ ܘܐܬܪ

Anno 2130. *regnare cœpit Edeßæ Maanus Maani filius; regnavit autem annis* 23. & *transfugit ad Romanos*: nimirùm anno Abrahæ 2154. Christi 138. quo Antoninus Pius Imperium auspicatus est, teste Pagio. Idem de Antonino Pio tradit Jul. Capitolinus: *Abagarum Regem ex Orientis partibus sola auctoritate deduxit*: quæ verba se haud satis bene intelligere ingenuè fatetur Tillemontius tom. 8. pag. 280. *Capitolin parle du Roy Abgare sous Tite Antonin: mais on n'entend pas bien, ce qu'il en dit*. Sed ex Dionysii Chronico clarissima iis lux affulget.

XXIV. *Vales Sahari F.* Dionysius: ܡܢܘ ܡܠܟ ܐܘܪܗ
ܫܗܪ

ܫܢܬܐ ܐܠܦܐ ܘܡܐܬܬܐ ܕܡܠܟ ܒܐܕܡܐ ܕܐܘܪܗܝ ܒܪ ܡܢܢ ܕܐܬܝܐ ܡܢ ܪܘܡܝ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܬܪܬܥܣܪ ܘܗܘ ܡܫܠܡ ܫܢܝ ܡܠܟܘܬܗ ܫܢܬ ܫܬ ܘܠܬܪ ܡܢ ܫܢܝ ܡܠܟܘܬܗ ܕܥܒܪ ܒܗ ܒܪܘܡܝ :

Anno 2154. *regnavit Edeßæ Vales Sahari filius annis* 2. nimirùm donec Maanus (quem Abgarum Capitolinus appellat) regno ſuo per Antoninum Pium reſtitutus eſt, ut mox ex Dionyſio patebit.

XXV. *Maanus Maani F. iterùm.*

Dionyſius: ܡܢܢܘ ܒܪ ܡܢܢ ܕܐܬܝܐ ܡܢ ܐܬܪ ܕܐܙܝܐ ܒܪ ܡܢܢ ܕܐܬܝ ܡܢ ܪܘܡܝ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܬܪܬܥܣܪ . ܘܟܠܗ ܕܫܢܝ ܡܠܟܘܬܗ ܕܥܒܪ ܒܗ ܡܢ ܐܠܦ ܘܡܐܬ ܫܢܝ ܡܢ ܕܠܐ ܐܢܘܢ ܕܥܒܪ ܒܪܘܡܝ :

Poſt eum (ideſt Valem) *regno potitus eſt Maanus Ajazetæ filius, poſtquam ex Romanorum ditione rediit. Regnavit autem annis* 12. *Summa verò omnium annorum quibus regnavit, anni* 36. *abſque iis, quos apud Romanos exegit.*

XXVI. *Abgarus Maani F.* Dionyſius: ܐܒܓܪ ܒܪ ܡܢܢ ܡܠܟ ܒܐܕܡܐ ܫܢܬ ܫܠܝܬ ܡܢ ܡܢܢ ܕܐܬܝ ܡܢ ܪܘܡܝ ܘܡܠܟ ܫܢܬ ܫܠܬܝܢ ܘܬܠܬ ܡܐܬ ܫܢܝ :

Anno 2169. *regnavit Edeßæ Abgarus Maani filius annis* 35. nimirùm ab anno Chriſti 152. uſque ad annum 187. Sub hoc natus eſt Bardeſanes, ut refert Auctor Chronici Edeſſeni, de quo S. Epiphanius hæreſ. 56. *Augaro Edeſſenorum Principi viro Sanctiſſimo familiaris erat primùm, & ſimul ejus adjutor, & ipſius eruditionis particeps.* Porrò Bardeſanem Abgaro auctorem fuiſſe, ut lege lata decerneret, nequis ſeipſum in honorem Cibeles eviraret, ſcribit Euſebius lib. 5. de Præpar. cap. 10.

XXVII. *Abgarus Severus.* Dionyſius: ܐܒܓܪ ܡܠܟ ܐܪܒܥ ܫܢܝ ܡܠܟ ܒܐܕܡܐ ܕܐܘܪܗܝ ܒܪ ܐܒܓܪ ܕܥܒܪ ܥܡ ܒܪܗ ܫܢܬ ܐܚܕ .

Anno 2203. *regnavit Edeßæ Augarus Severus unà cum filio* (Maano) *ann.* 1. *menſ.* 7.

XXVIII. *Maanus Abgari F.* Dionyſius: ܡܢܢܘ ܒܪ ܐܒܓܪ ܡܠܟ ܒܐܕܡܐ ܫܢܬ ܥܣܪ ܘܬܪܬܝܢ :

Poſtea (nimirùm poſt Abgarum) *regnavit Maanus ejus filius ann.* 26. Sed ex Chronico Edeſſeno legendum ܫܢܝ ܥܣܪ ܘܬܪܬܝܢ *annis* 12. hoc eſt, ab anno Abrahæ 2204. Chriſti 188. ad annum Abr. 2216. Chriſti 200. nam Abgarus Maani filius in eodem Chronico laudatur ad annum Græcorum 513. & 517. hoc eſt, anno Chriſti 202. & 206. ut mox patebit.

XXIX. *Abgarus Maani F.* Edeſſenorum Regum poſtremus, regnavit ab anno Abr. 2216. Chriſti 200. uſque ad annum Abrahæ 2233. Chriſti 217. Hunc Euſebius ex Africano in Chronico *Virum Sanctum* appellat, & ſub Macrino Imp. regnaſſe ſcribit in hæc verba: *Abgarus vir Sanctus regnavit Edeßæ, ut vult Africanus.* Auctor Chronici Edeſſeni ad annum Græcorum 513. *ſubmerſionem Edeßæ* ſub eodem refert: & anno Græcorum 517. *Palatium* exſtruxiſſe ipſum narrat. Severo Imperatori filios ſuos obſides eum dediſſe, teſtatur Herodianus: *Sed & Rex Oſrhoënorum Augarus* (inquit) *ad eundem* (Severum) *transfugit, traditiſque obſidio liberis, fidem ſuam auctoravit, ſagittariorumque vim magnam miſit auxilio.* Ab eodem Severo Romam maxima pompa perductum, tradit Dio lib. 79. *Aurelius* inquit, *Zoticus Pſeudantonini juſſu ſtatim raptus ex certaminibus, Romam maxima pompa perductus eſt, quanta non venit Augarus Severi, aut Tiridates Neronis temporibus.* Id anno Chriſti 203. Severi 11. accidiſſe, oſtendit Pagius num. 4. A Caracalla demùm comprehenſum fuiſſe, & in vincula conjectum, ex Dione lib. 77. ſuprà notavimus.

Series

Series Episcoporum Edeßæ ab anno Græcorum 624. ad annum 1080.

Ex Chronico Edesseno, & ex Dionysio.

I. CONO, Edessenæ Ecclesiæ præfuit usque ad annum Græcorum 624.

II. *Saades* Episcopatum tenuit ab anno 624. ad annum 634.

III. *Aitallahas* creatus anno 635. obiit anno 657.

IV. *Abraham* ordinatus anno 657. obiit anno 672.

V. *S. Barses* Charris Edessam translatus anno 672. obiit in exilio mense Martio anno 689.

VI. *S. Eulogius* creatus anno 690. obiit feria sexta in Parasceve anno 698.

VII. *Cyrus* creatus anno 698. obiit anno 707. die 22. Julii.

VIII. *Silvanus* creatus anno 708. obiit die 17. Octobris anni 710.

IX. *Pachidas* ordinatus die 23. Novembris anni 710. obiit Kalendis Augusti anni 720.

X. *Diogenes* ordinatus anno 720. obiit anno 723.

XI. *Rabulas* ordinatus anno 723. obiit die 8. Augusti anni 746.

XII. *Ibas* ordinatus anno 746. Edessâ pulsus Kalendis Januarii anni 759. Sedi restitutus anno 762. obiit anno 769. die 28. Octobris.

XIII. *S. Nonnus* in locum Ibæ subrogatus die 21. Julii anni 759. Sedit usque ad annum 762. quo Ibas ex decreto Concilii Chalcedonensis Sedem recuperavit: eoque anno 769. defuncto, iterùm eam Ecclesiam rexit usque ad annum 782. quo vita functus est.

XIV. *Cyrus* ordinatus anno 782. obiit die 6. Junii anni 809.

XV. *Petrus* Edessam ingressus die 12. Septembris anni 809. obiit Sabato Resurrectionis anno 821.

XVI. *Paulus* ordinatus anno 821. In exilium pulsus die 27. Julii anni 823.

XVII. *Asclepius* Edessam ingressus die 23. Octobris anni 824. obiit Antiochiæ die 27. Junii anni 836. Et octava Martii anni 837. post menses ab obitu Asclepii octo, Paulus Edessam ingressus est, obiitque die 30. Octobris anni 838.

XVIII. *Andreas* Edessam ingressus mense Februario anni 838. obiit die 6. Decembris anni 844.

XIX. *Adæus* Edessam ingressus die 28. Augusti anni 844. obiit anno 852. Hucusque ex Chronico Edesseno. Quæ sequuntur, ex Dionysio desumpta sunt.

XX. *Jacobus Baradæus*, seù *Zanzalus*, unde Jacobitis cognomen impositum, post Adæum Edessenæ incubat Ecclesiæ anno 852. Hic Sergii Monophysitarum Patriarchæ partes contra Ephræmum Antiochenum Catholicorum Patriarcham præfractè tutatus est, tantoque Chalcedonensem Synodum ardore impugnavit, ut ipsum Acephali, qui in Mesopotamia, & Syria capite carebant, in caput sibi asciverint, Jacobitarum nomen assumentes. Defuncto Sergio, qui primus à Severo Jacobitarum Patriarchatum gesserat, ipse Paulum ordinat, quum Catholicis Anastasius præesset, ut fusè apud Dionysium, cujus verba in Serie Jacobitarum Patriarcharum dabimus. Periit anno Græcorum 889. teste Dionysio in hæc verba:

ܗܢܐ ܠܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܢ ܦܣܝܠܬܐ ܘܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܡܢ ܥܡܝܕܐ ܕܩܝܡ ܠܗ ܡܪܝ ܩܘܪܝܩܘܣ ܡܬܬܚܠܦ ܠܗ ܡܪܝ ܩܘܪܝܩܘܣ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܗܘ ܕܗܘܐ ܒܫܢܬ ܬܫܥ ܡܐܐ ܘܫܠܝܬܐ ܕܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܡܢܝܢ ܘܬܫܥ ܗܘ ܕܢܦܩ ܡܢ ܥܠܡܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܡܢܝܢ ܘܬܫܥ ܘܬܪܝܢ ܝܪܚܐ ܕܬܫܪܝ ܘܥܣܪܝܢ ܘܬܪܝܢ ܝܘܡ ܕܐܝܪ ܒܬܪ ܡܢ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܦܣܝܠܬܐ ܘܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܥܡܝܕܐ ܕܩܝܡ ܠܗ ܡܪܝ ܩܘܪܝܩܘܣ ܕܡܬܬܚܠ ܠܗ ܡܪܝ ܩܘܪܝܩܘܣ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܗܘ ܕܗܘܐ ܒܫܢܬ ܬܫܥ ܡܐܐ ܘܫܠܝܬܐ ܕܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܡܢܝܢ ܘܬܫܥ ܗܘ ܕܢܦܩ ܡܢ ܥܠܡܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܡܢܝܢ ܘܬܫܥ ܘܬܪܝܢ ܝܪܚܐ ܕܬܫܪܝ ܘܥܣܪܝܢ ܘܬܪܝܢ ܝܘܡ ܕܐܝܪ ܒܬܪ ܡܢ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܦܣܝܠܬܐ ܘܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕ

Anno 889. *obiit Mar Jacobus à Phasilta: & Mar Joannes Amidæ Episcopus, cui S. Mar* Cyriacus *substitutus*

tus fuit: Edessæ verò pro Mar Jacobo Mar Severus ordinatus est. Phasilta nomen Monasterii est, in quo Jacobus Cœnobitam egit, antequam Episcopus Edessenus fieret. Plura de hoc Monophysitarum Antesignano dicemus, ubi de Jacobitis Scriptoribus.

XXI. *Severus* ordinatus anno 889. obiit anno 914. ut scribit Dionysius in hæc verba: ܗܢܐ ܠܐܚܕܡܐ ܕܐܬܝܢܐ ܕܚܝܢܐ ܕܢܦܫܗ ܕܫܘܠܛܢܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܐܡܝܕܐ ܗܘܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܫܠܡ ܠܐܬܪܗ ܕܐܡܝܕܐ ܘܡܠܟ ܗܘܐ ܒܝܕ ܦܪܣܝܐ ܘܡܬܩܛܠ ܡܢ ܩܕܡ ܦܪܣܝܐ ܕܐܡܝܕܐ ܗܘ ܩܛܠܗ ܠܣܘܪܝܐ :

Anno 914. *expugnata Narses militiæ Persarum Præfectus Edessa, Severum ejusdem urbis Episcopum lapidibus obrui jussit.* Quo interfecto, Sedes vacavit, quandiu sub Persarum ditione urbs fuit: nimirùm usque ad annum Græcorum 939. Christi 628. quo juxta Theophanem, & Cedrenum *Heraclius Imperator Edessam profectus, Ecclesiam sub Chosroïs temporibus à Nestorianis occupatam, Orthodoxis restituit.* Addit Elmacinus in Hist. Sarac. pag. 14. *Deinde profectus est Heraclius Ruham* (Edessam), *jussitque Christianos reverti à Secta Jacobitica ad Orthodoxam: id, quod fecerunt.* Orthodoxi igitur fuerunt saltem sequentes tres Episcopi, Simeon, nimirùm, Cyriacus, & Jacobus, ut de Jacobo fusiùs ostendam infrà.

XXII. *Simeon* ordinatus anno Græcorum 939. obiit anno 961. teste Dionysio in hæc verba: ܗܢܐ ܠܐܚܕܡܐ ܡܫܝܚܐ ܗܘܐ ܒܝܕ ܦܪܣܝܐ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܕܢܦܫܗ ܘܒܝܬܗ ܕܡܪܝ ܐܠܗܐ ܗܘ ܩܛܠܗ . ܡܢܘ ܕܒ ܡܢ ܩܕܡ ܦܪܣܝܐ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܕܢܦܫܗ ܘܒܝܬܗ ܕܡܪܝ ܐܠܗܐ ܗܘ ܩܛܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܦܪܣܝܐ ܕܐܡܝܕܐ ܗܘ ܩܛܠܗ ܠܣܘܪܝܐ . ܡܢܘ ܕܒ ܡܢ ܩܕܡ ܦܪܣܝܐ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܕܢܦܫܗ ܘܒܝܬܗ ܕܡܪܝ ܐܠܗܐ ܗܘ ܩܛܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܦܪܣܝܐ ܕܐܡܝܕܐ ܗܘ ܩܛܠܗ ܠܣܘܪܝܐ ܡܢ ܩܕܡ ܦܪܣܝܐ ܕܐܡܝܕܐ ܗܘ ܩܛܠܗ ܠܣܘܪܝܐ ܡܢ ܩܕܡ ܦܪܣܝܐ ܕܐܡܝܕܐ ܗܘ ܩܛܠܗ ܠܣܘܪܝܐ . ܡܢܘ ܕܒ ܡܢ ܩܕܡ ܦܪܣܝܐ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܕܢܦܫܗ ܘܒܝܬܗ ܕܡܪܝ ܐܠܗܐ ܗܘ ܩܛܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܦܪܣܝܐ ܕܐܡܝܕܐ ܗܘ ܩܛܠܗ ܠܣܘܪܝܐ

ܡܬܚܡܐ ܡܬܚܛܐ ܘܒܫܢܬܐ ܬܪܝܢ ܫܠܛܘܢܗ ܡܠܟܐ ܥܡܗ ܚܬܐ ܠܗ ܡܫܠܚܐ : ܡܚܐܘܢܗ ܫܠܛ ܡܫܘܢܐ ܡܢ ܡܚܡܬܐ :

Anno 988. *obiit Mavias Arabum Rex, cui subrogatus Jazides regnavit annos tres cum dimidio: Edessæ autem pro Cyriaco factus est Mar Jacobus.*

XXIV. *Jacobus*, cognomento ܡܦܫܩܢܐ ܕܣܦܪܐ *Librorum Interpres*, ordinatus anno 962. sub quo vetus Edessæ Ecclesia terræmotu corruit, ut refert Dionysius in hæc verba: ܒܫܢܬܗ ܕܝܘܚܢܢ ܡܪܝܐ ܕܐܬܝܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܨܪܝܐ ܕܐܬܐ ܥܡ ܫܪܓܝ ܕܩܛܠ ܐܝܟ ܕܟܬܒ ܒܬܪܝܗ ܕܡܪܝ ܡܚܒܐ ܕܣܦܪܐ ܘܐܬܘܢ : ܡܬܒܗ ܕܟܬܒ ܡܪܝ ܡܚܒܐ :

Anno 990. *die Dominico, tertia Aprilis, ingens & validus accidit terræmotus, quo Batna Sarugi, & vetus Edessæ Ecclesia cum ingenti populi clade corruerunt.* Obiit anno 1021. eodem Dionysio teste: ܒܫܢܬܐ ܗܝ ܕܐܬܬܝܗ ܡܪܝ ܡܪܝ ܡܚܒܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܨܪܝܐ ܘܐܬܘܢ ܡܠܟܐ ܕܥܡܘܢ ܡܢ ܫܢܬܐ .

Anno 1021. *defuncto Sancto Mar Jacobo Edessæ Episcopo subrogatus fuit Mar Abibus.*

XXV. *Abibus* ordinatus anno 1021. de quo hæc Dionysius ad annum 1032. ܐܒܝܒܘܣ ܐܬܝܐ ܡܢ ܒܝܬ ܡܕܝܢܬܐ . ܠܐ ܡܬܡܠܝ ܐܢܐ ܐܦܠܐ ܐܢܐ ܕܟܬܒܬ . ܐܠܐ ܕܟܬܒ ܕܟܬܒ ܐܢܐ ܕܟܬܒ ܐܢܐ ܕܟܬܒ

ܡܣܬܪܐ ܕܡܠܟܐ ܫܪܝܪ ܗܘܐ ܠܡܫܩܠ ܘܡܬܡܗ ܗܘܐ ܠܡܫܕܪ ܠܟܠܗܘܢ ܐܢܫܐ ܘܡܬܡܗ ܗܘܐ ܠܡܫܕܪ ܠܟܠ ܚܝܠܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘܐ ܠܡܫܕܪ ܠܟܠ ܡܠܬܐ ܕܫܪܝܪ

ܐܝܟܐ ܐܒܐ ܡܬܩܝܡ ܐܒܐ ܕܗ ܘܢܟܝܗ .
ܡܠܦܢܐ ܕܒܝܬܗ : ܘܐܝܟ ܕܗܘܘܐ ܩܝܡܘܢ
ܘܡܬܝܠ ܠܗ ܐܠܐ ܐܝܟ ܡܢܗ . ܐܡܪ . ܐܠܐ
ܡܢܝ . ܢܚܐ ܩܝܡ ܐܡܪ ܠܗ . ܐܠܐ ܕܚܘܠܐ
ܡܢܗ ܫܢܐ . ܡܢܗ : ܐܠܐܠܐ ܕܒ
ܦܩܝ ܠܗ ܕܥܡܪ ܘܡܢܗ ܐܠܐܠܐ .
ܡܢܗ ܕܚܕܐ ܘܦܝܪ ܗܘܐ ܐܡܪ ܡܢ
ܘܐܬܗܘܝ ܡܢ ܡܝܡܪ . ܡܢ ܬܠܝ
ܗܘ ܫܢܐ ܡܢ ܡܢܗ ܬܠܝ ܗܘܘ :
ܫܢܐ : ܡܢܝ ܕܗܘ ܘܫܐܠ ܠܗ
ܩܢܝܐ . ܐܠܐ ܡܢܝ ܕܗܘ ܡܬܝܗ ܠܗ
ܐܡܪ ܘܡܢ ܗܘ ܡܢܗ ܐܠܐܠܐ ܠܗ .
ܡܢܝ ܕܗܘ ܘܕܚܝ ܕܡܬܝܗ ܠܗ
ܡܫܝܚܐ ܠܫܠܐ . ܡܕܝܢ ܐܡܪ
ܡܢܗ . ܗܘܘܢܐ ܕܒܝܡ ܕܗܘܐ
ܗܘ ܡܝܡܪ ܕܗܘ . ܡܕܝ
ܗܘܘܢܐ ܕܗܘ ܡܢܗ ܐܠܐ ܡܢ
ܡܢ :

XXVI. *Constantinus* : de quo Dionysius : ܗܢܐ ܐܠܦܐ ܡܪܝܢܘܣ
ܕܒܗ ܡܝܬܐ ܡܢ ܫܘܬܐ ܕܡܫܡܫܐ
ܕܐܘܪܗܝܡ ܗܘܐ ܫܠܝܛ
ܡܫܡܫܢܐ :

Anno 1040. *obiit S. Mar Abibus Edessæ Episcopus, cui Constantinus successit*. Eo Episcopo Edessa aquis jam quintùm submersa est ann. 1054. Obiit anno 1065.

XXVII. *Timotheus* vixit ab anno 1065. usque ad annum 1072. Hic Georgii Patriarchæ partes contra Joannem sequutus est, teste Dionysio ad annum 1065. ubi ortum inter Jacobitas in ordinatione Georgii schisma fusiùs describit.

XXVIII. *Simeon*, quem Dionysius à caritate in pauperes & peregrinos impensè laudat, subdens, eum invitum ex vico *Chiduna*, ubi Monasticam vitam agebat, ab Edessenis ad Georgium Patriarcham pertractum fuisse, & ab hoc ad Episcopale munus compulsum: sed quum in Pontificali sublimitate collocatus, variis distentus curis, assuetis incumbere meditationibus vix posse se cognosceret, oneri pariter & honori voluntariè cessit, & Anastasium quendam Æthiopem Monachum, cujus eximiam probitatem ex divina revelatione cognoverat, sibi subrogandum curavit; cui tamen nunquam persuaderi potuit, ut eam dignitatem admitteret. Nam per fraudem ab Edessenis captus, ad sacram Ordinationem sequenti die ducendus, intempesta nocte aufugit. Quem ipse Simeon imitatus, in montem Samosateni agri se recepit; ubi reliquum vitæ suæ in suscipiendis peregrinis, atque sublevanda pauperum inopia consumpsit: eique successit

XXIX. *Zacharias* Monachus item Stylita: qui anno Græcorum 1080. Edessa ejectus fuit.

XXX. *Elias* Zachariæ successit eodem anno: de quo hæc Dionysius.

ܗܢܐ ܐܠܦܐ ܐܝܠܝܐ ܡܢ ܩܪܬܡܝܢ
ܕܡܫܬܡܫ ܡܢ ܡܘܬܗ . ܗܘܐ ܕܝܢ
ܫܠܝܛ ܐܝܠܝܐ ܕܐܬܐ ܡܢ ܕܝܪܐ
ܕܐܝܠܝܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܕܝܢ

quum à nemine in urbem admissus fuerit, idcircò quæ post ejus ordinationem subsequuta sunt facinora, silentio præterire duximus. Atque ita Edessa absque Episcopo mansit. Hactenus Dionysius.

CAPUT XXXI.

Xystus Episcopus.

I. Xysti ætas, & dignitas.

YSTUS cujusdam Ecclesiæ Episcopus (nomen quippè urbis necdum eruere licuit,) claruisse videtur sæculo quinto: Nilo enim, Palladio, atque Hieronymo conjungitur apud Sobensem in Catalogo pag. 41. Joannes verò Apameensis sexti sæculi Scriptor, de quo mox sermo erit, ejusdem testimonio utitur in Epist. ad Leontium Cod. Nitr. XVII. fol. 142. Syri, qui vel bona, vel mala fide multa Catholicorum, Hæreticorumque Auctorum opera sub speciosis Græcorum, & Latinorum Patrum nominibus, teste Evagrio lib. 3. cap. 21. sexto sæculo venditare cœperunt, Xystum quoque nostrum, qui Syrus fuisse videtur, ut stylus ejusdem declarat, ex incertæ Sedis Episcopo *Romanum Pontificem* fecere, non alia ut opinor ratione, quàm propter nominis similitudinem. Hinc apud Joannem Apameensem, & in Codice nostro Syriaco VI. *Episcopus Romæ* ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܪܘܡܝܐ appellatur: quem etiam titulum reliqui Anaphorarum descriptores editæ sub ejus nomine Liturgiæ præfigere solent. Et quidem Xystum Episcopali dignitate fulsisse, colligitur tùm ex Episcopi titulo, quo passim decoratur, tùm ex eo quod Anaphoram condiderit, quæ solis Episcopis apud Syros tribuitur, ut rectè observat Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 398. Romanum autem Pontificem nequaquam fuisse, suadet Græcorum Latinorumque altum de scriptis, quæ sub ejus nomine circumferuntur, silentium. Idem Renaudotius tom. cit. pag. 142. de Xysti Liturgia loquens, existimat, Jacobitas *sententias quasdam ex pseudepigraphis transtulisse in collectanea sua, ex quibus commodas aliquot suis erroribus animadvertere sibi visi sunt.* Verosimilius puto, nullum esse in operibus, quæ Xysti nomen præferunt, suppositionis vitium: præsertim quum nihil in eis occurrat, quod hæresim monophysitarum sapiat; sed Syros utpote criticæ nondum peritos, quæ sub *Xysti* nomine Opera viderunt, ea Romano illi Pontifici oscitanter adjudicasse.

II. Ejusdem scripta Ascetica.

Atque hac de causa eundem Xystum arbitror à Sobensi Græcis Scriptoribus adjunctum fuisse in Catalogo, ubi ejus scripta recenset his verbis: ܥܒܕ ܣܦܪܐ ܕܫܘܡܝܐ ܕܡܬܩܪܐ ܠܐܡܝ ܕܐܠܗܐ ܒܡܠܝܢ: *Xystus edidit Librum Sermonum, eumque, qui de Amantibus Deum inscribitur.* Hunc nondum nacti sumus: Priorem verò, qui *Liber Sermonum* à Sobensi appellatur, habemus in Codice nostro Syriaco VI. à fol. 298. sub hoc titulo. ܡܠܝܐ ܕܡܪ ܟܣܛܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܪܘܡܝ: *Selecti Sermones S. Mar Xysti Episcopi Romæ.* Tres autem sunt, iique valdè prolixi, & in complura Apophthegmata, seù brevissima Capitula divisi. Primus incipit: ܐܠܗܐ ܡܢ ܥܒܕܘܗܝ ܕܫܘܝܝܘܬܐ ܡܬܩܝܡ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܐܢܫܐ ܡܢ ܥܒܕܘܗܝ ܕܫܘܝܝܘܬܐ ܡܬܩܝܡ ܐܢܫܐ ܐܝܟ ܕܐܠܗܐ: *Deus ex Divinorum operum æqualitate verus esse Deus creditur. Homo verò ex operum suorum præstantia, verus*

rus esse Fidelis agnoscitur. Secundus: ܓܒܪܐ ܕܡܗܝܡܢܐ ܓܒܪܐ ܗܘ ܒܚܝܪܐ. ܓܒܪܐ ܒܚܝܪܐ ܓܒܪܐ ܗܘ ܕܐܠܗܐ: *Vir fidelis, vir electus est. Vir electus, vir Dei est*. Tertius: ܫܠܡܐ ܓܒܪܐ ܕܫܡܝܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܫܪܝܪ: *Quisquis Deo dignus est, Vir Divinus inter homines est*.

III. Ejusdem Anaphora.

Præter Asceticos Tractatus, *Anaphora* quoque, seù Liturgia sub nomine Xysti celeberrima est, cujus initium: ܫܠܝܐ ܘܫܠܡܐ: *Tranquillitatem & pacem*. Prodiit Syriacè in Missali Maronitarum anno 1594. & Latinè per Renaudotium tom. 1. pag. 134. Exstat autem ms. in omnibus ferè Codicibus Liturgicis. Ejusdem meminit cl. Stephanus Edenensis cap. 2. de Catholicis Anaphorarum Scriptoribus num. 10. ubi ex communi Syrorum opinione, Xysto Papæ eam adjudicat. Joannes Maro, vel quisquis est Auctor Expositionis Missæ Syrorum propria Ecchellensis manu exaratæ, sententiam Renaudotii à nobis suprà indicatam de Xysti & Julii Liturgiis confirmat cap. 3. in hæc verba: ܐܝܟ ܕܡܬܚܙܝܢ ܒܟܬܒܐ ܕܦܪܫܢܐ ܕܡܪܝ ܐܝܘܢܝܣ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܐܘܪܝܬܐ ܕܡܪܝ ܫܝܠܘܟ ܘܒܗ ܕܐܝܬ ܡܢ ܐܘܪܝܬܐ ܕܡܪܝ ܝܘܠܝܢܘܣ ܕܐܝܬ ܒܗ

Joannis nostri notitiam habebat, eum cum Joanne Chrysostomo in Præfatione ad laudatum Barcephæ opus confuderit, in hæc verba: *Laudat præter hos Joannem monachum: sæpè etiam Joannem, non addens vitæ genus. Intelligit verò, ut existimo, nomine utrovis Chrysostomum.* At Barcepha utrumque Joannem clarè distinguit: & Chrysostomum quidem pro Syrorum more absolutè ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ, *Mar Joannem* appellat, ut liquet ex Par. 3. pag. 216. edit. Antuerp. ubi sic habet: *Nam Dominus* (Mar) *Joannes ea Oratione, quam ad Sitigirium* (Stagirium) *monachum scripsit &c.* Nostrum verò Joannem, nonnisi addito ܡܢܙܚܐ *Monachi* nomine citat, ut palàm fit ex duobus suprà citatis locis, ubi sic de eo loquitur pag. 20. *Insuper Joannes Monachus in sermone suo de occasu mundi hujus & de venturo mundo novo &c.* & pag. 33. *Ad hoc Joannes monachus Sermone priore, quem de mundo novo scripsit &c.*

II. Ejus scripta, & Epistolæ.

Inter Græcos Scriptores recenseetur à Sobensi in Catalogo pag. 41. ubi ejus scripta his verbis enumerat.

ܡܫܬܡܫ ܒܬܪܝܢ ܡܐܡܪܐ ܕܡܬܩܢܐ ܒܪܝܫܝܬܐ : ܘܠܬܪܝܢ ܦܬܓܡܐ ܕܡܬܩܢܐ ܒܪܝܫܝܬܐ : ܘܠܬܪܝܢ ܡܐܡܪܐ ܕܡܬܩܢܐ ܒܪܝܫܝܬܐ :

Joannes Apameensis tres composuit Tomos, & Epistolas de regimine spirituali, & de passionibus, seù animi affectibus, *ac de perfectione.* Verùm si stylum inspicias, Syriacè eum scripsisse deprehendes, ut ex sequentibus Sermonibus liquet, quos in Nitriensibus Codicibus habemus.

Cod. Nitr. XIX.

1. *De mundo novo.* ܡܐܡܪܐ ܕܥܠܡܐ ܚܕܬܐ ܕܠܐ ܡܬܩܢ ܠܐ ܥܠ ܡܕܡ

[illegible] : *Sub aliam horam quum ad eum ingressi orassemus, sic nos affari cœpit: Ne vos, oro, carissimi, tædeat, eadem iterùm auscultare verba.* Ex quibus verbis liquet, Eusebium & Eutropium ex Joannis ore collationem istam excepisse, literisque mandasse.

3. *Præcepta ad quendam ex Fratribus Peregrinis.* [illegible] : Exstant, unàcum sequentib. in Cod. Nitriensi XVII. fol. 205. Initium : [illegible] : *Inchoaturus officium postquam tertiò in genua procubueris, ad singulas genuflexiones ter repetens Sanctus Sanctus, officium incipe.*

4. *Sermo Paræneticus. Si quis simplicem Divinamque Legem, quæ ad beatam vitam dirigit, tenere desiderat, is debet visibilia isthæc omnia contemnere.* [illegible] : Ibidem.

5. *De Cellæ habitatione. Quum in Cella tua habitas, rerum omnium quæ necessariæ sunt, curam habe.* [illegible] : Ibid. fol. 206.

6. *Quomodo Caritas exhibenda sit. Vide, Frater. Sic te geras oportet in Cella, ut extra Cellam &c.* [illegible]

[illegible] . [illegible] : 7 *De Paupertate. Paupertas hæc est, ut quis in Cella sua maneat, nullius rei sollicitus.* [illegible] Ibid. fol. 207.

8. *Capita Doctrinæ XX.* [illegible] : quorum I. V. & XIII. titulo carent: reliquis titulus præfigitur, ut sequitur. II. [illegible] : *Quæ sit hominum imbecillitas.* III. [illegible] : *Quæ sit causa timoris, & tristitiæ.* IV. [illegible] : *Quomodo ferenda sint adversa.* VI. [illegible] : *Quisnam sit thesaurus, qui possideri queat, & surripi nequeat.* VII. [illegible] : *Quodnam opus Deo gratum sit.* VIII. [illegible] : *Quæ sit sapientia, quæ non extollitur.* IX. [illegible] : *Qua ratione quis in seipso placere possit Deo.* X. [illegible]

Quod

Quod utilis est hominibus scientia: & quod eadem aspectabilium omnium præstantissima est. XI. ܘܐܝܟܢܐ ܚܟܡܬܐ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܐ ܗܝ ܘܡܬܟܝܠ: ܐܝܟܢܐ ܡܬܚܙܝܐ ܕܠܐ ܚܟܡܬܐ ܡܬܚܙܝܐ ܘܡܬܟܝܠ ܚܙܝܢ ܗܘܝ.

Quomodo opes sine sapientia prodesse nequeunt: secùs sapientia sine opibus. XII. ܘܐܝܟܢܐ ܗܘ ܡܕܡܐ ܕܒܪܢܫܐ ܕܗܘܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܫܘܬܦܘܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ: *Quodnam sit verum hominis in præsenti vita Regnum.* XIV. ܘܐܝܟܢܐ ܫܘܠ ܪܘܫ ܘܬܪܥܐ ܕܠܒ ܡܢ ܕܨܒܐ ܠܡܬܠܡܕ ܚܟܡܬܐ: *Quem scopum habere debet, qui sapientiam addiscere desiderat.* XV. ܘܐܝܟܢܐ ܡܫܟܚ ܢܦܫܐ ܕܒܚܟܡܬܐ ܕܢܬܠܦ ܡܠܬܐ ܕܢܦܫܗ: *Quomodo potest anima spiritualia in se verba continere.* XVI. ܘܐܝܟܢܐ ܗܝ ܕܐܡܬܐ ܕܦܘܪܩܢܐ: *Quæ sit verax promissio.* XVII. ܘܐܝܟܢܐ ܢܬܚܙܐ ܚܒܪܐ ܥܡ ܚܒܪܗ ܕܡܬܚܙܐ ܕܗܝ ܚܒܪܘܬܐ: *Quomodo gerere se debeat amicus cum amico: & qua ratione vera amicitia probatur.* XVIII. ܘܐܝܟܢܐ ܕܢܬܚܙܐ ܡܠܬܐ ܕܢܬܟܝܠ ܒܡܠܠܐ ܕܫܘܬܦܘܬܐ: *Quam causam habere quis debet in proficuo sermone proferendo.* XIX. ܘܐܝܟܢܐ ܚܝܠܐ ܕܢܫܐ ܚܟܝܡܐ ܡܬܝܗܒ ܗܘܐ: *Qua virtute præditus est vir sapiens.* XX. ܡܬܠܐ *Paræneſis.* Exstant in eodem Cod. Nitr. XVII. à fol. 145. In tertio capite laudatur Isaias Abbas.

9. *Epistolæ V.* ܐܓܪܬܐ: Quarum I. *De Trinitate & Incarnatione*, incipit: ܡܕܡ ܕܡܡܠܠܝܢ *Quidquid loquimur.* In eodem Codice Nitr. XVII. fol. 119. II. *Paranetica*: ܡܫܬܐ ܕܐܝܬܝܗ ܕܟܝܢܘܬܐ: *Ubi puritas colitur*: fol. 127. III. *De Fide.* ܒܟܬܒܐ ܕܗܝܡܢܘܬܟ ܕܩܒܠܢ: *Acceptis præstantiæ tuæ literis*: fol. 129. IV. *Item de Fide*: ܒܟܬܒ ܕܬܪܬܝܗܘ ܡܫܬܠܚܐ ܗܘܬ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܠܗܐ: *Quum autem altera per Unigenitum Dei spiritualis dispensatio introducta esset*: fol. 137. V. *Ad Leontium, de spirituali communione quam habituri sumus cum Deo in regione vivorum*: ܕܠܝܬ ܐܚܪܬܐ ܕܢܬܚܙܐ ܠܗ ܡܠܬܐ: *Quoniam autem nulla alia suppetit demonstratio.* fol. 140. Citat Isaiam Abbatem, & Xystum quendam, quem *Romanum Pontificem* appellat.

CAPUT XXXIII.

Joannes Saba.

I. Joannis Sabæ ætas, & gesta.

OANNES Monachus gente Syrus, in urbe Ninive natus, qui patrio sermone ܣܒܐ ܩܫܝܫܐ *Sanctus Saba*, idest, *Senex*, vulgò appellatur, in Monasterio ܕܝܠܝܬܐ *Dilaita*, quod trans Tigrim situm est, asceticam vitam coluit, circa medium sextum sæculum, Isaaco Ninivitæ æqualis. Memoria ejus colitur in Calendario Syrorum die 15. Martii Cod. Syr. Vatic. 26. his verbis:

ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܣܘܪܝܐ ܘܐܢܟܘܪܝܬܐ :

Mar Joannis Syri & Anachoretæ. Ejusdem meminit Gregorius Barhebræus in Libro Ethicorum, ubi Joannes Gariri Presbyter Damascenus, ipsius Libri descriptor & Interpres, pro Monasterio *Dilaita*, quæ vox Syriacè *Proprium* sonat, Arabicà ejusdem significationis reddidit, *Alchasa* الخاصة.

II. Ejusdem scripta.

Scripta ejus recenset Sobensis ante Isaac Ninivitam pag. 61. in hæc verba: ܡܫܠܝ ܐܦ ܬܪܬܝܗܘܢ : ܠܘܡܕ ܚܟܡܬܐ ܐܦ ܬܫܒܚܬܐ : ܕܡܢ ܠܝܬܐ ܣܢܬܝܬܐ : ܘܐܓܪܬܐ ܕܡܬܝܡܬܐ ܘܕܬܝܡܬܐ :

Joannes à Dilaita duos quoque composuit Libros, nec non compunctorias Epistolas, de instituto Monastico. Existant Arabicè in pervetustis duobus mss. Codicibus Bibliotheca Sancti Petri Montis Aurei: Syriacè verò in duobus item Codicibus Nitriensibus XXI. & XXII. quorum postremo, qui Marci Presbyteri ac Monachi rogatu scriptus esse dicitur, hanc adnotationem amanuensis subiecit:

هذا الكتاب من كتب دير المريان الذى فى برية ابو مقار فى جبل شهيت فيه لمارى اسحق ومن الشيخ القليل :

Hic Liber spectat ad Bibliothecam Monasterii Syrorum, quod in deserto Abbatis Macarii in monte Sciahit situm est. Continet autem Opera Mar Isaac, (Ninivitæ nimirùm), *& pauca quædam Sabæ*, hoc est, Joannis nostri: Unde perspicuum fit, non universa Joannis opera, sed partem eorum dumtaxat in Syriacis nostris manuscriptis exstare.

III. Scribendi occasio, & stylus.

Quis verò fuerit eorumdem operum Collector, & qua ratione, qua've de causa à Joanne Saba conscripta sint, docet ejusdem Joannis frater in Prologo Syriaco, Codice Nitriensi XXII. quem Arabicus Interpres his verbis reddidit: اعتذار اخو القديس الجعداني كتبه واوضح كيف سبب هذا الكتاب المقدس . امال كل من يصادف هذه المعاني بحب الله انه لا يلوم قايلها . لانه كان ظاهرا يتكلم اسرار الروح بدالة . لاجل انه كان الى عندى انا الحقير يوحنا اخو القديس جعداني يكتبها وبمثل هولا كان يشا ان يعزيني . لانه كان يعلم اني اتجع من اجله وكان منقطع من الحديث ومن نظر الناس والنياح فى الوحدة من كل انسان فى جبل صعب وكان يشقى فى وسط الحيوانات والحيات باتكال على ربه وبرجاه كل يوم للموت . لاجل اني كنت حامل وجعه فى قلبى . هولا الخطوط التى هى مملوة من المواعظ والفرح اراد ان يغير احزاني الذى لاجله وما كان يعلم اني كنت اكتبهم لنظر اخرين وكان يحذرني ان لا يبصرهم انسان غيرى وانا جمعتهم ووضعتهم فى كتاب ليكونوا لى عزا وايضا معانيهم حياة ولانه ايضا ما كان له شى يكتب عليه : فى وقت على خشب كان يكتب ويبعث لى وفى وقت على رق صغير كنت ادهن بهم له وكنت اساله ان يكتب لى هذه المعاني الذى كنت اقولهم له وقد علمت انا وان كان قد كتبهم لذاتي فقط : لم يمكن ان لا يبصرهم كثيرون لانهم قد وضعوا فى كتاب : بل لا يلوم لواضع الكتاب . لاني كنت اعرف احتقاره لذاته وانه لم يكن فيه موجود حركة لطلب حب مديح انساني بل كان هو يحقر ذاته ويهون بها وكان فى كل حين يذكر كل الخطايا وكل الاوجاع وكل وقت كان يكتب لى كان يجعل اسمه فى الرسالة خنزير وانا غيرتها : لاجل انه لا يجب ان يكتب هكذا . اطلب من كل من يكتب هذا الكتاب ان كتبه كله او بعضه ان لا يقطع هذا الاعتذار الذى جعلته لسبب الكتاب من اجل محبة المسيح له المجد ولنا يحقق برجاه امين :

Excusatio Auctoris, seù mavis Collectoris, *qui Sancti* Sabæ *secundùm carnem frater fuit, hujus sacri libri scribendi occasionem indicans. Lectorem istorum sermonum per Deum oro, ut ab Auctoris reprehensione abstineat, utpote qui mysteria spiritûs palàm cum fiducia loqui soleret: quandoquidem ad me Joannem hominem abjectum ejusdem Sancti Viri germanum ista scribebat, atque talibus admoni-*

monitionibus me consolari cupiebat: quippe qui animadverterat, me ejus causa in tristitia luctuque versari. Ille verò ab hominum commercio segregatus, solitariam vitam amplexus fuerat in asperrimo quodam monte, & inter feras & serpentes cum labore degebat, Domino suo confidens, & mortem in dies expectans. Me itaque ejus absentia contristatum, ea mæstitia levare conatus est, hasce literas divinis charismatibus atque lætitiæ argumentis refertas identidem mittens, nec leviter suspicatus à me illas ad aliorum usum fore describendas: monuerat enim, ne cuiquam eas monstrarem. Ego verò easdem in unum volumen collegi, consolationem & salutem meam in illis quæsiturus. Quia verò Codicem, in quo scriberet, non habebat, aliquando tabulis, quandoque etiam parvulis membranis utebatur, quas illi ipse asserebam, postulans, ut expositionem propositarum quæstionum mihi scripto traderet. Quum autem mihi manifestum sit, hujusmodi lucubrationes, quamvis uni mihi transmissas, à multis lectum iri, utpote in justum volumen redactas, hanc à Lectoribus reposco gratiam, ut Libri Auctorem excusent. Perspecta enim mihi Viri moderatio in sui contemptum prona: quippe qui ne commoveretur quidem humanæ gloriæ cupiditate, sed è contrario semet aspernaretur, atque vexaret, sua peccata & pravas affectiones assiduè recolens: quoties verò ad me scriberet, epistolæ se PORCUM *subscribebat: quod tamen à me expunctum mutatumque est: nec enim hoc scribere consentaneum fuit. Quicumque itaque Codicem istum, aut particulam ejus descripserit, ne istam excusationem huic scripto præfixam præcidat, oro & quæso ob amorem Christi, cui gloria, quique nos in sua spe confirmet. Amen.*

Ad stylum ejus quod attinet, merito usurpare queas, quæ Photius Cod. 196. de asceticis S. Ephræmi sermonibus notavit: Plurimum enim jucunditatis, affectuum copiam, & persuadendi vim maximam habet; digressionibus licet abundet, quæ tamen nil aliud ferè sunt, quàm pia ad Deum cordis anagoge. Cæterùm in iis, quæ ad monasticam perfectionem spectant, exercitatissimum Joannem fuisse, scripta ejus, quæ modò recensebimus, declarant.

Ex Syriacis, & Arabicis Exemplaribus Bibliothecæ Vatic. & S. Petri Montis Aurei.
I.
Sermones 30.

Sermones Joannis Sabæ.

EPISTOLA *Sancti Sabæ ad Joannem fratrem, qui in Cœnobio Monasticam vitam agebat.* رسالة الشيخ القديس الى عند اخيه يوحنا الذى كان فى دير كنوبيون .

Præfigitur operibus Joannis Sabæ: est enim Auctoris de suis ipsius scriptis mens & sententia, in hæc verba:

اعلم يا اخى اني كتبت لك هذه الخطوط الحقيرة الصغيرة فى وقت من قبل سنين كثيرة والى يومنا هذا لاعزيك من وجعك على فقدى. وانت بعناية جمعت ووضعتهم فى كتاب لذكر الشى الذى ما كنت اظنه لاني ظاهرا كتبتهم اليك واوليك الذى ما كان يجب لاخرين ان يبصروهم : بل احفظ هذه المعانى واخفيها لياا يروا اولاد السر الى حين اخرج من الجسد الخ :

Scias, velim, mi frater, à me tibi hasce parvas & inanes literas pluribus ante annis usque in præsentem diem identidem scriptas fuisse, ut te ob meam absentiam mæstum recrearem. Quum autem illæ à te in unum volumen diligenter collectæ fuerint ad posterorum memoriam, quod mihi quidem inopinatum accidit, (ea enim tibi & quibusdam familiariter scripta fuerant, quæ ab aliis videri haudquaquam oporteret,) istas modò asservari satagas velim & celari, ne iis, qui mysteriorum participes sunt, usque ad obitum meum patefiant &c.

Præfatio. *De Divinis donis, & spiritualibus consolationibus, quæ Monachis in eorundem solamen & oblecta-*

ctamentum à Deo tribuuntur: deque Theoria spirituali, & mysteriorum cogitationumque scientia: nec non de lucta cum malis spiritibus, & de discretione, deque virtutum exercitio.

ܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܟܬܒܐ ܡܫܬܡܫܬܐ ܕܒܪܫܝܬܐ ܕܡܬܩܪܐ ܠܡܫܬܡܥܢܘܬܗ ܕܡܠܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܕܡܠܐ ܡܬܚܟܡܬܐ ܕܡܠܐ ܡܫܬܡܫܬܐ ܕܡܠܐ ܡܬܩܢܬܐ : ܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܒܝܫ ܘܕܛܒ ܕܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ : ܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ : ܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ : ܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ .

Titulus dumtaxat hujus Præfationis habetur in Arabicis exemplaribus: integra autem exstat in Codice Nitriensi XXI. ubi sic incipit:

ܫܒܚܐ ܕܒܟܠܗ ܕܡܬܚܕܐ ܠܐܠܗܐ ܕܡܫܬܟܚܐ ܕܒܟܝܬܐ ܕܡܬܩܛܪܐ :

Gaudium, quo quis in Deo afficitur, accusatorum, suique ipsius infirmitatis oblivionem inducit. Præmittit Joannes singulis Sermonibus brevem ad Deum precationem: & quidem toti Operi hanc:

ܡܫܝܚܐ ܕܒܪܝ ܦܬܚ ܥܝܢܝܢ ܕܠܒܢ ܠܡܬܩܢܘܬ ܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܕܝܠܟ ܐܡܝܢ .

Christe Fili Dei vivi, aperi oculos cordium nostrorum ad intelligendam lectionem sanctorum tuorum Librorum Amen.

1. Sermo 1. *Adhortatio ad sui custodiam & curam: & quod vitare quis debeat dissolutos, ac perversos homines, ex quibus trahi solent pigritia, morumque dissolutio, & omnes pravi affectus. Item quod sibi quis cavere debeat à Puerorum consortio, ne fortè mentis puritas impudicis cogitationibus labefactetur.* Initium. *Qui os suum à confabulatione cohibet, is à pravis affectibus cor custodit. Qui cor habet à pravis affectibus purum, is Deum semper videt &c.* ܡܢ ܕܡܢܥ ܦܘܡܗ ܡܢ ܡܠܠܐ ܡܢ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܒܝܫ ܘܕܛܒ ܕܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܒܝܫ ܘܕܛܒ ܕܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܒܝܫ ܘܕܛܒ ܕܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܒܝܫ ܘܕܛܒ ܕܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ .

Est primus ordine inter Arabicos Sermones. Exstat etiam Græcè in Cod. ms. Vaticano 391. pag. 213. & Cod. 605. pag. 103. licet perperàm sub nomine Isaaci Ninivitæ.

2. Sermo 2. *De modis, quibus Spiritus visitat, & recreat eos, qui impigrè, ac utiliter versantur in primo, & secundo, atque tertio gradu perfectionis: nec non de bellis, quibus infestantur, quo've pacto in illis victoria est reportanda. Qui Deum invenire desiderat &c.* ܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܟܬܒܐ ܡܫܬܡܫܬܐ ܕܒܪܫܝܬܐ ܕܡܬܩܪܐ ܠܡܫܬܡܥܢܘܬܗ ܕܡܠܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܕܡܠܐ ܡܬܚܟܡܬܐ ܕܡܠܐ ܡܫܬܡܫܬܐ ܕܡܠܐ ܡܬܩܢܬܐ : ܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܒܝܫ ܘܕܛܒ ܕܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܒܝܫ ܘܕܛܒ ܕܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ .

Idem Sermo exstat Arabicè num. 2.

3. Sermo 3. *De spiritu fornicationis, & de membrorum attrectatione, deque variis hujusmodi tentationum generibus. Fratres, nemo vestrum præ impatientia murmuret, quum gravibus se impugnari tentationibus senserit &c.* ܠܐ ܢܬܪܥܡ ܠܐ ܡܢ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܒܝܫ ܘܕܛܒ ܕܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܒܝܫ ܘܕܛܒ ܕܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܒܝܫ ܘܕܛܒ ܕܠܐ ܡܬܚܝ ܘܡܩܪܒ ܠܗ .

Exstat Arabicè num. 3.

4. Sermo 4. *De spiritu blasphemiæ. Hic blasphemiæ spiritus obtrectationem in Deum animæ obfuscurat*

rat &c. ܐܠܐ ܡܠܠܐ ܕܡܫܬܡܥ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܡܢ ܕܢܬܚܙܐ

ܘܩܝܡܐ ܕܒܟܬܒܐ ܕܝܠܗ . ܐܝܟ ܕܐܡܪ
ܕܒܟܝܢܐ ܕܡܢ ܫܡܗ ܫܡܝܢܢ
ܘܢܗܘܐ ܕܒܟܘܠܗ . Arab. num. 10.

11. Sermo 11. *De voluntaria huic sæculo morte, & de æterna alterius sæculi vita. Qui vitam cum tempore desituram exuerit &c.* ܠܐ
ܡܘܬܐ ܕܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܕܡܬܚܝܐ ܠܐ ܫܪܝܐ
ܠܡܬܩܝܡ ܕܫܢܝܢ ܕܥܠܡܐ . ܐܝܟ ܡܐ
ܕܐܡܪ ܕܡܢ ܕܚܝܐ ܕܥܠܡܐ ܕܐܬܝܐ .
Arab. num. 11.

12. Sermo 12. *Quæstio, cur nonnulli Patres asserunt, Animas à corporibus separatas in cœlum assumi: alii verò ajunt, eas in Parodisum migrare: quidam docet, in sepulcro eas conditas unàcum corpore sepulcrum habitare: Alius verò, ad ostium ejusdem consistere, Christumque Redemptorem expectare; & Impiorum quidem animas in tenebris, Justorum verò in luce versari, etiam ante Resurrectionem.* ܐܝܟ
ܕܐܡܪܝܢ ܕܐܝܟ ܢܦܫܬܐ ܕܙܕܝܩܐ ܕܡܢ
ܦܓܪܐ ܕܢܦܠܘܢ ܠܥܠܡܐ ܕܫܡܝܐ
ܠܥܠܡܐ ܕܐܬܝܐ : ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܐܝܟ
ܕܒܦܪܕܝܣܐ ܢܦܠܘܢ : ܐܝܟ ܕܐܡܪ
ܕܒܟܝܢܐ ܕܡܢ ܦܓܪܐ ܕܢܬܩܝܡ : ܐܝܟ
ܕܐܡܪ ܕܐܝܟ ܕܦܬܚܐ ܕܡܬܩܝܡ :
ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܢܦܫܬܐ ܕܚܝܒܐ ܢܗܘܢ
ܒܚܫܘܟܐ ܕܢܗܘܢ ܒܢܘܗܪܐ ܕܙܕܝܩܐ
ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܐܝܟ ܕܢܗܘܢ ܒܢܘܗܪܐ
ܕܙܕܝܩܐ ܐܦܠܘ ܩܕܡ ܩܝܡܬܐ ܕܡܝܬܐ :
ܗܢܐ ܕܡܬܝܕܥܝܢ ܕܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܐܝܟ
ܕܠܝܬ ܠܗ ܝܕܥܬܐ ܗܘ ܕܝܕܥܬܐ
ܕܡܢ ܡܪܝܗ ܕܒܪܝܬܐ ܕܢܦܠ ܠܗ :
ܗܢܐ ܕܡܬܝܕܥܝܢ ܕܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܐܝܟ
ܕܠܝܬ ܠܗ ܝܕܥܬܐ ܗܘ ܕܝܕܥܬܐ
ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܕܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܐܝܟ
ܕܥܠܡܐ ܕܐܬܝܐ ܠܝܬ ܠܗ ܝܕܥܬܐ :

Huic quæstioni respondens Saba, nihil præter Catholicam doctrinam affirmat: Doctorum sententias huic in speciem contrarias doctè & acutè exponit, & clarè docet, Justorum animas à corporibus separatas in cœlo cum Angelis commorari: *Paradisum* enim, quò eas migrare nonnulli asserunt, non esse terrestrem locum primis parentibus præparatum, sed cœlestem: *Sepulcri* autem nomine, quod eas unàcum corporibus habitare quidam ait, Deum mysticè designari, in quo Baptismum susceperunt, & in quo obdormiunt: *ad ostium* denique *monumenti consistere*, nil aliud esse, quàm corporis resurrectionem, ex qua plenior in easdem felicitas redundat, præstolari. Animas siquidem corporibus exutas minùs claram Dei cognitionem habere, quàm iis conjunctas: atque hæc cognitio, inquit, si visioni Dei, quam post resurrectionem consequuturæ sunt, comparetur, ferè nulla est. Quod quidem de Animabus purgantibus, donec in eo statu detinentur, verum est, quamvis absolutè acceptum, & eo modo, quo Doctores à Saba laudati loquuntur, recentiorum Græcorum errori favere videatur. ܐܝܟ
ܕܐܡܪܝܢ ܕܐܝܟ ܢܦܫܬܐ ܕܙܥܘܪܐ
ܕܠܝܬ ܠܗ ܝܕܥܬܐ : ܗܢܐ ܕܐܡܪ
ܕܐܝܟ ܕܒܕܡܘܬܐ ܕܝܕܥܬܐ
ܕܫܪܝܪܬܐ ܕܙܕܝܩܐ ܕܐܬܝܐ ܡܢ
ܩܕܡ ܡܪܝܗ ܕܒܪܝܬܐ ܕܢܩܒܠܘܢ
ܗܢܐ ܕܡܬܝܕܥܝܢ ܕܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܐܝܟ
ܕܠܝܬ ܠܗ ܝܕܥܬܐ ܗܘ ܕܝܕܥܬܐ
ܕܗܢܐ ܥܠܡܐ ܕܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܐܝܟ
ܕܥܠܡܐ ܕܐܬܝܐ ܠܝܬ ܠܗ ܝܕܥܬܐ :

Quum autem affirmant, inquit, *Animas esse instar Pueri non habentis scientiam; id asserunt per comparationem ad illam veram certamque scientiam, quam à suo Conditore post resurrectionem accepturæ sunt. Hoc videlicet intelligunt, quum dicunt, eas modò nullam omninò habere scientiam, quemadmodum & hujus sæculi scientiam, inscitiam appellant, & sæculum hoc nihil omninò esse asserunt, de futuro sæculo loqui volentes.* Vide Bellarm. de Sanct. Beat. lib. 1. cap. 5. ubi monet, non

non esse absolutè contrarium doctrinæ Catholicæ affirmare, Sanctorum animas perfectiùs operaturas post resurrectionem, & consequenter clariorem Dei cognitionem habituras: & subdit, in hac sententia fuisse S. Augustinum, & S. Bernardum.

13. Sermo 13. *De libertate, quam apud Deum habent ii, quorum corda spiritu Jesu aguntur: & quomodo iidem beneficia per Spiritum indigentibus præstent. Reminisceris, Frater, verbi quod beatissimus ac planè divinus Vir ille protulit, inquiens: mittet Spiritum Filii sui in corda vestra* &c.

ܐܠܐ ܦܢܘܡܐ ܕܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܦܪܫ
ܠܒܐܝܢ ܕܢܫܡܫܘܢ ܒܗ ܡܕܡ ܕܡܬܚܝܒܝܢ
ܠܗܘܢ ܡܢ ܪܘܚܐ ܕܝܫܘܥ . ܐܝܟ ܕܡܬܚܝܒ
ܠܗܘܢ ܡܢ ܪܘܚܐ ܕܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܕܫܪܐ
ܒܠܒܒܬܟܘܢ . ܐܝܟ ܕܗܘ ܓܒܪܐ ܕܫܪܪܐ
ܕܡܠܬܐ ܕܐܡܪ ܐܝܟ ܕܡܠܐ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ
ܐܡܪ ܕܫܪܐ ܪܘܚܐ ܕܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܠܒܒܬܟܘܢ :

Arab. num. 13.

14. Sermo 14. *De diversis donorum generibus, quæ à Deo gratis tribuuntur. Virtus una est, & multiformis* &c. ܐܠܐ ܦܘܪܫܢܐ ܕܡܘܗܒܬܐ
ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܚܠܝܢ ܡܬܝܗܒܝܢ . ܚܝܠܐ ܚܕܐ ܗܘܝܬ
ܡܬܬܝܗܒ ܠܗ ܡܢ ܡܬܬܝܗܒ ܠܗ ܡܢ ܐܠܗܐ :

Arab. num. 14.

15. Sermo 15. *De mundi novi Arcanis. Amodò mihi ipsi contrarius ero* &c. ܘܐܙܠ ܘܐܠܐ ܚܕܝܬܐ ܡܢ ܡܠܬܐ ܕܥܠܡܐ
ܐܢܐ ܠܝ ܠܡܐ ܕܐܬܝ ܠܝ :

Subnectitur responsio ad interrogationem cujusdam Fratris, qui eumdem percontatus fuerat, cur ad aquilonem conversus orasset. Arab. n. 15.

16. Sermo 16. *De admirabili Dei revelatione in anima: & de libertate, quam Deus animæ per ardentem erga ipsum amoris flammam impertitur, & in qua animam mysticè alloquitur: deque animæ cum Angelis commistione, & de caritatis officiis, quæ illi istis temporibus homini exhibent. Narravit mihi quidam: Quum Spiritum Dei secum ipse secreto alloqueretur* &c. ܐܠܐ ܐܡܪܘ ܕܡܢ ܡܠܐܟܐ
ܕܐܠܗܐ ܚܢܢ : ܐܠܐ ܦܢܘܡܐ ܕܡܢ ܡܠܐܟܐ
ܕܐܠܗܐ ܚܢܢ ܕܐܝܟ ܕܥܒܕ ܠܗ ܛܒܬܐ
ܕܡܢ ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ ܚܢܢ ܕܐܝܟ ܕܥܒܕ ܠܗ
ܐܠܐ ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ ܚܢܢ ܕܐܝܟ ܕܥܒܕ ܠܗ
ܕܡܢ

ܠܐ ܡܬܡܠܠ : ܡܢܐ ܕܢܦܠ ܘܡܬܒܚܫ
ܒܗ ܟܣܝܐ ܘܒܟܘܐ ܡܬܡܢܝܢ ܡܢܗ
ܡܬܡܚܡܢܝܢ . ܠܐ ܡܬܡܢܚܐ ܘܢܦܫ
ܘܡܫܒܚܗ ܘܡܬܡܢܚ ܟܕ :
ܡܢܗ ܡܢܝ ܘܒܡܫܒܚ :

Arab. num. 18.

19. Sermo 19. *De jucunda voluptate, quà diligentes Deum fruuntur, dum gloriam ejusdem contemplantur. Ubi Infantiæ Salvatoris meminit. Scribere quidem vellem &c.*

على اللذة الانيسة التى تمتزج بمحبين الله فى نظرهم لمجده . وفيه ايضا يذكر طفولية السيد : كنت اهوا ان اكتب :

Non exstat in Codd. Nitriensibus.

20. Sermo 20. *De fuga mundi, & de amputanda libertate. Quum fuga mundi grata nobis efficitur &c.*

ܠܐ ܚܢܝܢܢ ܕܢܚܢ ܟܠܗ
ܡܫܬܡܫܢܐ ܘܡܢܝܢܢ . ܡܢ ܕܢܚ
ܚܢܝܢ ܕܢܚ ܟܠܗ ܟܝ ܡܬܢܝܢ .

Arab. num. 20. Exstat Græcè in Cod. ms. Vatic. 391. p. 217. & Cod. 605. pag. 88. licet perperàm sub nomine Isaaci Ninivitæ.

21. Sermo 21. *Monita, & Consilia de sancta Pœnitentia. Os casti profert jucunda &c.*

ܐܡܪܘ ܡܬܡܚܝܢ
ܘܠܐ ܡܬܚܡܐ ܡܢܡܐ . ܡܬܡܢ
ܘܡܢܦ ܡܢܠܐ ܡܬܡܢܝܢ .

Arab. num. 21.

22. Sermo 22. *Quomodo Christus Dominus noster amicis suis seipsum revelet, & qua ratione eos in seipsis lætificet. Mysterium admiror &c.*

ܠܐ ܡܬܡܚܝܢ ܘܡܬܡܢ ܡܢ
ܡܬܡܢܝܢ ܡܬܡܢ ܡܬܡ
ܡܬܡ . ܡܬܡ ܡܬ ܡܬ .

Arab. num. 22. Ad calcem hujus Sermonis subjunguntur in mss. Arabicis sententiæ cujusdam Monachi, quas Joannes noster ad fratrem suum descriptas misit: Exstant autem etiam in Syriaco Textu, ubi his verbis incipiunt: ܡܢ ܕܡ ܡܬ ܡܬ
ܡܬ ܡܬ ܡܬ ܡܬ
ܡܬ ܡܬ ܡܬ .

Quidam Frater hæc verba descripta, & ob oculos posita assiduè volutabat &c.

23. Sermo 23. *Ad Fratrem suum, à quo interrogatus fuit, quomodo Pœnitentia peccatis pollutam, postquam è Sacro Baptismo regenerata est, animam mundare & purificare queat. Si dicas, Frater, quomodo corruptum peccatis, & ad nihilum redactum hominem renovare Pœnitentia queat, in mentem revoca, unde primùm is conditus sit &c.*

الى اخيه الذى طلب منه ان يريه كيف تقدر التوبه ان تطهر وتجلى النفس التى جرحت وتنجست بالخطايا من بعد ميلادها من المعمودية المقدسة . ان كنت تقول يا اخى كيف يمكن التوبة ان تجدد الانسان الذى تلاشا وفسد بالخطيئة : اذكر وانظر كونه الاول من اى شى صار :

Desideratur in Codd. Nitriensibus.

24. Sermo 24. *Visio, quam Deus cuidam revelavit, quum ad Divina mysteria consecranda accederet.*

ܡܬ
ܘܠܡܫܒ ܠܐ ܡܬ ܡܬ ܡ
ܡ ܡܬ ܡܬ ܡ .

Quod refero, narravit mihi Frater fide dignus. Quum ad celebranda, aiebat, divina mysteria accessissem, & Panem & Vinum super Altari proposita cooperuissem, inchoata jam Liturgia vidi, & contemplatus sum illum, qui seipsum pro omnibus obtulit, cum magna & ineffabili gloria, obstupuique præ gaudio, & cor meum immutatum est &c. Hactenus in Codd. Syriacis Nitriensibus. Quæ sequuntur, ex Arabico exemplari desumpta sunt.

25. Sermo 25. *Quomodo Asceticæ vitæ studiosis silentium prosit, & quantum Monastico labori obsit negligentia.*

على انه كيف ينفع الهدو للمشطا وكم يضيع

يضيع الانحلال لتعب الرهبنة . اخذت قليل بالتجربة انا العاجز وارسم انا لاخوتي تحيرات :

26. Sermo 26. *De amore & dilectione Dei; & unde originem ducat in homine amor, & quousque attingat: nec non de mysterio mundi novi, & de unione cum Deo. Laus abundantiæ amoris tui, Deus noster &c.*

على الحب وعلى محبة الله ومن اين تبتدى المحبة فى الانسان والى اين تصل وعلى سر العالم الجديد والاتحاد مع الله : السبح لفيض حبك يا الهنا .

27. Sermo 27. *De meditatione œconomiæ Domini nostri: & quod Dominus ad superioris gloriæ contemplationem eum attollat, qui ipsius œconomiam assiduè meditatur, dignumque præterea eum efficiat contubernio suo: quid quod & divinæ etiam fiat consors naturæ, Deique filius & imago. Rem tibi admirabilem narrare, Frater, aggredior &c.*

على الهديد فى تدبير ربنا وانه يرفع الى نظر مجده الاعلا للذى قد يتهجى به دايما ويجعله مستحقا ان يكون له مسكنا واله وابن اله وشبه الله . امر عجيب اريد ان احدثك يا اخى .

28. Sermo 28. *De Visione Dei. Quidam Frater dixit mihi. Quum Paradisi memoria meam mentem rapuisset.*

على نظر الله . قال لى اخ . حين اخذ عقلى ذكر الفردوس .

29. Sermo 29. *De contemplatione Dei. Quod attinet ad contemplationem Dei, de qua ut tibi scriberem, rogasti frater, nescio quid quæras &c.*

على الهديد بالله . على الهديد بالله الذى سالتنى يا اخى ان اكتب لك لم اعلم نوع طلبتك .

30. Sermo 30. *Capita scientiæ*, seù Apophthegmata in tres Sermones distributa, quorum Primus incipit: *Fundamentum sermonis nostri super Dominum nostrum Jesum Christum ponentes &c.*

وايضا له ثلث مقالات لروس المعرفة . الاولى . اذ اساس كلمتنا لربنا يسوع المسيح نضع :

Alter: *Si Regnum Dei intra nos est &c.*

اذا كان ملكوت الله هى داخلنا :

Tertius: *Lux nullo definita tempore &c.*

النور الغير زماني .

Ejusdem Epistolæ.

Epistolæ 48.

1. *AD quemdam Sanctum Senem.* Initium. *Quem divina lux perfudit &c.*

الرسالة الاولى الى شيخ قديس . الى الذى بالنور الالهى :

Divina mysteria silentio, & meditatione magis, quàm sermone percipi.

2. *Ad Sanctum Senem. Eximiam dilectionem tuam admiror, quæ vitia tegit.*

الى عند شيخ قديس. انا متعجب بحسن محبتك الساترة للردايل :

De futuro sæculo disserit.

3. *Ad Fratrem, qui priùs eum diligebat; posteà instigante Diabolo conviciis eum incessere cœperat. Gaudeo summoperè conviciis tuis.*

الى احد الاخوة الذى كان قديما يحبه وبعد ذلك خضع للشيطان ورجع يشتمه . انا افرح جدا بمذماتك .

4. De pravis animi affectibus componendis: *Cognomentum tuum, Frater, genere tuo illustrius est.*

لقبك يا اخى هو ارفع من نسبك .

5. De mundi contemptu. *Qui audit & obedit, pax sancta manet super eum.*

الذى يسمع ويطيع : السلام المقدس يحل عليه .

6. Non esse temere jurandum. *Præcipe Fratribus, Pater, ne stultorum instar, singulis quibusque verbis in nomine Dei jurent.*

اعطى وصية للاخوة ايها الاب الا يحلفوا باسم الله مثل الحمقا فى جميع الكلام ،

7. Ad Fratrem, de laudibus solitariæ vitæ, & ut à primatus amore sibi caveat. *Cave, Frater, ab iis, qui sibi ipsis, ac Fratribus vim inferunt.*

احذر يا اخى من الذين يغصبون انفسهم ونفوس اخوتهم.

8. Ad Monachum, à quo impensè diligebatur. *Nobis non licet, alter alterius faciem videre, nisi per hujus externæ lucis ministerium.*

ليس لنا ان نرى وجوه بعضنا بعض بغير واسطة هذا النور البراني.

9. Ad Monachos: negligentiam suam deplorat; eorum verò precibus sese commendat. *Significarunt mihi vos bene valere: & ego gratias Deo egi pro vestra incolumitate.*

اعلموني على احوالكم وسبحت ربى على عافيتكم.

10. Parænesis. *Causam agendi gratias, dedit nobis epistola tua mærore plena.* سبب الشكر صارت لنا رسالتك المملوة احزان.

11. De Oratione. *Infra gradum Perfectionis adhuc existit Monachus, qui Deum orans, continuis motibus pulsatur.* اسفل من درجة الكمال هو قايم بعد المتوحد الذى يصلى لله دايما بالحركات.

Sanctos, qui visione Dei fruuntur, non ampliùs deprecationibus apud Deum indigere, sed potiùs divinorum ejus beneficiorum dispensatores esse.

12. De amore solitudinis, & castitate. *Audi, Frater, & veritatem, quam à Deo meo edoctus sum, tibi patefaciam.* اسمعنى يا اخى فاقول لك الحق الذى تعلمت من الامين.

13. De puritate cordis: & pia ad Christum supplicatio. *Qui assiduè tingitur.* الذى هو دايم يصطبغ.

14. Parænesis. *Mitto castitati tuæ salutem.* انا ابلغ عفتك السلام.

15. Ad Fratrem: narrat visionem cujusdam Fratris, qui Christum vidisse se affirmaverat. *Audi, Frater, quæ mihi quidam verax Frater narravit &c.* اسمع يا اخى الشى الذى قال قدامى اخ صادق.

16. Ad Monachos adhortatoria. *Quod postulabatis, ait &c.* قال الذى عليه كانت طلبتكم:

17. Parænesis de Patientia, & quod mittenda sit, quam in crastinum gerimus, cura. *Antequam libertas nostra per patientiam probetur &c.* من قبل ان تمتحن حريتنا بالصبر.

18. De Gula, Ira, & Superbia. *Piscator, qui prædam capere desiderat, escam reti illigat &c.* الصياد الذى يصطاد الصيد يبدد الطعم على فخه.

19. Internos & externos sensus cautè custodiendos esse. *Noli mei causa dolore affici.* لا تتجع من اجلى.

20. Precum Fratris virtute, à gravissimis Diaboli tentationibus se præreptum affirmat. *Postquam te reliqui, cunctas pravitatis suæ procellas Princeps hujus sæculi adversùs me commovit &c.* من بعد مجى من عندك حرك على الاركون كراديسه الاثيمة جميعها.

21. Justos cum gaudio, improbos verò summo cum dolore de hoc mundo excedere. *Firmam immotamque, Frater, mentem tuam in Deum defige, & eximiam ejusdem in nos dilectionem obstupesce.* اقم اخى عقلك بلا حركة واعجب بمحبة الله التى عندنا.

22. Dei ubique locorum præsentis veritatem exemplo latentis in silice ignis declarat. *Percontaris, Frater, quomodo totus in omnibus locis Deus sit.* سالتنى يا اخى كيف يكون الله كله فى كل موضع.

23. Ut

23. Ut in rebus naturalibus, sic & in spiritualibus, omnia modum & tempus habere. *Quod à me scire voluisti &c.* الذى طلبت ان اعرفك .

24. Augustissimæ Trinitatis confessio. *Ego quoque Patrem in Christo suo agnosco &c.* انا ايضا للاب بمسيحه اعرف .

25. Paræmetica. *Quid tibi scribam, omnium carissime.* مـــاذا لى ان اكتب لك يا احب الى من كل .

26. Ad Fratrem. *Legi epistolam tuam, & mærore effectus sum.* قرات كتابك وامتليت حزن .

27. Paræmetica. *Si assiduis imperitiæ meæ sermonibus aures tuas pulso, serve operi insistens suo &c.* انكان فى كل زمان اجتذبك بكلمتى الخرقـــة ايها العبد العمال .

28. Precibus Fratris sese commendat, ut Diaboli gravissimam tentationem evadat. *Rogo te, ut precibus me adjuves.* اطلب منك ان تعـــينني بالصـــــــــلاة .

29. In idem argumentum. *Ex quo discessisti.* من رواحك والى الان .

30. Animam ita corpori alligatam esse, ut ab illo nequaquam discedat, etiam quum in divinum amorem rapta, extra sensum posita videtur. *Qui de divino amore, disserere cupit.* من يشا ان يتكلم على محبة الله .

31. Ad Fratrem. *Hæc mihi, Frater, scripsisti: Quandoque tuus obitus continget, quod, ais, tibi molestum futurum. Tu verò, si hoc accidet, ne contristeris.* كـتـبـــت لى يا اخى تقول لى انـــه ربمـــا يعرض لـــك نقلة وتجد انت شدة . انـــكان هذا يكون لا تـــعـــالى .

32. Ad Christum Puerum allocutio. *Qui seipsum renovavit &c.* الذى جدد لذاته .

33. De mutationibus, quæ in vita spirituali accidunt. *Quod mihi scripsisti, ut tibi significarem &c.* على حال الذى ارسلت لى ان اعرفك .

34. Virtutum monasticarum thesaurum ab oculis hominum abscondendum esse. *Notum tibi facio, fortissime in Domino Vir, ut thesaurum tuum abscondas.* اعرفك ايها الرجل الجبار بالرب انك تخفى كنوزك .

35. Paræmetica ad Fratrem. *Frater: qui Stigmata Jesu in membris suis portant, ii cruci affixi sunt.* يا اخى اوليك الذين حملوا جراحـــات يسوع باعضايهم : مصلوبين هم .

36. De Divina contemplatione. *Quorum mens vivo Unigeniti Verbi Spiritu afflata est &c.* اوليك الذى نفخ فى عقولهم روح الحياة من كلمة الوحـــيـــد .

37. Ad Fratrem. *Si quæris, Frater, cur arcana tibi mysteria haud patefacio.* ان كـنـت تقول يا اخى لماذا لا اتحدث قدامك من هذه الاسرار المخفـــية . Propriam inscitiam fatetur.

38. Ad Fratrem quendam, qui paternum debitum solvere postulabatur. *Debitum à te reddi postulantibus, sic responde.* الى اخ كانوا يطلبوا منه الدين من والده . لكل الذى يطلب منك الديـــــن هكذا قل لـــــــــه .

Monachum terrena omnia, & patrem ipsum abdicasse: non ergo æs patris alienum suscipere eidem licere, aut eo obstringi.

39. In quosdam, qui mutuabantur, & non solvebant. *Accipite gratiam, & preces pro me fundite.* خذوا نعمة وصلوا على .

40. Paræmetica. *Pro tuo in nos amore, Frater, retribuere tibi non possumus.* على جهات محبتك الينا يا اخى ليس نقدر نحن ان نوفيك .

41. Paræmetica. *Ego quotidie, opus*

opus vitæ incipio, Frater. انا يا اخى كل يوم اجعل ابتدا فى عمل الحياه .

42. De amore Divino. *Non est benignus ac bonus, ut Deus noster.* ليس طيب وصالح مثل الاهنا .

43. De Justorum & improborum moribus, & exitu. *Rogasti me, Frater, ut tibi scriberem.* طلبت يا اخى ان اكتب لك .

Hic claris verbis confirmat Saba, quod suprà serm. 12. de Justorum præmiis, & Improborum pœnis ante universalem Resurrectionem docuerat.

44. Solis Stellarumque visionem, cum Dei mysteriorumque Divinorum contemplatione comparat. *Legi arcanum, quod in tua latebat Epistola.* قرات السر الذى كان مخفى فى رسالتك .

45. Ejusdem argumenti. *Stellæ quoque, quas absque Solis luce te intueri, Frater, dixisti.* الكواكب ايضا الذى قلت يا اخى انك تراها بغير نور الشمس.

46. In idem. *Luna, cujus discum aliquando Stellis refertum conspici asseris, est incorporea theoria &c.* القمر الذى قلت انه يرى فى وقت وقرصه مملوا كواكب هم ثاوريا غير متجسده .

47. In idem. *Etiam tempore orationis, dilectissime, videre est animam sapphiro, aut cæruleo colori similem &c.* وايضا يا حبيب نفسى فى وقت الصلاه ترى النفس وهى تشبه صافيلا او كلون السما .

48. De Divina contemplatione, & de variis insidiarum Diaboli modis. *Benedictus Deus Pater Domini nostri Jesu Christi &c.* مبارك هو الله ابو ربنا يسوع المسيح .

Crucis Imaginem colendam docet, his verbis: واوصل مزامير وقراة ومجدات قدام الصليب .

His conjunge Psalmos, Lectiones, & adorationes coram Cruce: quod sæpius repetit.

CAPUT XXXIV.

Isaac Ninivita.

ISAACI ex Ninivitarum Episcopo Monachi Vitam describit Anonymus in Præfatione ad ejusdem Opera, quæ Arabico quidem sermone, literis tamen Syriacis exstant Codice Nitriensi XX. in hæc verba: I. Isaaci Ninivitæ gesta.

خبر عن هذا القديس العظيم مار اسحق . كان مولده فى بلاد الشرق من جنس العربان . وكان له اخ جسدانى . وكان قد ترهب هو واياه فى دير القديس مار متى المجمع الكبير . ولكثرة علمهم ونجاحهم فى الرهبنة اختير اخوه لرياسة الدير وتدبير الرهبان . واما القديس مار اسحق من بعد ان كمل قوانين المجمع انفرد فى قلاية بعيده عن الدير اميال ولزم الصمت والوحدة والانقطاع من كل احد بالكلية . وكان اخيه كل وقت يراسله ان يحضر اليه الى المجمع فما كان يجيبه الى ذلك . ومن بعد ما اشتهر علمه وقداسته اختير لاسقفية العظمى نينوا . وفى اول يوم من جلوسه فى قلاية الاسقفية حضر اليه اثنين يتحاكموا عنده . فادعى احدهم على الاخر ان له عنده مال ويريد ان يوفيه . فر الاخر بذلك وساله ان يمهله قليل ليتسبب ويوفيه . فابا ذلك الغنى الشقى وقال اريد ان يعطينى مالى والا اسلمته الى الحاكم . فاجاب القديس مار اسحق وقال ان الانجيل المقدس يامر ان الذى ياخذ شيك لا تطلبه منه فلا اقل لك ان تصبر عليه . فاجاب ذلك الشقى وقال . دع عنك كلام الانجيل . قال مار اسحق . فان كان ما يسمع من الانجيل فايش جيت انا اعمل . وعند ما نظر القديس ان تدبير الاسقفية يفسد عليه عمل الوحدة : ترك الاسقفية ورفض كل شى وهرب الى برية الاسقيط المقدسة وكمل جميع ايام حياته فيها وبلغ الى اعلا ما يكون فى القداسة . وكان معلم ومرشد لجميع طايفة الرهبان وميناء خلاص لكل

لكل احد . ووضع هذه الاربع كتب فى غاية
البلاغة من تعليم الرهبنة . بركة صلاته تحفظنا
امين . وكان هذا القديس فى اول الالف
السابع من سنين العالم .

Idest: *Historia hujus Sancti magni Mar Isaac. Hic oriundus fuit ex Orientali regione, Syrus genere. Fratrem autem germanum habebat, quo cum Monasticam vitam in Cœnobio Sancti Mar Matthæi, ubi frequens est Monachorum Conventus, professus est. Quumque doctrina, & ascetica observantia excellerent, frater quidem ejus ad præfecturam Cœnobii, & Monachorum regimen assumptus fuit: Ipse verò Sanctus Mar Isaac postquam institutis Cœnobii* (hoc est, communis vitæ) *defunctus fuisset, in Cellulam à Monasterio procul positam secessit, ibique totum se dedit silentio, ac solitudini, ab hominum segregatus consortio. Et quamquam frater assiduis instaret literis, ut ad Cœnobium rediret, ille tamen firmus in proposito perstitit. Quum autem ejus doctrinæ & sanctimoniæ fama percrebuisset, ad Episcopatum magnæ urbis Ninives evectus fuit: ubi quum in Cella Episcopali prima consecrationis suæ die sederet, ecce duo litigantes cubiculum Episcopi intrant, quorum alter creditum reposcebat; alter debitum professus, differri tantisper solutionem flagitabat, dum sua recuperaret. Ast infelix ille dives, si, inquit, iste mihi quod meum est, reddere recuset, actutum ad Judicem ipsum arcessam. Cui Sanctus Mar Isaac: Sacrum Evangelium præcipit, ut ablata non repetas: quanto magis, ut diem ad faciendam solutionem petenti indulgeas. Ad hæc scelestus ille: At nunc, subjecit, mitte ista de Evangelio. Tùm verò S. Isaac: Si Evangelio, inquit, isti non parent, quid ego huc facturus adveni? Videns præterea Sanctus Vir solitariam vitam Episcopali officio perturbari, abdicavit se Episcopatu, & sanctam Scetensem eremum petiit, ubi ad obitum usque commoratus, ad summum sanctimoniæ culmen pervenit. Erat autem Magister, & Doctor omnium Monachorum, portusque salutis universorum: & quatuor hosce Libros de Institutione Monastica elegantissimo sermone conscripsit: cujus precum benedictio nos custodiat Amen. Vivebat hic Sanctus ineunte anno mundi septies millesimo:* nimirùm Christi quingentesimo, juxta vulgarem Syrorum Græcorumque supputationem, qui ante Christi Nativitatem annos ab orbe condito numerare solent plus minus quinquies mille & quingentos.

II. Ejusdem ætas.

Sed Isaaci ætas clariùs demonstratur ex ipsiusmet scriptis, quæ in Bibliotheca nostra exstant. Nam in laudato quidem Cod. Nitriensi XX. pag. 215. Jacobi Sarugensis, quem initio sexti sæculi claruisse suprà ostensum est, testimonium ab ipso usurpatur. In Græco autem ms. Codice CCCXCI. in quo nonaginta ejusdem Isaaci Sermones à Patricio & Abrahamio in Sancti Sabæ Laura Monachis è Syriaco in Græcum translati continentur, postremum locum occupat ipsius Isaaci *Epistola ad S. Simeonem Stylitam juniorem*, cognomento *Thaumastoritam*, qui ἐν θαυμαστῷ ὄρει, *in admirabili monte* propè Antiochiam sub Justiniano ac Justino Juniore, suprà columnam sanctissimè vivebat, & anno Christi 593. die 24. Maii sub Mauricio Imperatore in cœlum evocatus est, ut liquet ex Evagrio hist. Eccl. lib. 6. cap. 23. & ex Nicephoro Magistro in ejusdem Vita cap. ult. Sexto igitur sæculo ad exitum vergente Isaacum nostrum floruisse, necesse est. Hinc Naironi inprimis sententia rejicienda, qui Evopl. Par. I. cap. 2. num. 22. Ninivitam hunc Isaacum cum altero S. Ephræmi Discipulo confundit. Lambecii insuper, & Gulielmi Cave conjectura nequaquam admittenda, qui existimant, nostrum Isaacum post abdicatum Episcopatum ex eremo in Italiam venisse, & propè Spoletum in Asceterio ab ipso condito vixisse; ac proinde unum eundemque ipsum cum Isaaco faciunt, cujus mores,

res, & miracula S. Gregorius Magnus Dial. lib.3. cap. 14. describens, effatum hujusmodi in ore solitum fuisse habere testatur, *Monachus qui in terra possessiones quærit, Monachus non est*. Noster enim Isaac ex Mesopotamia non in Italiam, sed in Ægyptum perrexit, ubi in Scetensi eremo diem clausit, ut ex laudata ejusdem Vita colligitur.

III. Ejusdem scripta, & Codices, in quibus exstant.

De ejus scriptis hæc Sobensis in Catalogo pag.63. ܡܫܡܪܐ ܘܬܫܥܐ ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝܐ ܘܡܘܕܝܢܐ : ܡܠܐ ܕܪܘܚܐ : ܘܕܕܝܢܐ : ܘܕܦܘܠܝܛܝܘܬܐ .

Isaac Ninivita septem composuit Tomos de regimine Spiritus, de Divinis mysteriis, de judiciis, & politia. Ex quibus unum Tomum dumtaxat Syriacè, & quatuor Libros Arabicè, mox recensendos, habemus. Græcè exstant in Biblioth. Vindobonensi Cod. Theol. 173. num. 1. fol. 1. & Cod. 104. num. 7. fol. 128. *Sermones* 87. In Bibliotheca nostra Codd. Vaticano 391. 605. 737. & Cod. 23. Regio-Alexandrino, *Sermones* 98. quos à Patricio & Abrahamio Monachis S. Sabæ è Syriaco in Græcum translatos fuisse, notat ubique amanuensis. In Catalogo mss. Bibliothecæ Bodlejanæ p. 44. *Sermones* 99. teste Gulielmo Cave tom.2.pag.110. qui tamen ibidem (uti etiam in Cod. nostro Regio-Alexandrino dicitur,) pro Patricio *Isacium* legit. Ex his verò Sermonibus, ut verbis Cave utar loc.cit. *quinquaginta tres, sed mutilos, confusos, & continua oratione, sub titulo* Libri de contemptu mundi, *Latinè ediderunt magnæ Bibliothecæ Patrum Curatores Tom. XI. edit. nov.* Idque perperàm sub nomine *Isaaci Presbyteri Antiocheni*, ut benè notat Lambecius comment. lib. 5. pag. 73. quum Presbyter Antiochenus, cujus meminit Gennadius, à Ninivita Isaaco longè diversus fuerit, eumque integro ferè sæculo antecesserit.

Opera Isaac Ninivitæ.

Ex Codicibus Syriacis, Arabicis, & Græcis Vaticanis.

IBERI. *Operum S. Isaac*. Sermo 1. *De discretione naturali*. Initium: *Humana forma diversis quidem motibus, discretionibus, voluntatibus, variisque membrorum, & cogitationum generibus prædita est. Multiformis quoque est corporis, animæ, & sensuum ordo &c.* الكتاب الاول لمار اسحق . الميمر الاول فى افراز الطبيعى : صورة الادمية فيها حركات وافرازات ومشيات وانواع مختلفة من اعضا وافكار وترتيب الجسد والنفس والاحواس :

Exstat Arabicè, unàcum sequentibus Sermonibus, qui quatuor Libris comprehenduntur, in Codice Nitriensi XX. cujus potiorem partem anno Christi 1516. exaratam fuisse colligitur ex hac annotatione: كتب هذا الكتاب الراهب ايوانيس من قرية المنصورية فى سنة الف وثمانمايه وسبعة وعشرين يونانية :

Scripsit hunc Librum Joannes Monachus ex oppido Mansuræo anno Græcorum 1827. Sex verò postremos ejusdem quinterniones quindecim ante annis conscriptos fuisse, hæc Syriaca epigraphe docet: ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܝܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܒܡܕܒܪܐ ܕܫܩܝܛܝܢ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝܐ ܕܦܪܩ ܠܒܢܝ ܝܫܪܐܝܠ ܡܢ ܐܝܓܘܦܛܝܐ .

Exarati sunt confusi isti characteres anno (Græcorum) 1812. *in deserto Scetensi ab omnium peccatorum maximo, ejus cognomine, qui filios Israel ab Ægyptiis liberavit*: nimirùm à Moyse, cujus nomen Arabicè suprà prodiderat.

Sermo 2. Monachi cum Laico com-

comparatio. *Magnum est monachi qui perfectam vitam pollicetur, probrum, & gravi reprehensione atque vituperatione dignum, si æquè se gerat, ac sæcularis coniugatus, qui Deum timeat, & justus sit, atque justitiæ operibus intentus.* هار عظيم للمتوحد الذى يوعد بكمال السيرة وعنف عظيم ومحقرة فى حقه ان يوجد تدبيره مساوى لتدبير من هو خايف الله وبار ومهتم بعمل البر وهو علماني مزوج •

Sermo 3. *De Theoria. Qui Theoriam, & agnitionem spiritus assequutus est &c.* فى الثاوريا. الذى قد بلغ الى تدبير الثاوريا ومعرفة الروح •

Sermo 4. *De contemplatione interioris hominis. Quo magis ad agnitionem veritatis quis accedit, eò minus sensuum operationibus occupatur &c.* فى ثاورية الانسان الجواني. كلما يدني الانسان لمعرفة الحق ينقص من فعل الاحواس •

Sermo 5. *Quis sit amor Dei, & quomodo, & quando comparetur. Amor Dei non est quidpiam incertum & ignotum &c.* ما هو حب الله وكيف يقتنى واى متى • حب الله ليس هو شيا يختلج غير معروف •

Sermo 6. *De vita solitaria. In primis sciendum nobis est, diversas esse Christianorum exercitationes &c.* فى سيرة السكوت قبل كل شى ينبغى ان نعلم ان تدابير المسيحية تنقسم الى افرازات كثيرة •

Sermo 7. *De Oratione. Nulla efficaciori cura à sæculi amore mens continetur, aut à peccato immunis servatur, quàm si Deum cogitet, atque meditetur.* فى الصلاة. ليس تدبير يقبض العقل من العالم وينجيه من الخطايا كمثل الهديد بالله •

Sermo 8. *De omnibus virtutum generibus: ubi declaratur totum spitualis vitæ regimen, quo constat medius gradus monasticæ professionis. Admonitio ne regulæ solitariæ vitæ negligantur. Initium omnium est Timor Dei, idemque fundamentum est omnis probitatis, & porta consolationis spiritus &c.* فى سايرانواع الفضيلة وايضاح كل تدبير السيرة النفسانية التى هى الدرجة الوسطا فى الرهبنة. وتحذير من الاهمال فى قوانين الوحدة • مبدا جميع مخافة الله واساس كل صلاح وباب عزا الروح •

Sermo 9. *Quod secum depugnandum est, sibique ipsi vis inferenda. Beatus, qui toto vitæ suæ tempore vim sibi infert &c.* فى الاغتصاب والقسر • طوبا لمن غصب نفسه كل ايام حياته •

Sermo 10. *De Oratione. Esto assiduus in oratione: cui & bonos mores adjunge &c.* من اجل الصلاة. كن مداوم للصلاة والصق بها انواع حسنة •

Sermo 11. *De horis Ministerii:* nimirùm, pensi orationis, quod Monachi statis horis persolvere tenentur. *Oportet, ut singulas Preces statis horis, quoad fieri potest, impleamus &c.* فى اوقات الخدمة. ينبغى لنا فى كل صلاة نثبت حسب الامكان على قدر الوقت •

Sermo 12. *De Psalmodia. Fac, ut ardeas insatiabili desiderio psallendi, atque laudandi Deum &c.* من اجل المزامير. فيكون لك محبة بلا شبع للمزامير وتماجيد الله •

Sermo 13. *De Metanæis*, hoc est, de adorationibus cum genuflexione & prostratione. *Aliquando stare decet ante Deum, aliquando inclinare se, & quandoque adorare &c.* لاجل المطانيات. فى وقت بالقيام قدامه وفى وقت بالانحنا وفى وقت بالسجود •

Sermo 14. *De silentio & solitudine. Noli putare, frater, hominem posse absque operibus immunem se ab affectionibus reddere &c.* فى السكون والانفراد. لا تصدق يا اخى ان من دون الاعمال ينعتق الانسان من الالام •

Exstat Græcè Cod. Vat. 391. p. 307. & Cod. 605. pag. 203.

Sermo 15. *Varia ad asceticam vitam spectantia declarantur. Si bonam cum silentio demissionem animi conjungis*

jungis &c. دلايل توضح امور امور . اذا كنت في سكون مع عمل الاتضاع الجيد .

Exstat Græcè Cod. Vat. 391. p. 299. & Cod. 605. p. 193.

Sermo 16. *De vita solitaria, & de Cellæ habitatione. Anachoreta, qui regulas solitariæ vitæ observat, is poterit se in solitudine tueri &c.*

في طريق الوحدة ومداومة القلاية . المتوحد طريق الوحدة بتكميل قوانين الوحدة يمكنه ان يحفظ بحلاوة .

Sermo 17. *Regulæ, quæ à solitariis observandæ sunt. Hæ sunt regulæ solitudinis, quibus solitaria vita sollicitè ac diligenter custoditur. Ut statis horis officium impleatur &c.*

في ايضاح القوانين التي توجب على المكان في الهدو . قوانين الوحدة التي تحفظ طريق السكون باحتراس وصيانة م تكميل خدمة الاوقات .

Sermo 18. *De exercitationibus Anachoretæ. Perpetuum silentium est ornamentum & decus Anachoretæ &c.*

في الاعمال التي يتدبر فيها اذا كان في السكون . الصمت الدايم هو زينة وبها المتوحد .

Sermo 19. *De bello, quod Dæmones per cogitationes inferunt. Bellum autem cum pravis cogitationibus &c.*

القتال الذي تصنعه الشياطين بالافكار . اما الجهاد مع الافكار الردية

Sermo 20. *De pravis cogitationibus, quæ nos oppugnant in cordibus nostris. Quæ in Deum mens intenta est, eam pravi affectus pervadere nequeunt &c.*

في معنى الافكار الردية التي تقاتل معنا بقلوبنا . ليس يمكن الالام ان تدخل الضمير الذي فيه الهم بالله .

Sermo 21. *De motibus cogitationum fornicationis. Quæ te ad solitariam vitam trahunt cogitationes, iis te ad castitatem vocari intelligas &c.*

في حركات افكار الزنا . كل افكار تجذبك الى السكون اعلم انهم يدعوك الى العفة .

Sermo 22. *De regimine vitæ solitariæ. Antiquis temporibus cuilibet Sancti Patres nostri permittebant, vitam Anachoreticam ducere &c.*

في تدبير سيرة السكون . في الازمان القديمة ابانا القديمين كانوا يادنوا لكل احد السكون في الهدو .

Laudat pag. 74. Joannem Thebæum, Macarium, Evagrium, Isaiam, Marcum, & Antonium Magnum, quorum testimoniis utitur.

Sermo 23. *De ordine veræ Monastices, & quomodo observandus sit. Timor Dei, amorem ejusdem antecedit &c.*

في ترتيب الرهبنة الحقانية وكيفية العمل بها . مخافة الله تتقدم محبة الله .

Sermo 24. *Paræneſis. Nequit homo Dei simul & hominum consortio frui &c.* ليس يستطيع الانسان ان يكون بمفاوضة الله والناس .

Sermo 25. *Quisnam sit Monachus, & quæ ipsius exercitationes. Monachus est, qui sæculum abdicavit &c.*

ما هو المتوحد وما عمل سيرته . المتوحد هو الذي قد ترك العالم .

Sermo 26. *De vita solitaria. Studeamus eremum in eremo tenere &c.*

في معاني سيرة السكون . نحرص لكي بالسكون نقتني سكون .

Sermo 27. *Quænam sit pura Oratio absque mentis evagatione. Sapientem, qui necessarium quid persequi statuit, decet &c.* ما هي الصلاة الطاهرة التي بلا طياشة . ينبغي للانسان الحكيم اذا ما عزم في قلبه ان يسعى في طلب شي ما ضروري .

Sermo 28. *De tribus Anachoretarum gradibus. Universæ Anachoreticæ hujus vitæ exercitationes tribus gradibus comprehenduntur: Incipientium, Proficientium, & Perfectorum &c.*

في ثلاث منازل ومقادير تدبير السكون . جميع عمل هذه السيرة المتوحدة التي هي السكون م ثلثة منازل منزلة البداية ومنزلة الاوسط ومنزلة الكمال .

Hic definit Liber Primus hujus Collectio-

lectionis Arabicæ, in qua non omnes Isaaci sermones continentur, uti in fine ejusdem adnotatur in hæc verba:

كمل ما وجدناه من الجزو الاول لمار اسحق وباقيته لم يوجد الا في بلاد السريان .

Absoluta sunt, quæ ex primo Libro Mar Isaaci reperimus: reliqua verò in Syrorum dumtaxat regionibus exstant.

LIBER II. *De Monastica Institutione.* Sermo 1. *Timor Dei initium est virtutis &c.* ܗܝܠܐ ܕܐܠܗܐ ܪܫܝܬܐ ܕܫܘܪܝܐ ܗܘܐ ܕܫܘܪܝܐ ܕܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܫܘܪܝܐ ܗܝ ܕܐܠܗܐ ܗܝ ܕܫܘܪܝܐ ܕܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܫܘܪܝܐ ܗܝ ܕܐܠܗܐ. Exstant Syriacè, unàcum sequentibus Sermonibus, in Codd. Nitriensibus XXI. & XXII. & Arabicè in laudato Cod. Nitriensi XX. cujus ordinem in recensendis Isaaci Sermonibus sequimur. Demùm Græcè in Cod. Vaticano 391. p. 167. Cod. 605. p. 14. & Cod. 737. p. 291.

Sermo 2. *Gratiarum actio est novorum majorumque beneficiorum incitamentum &c.* ܡܕܝܢܬܐ ܕܬܘܕܝܬܐ ܕܫܘܪܝܐ ܕܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܫܘܪܝܐ ܗܝ ܕܐܠܗܐ. Arabicè num. 2. & Græcè Cod. Vaticano 391. p. 171. Cod. 605. pag. 18. & Cod. 737. p. 296.

Sermo 3. *Omnis anima, quæ modicam rerum curam gerit &c.* ܟܠ ܢܦܫܐ ܕܡܫܬܡܫܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܫܘܪܝܐ ܗܝ ܕܐܠܗܐ. Arab. 3.

Sermo 4. *Quid sit naturale animæ, quid præter, & quid supra ejus naturam. Naturale animæ est, creaturas omnes sensibiles atque intelligibiles cognoscere &c.* ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܦܫܐ ܗܝ ܕ

litariæ vitæ: *de vigilia noctis, & de variis asceticorum operum generibus: & quod in actionibus nostris non ad numerum respiciendum est, sed ad fervorem, & discretionem propriam filiorum Dei, qui ardenti in Patrem amore feruntur: & quod reliquis laboribus vigiliæ præstantiores sint: & quomodo oporteat, ut se gerant, qui hoc opus persequuntur, & quæ dona à Deo obtineant, & quæ bella à Principe hujus sæculi patiantur. Proœmium viæ vitæ assidua est Divinorum sermonum meditatio &c.* على العمل فى الوحدة وعلى مهر الليل وعلى افرازات كثيرة من انواع الاعمال وانه ليس ينبغى لنا ان يكون عملنا بكمية العدد بل بحرية وافرازكبنين الله الذين يعملون مع ابيهم باشتياق المحبة وكم هو عظيم عمل السهر اكثر من كل الاعمال. وكيف ينبغى للذين يعملون فى هذا وكيف يميزون فيه. واى مواهب تعطى لهم من الله واى مجاهدات يكون قبالهم من اركون العالم. ان فاتحة طريق الحياة تلاوة العقل دايما باقاويل الله ;

Subnectit brevem ad Deum precationem, cujus initium: يا ربى والاهى مدبر خليقته العارف بضعف طبيعتنا ;

Domine Deus meus, qui creaturam tuam regis, & naturæ nostræ imbecillitatem nosti.

Sermo 14. *Quæ audivit à Senibus. Gesta sanctorum Virorum, eorumque sacra effata, & admirandæ exercitationes. Aliquandò perrexi ad cellam cujusdam sancti Fratris &c.*

Arab. 14. & Græcè Cod. 391. p.224. 226. 227. & Cod. 605. p. 110. 113. 114. & 136. Narrat gesta & Apophthegmata quorumdam Monachorum, suppresso licet eorum nomine.

Sermo 15. *Parabolica demonstratio de*

de contemplatione Sabbati & Dominicæ. Dies Dominica est mysterium agnitionis veritatis &c. ܕܝܢܐ ܕܝܠܝܗ ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܐܝܟ ܕ

tra simplicitatem Fidei assurgat. Anima itaque, quæ suas operationes in via Fidei exercet &c. ܢܥܒܕܘܗܝ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܡܬܪܡܝܐ ܘܡܬܩܢܐ ܘܡܬܩܢܐ .

Arab. 24. & Græcè Cod. 391. p.289. & Cod. 605. p.177.

Sermo 25. *De aliis scientiæ gradibus. Scientia, quæ per visibilia vagatur.* ܡܕܥܬܐ ܕܡܬܬܠܝ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܚܙܝܢ ܐܝܟ ܕܡܬܬܠܝ .

Arab. 25. & Græcè Cod. Vatic. 391. p.296. & Cod. 605. p.188.

Sermo 26. *De speciebus Orationis. Quod de Orationis suæ efficacia certus quis reddatur &c.* ܕܢܗܘܐ ܒܥܘܬܗ ܕܨܠܘܬܐ ܕܢܗܘܐ ܡܬܝܩܢ .

Arab. 26. & Græcè Cod. Vatic. 391. p.298. & Cod. 605. p.189.

Sermo 27. *Quomodo conservetur interna animæ vigilantia, & quibus de causis subrepat cogitationi tepor & frigiditas. Nequit subdolus insidiator &c.* ܠܐ ܡܨܠܐ ܡܫܬܡܪ .

Arab. 27. & Græcè Cod. Vatic. 391. p.302. & Cod. 605. p.195.

Sermo 28. *De iis, qui vitam scientiæ vivunt, & ad Deum accedunt. Si præclaras virtutum exercitationes assequutus es.* على العايشين بقرب الله . ايامهم بحياة المعرفة. ان تميزت بعمل الفضيلة حسنا .

Sermo 29. *De variis affectibus, qui menti accidunt, & per orationem discernuntur. Boni quidem electio &c.* ܒܛܒܐ ܕܡܕܥܐ .

Arab. 29. & Græcè Cod. 391. p. 303. & Cod. 605. p.198.

Sermo 30. *De discrimine virtutum, & de totius asceticæ vitæ fine, per modum interrogationis & responsionis. Totius ascetici cursus finis in his tribus stat: in Pœnitentia, in Puritate, & in Perfectione &c.* ܒܬܘܒܐ ܘܒܫܠܡܘܬܐ ܕܒܬܪ ܬܪܝܢ ܡܠܝܢ ܗܘ ܕܫܠܡܘܬ ܕܟܠ ܐܪܚܐ ܕܡܬܚܝܐ ܕܐܬܟܝܠ ܒܬܪ ܬܪܝܢ ܡܠܝܢ ܗܢܘܢ ܕܬܘܒܐ ܘܒܫܠܡܘܬܐ ܘܒܫܠܡܘܬܐ .

Arab. 30. & Græcè Cod. Vatic. 391. p.331. & Cod. 605. p.237.

Sermo 31. Paræneſis. *O vilis homo, vis vitam invenire? &c.* ܐܘ ܒܪܢܫܐ ܕܨܒܐ ܠܡܫܟܚ ܚܝܐ ܕܐܝܟ ܕܢܫܟܚ .

Arab. 31. & Græcè Cod. Vatic. 391. p.335. & Cod. 605. p.342.

Sermo 32. *Quàm prosit, abdicato sæculo in solitudinem sese recipere. Arduum sanè, & difficile est &c.* ܫܦܝܪ ܗܘ ܕܢܫܒܩ ܥܠܡܐ ܕܢܥܐܠ ܠܡܕܒܪܐ .

Arab. 32. & Græcè Cod. Vatic. 391. p. 340. & Cod. 605. p. 280. Laudat Jacobum Sarugensem p.215.

Sermo 33. *Quomodo externi motus internos componant. Quo magis à rebus se quis abstrahit &c.* ܕܐܝܟ ܕܢܫܬܘܐ ܡܢ ܡܠܬܐ .

Arab. 33. & Græcè Cod. Vatic. 391. p.340. & Cod.605. p.348.

Sermo 34. *Epistola ad quendam de silentio. Quoniam decens esse ratus sum, Frater &c.* ܐܚܝ ܕܫܦܝܪ ܠܡܗܘܬ .

Arab. 34. & Græcè Cod. Vatic. 391. p.318. & Cod. 605. p.219.

Sermo 35. *Declaratur discrimen intelligibilium. Intellectus est sensus spiritualis &c.* ܡܕܥܐ ܕܪܘܚܢܝܐ ܗܘ ܡܕܥ .

Arab. 35. & Græcè Cod. Vatic. 391. p.321. & Cod. 605. p.222.

Sermo 36. *Quomodo oporteat prudentem in silentio degere. Ausculta caris-*

carissime. Si vis, ut labores tui vani non sint &c. ܘܐܢ ܨܒܐ ܐܢܬ ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ ܥܡܠܝܟ ܡܓܢܐ . ܒܥܐ ܠܡܚܙܐ ܠܝ ܟܝܢܐ ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ ܟܝܢܝܐ ܕܡܓܢܐ . Arab. 36. & Græcè Codice 391. p. 323. & Cod. 605. p. 225.

Sermo 37. *Quod vitæ nostræ statum ex diversitate cogitationum cognoscere possumus, nec considere debemus multitudini operationum nostrarum, velut insipientes, sed conditionem animæ nostræ, instar sapientum, intelligamus oportet ex innovatione, quam in nobis ipsis de die in diem experimur: & de ordine scientiæ. Carissime, te-ipsum semper considera &c.* ܡܬܝܠܝ ܠܟ ܕܢܬܒܘܢܢ ܒܢܦܫܢ ܡܢ ܫܢܝܘܬܐ ܕܡܚܫܒܬܐ ܕܢܗܘܢ ܠܢ ܟܝܢܐ ܕܢܬܒܘ

Exſtat Arabicè lib. 3. ſerm. 1. Græcè Codice 391. pag. 183. Codice 572. pag. 23. Cod. 605. p. 33. Cod. 737. pag. 311. Latinè autem prodiit, unà cum ſequentibus Sermonibus quos mox indicabimus, in Bibliotheca Patrum ſub titulo, *De mundi contemptu*: quorum novem priores Sermones ſub hoc uno Syriaco comprehenduntur.

Sermo 2. *Multiplicem Deus honorem homini contulit per duplicem eidem collatam doctrinam &c.* ܐܝܟܡܐ ܕܐܠܗܐ ܡܬܠܗ ܠܒܢܝܢܫܐ ܒܬܪܬܝܗ ܕܝܠܗ ܕܝܗܒܬܐ ܕܬܪܬܝܗ ܕܝܠܗ ܕܝܗܒܬܐ ܕܬܪܬܝܗ ܕܝܠܗ .

Exſtat Arab. Serm. 2. & Græcè Codice 391. pag. 120. Cod. 605. p. 42. & Cod. 737. pag. 320. Latinè autem prodiit in laudato Libro *de contemptu mundi* Serm. 12. & 13.

Sermo 3. *Quod quis in peccatum aliquando offendit, id naturæ fragilitatem indicat &c.* ܡܕܡ ܕܡܢ ܚܛܝܐ ܡܬܬܟܫܠ ܗܘ ܡܘܕܥ ܠܟܝܢܘܬܗ ܕܒܪܢܫܐ ܕܠܐ ܡܫܬܠܛ ܒܗ ܛܒܥ

ܕܢܫܪܘܢ ܠܗ ܡܢ ܡܫܬܐ ܕܡܝܐ ܕܚܝܐ.

Arab. 9. & Græcè Cod. 391. pag. 205. & Cod. 605. pag. 101.

Serm. 10. *De Pœnitentia. Quod incitamenta, & subsidia, quæ Patres, Prophetæ, & Apostoli nobis in Libris suis de Pœnitentia tradiderunt, non debemus sic usurpare, ut judicii divini minas contemnamus.*

ܕܠܐ ܢܬܚܙܐ ܠܢ ܕܢܫܬܡܫ ܒܗ ܠܡܬܢܝܬܐ ܕܐܒܗܬܐ ܕܢܒܝܐ ܘܫܠܝܚܐ ܕܟܬܒܘ ܠܢ ܒܟܬܒܝܗܘܢ ܕܡܬܢܝܬܐ

ܐܠܐ ܕܢܗܘܐ ܒܒܝܬܐ ܕܝܠܟ : ܘܡܬܚܙܐ
ܠܗ ܒܟܠ ܫܥܬܐ ܐܠܐ ܕܢܦܩ ܘܡܬܢ
ܘܡܬܠܐ ܡܬܚܙܐ ܘܠܐ ܚܘܡ . ܡܢ
ܠܐ ܢܗܘܐ ܒܒܝܬܐ ܕܝܠܟ ܕܢܦܩ ܒܟܠ .

Arab. 15. Lat. ſerm. 27. Græcè Codice 391. p.212. Cod. 605. p.86.

Sermo 16. *Quàm proſit in ſolitudine, vacuum eſſe à negotiis: & quàm obſit menti tyronis ingreſſus, & egreſſus. Qui curarum plenus eſt, mitis & quietus eſſe nequit &c.* ܐܠܐ ܕܢܗܘܐ
ܡܬܚܙܐ ܕܝܠܗ ܡܬܚܙܐ ܘܡܢ
ܕܢܦܩ ܡܬܢܝܢ ܡܬܚܙܐ ܡܬܚܙܐ
ܕܢܗܘܐ ܡܬܢ . ܕܢܢܗ ܡܬܚܙ .
ܕܢܗܘ ܢܫܐ ܡܬܚܙܐ ܠܐ ܡܬܚܙ .

Arab. 16. Græcè Cod. 391. pag.221. Cod. 605. p. 90. Lat. ſerm. 30. Sermo autem vigeſimus octavus, cujus initium: *Quum dilexerimus à mundo fugere, & peregrini fieri à mundanis &c.* eſt Joannis Sabæ Serm. 20. Vide ſuprà pag. 440.

Sermo 17. *De via, qua facilis ad Deum patet aditus, quamque ex vigiliarum nocturnarum labore quis deprehendit. Noli putare, ò homo, inter omnes Monachorum exercitationes vigiliis nocturnis quidquam præſtantius eſſe &c.* في الطريق التى تدني من الله تعالى الظاهرة للانسان من اعمال السهر الليلى . لا تظن ايها الانسان انه فى كل اعمال الرهبان شيا يفضل على سهر الليل .

Lat. ſerm.31. Græcè Cod.391.p.222. Cod. 605. pag. 92.

Sermo 18. *De viribus peccati, & quid eas foveat, quid' ve retundat. Niſi quis ex corde, ac ſincerè cauſam peccati odio habeat &c.* ܐܠܐ ܕܢܥܒܕ
ܒܠܒܗ ܘܒܫܪܪܐ ܕܚܛܝܬܐ
ܕܢܣܢܐ ܡܢܗ ܡܢܐ ܕܢܬܪ ܠܗ .
ܕܢܬܪ ܕܢܬܪ ܕܢܬܪ ܕܢܬܪ
ܕܢܬܪ ܕܢܬܪ ܕܢܬܪ ܕܢܬܪ .

Arab. 18. & Græcè Cod. 391. p.230. & Cod. 605. p. 94. Latinè verò non exſtat, ſed ejus loco habetur ſermo 32. qui neque in Syriacis noſtris, neque in Arabicis exemplaribus legitur. Initium: *Si ſingulariter manes in cella tua, meditare ſemper ſuper Pſalmos &c.*

Sermo 19. *De cuſtodia cordis. Ne te lateat &c.* ܐܠܐ ܕܢܗܘ ܟܬܝܒ
ܠܐ ܢܗܘ ܡܬܚܙ ܠܟ ܕܢܬܪ .

Arab. 19. Latinè verò deſideratur.

Sermo 20. *De effectibus Divini Amoris. Quoniam ex ſuis motibus, ſpiritum percipi ſuprà oſtendimus &c.* فى افعال محبة الله . لاجل انه تكلمنا فى الاحساس بالروح من حركاته .

Latinè ſerm.33.

Sermo 21. *De naturalibus virtutum proprietatibus. Religio mater eſt ſanctitatis &c.* ܐܠܐ ܕܢܗܘ ܡܢܗ
ܕܢܗ . ܕܢܗ ܡܢܗ ܕܢܗ ܕܢܗ
ܕܢܗ . Arab. 21. Lat. ſerm. 34. 35. Græcè Cod. 391. p. 243. Codice 605. p.100.

Sermo 22. *De Jejunio, & diſcretione. Quum frequentibus ad dexteram & ſiniſtram tentationibus pulſatus eſſem &c.* ܐܠܐ ܕܢܗ
ܕܢܗ ܕܢܗ ܕܢܗ ܕܢܗ .

Arab. 22. & Græcè Cod. 391. p. 262. & Cod.605. p.137. Latinè verò deſideratur.

Sermo 23. *De ſilentio & quiete. Perpetuum ſilentium, & cuſtodia quietis, ex his tribus cauſis oriuntur &c.* فى السكوت والهدو . ان الصمت دايما وحفظ السكون يحدثان من هذه الاسباب الثلثة .

Lat. ſerm. 36.

Sermo 24. *De motu corporis. Motus inferiorum membrorum corporis &c.* فى حركة الجسد . ان حركة اعضا الجسم المتسافلة .

Græcè Cod. 391. p. 266. Cod. 605. p.143. & Lat. ſerm.37.

Ser-

Sermo 25. *De variis tentationum modis. Virtutes invicem sibi succedunt &c.* في انواع التجارب المختلفة . ان الفضايل بعضها يخلف بعض ؛

Græcè Cod. 391. p. 268. Cod. 605. p. 144. Lat. serm. 38. 39. 40.

Sermo 26. In idem argumentum. *Tentationes autem, quæ ex permissione Dei accidunt &c.* فاما التجارب الوافدة من تخلية الله تعالى :

Lat. serm. 41. 42. 43.

Sermo 27. *De variis exercitationum gradibus. Exercitatio corporalis in solitudine, mundat corpus à sordibus, quæ in ipso sunt &c.*

ܗܘܢܐ ܕܒܝܬܐ ܘܒܛܘܪܐ . ܘܡܛܗܪܝܢ ܠܦܓܪܐ ܕܒܪܝܬܐ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܡܢܘܗܝ .

Arab. 27. Græcè Cod. 391. pag. 271. Cod. 605. p. 148. Lat. serm. 44. 45. 46.

Sermo 28. *De puritate corporis & animæ. Puritas corporis, est munditia à sordibus carnis &c.* في طهارة الجسد والنفس اما طهارة الجسد فالنقا من دنس اللحم .

Lat. serm. 47.

Sermo 29. *De Fide, & Pœnitentia. Fides est ostium arcanorum &c.*

ܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܥܐ ܕܪܙܐ . ܘܬܘܒܬܐ .

Arab. 29. Lat. 48. & Græcè Cod. 391. p. 276. & Cod. 605. p. 154.

Sermo 30. *Quotuplex sit gradus Scientiæ, & Fidei. Est scientia, quæ fidem præcedit, & est scientia, quæ ex fide gignitur &c.* ܘܡܕܥܬܐ ܕܡܩܕܡ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܘܡܕܥܬܐ ܕܡܬܝܠܕ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ . ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܘܠܡܕܥܬܐ ܕܡܬܝܠܕ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ : ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܘܠܡܕܥܬܐ ܕܡܬܝܠܕ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ .

Arab. 30. Lat. serm. 49. 50. & Græcè Codice 391. pag. 276. & Codice 605. p. 156.

Sermo 31. *Consilia admodum proficua. Nullus est bonus motus, nisi ex superno munere in cor defluat &c.*

ܡܠܬܐ ܛܒܬܐ ܣܓܝܐܬܐ . ܠܝܬ ܐܪܝܚܐ ܛܒܐ ܐܠܐ ܡܢ ܡܘܗܒܬܐ ܕܥܠܝܐ ܕܢܚܬ ܠܒܐ .

Arab. 3. Græcè Cod. 391. pag. 277. & Cod. 605. p. 158. & Lat. serm. 51. & 52. Hactenus in Bibliotheca Patrum in libro, qui *de mundi contemptu* inscribitur. Sermo autem quinquagesimus tertius, qui postremo loco in eadem Bibliotheca legitur, incipitque, *Hic est ergo sobrius & Deo amabilis, non respicere oculis hinc inde &c.* quique in Cod. Græco Vaticano 391. pag. 219. & Codice 605. pag. 108. Isaaco Ninivitæ tribuitur, non est Isaaci nostri, sed Joannis Sabæ, ut suprà notavi pag. 437.

Sermo 32. *De motibus Angelicis, qui ad animæ profectum ex Divina providentia spiritualiter in nobis exoriuntur. Primus motus, qui ex Divina miseratione homini accidit, animamque ad vitam trahit &c.* ܡܠܐܟܝܬܐ ܕܡܬܝܠܕܝܢ ܒܢܦܫܢ ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܕܐܠܗܐ ܠܒܪܢܫܐ ܕܡܬܝܠܕ ܘܡܫܠܝܐ ܢܦܫܐ ܠܚܝܐ : ܡܠܐܟܝܬܐ ܕܡܬܝܠܕܝܢ ܒܢܦܫܢ ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܕܐܠܗܐ ܠܒܪܢܫܐ ܕܡܬܝܠܕ ܘܡܫܠܝܐ ܢܦܫܐ ܠܚܝܐ :

Arab. 32. & Græcè Cod. 391. p. 282. & Cod. 605. pag. 165. ubi in duos sermones dividitur.

Sermo 33. *De lucis, ac tenebrarum mutationibus, quæ animæ semper accidunt. Contemplemur nosmetipsos, carissimi, tempore officii, & precum &c.*

ܡܠܐ ܕܢܗܝܪܐ ܘܕܚܫܘܟܐ ܕܡܬܚܠܦܝܢ ܒܢܦܫܢ ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܘܨܠܘܬܐ : ܢܬܚܙܐ ܠܢܦܫܢ ܚܒܝܒܝ ܒܙܒܢ ܦܘܠܚܢܐ ܘܨܠܘܬܐ :

Arab. 33. Græcè Cod. 391. pag. 283. & Cod. 605. pag. 167.

Sermo 34. *De Zelotypia. Vir zeloty-*

lotypus quietam mentem habere nequit.

ܚܢܢܐ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܡܢܗ ܚܝܠܐ ܕܢܝܚܘܬܐ .

Arab. 34. Græcè Cod. 391. pag. 284. & Cod. 605. pag. 168.

Sermo 35. *De pravis cogitationibus, quæ ob præcedentem negligentiam, etiam nolenti subrepunt. Pravæ cogitationes, quæ nolentem invadunt &c.*

فى الافكار الردية الحادثة كرها من قبل التواني الكاين قبلها . الافكار الردية الحادثة من غير الارادة .

Græcè Cod. 391. p. 288. & Cod. 605. pag. 174.

Sermo 36. *De iis, qui se stultos & insipientes fingunt. Operatio, quæ ex corde procedit, exteriorum est vinculum membrorum &c.* فى الذين يتراءون بزى الحماقة ويتظاهرون بها . ان عمل القلب رباط الاعضا البرانية .

Sermo 37. *De Bonitate Dei. Noli Deum justum appellare, si justitia ejus in tuis operibus haud relucet &c.*

فى صلاح الله تعالى . لا تدعى الله تعالى عادل لان عدله غير معروف فى اعمالك .

Sermo 38. *De Patientia. Quo magis hunc mundum quis spernit &c.*

ܟܠܐ ܡܢ ܕܢܢܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܚܢܢܗ ܚܝܘܬܐ ܕܥܠܡܐ .

Arab. 38. Græcè Cod. 391. pag. 304. & Cod. 605. pag. 198.

Sermo 39. *De solitaria Vita. Dilige silentium, Frater &c.* على ميرة المكوت. حب الصمت يا اخى .

Sermo 40. *Ad Fratrem silentii amatorem. Quoniam novi te silentii amatorem esse &c.* ܡܕܡܐ ܕܝܕܥ ܐܢܬ ܕܚܒܐ ܕܫܬܩܐ ܗܘܝܬ ܚܒܐ ܕܫܬܩܐ .

Arab. 40. Græcè Cod. 391. pag. 272. & Cod. 605. pag. 150.

Sermo 41. *Responsio ad interrogationem cujusdam Fratris percontantis, cur Monachi vitam Anachoreticam eligant, quum Dominus misericordiam*, hoc est, vitam activam aliisque proficuam *prætulerit? Rectè ex Evangelio similitudinem attulisti &c.* ܗܘܝܬ ܡܬܠܐ ܕܐܝܟܢܐ ܕܡܬܩܢܢ ܡܢ ܡܫܝܚܐ : ܡܫܝܚܐ ܕܚܝܠ ܕܡܬܩܢ ܡܢ ܡܫܝܚܐ . ܡܢ ܐܝܟܢܐ ܕܡܬܩܢ ܡܢ ܐܝܟܢܐ .

Arab. 41. & Græcè Cod. 391. p. 347. & Cod. 605. pag. 281.

Sermo 42. *Qua ratione suas quis actiones componere queat. Pœnitentia est janua vitæ &c.* فى انواع التدابير التى بها يقتنى الانسان ترتيب حس لذاته . التوبة هى باب الحياة .

Sermo 43. *Unde oriatur in anima sensus spiritualis, & quousque progrediatur. Est & alius spiritualis sensus, qui ex meditatione gignitur &c.* من اين يولد فى النفس الحس الروحاني والى اين ترتفع منزلته. ثم حس روحاني يولد من الهديد .

Sermo 44. *Responsio ad quendam. Quæsitum tuum, frater carissime, non unicuique convenit, sed iis dumtaxat, qui arcana Spiritus percipiunt &c.* مسالتك ايها الاخ الحبيب ليس تليق لكل احد بل للذين لهم سر الروح .

LIBER IV. Operum Isaaci. Sermo 1. *Capita scientiæ*, seù Apophtheg. mata. Primum, *Vitæ Anachoreticæ principium est, in eremum secedere, nullisque hominum, aut rerum sæcularium curis teneri &c.* فى رؤس المعرفة . اول مبادى سيرة تدبير المتوحدين هى التجرد بالسكون وعدم ارتباط بانسان او بامر ما .

Sermo 2. *De diversis cogitationum speciebus. Cogitatio, quæ in proximi defectus, ac fragilitatem semper fertur &c.* فى تغيير انواع الافكار. الفكر الذى على الدوام يفحص ضعف وعجز قريبه .

Græcè Cod. 605. pag. 184.

Ser-

Sermo 3. *De agnitione veritatis. Qui continuam sibi vim infert &c.*

فى ميرة معرفة الحق . الانسان الذى يغصب ذاته دايما :

Græcè Cod.605. pag.185.

Sermo 4. *De tenebris, quæ aliquando Anachoretis in solitudine accidunt. Quum tenebræ accidunt, metanææ frequentandæ tibi sunt &c.*

على الظلام المحزن الحادث فى المكون على الذين بتدبير المعرفة يتدبرون . فى وقت الظلام اكثر من كل شى ضرب المطانيات .

Sermo 5. *Apophthegmata. Deus verè est pater rationalium &c.* الله هو بالحقيقة اب الناطقين .

Hactenus in Cod. Arab. Nitr. XX. Quæ sequuntur, ex Codicibus Syriacis Nitriensibus XXI. & XXII. desumpta sunt.

Sermo 6. *Quot modis incorporeas mentes humana natura percipere queat. Omnes subtiles, unionisque expertes naturæ &c.* ܟܡܐ ܙܒܢܝܢ ܡܕܥܠܐ ܫܠܝܐ ܘܠܐ ܚܝܡܢܐ ܟܝܢܐ ܕܢܦܫܐ . ܟܠܗ ܡܢܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܡܕܡܐ .

Græcè Cod. 391. pag. 238. & Codice 605. pag. 130.

Sermo 7. *De variis exercitationum sapientis Ascetæ modis. Quum omnis sapientia ex Deo sit &c.* ܟܠܗ ܚܟܡܬܐ ܕܐܠܗܐ ܗܝ ܘܡܢܗ ܡܬܝܗܒܐ ܠܒܢܝ ܢܫܐ . ܡܢ ܟܠܗ ܫܘܚܠܦܐ ܕܡܢ ܥܘܡܩ ܡܢܝܐ ܗܘ .

Sermo 8. *Quonam in certamine multus labor sit, & labendi periculum. Pravæ cogitationes superari nequeunt &c.* ܟܠ ܕܚܝܠܐ ܕܐܝܟܐ ܕܢܦܠ ܡܢ ܚܘܒܐ ܕܡܚܫܒܬܐ ܒܝܫܬܐ ܠܐ ܡܬܚܫܠܝܢ .

Sermo 9. *De differentia motuum Scientiæ. Pusillanimitas signum est desperationis &c.* ܟܠ ܡܢܘܢ ܕܡܚܝ ܘܡܢ ܚܘܒܐ : ܡܢ ܚܘܝܐ ܫܠܝܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܘܡܬܩܝܡ .

Græcè Cod. Regio-Alexandrino 23. pag. 102.

Sermo 10. *Discrimina Tentationum. Tentationes, quæ sub Patrum disciplina constitutis accidunt &c.* ܟܠ ܢܣܝܘܢܐ ܘܢܣܝܘܢܐ . ܢܣܝܘܢܐ ܕܡܢ ܩܕܡ ܐܒܗܬܐ ܕܡܬܬܩܢܝܢ ܡܬܪܚܫܝܢ .

Sermo 11. In idem argumentum. *Omnes calamitates ac tribulationes, quibus haud conjuncta est patientia, dupliciter animum cruciant &c.* ܟܠ ܫܘܫܦܐ ܘܥܩܬܐ . ܟܠ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܥܡܗ ܡܪܝܘܬܐ ܡܬܥܢܝܢ ܠܒܐ : ܬܪܝܢ ܡܬܚܢܩܝܢ ܠܒܐ .

Sermo 12. *De curis sæculi. Noli existimare, eum, qui corporeis rebus tenetur, libertatem coram Deo per orationem habere posse &c.* ܠܐ ܬܚܫܒ ܕܡܢ ܕܡܬܚܒܫ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܥܠܡܐ ܡܬܚܪܪ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܒܨܠܘܬܐ ܕܢܬܠ ܚܪܝܪܘܬܐ .

Sermo 13. *De iis, qui ad Deum accedere conantur, cunctosque vitæ suæ dies scientiarum studio impendunt. Frater quidam diversas sententias in cellæ suæ tabulis descriptas tenebat &c.* ܟܠ ܕܡܢ ܕܩܪܒ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܘܟܠܗ ܝܘܡܝ ܚܝܘܗܝ ܡܫܬܡܫܝܢ ܒܡܕܥܐ . ܐܚܐ ܚܕ ܡܢ ܩܠܝܬܗ ܡܬܚܙܐ ܡܫܬܡܫܝܢ ܠܗ ܒܟܬܒܐ ܕܒܬܐ ܕܩܠܝܬܗ ܕܡܬܚܙܝܢ .

Græcè Cod. 391. p.241. & Cod.605. pag. 135.

Sermo 14. *De amore Dei. Verus est Domini sermo, nequit homo amorem Dei cum sæculi amore conjungere &c.*

ܡܢܝܢܐ ܕܟܠܗܘ ܕܡܢܝ ܘܠܐ ܡܕܡܢܢ ܐܢܫ ܟܡܐ ܫܘܚܐ ܘܟܠܗܘܢ ܚܡܝܢܐ ܫܘܚܐ ܘܟܠܗܘܢ . Græcè Cod. 391. p. 301. & Cod. 605. p.203.

Sermo 15. *Quod ex cogitationibus, quæ in ipso moventur, conditionem suam quis percipere queat. Quandiu quis negligens est, horam mortis formidat &c.* ܠܐ ܗܘ ܕܡܢ ܫܘܚܐ ܕܡܘܬܐ ܕܐܢܫ ܗܘ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܡܕܡ ܕܐܢܫ ܡܬܡܢܝ . ܟܕ ܢܢܝܚ ܡܫܬܡܥ ܡܕܡ ܕܐܢܫ ܡܬܡܢܝ ܕܡܘܬܐ . Græcè Cod.391. p.310. & Cod. 605. pag. 109.

Sermo 16. *De vigiliis nocturnis. Quum ad officium, Deo opitulante, in vigilia implendum surgere decernis, age, quæ tibi dicam. Flecte genu de more; mox surge &c.* ܠܐ ܬܗܘܐ ܕܟܪܥܐ . ܡܕ ܕܡܢ ܕܪܚܡ ܐܢܬ ܕܬܩܘܡ ܠܡܨܠܝܬܐ ܕܠܠܝܐ ܕܬܬܩܢ ܠܗ ܠܐ ܡܢ ܟܪܥܐ ܕܡܢ ܟܪܥ ܐܢܬ ܕܬܩܘܡ ܡܢ ܟܪܥ ܐܢܬ ܕܬܩܘܡ . Græcè Cod. 391. p.343. & Cod.605. pag.251.

Sermo 17. Responsio ad quatuor interrogationes. Prima: *Interrogatus fuit à quodam, quando considere quis possit, se peccatorum veniam obtinuisse.* ܐܡܪ ܠܗ ܚܕ ܐܢܫ ܠܐܝܟܡܐ ܕܢܬܚܙܐ ܕܐܢܫ ܕܫܪܐ ܠܗ ܚܛܝܬܗ ܘܠܐܝܟܡܐ ܕܢܬܚܙܐ ܕܐܢܫ ܕܩܒܠ ܡܢ ܪܘܚܐ ܚܟܡܬܐ . Secunda: *Interrogavit Discipulus, undenam percipit homo, se à Spiritu sapientiam accepisse.* ܐܡܪ ܠܗ ܬܠܡܝܕܐ : ܡܢܐ ܗܘ ܕܢܫܬܡܥ ܕܩܒܠ ܐܢܫ ܡܢ ܪܘܚܐ ܚܟܡܬܐ . Tertia: *Idem senex interrogatus fuit aliquando, quid sit Pœnitentia &c.* ܐܡܪ ܠܗ ܬܠܡܝܕܐ : ܐܢ ܐܠܗܐ ܛܒܐ ܗܘ ܠܡܢܐ ܗܢܐ ܒܪܝܬܐ ܐܠܐ ܡܢ ܡܐܢܐ ܗܢܐ ܒܪܝܬܐ ܐܠܐ ܡܢ ܡܘܬܐ ܘܡܢ ܣܛܢܐ . Quarta: *Interrogavit Discipulus: Si Deus bonus est, cur ergo isthæc creavit: peccatum, scilicet, gehennam, mortem, & Diabolum?* ܐܡܪ ܠܗ ܬܠܡܝܕܐ : ܐܢ ܐܠܗܐ ܛܒܐ ܗܘ ܠܡܢܐ ܗܢܐ ܒܪܝܬܐ ܐܠܐ ܡܢ ܡܐܢܐ ܗܢܐ ܒܪܝܬܐ ܐܠܐ ܡܢ ܡܘܬܐ ܘܡܢ ܣܛܢܐ . Sermo 18. *Epistola ad quendam Monachum. Jucunda sunt, quæ pro bono perferuntur adversa &c.* ܣܓܝܐܐ ܕܡܬܚܝܢ ܡܢ ܛܒܘܬܐ ܡܬܩܒܠܝܢ ܡܫܬܐ . Græcè Cod. 391. p.234. & Cod.605. p.96. Hucusque in Codicibus Syriacis: in quibus pars Operum Isaaci dumtaxat legitur, ut indicat amanuensis Cod. Nitr. XXI. pag.145. in hæc verba: ܫܠܡ ܡܪܝܐ ܚܕ ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܡܘܢܐ ܕܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܡܘܢܐ ܕܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܡܘܢܐ . *Explicit Christi ope Pars prima doctrinæ Mar Isaac Monachi*: Septem enim Partibus totam ejus doctrinam comprehendi, ex Sobensi indicavimus suprà p. 446. Quæ sequuntur, in Græcis Codicibus exstant.

Sermo 19. *De Amore Dei. Amor natura est fervidus.* ἡ ἀγάπη θερμή ἐστι τῇ φύσει . Cod. 391. pag. 243. & Cod. 605. pag.99.

Sermo 20. *De pura oratione. Quemadmodum tota vis legum & mandatorum &c.* Καθάσπερ πᾶσα ἡ δύναμις τῶν νόμων, καὶ τῶν ἐντολῶν . Codice 391. pag.230. & Codice 605. pag.124.

Sermo 21. *Epistola ad S. Simeonem Thaumastoritam. Epistolam tuam, Sancte, non verbis exarasti, sed tuam erga nos dilectionem in ea tamquam in speculo depinxisti &c.* ἡ ἐπιστολή σου ἅγιε, οὐχὶ λόγοι ἐγκεχαραγμένοι εἰσὶν ἐν αὐτῇ, ἀλλὰ τὴν ἀγάπην σου τὴν πρὸς ἡμᾶς ὡς ἐν ἐσόπτρῳ ἐζωγράφησας .

Cod.

Cod. Vatic. 391. p.349. & Cod. 605. p.256. Exſtat etiam in Codice Regio-Alexandrino 23. p. 147. ſub hoc titulo: ἐπιστολὴ μεγάλη πρὸς τὸν Ἀββᾶν Συμεὼν, τὸν ἀπὸ Καισαρείας, *Epiſtola magna ad Abbatem Simeonem Cæſareenſem*: Sed haud dubium, quin τὸν ἀπὸ Καισαρείας pro τὸν ἐν Θαυμαστῷ ὄρει obrepſit: ut habent emendatiores Codices: Syrus quippe fuit Simeon Thaumaſtorita, nec ex urbe Cæſarea oriundus, teſtibus Evagrio, & Nicephoro loc. cit.

De Auctore Libri, qui inſcribitur, *De Cauſa Cauſarum*.

Denique exſtat in Bibliotheca Collegii Maronitarum de Urbe *Liber ms. Syriacus*, in IX. Tractatus diviſus, ſub hoc titulo: ܟܬܒܐ ܟܠܝܐ ܠܟܠܗ ܐܡܡܐ: *Liber generalis ad omnes Gentes*, ſeù, ܥܠ ܥܠܬܐ ܕܟܠܗ ܥܠܡܐ: *De cauſa omnium Cauſarum*, quem ex pervetuſto exemplari deſcripſit Romæ Joſeph filius David Maronita ex oppido Basluchit montis Libani anno Domini 1628. non tamen integrum, ſed uſque ad caput quartum Tractatus ſeptimi. Agit in eo Anonymus Auctor de iis, quæ homini ſcienda maximè ſunt, nimirùm, de veritate, & mendacio: de Deo Uno & Trino: de creatione & gubernatione mundi: de ſæculo ſpirituali, & ſenſibili: de homine: de opere ſex dierum: de mundo, & cœlo: de Paradiſo, & Gehenna: de propagatione generis humani: de variis hominum conditionibus, & ſectis &c. Incipit ab hac Divini Numinis invocatione: ܐܠܗܐ ܕܠܥܠܡ ܕܠܐ ܫܘܪܝܐ ܘܠܥܠܡ ܕܠܐ ܫܘܢܝܐ ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܘܠܐ ܫܚܠܦܬ ܐܢܬ ܗܘܝܬ. *Sempiterne Deus, qui ſine principio ab æterno eras, & ſemper abſque mutatione exiſtis &c.* Deinde Præfationem his verbis inchoat: ܫܠܡܐ ܘܫܠܝܘܬܐ ܕܡܪܝܐ ܕܫܠܡܐ ܕܫܪܪܐ ܕܐܠܗ

ܐܚܝܪܐ ܕܟܠܗܘܢ ܐܚܝܟܘܢ . ܘܩܛܝܢܐ
ܕܦܓܪܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ ܡܢ ܐܘܪܗܝ
ܕܐܕܬܐ ܕܒܝܬ ܡܨܪܝܐ ܕܩܝܡܐ ܒܡܨܥܬܐ
ܕܢܗܪܝܢ ܪܒܐ ܕܦܪܬ ܘܕܕܩܠܬ ܠܐ ܕܝܢ
ܐܢܐ ܩܛܝܢܐ ܕܐܚܝ ܐܚܝܟܘܢ ܐܝܟ ܕܢܗܘܐ
ܗܘܐ ܐܬܩܪܝܬ ܠܕܪܓܬܐ ܕܪܫܝܬܐ . ܗܠܝ
ܕܡܢ ܡܕܡ ܐܘ ܡܢ ܒܪܢܫܐ ܗܘܐ ܗܢܐ
ܕܝܕܥ ܟܠ ܡܕܝܥ . ܐܦܠܘ ܗܢܐ ܕܢܗܘܐ
ܡܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܐܘ ܡܢ ܡܠܬܐ
ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ ܗܘ ܕܝܕܥ ܟܠ ܡܕܝܥ . ܐܢܐ
ܕܝܢ ܩܛܝܢܐ ܕܐܚܝ ܐܚܝܟܘܢ ܐܬܩܪܝܬ
ܠܕܪܓܬܐ ܕܪܫܝܬܐ . ܘܩܝܡܬܝ ܒܗܢܐ
ܫܘܠܛܢܐ ܕܥܡܐ ܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܢܣܝܬ
ܒܣܓܝܐ ܘܒܥܢܝܐ ܣܓܝܐܐ ܘܒܚܒܠܐ
ܣܓܝܐܐ ܘܒܪܓܙܐ ܣܓܝܐܐ ܘܒܡܪܝܢ
ܕܡܫܢܝܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܕܡܬܬܒܠ ܘܡܪܥܐ
ܕܥܡܐ ܗܘ ܕܝܕܥ ܟܠ ܡܕܝܥ . ܡܢ ܗܠܝ
ܕܢܦܠ ܗܘܝܬ ܒܟܠ ܡܕܡ ܕܢܦܠ ܗܘܝܬ
ܘܡܬܩܛܠ ܗܘܝܬ ܘܡܬܦܠܓ ܗܘܝܬ ܗܘܝܬ
ܡܬܬܙܥܙܥ ܗܘܝܬ ܘܡܬܦܪܫ ܗܘܝܬ
ܡܢ ܡܪܝܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܘܡܢ ܡܪܝ

à vera vita periturum. At rursùs me ipsæ meæ cogitationes revocabant; quum anceps trepidarem, ne hęc cogitatio foret secundùm vim veritatis, ne've postquam secessissem, adhuc exagitarer aut ab amore hominum, aut vi, aut tentatione superatus ad sæculum redirem. Hisque cogitationibus summoperè angebar, atque bonum Dominum orabam, qui suarum creaturarum curam gerit, ut cogitationes meas figeret in iis, quæ illi placuissent, suntque secundùm voluntatem ejus, atque animam meam adjuvant, meque perductura essent ad lumen scientiæ veritatis. Tunc verò cogitationes meæ ad fugam, & secessum à sæculo firmiter conversæ sunt: insuper etiam atque etiam, vehementerque adjutus sum, & confortatus certusque factus sum, esse cogitationem istam à Deo immissam. Cæterùm per illud ipsum tempus auctæ sunt adversùs me tentationes variæ & acerbissimæ &c. Pergit describere molestias & incommoda, quibus tandem victus, in montem secessit, ubi solitariam vitam cum duobus, tribus've Monachis se suscepisse tandem concludit. Quæ omnia à Ninivita nostro Isaaco abhorrent. Noster enim ex Ninive urbe oriundus fuit; ille ex Edessa: noster Ninivitis, ille Edessenis Episcopus præfuit. Noster solitudinis dumtaxat amore ductus, nullisque civium persecutionibus vexatus, quam, prima ordinationis suæ die ob duorum litigantium factum ex urbe meditatus fuerat fugam, paulò post exequutus, in Scetensem eremum se recepit, ubi & vita functus est; Ille verò exactis in Episcopatu triginta annis, ejectus fuit, & mox revocatus: deinde quum gravissimas persecutiones, depravatosque civium mores ferre nequiret, Sedem iterùm relinquens, in proximos Edessæ montes secessit, ubi & laudatum Codicem dictavit. Demùm ab Isaaco etiam Ephræmi discipulo, & à cognomine Presbytero Antiocheno eum diversum esse, Episcopalis dignitas, qua ipse fulsisse dicitur, satis clarè demonstrat: uterque enim Isaacus merus Presbyter decessit.

CAPUT XXXV.

Abraham Nephtarenus.

ABRAHAM Monachus ex loco Mesopotamiæ *Nephtar* 1 oriundus, sexto in septimum vergente sæculo claruit, ut indicare videtur Sobensis in Catalogo pag. 91. ubi ipsum post *Interpretem Turcarum*, & ante *Joannem Bar-Frangoje*, seù Maronem, ejusdem sæculi Scriptores collocat. Ejus memoriam colunt Syri die 13. Martii, ut in Kalendario Cod. Syr. Vat. 25. & 26. his verbis: ܐܒܐ ܕܐܒܪܗܡ ܢܦܬܪܝܐ *Abbatis Abraham Nephtareni*: ubi & ab utroque celeberrimo Abrahamo distinguitur, nimirùm à *Scetensi* Sisoïs Discipulo & Agathonis Socio, de quo in Apophthegmatibus Patrum Cotelerianis pag. 395. 607. 666. & 767. & à *Chidunensi* S. Ephræmi discipulo, cujus meminit Sozomenus lib. 3. cap. 16. & Nicephorus lib. 9. cap. 14. Hujus enim Abrahami mentio fit in eodem Kalendario die 24. Octobris; Scetensis verò die 21. Maji.

De ejus scriptis hæc Sobensis loc. cit. ܐܒܐ ܕܐܒܪܗܡ ܢܦܬܪܝܐ ܕܟܬܒ ܡܫܠ

NOTA.

1 *Nephtar*. Aliis *Nephrat* dicitur, ut in Cod. Nitriensi 18. vel *Netphar*, ut apud Sobensem in Catalogo. Est & *Nephtar* lib. 2. Machabæorum cap. 1. vers. 36. quod tamen non urbis, aut oppidi nomen est, sed putei, ubi sacer ignis à Sacerdotibus Hebræorum, Babylonem transmigraturis, absconditus fuerat: pro quo Syriaca versio habet *Gu-Nephtar*, hoc est, *Puteus Purificationis*, ut Latinus Interpres Hebraicam vocem reddidit.

ܐܒܪܗܡ ܢܦܪܝܢܝܐ ܕܥܒܕ ܬܫܒܘܬܐ

Abraham Netpharenus varias habet compositiones. Exstant Sermones octo in Codicibus Nitriensibus 18. 19. & in Codice nostro Syriaco 6. qui

ܒܗܠܟܬܐ ܕܡܢܝܚܘܬܐ :

De Monastica Institutione inscribuntur; sunt autem omnes ascetici, & adhortatorii, quorum initia accipe.

1. *Quoniam novi propositum tibi esse ad vitam incedere, stratamque à Domino nostro viam terere &c.*

ܡܛܠ ܕܝܕܥܬ ܕܐܝܬ ܠܟ ܡܫܪܝܐ
ܠܡܗܠܟ ܠܚܝܐ ܘܐܪܚܐ ܕܡܪܢ
ܠܢ ܡܫܕܪ ܠܡܬܪܥܐ .

Cod. Nitr. 18. p. 214. Codice nostro Syriaco 6. pag. 282. & Cod. Nitr. 19. p. 172. ubi in fine ejusdem Sermonis, fragmentum ex septima Macarii Alexandrini Epistola continua Oratione subjungitur, in hæc verba:

ܐܢ ܩܐܡ ܐܢ ܡܬܚܢܝ ܐܘ ܩܐܡ
ܐܢ ܡܫܬܚܐ ܡܪܟܠܐ : ܐܝܟ
ܕܡܨܠܝܬܐ ܐܘ ܒܪܟ ܠܟ ܠܐܠܗܐ ܡܢ .

Sive stes, seù te inclines, seù genu in oratione flectas, mentem tuam ad Deum dirige &c.

2. *Compertum tibi arbitror, Frater, eum qui longinquo itineri se committere constituit, se primùm explorare; tùm verò comites quærere eos, cum quibus valeat simul incedere &c.*

ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܠܝ ܐܝܡܐ ܘܚܕ ܕܡܢ
ܕܐܙܠ ܠܐܪܚܐ ܪܚܝܩܐ : ܡܫܬܡܥ ܢܦܫܗ
ܩܕܡ : ܘܐܦ ܡܒܥܐ ܚܒܪܐ ܠܡܐܙܠ
ܥܡܗ ܕܡܢܝܢ ܡܨܐ ܠܡܗܠܟ ܥܡܗ .

Cod. Nitr. 18. p. 216. Nitriensi 19. p. 176. & Syr. nostro 6. p. 283.

3. *Continuò memineris promissionis tuæ, ne in socordiam incidas. Designatum tibi scopum intuere, ne aberres &c.*

ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܠܟ ܡܘܡܬܐ ܕܠܐ ܬܬܪܦܐ
ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܠܟ ܡܛܪܐ ܕܠܐ ܬܛܥܐ .

Cod. Nitr. 18. p. 218. Nitriensi 19. p. 184. & Syr. 6. p. 284.

4. *Exhibe formam novi sæculi in conversatione tua in hoc sæculo, & exprime imaginem regni in tuo spirituali homine &c.*

ܫܘܐ ܕܡܢܝܢ ܕܥܠܡܐ ܕܚܕܬܐ
ܒܫܘܬܦܘܬܐ ܕܝܠܟ ܒܗܢܐ ܥܠܡܐ ܘܨܘܪ
ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܒܒܪܢܫܐ ܕܝܠܟ .

Cod. nostro Syr. 6. p. 285.

5. *Amor hujus sæculi Deum provocat ad iram, quia mentem in errorem abducit, & visum hebetat &c.*

ܪܚܡܐ ܕܗܢܐ ܥܠܡܐ ܡܪܓܙ ܠܐܠܗܐ
ܕܡܛܥܐ ܠܒܐ ܘܡܛܡܐ ܥܝܢܐ .

Cod. Syr. 6. p. 286. & Cod. Nitriensi pag. 179.

6. *Qui ad exitum vitæ pervenerunt, iis supervacaneæ videntur res codicum & voluminum, hoc est, libros conscribere &c.*

ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܛܘ ܠܣܘܦܗ : ܗܠܝܢ ܡܬܚܙܝܢ
ܠܗܘܢ ܕܠܝܬܝܢ ܦܬܓܡܐ ܘܦܝܣܐ .

Cod. Syr. 6. p. 287.

7. *Ingens est opus veritas: Lux est tenebrarum expers. Ante omnia opera tua posside veritatem, & ante omnes actus tuos posside fidem &c.*

ܥܘܒܕܐ ܪܒܐ ܗܘ ܫܪܪܐ . ܢܚܬܐ ܗܘ
ܒܟܠ ܥܒܕܝܟ . ܩܕܡ ܟܠܗܘܢ
ܥܒܕܝܟ ܩܢܐ ܫܪܪܐ : ܩܕܡ ܟܠ
ܡܫܬܝܬܟ ܩܢܐ ܗܝܡܢܘܬܐ .

Cod. Syr. 6. p. 288.

8. *Munda cor tuum, & cogitationes tuas demitte. Quamquam peccatum exueris, ne tibi plaudas ante exitum tuum &c.*

ܕܟܝ ܠܒܟ ܘܫܕܪ
ܡܚܫܒܬܟ . ܐܦ ܟܕ ܡܫܬܠܝܬ
ܚܛܝܬܐ : ܠܐ ܬܗܘܐ ܚܕܐ
ܥܠ ܡܘܬܟ . Cod. Nitr. 19. p. 181.

CA-

CAPUT XXXVI.

Georgius Episcopus (Tagritensis).

Mbaipherartensis

I. Georgii Tagritensis ætas, & scripta.

GEORGIUS Tagritensium Episcopus scripsit pro Chalcedonensi Concilio & duabus Christi naturis, *Epistolam unam ad Monachos S. Matthæi*, quod Cœnobium juxta Niniven urbem situm est: nec non *Librum unum ad Christophorum adversùs Probum*, & *adversùs Joannem Grammaticum* Alexandrinum, cognomento Philoponum. Claruit circa annum Christi (580) Auditores habuit Constantinum, & Leonem, utrumque Charrarum, seù Haran in Mesopotamia Episcopum.

Christepherus mihi Mar Mattai circ. 620

corr. 620

II. Citatur, & impugnatur ab Elia Jacobitarum Episcopo.

Hujus Auctoris notitiam hausi ex Codice Syriaco Vaticano 24. in quo exstat Epistola Apologetica Eliæ Jacobitarum Episcopi ad laudatum Leonem Charrarum Antistitem, ubi inanes adducit rationes, cur ex fide Chalcedonensium, hoc est, Orthodoxorum, ad sectam Monophysitarum transiisset. In ea siquidem Epistola Elias Georgii nostri sæpè meminit: & quidem cap. 3. fol. 3. eum Constantini, & Leonis Præceptorem vocat, in hæc verba: ܠܘܩܐ ܕܡܪܝܐ ܕܬܪܝܗ ܘܕܝܠܢ : ܟܕ ܕܡܪܝ ܓܪܓܘܪ ܕܡܠܦܢܐ ܕܬܪܝܢ ܡܘܠܦܢܐ ܗܘܐ .

Georgius quoque hujus (hoc est, Constantini) *magister, imò & tuus; sic enim eum appellare fas est &c.* Mox scripta ejus, ætatemque prodit fol. 4. inquiens: ܟܕ ܐܡܪ ܠܘܩܐ ܕܬܪܝܗ ܕܬܪܝܢ ܕܬܪܝܢ ܕܬܪܝܢ

Petro Juniore Monophysitarum Patriarcha Antiocheno circa ann. 580. turbas in Syria excitasse, scribit Dionysius in Chronici fragmento, quod exstat ad calcem operum Philoponi in Cod. nostro Syriaco 14. Sexto igitur vertente sæculo claruit Georgius noster, qui Probum & Philoponum viventes scriptis suis confutavit.

CAPUT XXXVII.

Constantinus Episcopus Haran.

I. Constantinus Haranita Georgii Discipulus.

ONSTANTINUS Georgii Discipulus, Charrensium, seù Haranitarum Ecclesiam regebat circa annum Christi 630. Ejus, utpote Orthodoxi, nomen silentio premit Dionysius Jacobita in Chronico, ubi seriem Haranitarum Episcoporum texens, Simeones duos commemorat ad annum Græcorum 928. Christi 617. Mox integro sæculo prætermisso, Dionysios duos laudat ad annum Græcorum 1066. & 1079. hoc est Christi 755. & 768. At medio illo intervallo inter Simeonem secundum & Dionysium primum, Constantinum nostrum, ejusque Successorem Leonem collocandos esse, testatur æqualis eorum Elias Jacobitarum Episcopus in laudata Epistola Apologetica Cod. Syr. Vatic. 24. unde nobis hic Auctor, ejusque scripta innotuerunt.

II. Ejus scripta.

Scripsit adversùs Monophysitas Libros tres, quorum Primus inscribitur, *Expositio definitionis Synodi Nicænæ, & Chalcedonensis*: de quo sic Elias in Epist. Apologetica ad Leonem cap. 3. fol. 3. ܗܟܝܠܐ ܡܬܟܬܒܢܐ ܗܘ ܕܒܝܬ ܡܠܬܐ ܕܢܝܩܝܐ ܗܘ ܕܩܪܝܢ ܠܗ ܡܬܟܬܒܢ

rent, qui clausulam illam, *qui crucifixus es pro nobis*, à Petro Fullone adjectam respuebant. Sed circa ejusdem clausulæ additionem non unam fuisse Orthodoxorum omnium sententiam, aliis nimirùm eam utpote Theopaschitarum hæresi faventem rejicientibus, aliis verò tamquam de solo Filio Incarnato, non de Deo Trino intellectam approbantibus, pluribus demonstrat Pagius ad annum 512. à num. 12.

CAPUT XXXVIII.

Leo Episcopus Haran.

I. Leo Constantini Haranitæ socius, & successor.

LEo Constantini sodalis, & in Haranitarum Cathedra successor, circa annum Christi 640. claruit, ut ex Apologetica Eliæ Jacobitarum Antistitis Epistola ad ipsum missa liquet. In ea siquidem Elias citat, rejicitque S. Joannem Damascenum, quem non ܡܫܡܫܢܐ *Joannem*, sed ܝܘܢܢ *Jannem* per contemptum vocat cap. 6. in hæc verba:

ܗܟܝܠ ܕܗܘܐ ܝܘܢܢ ܕܒܬܪܥܬܐ ܕܬܪܬܥܣܪ ܡܠܬܐ ܕܡܢܗܘܢ ܕܡܬܩܪܝܢ ܡܠܬܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܕܡܫܬܡܥ ܕܡ

CAPUT XXXIX.

Phocas Edessenus.

I. Phocæ Edesseni Commentaria in Dionysium.

PHOCAS Edessenus Dionysium Areopagitam commentariis illustravit, quorum fragmentum exstat in Codice nostro Syriaco III. fol. 300. sub hoc titulo:

ܡܢ ܬܪܥܘܬܐ ܕܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܚܙܝܐ ܕܐܦܣܐ ܐܘܪܬܐ :

Ex Scholiis in Dionysium, Auctore Phoca Edesseno. Hunc sexto, vel septimo sæculo floruisse, colligitur tùm ex anno, quo Dionysius citari cœpit (nimirùm Christi 532. ut notavimus suprà pag. 451.) tùm ex ætate laudati Codicis nostri Syriaci III. in quo fragmentum Commentariorum Phocæ refertur: exaratus enim est die 24. Martii anni Græcorum 1172. Christi 861. uti ex epigraphe ad calcem ejusdem apposita liquet, quam vide suprà pag. 63.

II. An eadem sint cum iis, quæ exstant Codice Nitriensi 23. & Codice nostro Syriaco III.

In eodem Codice Syr. III. fol. 94. fragmentum aliud in Dionysium producitur, his verbis: ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܡܢ ܬܪܥܘܬܐ ܕܪܒܢ : *Raban* (hoc est, magistri nostri) *Sophistæ ex Commentariis in Dionysium.* Præterea in Codice Nitr. 23. exstat Dionysii Liber de cœlesti Hierarchia, cum doctissimis Anonymi Scholiis: quæ tamen nostri ne Phocæ opus sint, an alterius, definire non ausim. Adeò mutila sunt, & lacera, ut cum fragmentis Codicis III. conferri nullo modo queant: licet ex nonnullis capitibus, quæ integra leguntur, certum mihi sit, Auctorem à Joanne Episcopo Darensi, qui & Dionysium commentariis illustravit, diversum esse.

CAPUT XL.

Jacobus Episcopus Edessenus.

I. Jacobus Edessenus librorum commentator.

JACOBUS cognomento *Commentator*, seù *Interpres Librorum*, labente sæculo septimo florere cœpit. Adolescens abdicatis sæculi honoribus ac divitiis, monasticam vitam professus est. Inde ad Episcopatum Ecclesiæ Edessenæ assumptus fuit anno Græcorum 962. Christi 651. uti ex Chronico Dionysiano suprà notavimus pag. 426. Interfuit Synodo indictæ à Juliano Jacobitarum Patriarcha anno Græcorum 1017. Christi 706. de qua hæc Dionysius in laudato Chronico:

ܒܗܢܐ ܫܢܬܐ ܐܬܥܒܕ ܣܘܢܗܕܘܣ ܒܕܝܪ ܣܝܠܐ . ܕܗܘܘ ܪܫܝܢ ܒܗ ܝܘܠܝܢܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܬܘܡܐ ܐܡܝܕܝܐ ܘܝܥܩܘܒ ܐܦܣܝܐ ܪܫܝܡܐ ܕܣܦܪܐ ܕܐܘܪܗܝ ܗܘܐ ܗܢܘܢ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܩܫܝܫܐ ܕܐܘܪܗܝ .

Anno 1017. *habita fuit Synodus in monasterio Mar Silæ: cui præfuerunt Julianus Patriarcha, & Thomas Amidæ, & Jacobus Edessæ Librorum Commentator florebat ipse Sanctus Mar Jacobus Episcopus urbis Edessæ.* Quæ ambigua Dionysii verba suspicari faciunt, nomen Commentatoris nostri non ad Synodum illam referri, quasi ei præsens fuerit, sed ad famæ celebritatem, quam eodem illo tempore ob infinita ab ipso edita volumina sibi comparaverat. Decessit anno Græcorum 1021. Christi 710. eodem Dionysio teste in Chronico, cujus verba retulimus pag. 426.

II. Ejus memoria, & ætas.

Ejus memoriam colunt Syri, tùm Maronitæ, tùm Jacobitæ in Kalendario

dario Jacobum laudant passim, qui de re Theologica scripsere, sive in Commentariis Sacræ Scripturæ, sive in tractatibus Liturgicis, uti Moses Barcepha, Dionysius Barsalibæus, Gregorius Barhebræus, Stephanus Maronitarum Patriarcha, & alii, qui cum summa doctrinæ & probitatis laude, ipsum commemorant. His antiquiora, & ipsi Jacobo coeva testimonia de eodem prostant in duplici ms. Codice, altero Nitriensi 31. altero Mediceo. In priori ad calcem librarius Monophysita sic adnotavit: ܗܠܝܢ ܕܚܝܘܬܐ ܕܩܝܣܪܐ ܘܠܘܡܝ ܡܪܝܡܐ ܘܐܝܟܘܢܗ ܘܒܝܫܐ ܗܪܝܡܐ ܕܢܝܢܘܐ ܘܒܥܨܝ ܫܡܫܐܠܗ ܕܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܘܪܗܝܐ ܕܚܝܘܬܐ ܕܡܕܝܢܬ ܡܕܝܢܬ ܐܘܪܗܝܐ . ܡܢܐ ܕܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܘܪܗܝܐ ܕܚܝܘܬܐ ܕܡܕܝܢܬ ܐܘܪܗܝܐ ܗܢܐ ܐܬܬܐ ܠܡܐܡܪ ܕܚܕܬܐ ܘܡܬܬܐ : *Absoluta est hæc altera pars Homiliarum Epithroniarum Sancti Severi Patriarchæ, quas è Græco in Syriacum summa fide, cura, atque labore transtulit Mar Jacobus Episcopus Edessæ. Translatus* hic Codex *è Græco in Syriacum à Mar Jacobo Edessæ Episcopo anno Græcorum* 1012. Christi 701. In Codice autem Mediceo, in quo continentur *Responsa* Jacobi de Jure Canonico *ad quæstiones propositas ab Adæo Presbytero*, in margine, & eâdem, qua Codex scriptus est manu, teste Renaudotio tom. 2. Liturg. Orient. pag. 381. legitur, *Opus illud factum fuisse anno Græcorum* 998. hoc est, Christi 687. non 686. uti idem Renaudotius existimavit. Demùm Antonius Marsilius Columna in sua Hydragiologia in Benedictione Aquæ juxta Ritum Syrorum, hæc habet de Jacobo nostro ex antiquo Codice Syriaco Michaelis Chindisi: ܡܢܝܢ ܕܚܝܘܬܐ ܕܐܘܪܗܝܐ ܘܐܠܗܝܢ ܕܚܝܘܬ ܡܕܝܢܬ ܐܘܪܗܝܐ : ܘܒܚܕܬܐ ܘܐܠܗܝܢ ܕܚܝܘܬ ܡܕܝܢܬ . ܘܗܘ ܡܪܝ ܡܪܝܡܐ ܕܚܝܘܬ ܐܘܪܗܝܐ ܕܚܝܘܬ ܡܕܝܢܬ ܐܘܪܗܝܐ : *Mar Jacobus Edessenus, qui anno* 641. *Episcopus creatus est, & Mar Georgius Gentium Episcopus factus anno* 647. *& ille quidem illam* (aquæ benedictionem) *ordinavit cap.* 3. *in libro suo Thesaurorum*. Ubi fortassè mendum irrepsit in annorum numerum, quod tamen definire non ausim.

III. Cornelius Schultingius, & Joannes Seldenus circa ætatem, & patriam Jacobi hallucinantur.

Atque hinc emendandus est Auctor Catalogi Liturgiarum Syrorum apud Cornelium Schultingium in in Biblioth. Ecclesiast. tom. 3. qui num. 30. p. 106. sic habet: *Anaphora Sancti Jacobi Aehavii Chaldaicè composita in civitate Aeha anno à Nativitate Domini* 783. Nam præter falsam temporis notam, urbs ܐܘܪܗܝ *Orrhoa*, seù *Edessa*, malè redditur *Aeha*, & *Edessenus Aehavius*. Syriacæ urbis nomen ignorasse Antonium Trancosum illius Catalogi interpretem, mirum non fuit, hominem scilicet in Syriacis & Arabicis literis hospitem. At Joannem Seldenum id latuisse, vix credidissem, nisi hæc ipsius verba in Commentariis de Originibus Ecclesiæ Alexandrinæ pag. 179. legissem: *Vides, celebratissimam illam Helenam Constantini Magni matrem nuncupari* ܪܗܝܐ *pro quo substituimus nos* Rheaviensis, *soni Arabici vestigia prementes, sed interim loci, unde sic dicatur, planè nimis ignari*. Et pag. 181. *Ubi hæc Rhea, ego me nescire fateor*. At nihil magis notum, quàm Edessam Mesopotamiæ urbem, Syris quidem trinomiam esse, nimirùm ܐܪܟ *Arach*, ܐܘܪܗܝ *Edessam*, ܐܘܪܗܝ *Orrhoam*, teste S. Ephræm in Genes. cujus verba retulimus suprà

prà pag. 26. unde derivantur hæc nomina ارخا *Arachensis*, ارهايا *Edessenus*, ارهوايا *Orrhoita*, seù *Orrhoënus*; Arabibus verò binomiam, رها *Raha*, & ارفا *Orpha*, & cum articulo الرها *Al-Raha*, seù *Arraha*, unde derivatur nomen الرهاوى *Al-Rahavi Edessenus*. Hinc provincia Edessena Græcis & Latinis appellari consuevit corrupto nomine *Osrhoëna*; rectiùs tamen *Orrhoëna*, juxta Stephanum de Urbibus, cujus est Ὀρρηνοὶ in dictione Βάτναι; quamquam & ad Syros ævi sequioris error iste traductus fuerit, qui Græcum vocabulum imitantes, dicunt ازرهاينا *Ozrhoëna*, & اصرهاينا *Osrhoëna*. Ita præter alios Auctor Chronici Edesseni, & Dionysius Patriarcha.

IV. Cum Jacobis Nisibeno, & Sarugensi confunditur à Masio, ab Hottingero, & à Britio. Item Sarugensis Opera eidem perperàm tribuuntur à Nairono, & à Cave.

Ut in nomine, ita in re circa Jacobum multi decepti sunt. Andreas Masius Præfat. in Barcepham, & ex eo Hottingerus in Biblioth. Orient. affirmant, eum Sancti Ephræmi Præceptorem fuisse, atque adeò Nisibis Episcopum, de quo nos suprà cap. 5. Idem de Jacobo scribit Britius in Epitome Annalium Ecclesiasticorum Baronii pag. 75. & quem *Orrhoïtam* Latinè dixerat, eum سروجى *Sarugensem* Arabicè vertit: quasi unus idemque sit Jacobus Nisibenus, Sarugensis, ac Edessenus. Nironus in Chronologico Auctorum Indice Evopliæ suæ præmisso, eum quidem à Nisibeno, non tamen à Sarugensi distinguit, dum asserit, Hymnos ejusdem passim in Syrorum Breviariis occurrere. Nironum transcribit, ut solet, Gulielmus Cave in hist. liter. tom. 2. p. 110. additque, de Jacobo Zanzalo loquens: *Hunc Jacobum scriptores nonnulli Orientales eundem cum Jacobo Edesseno faciunt: Verùm Jacobus ille Edessenus, qui à Syris Doctor appellatur, integro ferè sæculo junior erat, cujus Hymni passim in Syrorum Breviariis legun-tur*. Ubi eum ad annum Christi 450. revocat, nescio quo argumento, qua've auctoritate confisus.

V. Orthodoxa ejus fides contra Renaudotium vindicatur.

Leviora hæc. Longè enim majoris ponderis est de religione Jacobi nostri controversia. Syri eum non modò ut Catholicum Scriptorem, sed etiam ut Sanctum venerantur: quo titulo à Maronitis, Jacobitarum & Nestorianorum perpetuis hostibus, passim celebratur, ut suprà dictum est. At Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 380. severè pronunciat, eum hæreticum Monophysitam fuisse: & acerbæ quidem hujus censuræ fundamenta affert, quæ nos suprà retulimus pag. 292. ubi de Jacobo Sarugensi: iisdem enim ferè argumentis utrumque Jacobum hæreseos insimulat. Addit hìc contra Edessenum nostrum, quòd *Jacobitæ ejus Liturgia utuntur, eamque in suis Codicibus describunt cum Anaphoris Severi, Philoxeni, & aliorum suæ sectæ Doctorum: ubi eorum*, inquit, *qui post Concilium Chalcedonense vixerunt, Orthodoxorum nulla reperitur*. Verùm probandum erat Renaudotio, non supponendum, *nullam esse eorum, qui post Chalcedonense Concilium vixere, Orthodoxorum Liturgiam*. Quid enim aliud est id asserere, quam dicere, Jacobum nostrum Catholicum non esse, quia post Chalcedonensem Synodum vixit, scripsitque? Seù, quod idem est, Catholicum non esse, quia Catholicus non fuit? Profectò vir doctissimus petiti, ut ajunt, principii arguetur, nisi ostenderit, Orthodoxam fidem in Syria post illud Concilium ita corruisse, ut nullus deinceps Catholicus exstiterit, nullus've Episcopus, qui eandem editis scriptis propugnaverit: id quod nec demonstravit, nec unquam demonstrare poterit. Contrà certissimis argumentis ostenditur, post exortam atque latè dominantem Monophysitarum sectam complures Episcopos Catholicos in Mesopotamia & Syria claruisse: idque perspicuè liquet tùm ex Scriptoribus Syris, quos suprà lau-

laudavi, Leone nimirùm, Constantino, Georgio Tagritensi, & aliis: tùm ex Actis Synodi V. & VI. generalis, quibus Syri Episcopi subscripsere, usque ad confirmatum Saracenorum Imperium, quando sublato Syrorum cum Ecclesia Catholica commercio, schisma & hæresis religionis statum funditùs everterunt. Jacobus autem sub initium Imperii Mahometani floruit, sub ipsa sextæ Synodi tempora, quum adhuc Orthodoxorum res in Mesopotamia ab Heraclio Imperatore erectæ starent, ut ex Theophane, Cedreno, & Elmacino notavimus pag.425. Quod si dicat vir clarissimus, exstitisse quidem post quartum Concilium Syros Episcopos, scriptoresque Catholicos benè multos, non tamen Liturgiarum editores: reponam & ego: cedo causam, cur Syri Monophysitæ Liturgias condiderint, quas ipse Renaudotius Latinas fecit, Philoxenus nimirùm, Thomas Heracleensis, Moses Barcepha, Dionysius Barsalibæus, Gregorius Barhebræus, aliique; secùs Orthodoxi? præsertim quum rerum hujusmodi scribendarum licentiam Syris Episcopis & Patriarchis promiscuam & familiarem fuisse, & esse usque in præsentem diem conspiciamus; idque non apud Syros modò, qui ex Jacobitarum secta ad Catholicam Ecclesiam redeunt; verùm etiam apud Maronitas, quorum Præsules proximis etiam hisce temporibus, nova Sanctorum Martyrum, Confessorum've Officia, novas, ut vocant, Dominicarum, vel Feriarum de Tempore Precationes, nova demùm Martyrologia procuderunt: ut de antiquis sileam Liturgiis, quas duo eorumdem Patriarchæ, Joannes nimirùm Maro sæculo septimo, & Joannes Lephediensis sæculo duodecimo publicarunt. Cedo, inquam, causam, cur id Monophysitis licuerit, secùs Orthodoxis? Aut cur Græci Antistites, ut Basilius Magnus, & Joannes Chrysostomus, novas Græcis suis Liturgias tradere, nefas esse non duxerint; secùs Syri Episcopi Syris suis? Cur denique sæculo septimo Præsanctificatorum officium, Sancto Gregorio Magno, ut jactant, Auctore, apud Græcos introductum, & aucta ab aliis paulatim, atque ad hanc molem, qualem nunc videmus, consequutis temporibus perducta Menæa: Syris verò in proprio Ritu nihil addere, aut novum nihil condere fas esset? quibus certè perinde est Liturgiam novam procudere, atque Græcis novum Troparium, vel Latinis novam alicujus Sancti Orationem. Adeò patet eorum Ritus, ut in singulis ferè Sacramentis, aut Sacramentalibus celebrandis, duo, vel tria habeant Officia.

Quod verò cum Monophysitarum Anaphoris Liturgia Jacobi describatur, non inde sequitur, eum quoque Monophysitam fuisse, ut Renaudotius contendit; alioquin Jacobi Apostoli Liturgia, quam Jacobitæ usurpant, & Apostolorum Anaphora, qua Nestoriani utuntur, Monophysitarum, Nestorianorumque fætus essent; quarum tamen Auctores, quicumque ii fuerint, Catholicos fuisse, idem Renaudotius affirmat tom. cit. pag. 1. & 569. Neque clarissimum virum juvat, quod ii quidem ante, Jacobus verò noster post exortam Monophysitarum hæresim exstiterit: nam hoc argumentum, quod speciem aliquam habet, quàm fallax sit in re nostra liquidò apparet ex dictis suprà p.211. ubi ostendimus non modò priscos à Monophysitis Sanctos coli, sed complures etiam ex iis, qui post Concilium quartum pro Catholica fide contra eosdem strenuè decertarunt. Quid? si ostendam, etiam Catholicos scripta hæreticorum, quæ nullo tamen infecta sunt errore, in rebus Divinis recitare? Sic in antiquis Romanis Breviariis ex Origene Homiliæ selectæ legebantur. Sic etiamnum Græci Catholici Tropariis, Contaciis, & aliis hujusmodi Schismaticorum Precationibus utuntur. Cur igitur Jacobitæ, qui San-

Sanctorum titulo decorare ſolent etiam acerrimos ſuæ ſectæ adverſarios, Liturgiam Edeſſeni Jacobi faſtidiant, in qua nihil de una vel duabus Chriſti naturis legere eſt?

Pergit Renaudotius pag. 383. exagitare ſuſpectam Jacobi fidem, ex iis verbis, quæ in ejuſdem Liturgia in commemoratione Doctorum p. 376. à Jacobita amanuenſi deſcripta legit: *In hac etiam hora memento, Domine, Doctorum Orthodoxorum &c. præcipuè verò Ignatii, Dionyſii, Baſilii, Gregorii, Cyrilli, Severi, Philoxeni, Jacobi, & reliquorum omnium Doctorum, qui veſtigia illorum ſecuti ſunt*. Quem locum notis illuſtrans, ſic inquit: *Hæc ſola periodus omnem, ſiqua ſupereſſet, de Jacobi Edeſſeni ſecta dubitationem tolleret; eam enim amplectebatur, quæ Severum, Philoxenum, & Petrum Cnapheum ſcilicet, Doctores Orthodoxæ fidei ejuſque propugnatores agnoſcebat*. Mirum ſanè, quod doctiſſimus vir in hac periodo tantam vim agnoſcat, & prædicet, ut per eam ſolam *de Jacobi Edeſſeni ſecta* dubitationem omnem tolli affirmet: quum obvia ſit, eademque certiſſima reſponſio, nomina Sanctorum Doctorum ab amanuenſibus potiùs, quàm ab ipſis Liturgiarum auctoribus fuiſſe appoſita, ut pluribus exemplis demonſtrari poteſt. Et quidem ut omittam Jacobi Apoſtoli, Baſilii, & Chryſoſtomi Liturgias, in quibus ipſorum Commemoratio Auctorum legitur, duo tantùm exempla proferam, quæ Renaudotius ipſe in ſuo to.2.mihi exhibet. In Liturgia S.Maruthæ, quem Renaudotius pag.270. circa annum Chriſti 412. atque adeò ante omnem Monophyſitarum memoriam, floruiſſe teſtatur, in Commemoratione Doctorum p. 266. hæc verba leguntur: *Memento, Domine, omnium Orthodoxorum Patrum noſtrorum, qui fidem rectam nos docuerunt, præcipuè Severi Patriarchæ, Philoxeni, Petri, & Jacobi*, Cnaphei, nimirùm, & Zanzali. Item in Liturgia Jacobi Zanzali, ſeù Baradæi, quem idem Renaudotius *Baradatum* malè vocat, ex ipſius interpretatione pag.338.in laudata Commemoratione dicitur: *Memento, Domine, omnium Paſtorum, & Doctorum Eccleſiæ Orthodoxæ &c. præcipuè verò S. Jacobi Bordæi*. Quid ad hæc Vir doctus? Num Zanzalus ſuummet nomen Diptychis inſeruit, aut S. Maruthas Monophyſita fuit, & Monophyſitas antequam naſcerentur, in ſua Liturgia ſpiritu prophetico prænotavit?

Viderat inanitatem hujus argumenti Renaudotius, quum in notis ad productum ex Liturgia Baradæi locum pag. 345. ſic ſcripſit: *Quod auctoris, ſi titulus ut legitimus agnoſcitur, nomen Diptychis inſeritur, novitatis, aut ſuppoſitionis certum argumentum non eſt, quamvis aliter Riveto viſum fuerit, parùm idoneo veterum Eccleſiaſticorum ſcriptorum Cenſori, qui Liturgias Jacobi, Baſilii, & Chryſoſtomi frivola iſta ratione impugnat, cujus inanitatem alibi confutavimus*: Viderat, inquam, hujus argumenti inanitatem: & tamen Riveto ſimilis, ex nominibus Severi, Philoxeni, & Petri Cnaphæi Liturgiæ Jacobi Edeſſeni à manu Monophyſitica adjunctis, eundem Jacobum Monophyſitam fuiſſe arguit, & ſubdit pag.383. in Maronitas Jacobi patronos declamans: *Si igitur Maronitæ in Calendario ſuo nomen illius habuerunt, majores ſuos, quos, tamquam Eccleſiæ veteris Syriacæ lumina, veræque doctrinæ defenſores haberi volunt, Jacobitas fuiſſe demonſtrant*. Non vacat hìc ſingulas, quibus Renaudotius paſſim in citato opere Maronitas meos onerat, calumnias expendere. Expendam dumtaxat, quæ de Stephano Edenenſi, & Fauſto Nairono, Jacobi Edeſſeni defenſoribus, pronunciat. *Stephanum Edenenſem* (inquit pag. 380.) *Maronitarum Patriarcham Antiochenum, quem adducit in teſtimonium Naironus, & omnes, quotquot ſunt, aut fuerunt, Maronitas, nihil moramur, in quibus amor patriæ, ſi veritatis*

tatis limitibus contineretur, esset excusandus: verùm in rebus ad historiam Ecclesiasticam spectantibus, illudere lectoribus, quia pauci his studiis operam dederunt, & alios omnes fallere facile est, omni excusatione caret. Maronitas nec ego moror, nec excusatione dignos censeo, si eos lectoribus illudere Renaudotius, aut alius mihi ostenderit. Quod quum nec ipse, nec alius hactenus præstiterit, Stephani Patriarchæ Antiocheni, Viri in Syriaca historia exercitatissimi, judicium ratum firmumque mihi usque erit. Interim catalogum operum, vel saltem nomina Maronitarum omnium, præsentium præteritorumque, mihi Renaudotius exhibeat, ne de iis, quos nec de nomine cognovit, tàm confidenter dixisse convincatur, *omnes quotquot sunt, aut fuerunt, Maronitas, nihil moramur.* Ecquidem mirari satis non possum, quod Vir non indoctus homines sibi prorsùs ignotos, tàm severè excipiendi licentiam sibi arroget; insuper Naironum & Stephanum Edenensem accuset, quod quum scripta Jacobi nostri ne ex titulo quidem noverint, de ejus tamen fide judicaverint. *Neque Orthodoxi*, inquit pag.cit. *judicari potuerunt Jacobus Edessenus & Sarugensis, quia nihil occurrit in eorum scriptis, quo Fides Catholica offendatur, nisi ab illis, qui illa ne ex titulo quidem noverunt.* Quisquis tanta cum asseveratione confidentiaque dictum audit, expectaverit futurum, ut Renaudotius mox in medium producat Jacobi adversùs Ecclesiam Catholicam commentarios, loca designet, titulos saltem suæ thesi consentaneos indicet. Cujus enim alioquin Scriptoris, quantumvis pii, docti, sapientis fama sat tuta erit à calumniis, si quem ne dicam Sophistam malevolum, accusatorem tantùm offenderit?

Edenensi, & Nairono Viris gravissimis, & testibus in hac materia fide dignissimis, adstipulantur præter Sobensem in suo Catalogo, quotquot vidi Codices operum Jacobi nostri, quorum titulos mox subjiciam, in quibus nihil certè habet, quod Monophysiticam hæresim sapiat, quin potiùs ubi de Christo sermonem instituit, veram ejus Divinitatem veramque Humanitatem agnoscit, & Verbum disertè confitetur animam, mentem, & corpus incorruptibili unione sibi conjunxisse, idemque carne, non Deitate passum fuisse, ut liquet ex commentariis ejus in Pentateuchum Cod. Syr. 3. fol. 46. & 51. Quod verò ad Sarugensem attinet, quem alibi contra Renaudotium Syrorum & Græcorum testimoniis defendimus, ejusdem Homiliarum Codicem perantiquum ex Bibliotheca prælaudati Stephani Patriarchæ nacti sumus, cujus ad calcem accuratus Index manu ipsius Stephani descriptus exhibetur. Quare certum est, illi titulos saltem non fuisse ignotos. Quidquòd eundem Auctorem, & Jacobum Edessenum frequentissimè laudat, & ambos inter Catholicos Anaphorarum auctores cum insigni probitatis & doctrinæ laude reponit in Expositione Missæ Syrorum Candelabro 7. Tractatu 3. cap. 2.

Maronitas autem, etsi Monothelismo à quibusdam notatos (quo de argumento Naironus singulari Opere disseruit,) ab hæresi tamen Monophysitarum perpetuò abhorruisse, certum est, tùm ex eorum antiquissima & quæ omnem hominum memoriam superat, à Jacobitis divisione; tùm ex confessione ipsorum Jacobitarum, qui Maronitas veluti à gente sua & fide & Pastoribus diversos ubique carpunt, ut Barsalibæus in Lib. adversùs hæreses, & Abulpharagius in Hist. Dynastiarum sub Al-Mohdio Calipha ad annum Hegiræ 169. circa annum Christi 785. ubi Theophilum Edessenum religionem Maronitarum in Libano commorantium coluisse testatur; tùm denique quia Joannes Maro, primus Maronitarum Patriarcha, sub quo Melchitas inter & Mardaitas, seù Maronitas schisma obortum est, disertum opus contra Mo-

Monophysitas edidit, quod exstat in Biblioth. Vatic. Cod. Ecchell. 14. ejusque tamquam acerrimi sectæ suæ impugnatoris meminerunt Jacobitæ in Vita Jacobi Baradæi, quorum verba infrà producam, ubi de Joanne Marone. Quæ quum ita sint, Jacobum nostrum utique Maronitæ unàcum reliquis Jacobitis rejecissent, si is è grege Monophysitarum fuisset: nec ut ab ipsis admitteretur, efficere potuisset insignis ejus doctrina, aut nominis celebritas, quam fuisse causam diximus pag.211. ut Monophysitæ Jacobum Sarugensem & Simeonem Stylitam, Catholicos licet viros, suspicerent ac venerarentur. Nam longè doctiores Jacobo fuerunt Severus Antiochenus, & Philoxenus Mabugensis, & longè plura, quàm is, ediderunt opera, quæ Syrorum manibus usque in præsentem diem teruntur: & tamen neutrum Maronitæ Catholicum faciunt, ut neque alios recentiores Scriptores quantumvis doctos, Joannem nimirum Darensem, Mosen Barcepham, Dionysium Barsalibæum, & Gregorium Abulpharagium.

Accedit Melchitarum Syrorum testimonium, qui perpetui fuerunt Monophysitarum & Monothelitarum hostes: Hi enim Ordine Baptismi à Jacobo nostro composito olim utebantur, quum Syriaco Ritu rem Sacram facerent, ut testantur Jacobitæ in Catechesi, quorum verba infrà producam pag.477.

Denique nullus Orthodoxorum Scriptorum, qui Jacobi nostri ævo in Syria floruerunt, & hæreticos sui temporis sive Monophysitas, seù Monothelitas, aut Nestorianos exagitarunt, ut S. Joannes Damascenus, Georgius Tagritensis, Constantinus, & Leo Haranitæ; nullus horum, inquam, Edessenum Jacobum veluti hæreticum traduxit, aut nominavit: quorum tamen intererat, ipsum, si qua hæresi laboraret, disertè confutare, quum apud Syros & doctrina & dignitate excelleret. Etiam Jacobitam Episcopum, virum cæteroquin obscuri apud ipsos sectarios nominis, Damascenus tamen diserto opere confutandum censuit, cujus memini suprà pag.467. Cur igitur idem Sanctissimus Doctor Jacobum longè illustriorem Præsulem tacuisset?

VI. Argumenta contra Jacobi Orthodoxiam discutiēda proponuntur.

Hæc dicta sint, ut planum fiat, rationes à Renaudotio adductas non tanti esse momenti, ut lectorem in ejus sententiam trahant. Cæterùm ea, quæ pro Jacobo produxi argumenta, etsi probabilia mihi videantur, non tamen ita certa sunt, ut omnem de orthodoxa ejus fide ambigendi locum adimant: præsertim quum reliqua ejus opera nondum nactus sim, & maximè Annales Ecclesiasticos Sobensi laudatos, in quibus fortassè, quid ipse de duabus Christi naturis deque Sacro Chalcedonensi Concilio senserit, apertis verbis significat. Suspicari de Jacobi orthodoxia faciunt tria capita, ex nostris Codicibus petita, quæ hìc dissimulare mihi fas non est, nec lubet, ut ostendam, *Maronitarum erga Patriam amorem, veritatis limitibus contineri*: sapientiorum interim judicio rem definiendam relinquens. Primum, quod Jacobus impii Severi Homilias Monophysitarum errore infectas in Syriacum sermonem transtulerit, nec errorem sustulerit, aut nigro saltem theta notaverit. Secundum, quod Philoxenum, alterum à Severo Monophysitarum columen, *Sanctum*, & aliis Ecclesiæ Patribus parem faciat. Probus sanè non est, qui improbos non detestatur. Tertium, quod à Jacobitis ad Synodum vocatus fuerit, & præcipuum in ea locum tenuerit. Id verò nec à Catholicis, nec ab Hæreticis, nisi cum Episcopis propriæ communionis fieri solet.

Verùm hæc indicia, quæ judicium, ut dixi, circa Jacobi religionem mihi differendum suadent, subscribere Renaudotii censuræ certè me non cogunt. Nam ad Primum, nisi aliunde constet Interpretis heterodoxia, hinc certè colligi non potest. Origenis,

genis, Neſtorii, Theodori Mopſveſteni, & aliorum antiquorum ſcripta varii Interpretes tranſtulerunt, de quorum fide nemo hactenus dubitavit.

Ad ſecundum. Philoxenus à Jacobo nuſquam *Sanctus* appellatur. Do integrum locum ad calcem Præfationis in 2. tom. Homiliar. Severi.

ܗܠܐ ܕܡܠܟܬܐ ܕܗܘ ܘܡܠܟܬܗ ܘܡܠܟܬܗ ܢܝܚܐ ܗܘܐ ܡܝܡܪ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܐܘ ܡܪܝ ܫܘܢܝܬܐ ܗܘ. ܡܢ ܗܢܐ ܫܢܝܢ ܡܐܐ ܠܬܐ ܐܝܬ ܡܢ ܡܫܬܡܥ ܐܦܠܐ ܒܡܪܝܐ ܕܡܪܝ ܐܝܬ ܡܢ ܡܫܬܡܥ ܐܦܠܐ ܒ

Jacobi præcipuè induſtria & labore factum eſt, ut ſermo Syriacus excultior, *Edeſſenus* nuncuparetur, & idem eſſet. Teſtem locupletem habes Gregorium Barhebræum in Chronico, ſeù hyſtoria Dynaſtiarum edita à Procockio, ubi de Heber ſic loquitur. اللغة العربانية تنقسم الى ثلث لغات. افصحها الارامايية وهى لغة اهل الرها وحاران والشام الخارجة. وبعدها الفلسطينية وهى لغة اهل دمشق وجبل لبنان وباقى الشام الداخلة. واصمجها الكلدانية النبطية وهى لغة اهل جبال اثور وسواد العراق.

Diſtinguitur lingua Syriaca in tres Dialectos: quarum elegantiſſima eſt Aramæa, quæ eſt lingua incolarum Edeſſæ, & Haran, & Syriæ exterioris (nimirùm Meſopotamiæ.) *Proxima illi eſt Palæſtina, qua utuntur Damaſci, & Montis Libani, & reliquæ Syriæ interioris incolæ* (Syriam propriè dictam intelligit.) *At omnium impuriſſima Chaldaica Nabathea, quæ eſt Dialectus populi montium Aſſyriæ, & pagorum Arach.* Hæc iiſdem ferè verbis apud eundem Barhebræum de varietate Punctorum Vocalium in Scholiis ad ſuam Grammaticam metricam.

IX. Jacobi Edeſſeni ſcripta.

Ex infinitis propèmodum Jacobi Scriptis hæc dumtaxat ad noſtram notitiam pervenerunt.

1. Chronicon.

Chronicon, ſeù, *Annales*: ܟܪܘܢܩܐ ܕܫܢܬܐ. Ejus meminit Sobenſis in Catalogo pag. 106. ܕܝܥܩܘܒ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܥܒܕ ܟܬܒܐ ܕܫܢܬܐ ܕܡܢܗܘܢ ܗܘ:

Jacobus Edeſſenus ſcripſit Annales & Chronicon. Ubinam deliteſcat pretioſum hoc Opus, incompertum eſt. Exſtat quidem in Biblioth. Vaticana Chronicon Syriacum ex Socratis ac Theodoreti hiſtoria Eccleſiaſtica decerptum, quod anno Græcorum 880. Chriſti 569. clauditur. Verùm quum iſtud anonymum ſit, Auctoremque habeat Jacobitam, qui multa de Neſtorio & Concilio Chalcedonenſi comminiſcitur, Jacobo noſtro adſcribi nequaquam poteſt: ſed Zachariæ Rhetori Epiſcopo Melitinenſi reſtituendum eſt, ut ſuo loco oſtendemus.

2. Liturgia.

Anaphora ܐܢܦܘܪܐ cujus initium: ܐܒܐ ܕܟܠܗ ܥܠܡܐ ܘܡܪܝ ܡܪܪܝܐ:

Deus univerſorum Pater, & Dominus dominantium. Prodiit Latinè per Renaudotium tom. 2. Liturg. Orient. pag. 371. Exſtat Syriacè in Codice Nitr. III. fol. 171. & Cod. Nitr. IV. fol. 163. Ejuſdem meminit Cornelius Schultingius tom. 3. p. 106. num. 30. qui num. 9. teſtatur, Liturgiam S. Ignatii Martyris è Græco in Syriacum ſermonem ab eodem Edeſſeno translatam fuiſſe. Idem legitur de Anaphora S. Jacobi Apoſtoli in Cod. Syriaco Vatic. XXXV. quem Paulus Severus Epiſcopus pro Baſilio Presbytero fratre ſuo anno Græcorum 1830. deſcripſiſſe dicitur: ܐܢܦܘܪܐ ܕܡܢ ܡܕܡܢ ܪܫܝܡܐ ܕܡܢ ܥܠܠܬܗ ܕܡܪܝܐ ܠܐ ܕܫܪܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܒܥܠ ܣܘܦܪܐ ܕܡܪܝ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܡܢ ܐܦܣܩܘܦܐ.

Anaphora S. Jacobi, ſecundùm attributionem fratris Domini, quam ad caput Chriſti in Cœnaculo myſteriorum dixit, (hoc eſt, primus poſt Chriſtum in Cœnaculo Sion celebravit, ut exponit Barſalibæus) *ex recenſione Jacobi Edeſſeni*: Eam enim ab amanuenſibus Syris vel corruptam, vel interpolatam Jacobus noſter ſuæ integritati reſtituit. Denique laudatur Liturgia Edeſſeni à Stephano Edenenſi cap. 2. de Catholicis Anaphorarum Auctoribus num. 24. يعقوب الرهاوى المكنا مترجم الكتب صنف السافوم المنسوب اليه بدوه: اكنوا رحا:

Jacobus Edeſſenus, qui Interpres Librorum nuncupatur, compoſuit Ana-

pho-

phoram eidem attributam, quæ incipit, Deus Pater.

3. Ordo Baptismi.

Ordo Sancti Baptismi. ܣܕܪܐ ܕܡܥܡܕܐ : ܘܡܫܚܐ ܕܡܫܝܚܐ

Exstat in Libris Ritualibus Syrorum cùm Maronitarum, tùm Jacobitarum: eodemque Ritu usos fuisse olim Melchitas testatur anonymus Jacobita in admonitione ad Presbyteros & Clericos promovendos, in ms. Cod. Arabico Collegii Maronitarum de Urbe p. 414. in hæc verba: ومار يعقوب الرهاوى صاحب كتاب معمد الموارنة والملك[illegible].

Et Mar Jacobus Edessenus Auctor Libri Baptismi Maronitarum, & Melchitarum. Incipit: ܐܝܟܢܐ ܕܥܒܕܬ ܡܢܝܢܐ ܐܠܗܐ ܕܢܬܝܠ ܦܘܠܚܢܐ ܕܡܥܡܕܐ ܩܕܝܫܐ.

Dignos nos effice Domine Deus, ut spiritualem sacri Baptismi administrationem perficiamus &c. Hottingerus in Biblioth. Orientali cap. 3. pag. 292. testatur, se vidisse in publica Bibliotheca Tubingensi ms. *Opus Mar Jacobi Edesseni de Baptismo*, quod cum nostro Baptismi ordine idem esse videtur.

4. Canones Ecclesiastici.

Canones Ecclesiastici. ܩܢܘܢܐ ܕܥܕܬܐ

Ex his nonnullos citat Gregorius Barhebræus in Ethic. Par. 1. cap. 1. sectione 9. & capite 6. sectione 7. & passim in Libro, cui titulus ܡܕܪܫܐ ܕܦܩܘܕܐ *Liber Directionum.*

5. Grammatica Syriaca.

Grammatica Syriaca. ܩܠܝܢܐ ܕܣܘܪܝܝܐ. De qua suprà pag. 475.

6. Epistola ad Georgium Episcopum Sarugensem.

Epistola ad Georgium Sarugensem Episcopum de re Grammatica, & Philologica. ܐܓܪܬܐ ܕܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝ ܡܦܪܫܢܐ ܕܣܪܘܓ ܘܠܫܢܝܬܐ.

Hanc legi in pervet. Cod. Syr. Monasterii Scetensis, subjunctam Lexico, inscripto: ܫܡܗܬܐ ܘܡܦܫܩܢܐ ܕܫܡܗܬܐ ܕܬܪܥܝܣܪ ܩܝܡܐ ܘܚܕܬܐ.

Catalogus nominum Scripturæ Sacræ Veteris ac Novi Testamenti. Post Epistolam in eodem Codice sequebatur Jacobi nostri Tractatus Grammaticus ܡܠܬܐ ܕܦܪܨܘܦܐ ܘܩܢܘܡܐ ܘܙܡܢܐ

De Personis, de Generibus, & de Temporibus.

7. Epistola ad Paulum Antiochenum Presbyterum.

Epistola ad Paulum Antiochenum, Presbyterum Syrum. ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܦܘܠܘܣ ܩܫܝܫܐ ܣܘܪܝܐ.

Laudatur à Gregorio Barhebræo in Grammatica magna, quæ ܡܠܦܢܐ ܪܒܐ *Liber Splendorum* nuncupatur, Par. 4. cap. 2. in hæc verba.

ܩܫܝܫܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܣܘܪܝܐ ܕܝܕܥ ܕܝܘܢܝܐ ܠܡܟܬܒ ܡܢ ܫܪܝܬܗ ܕܟܬܒܐ ܬܪܬܝܢ ܐܬܪܝܢ ܘܚܕ ܐܘ ܬܪܬܝܢ ܟܕ ܡܬܘܣܦܝܢ ܠܗ ܥܕ ܕܫܠܡ ܠܗ ܟܠܗ ܟܬܒܐ ܕܝܠܗ ܘܗܠܝܢ ܫܪܝܢ ܡܢ ܡܠܬܐ ܕܝܘܢܝܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܐܠܐ

viginti & quatuor literarum numerum compleverint; rogavit religiosissimum Jacobum Edessenum, ut & ipse quæ in Syrorum charactere desiderabantur, suppleret. At religiosissimus ei respondit: Complures alii ante meam tuamque ætatem id peroptarunt: Verumtamen ne perirent exarati isto imperfecto charactere Codices, à re tam utili destitere. Septem tamen novas vocalium figuras misit Jacobus ad Paulum, quarum formam vide apud eundem Barhebræum loco cit.

8. Epistola de Orthographia, & de Punctis Vocalibus.

Epistola de Orthographia Syriaca, & de Punctis Vocalibus. ܐܓܪܬܐ ܕܡܠܦܢܘܬܐ ܕܟܬܒܐ ܘܕܢܩܛܐ ܕܡܠܝܐ. Præfigitur secundo Tomo Homiliarum Severi in Cod. Nitriensi XXXI. cujus initium ibi desideratur. Hanc autem Epistolam jubet ibidem Jacobus Severianis Homiliis, quas ipse Syriacas fecerat, præponi. Rogat insuper, ut prædictus Tomus, unàcum Epistola, ad Abbatem Julianum transmittatur. ܡܫܕܪܝܢ ܠܗ ܠܡܪܝ ܝܘܠܝܢܘܣ ܐܒܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܥܠ ܛܘܡܪܗ ܕܡܠܦܢܘܬܐ ܕܢܫܪܐ ܘܢܚܬܡ ܒܛܒܥܗ ܕܝܠܝ ܘܐܦ ܗܢܐ ܕܐܓܪܬܐ ܕܢܫܪܐ ܘܢܚܬܡ ܒܛܒܥܐ ܕܝܠܝ ܕܢܫܕܪ ܠܗ ܠܡܪܝ ܝܘܠܝܢܘܣ ܐܒܐ ܕܡܫܝܚܐ

prietas, apud antiquos Scriptores Syros non exstare, sed ejus loco hanc aliam ܐܝܬܝܕܘܬܐ *Ichidoito*; ostendit, se Philoxeni, seù Xenajæ ad Monachos Snunenses Epistolam, quæ in Codice Nitriensi XXVII. fol. 58. habetur, non vidisse. In hac enim Epistola Xenajas voce *Diloito* disertè utitur fol. 68. ubi sic scribit: ܘܐܦ ܒܣܘܦܐ ܕܬܦܣܝܪܬܐ ܕܢܝܩܝܐ ܗܢܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܐܬܪܟܢܝܘ ܒܬܪܝܗܘܢ ܕܛܒܝܥܘܬܐ ܕܬܪܝܢ ܛܒܝܥܝܢ ܕܡܫܝܚܐ ܕܝܠܗ ܕܝܠܘܝܬܐ ܕܛܒܝܥܘܬܐ ܕܝܠܗ ܕܝܠܘܝܬܐ. *Item in fine ipsius Definitionis scripsit eadem Synodus* (Chalcedonensis), *in duabus naturis confitendum esse Christum, quarum unaquæque suas habeat* DILOJOTO *Proprietates*. Præterea Isaac Ninivita, qui paulò post Sarugensem Jacobum floruit, eadem voce utitur lib. 3. serm. 21. ܕܛܒܝܥܘܬܐ ܕܛܒܝܥܝܢ ܕܝܠܗ ܕܝܠܘܝܬܐ: *De* DILOJOTO *proprietatibus naturalibus virtutum*. Vide pag. 456.

Epistola ad Thomam Presbyterum.

9. Epistola ad Thomam Presbyterum de Ritu Missæ Syrorum.

ܣܝܡܐ ܕܩܘܪܒܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܕܥܡܐ. Describitur in ea Ritus Missæ Syrorum ab Apostolorum ævo ad ætatem usque Jacobi nostri. Citatur à Dionysio Barsalibæo in Expositione Missæ cap. 3. à Stephano Edenensi in 7. Candelabro mystico cap. 7. & ab Abraham Ecchellensi in Notis ad Catalogum Hebedjesu pag. 138. Integram ex eodem Barsalibæo accipe.

Jacobi Epistola, de antiqua Syrorum Liturgia.

cf. Rahmani, Testam. Dom. p. 193, not. 2
2 Rinaudot. Lit. Orient. I, 228 in medio

ܐܝܟ ܕܩܪܒܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ ܠܢ ܡܢ ܐܒܗܬܢ ܩܕܝܫܐ ܕܐܬܝܢ

ܐܝܟ ܡܢܐ ܕܡܬܚܙܝܢ : ܡܬܬܚܡܝܢ ܠܫܡܐ
ܕܡܫܬܐ ܘܒܗܢܐ ܕܡܫܬܐ ܗܘ ܦܬܚܐ ܕܬܪܥܐ
ܘܒܩܠܐ ܪܡܐ ܡܬܚܡܝܢ . ܗܘ ܪܓܫܐ
ܘܠܟܝܠ ܠܐ ܡܬܚܡܝܢ ܗܘܘ . ܗܘ
ܚܘܟܡܐ ܗܢܐ ܗܘܐ ܕܥܒܕܘܗܝ ܡܬܚܡܝܢ
ܗܘܘ . ܠܐ ܗܘܟܡܐ ܕܡܬܝܡ ܚܝܠܟܝ ܡܢ
ܟܝܠܐ ܕܥܒܕܘܗܝ ܕܡܬܚܡܝܢ ܐܝܟ
ܕܡܬܚܡܝܢ ܚܘܝܘܬܗܘܢ ܕܒ ܡܬܪܚܡܝܢ
ܠܡܪ ܚܝܠܐ ܚܕܝܢܐ . ܡܚܕܝ ܗܘܟܡܐ
ܕܡܬܚܡܝܢ ܥܒܕܘܗܝ ܘܬܫܒܘܚܐ 1
ܠܐܘܟܡܐ ܘܒܟܝܠܐ .
ܠܐ ܡܚܝ ܐܢ ܡܕܡܐ ܟܝ ܕܡܬܝܡܝܢ
ܡܫܒܘܚܐ ܗܘܐ ܠܐܘܟܡܐ ܕܡܬܝܡ .
ܘܟܠܗܘ ܐܡܝܢܝ ܒܟܠܗܘ ܘܬܫܒܘܚܐ
ܠܐܘܟܡܐ ܡܚܕܗܘܢ ܕܡܬܝܡ ܘܒܟܠ
ܗܘܢܐ ܟܠܗܘܢ ܢܫܬܡܫܘ ܘܐܢܫܐ
ܗܘܘ . ܣܘܐ ܡܢ ܡܢܝ ܡܢܗ ܘܫܟܚ
ܫܢܝܢ ܐܡܝܢ ܘܠܐ ܢܫܬܡܥܘ ܫܢܝ
ܚܘܟܡܐ ܘܒܟܝ ܠܐܟܘܢܝܢ ܢܦܩܘ
ܡܢܝ : ܐܡܪܢ ܘܫܘܝܐ ܡܕܡ ܕܐܝܟ ܗܘ
ܘܐܝܟ ܗܘ ܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܗܘ ܚܕ .
ܗܘ ܡܫܬܡܫ ܫܢܝ ܠܐܟܘܢܝܢ ܡܫܬܡܫ
ܘܒܟ ܗܘ ܡܪ ܘܐܢܫܐ ܘܒܩܠ ܡܪܝ ܡܬܚܡܝܢ
ܗܘܘ ܚܕ ܠܟܠ ܪܓܫܐ ܕܡܬܝܡ ܡܢ . ܗܘ
ܪܓܫܐ

sunt, etsi eorum mentionem Diaconi alicubi faciant, eadem ex antiquo more proclamantes. Post hæc exclamat Diaconus, *Claudantur fores Ecclesiæ*. Sed fortasse quispiam nos percontabitur, cur portæ tunc claudebantur? Cui respondemus: Causa, cur clausis januis cum silentio & orali traditione sacramenta perficiebantur, est hæc: Primò propter metum 1 ethnicorum: ne scilicet Gentiles nostra audirent, eaque suis idolis offerrent, sicut fecit Hiram Rex Tyri, qui Templum Hierosolymitano simile excitavit, in quo victimas legales offerebat. Sed & Julianus gentilis Diis suis preces oblationesque, nostris similes, concinnavit, & ceremonias idolis suis, ad formam Rituum Sacramentorum Ecclesiæ, constituit &c. Etiam in consecratione Chrismatis tres olim dumtaxat Orationes recitabantur: sed & Orationes Chirotoniæ (*hoc est, Impositionis manus, seù Collationis Sacrorum Ordinum*) pro singulis Ordinibus 2 una tantum: & dicebantur super ordinandum in Impositione manus, & in silentio, hoc est, in inclinatione. Quas posteà ampliarunt Doctores. Postquam igitur Symbolum 3 tre-

NOTÆ.

1 *Propter metum ethnicorum*. Alias Jacobi Edesseni rationes, cur scilicet fores Ecclesiæ clauderentur, omittit Barsalibæus. Hìc recolenda est Disciplina Arcani, de qua singulare opus edidit doctissimus Scheleſtratius.

2 *Una tantum*. Græci in Euchologio duas habent pro Ordinandis orationes, alteram clara, submissa alteram voce recitantes: quibus præmittunt Proclamationem illam, *Gratia Divina &c.* Syri ex antiquo Ritu, præter illam Proclamationem, quam nomine ܡܫܬܬܐ ܕܐܝܕܐ *Impositionis manus* intelligit Jacobus noster, unam dumtaxat Orationem super Ordinandum ܒܚܫܝܬܐ ܘܒܟܢܝܢܐ *in silentio, & inclinatione*, submissâque voce recitabant.

2 *Symbolum*. Theodorus Lector histor. Eccles. lib. 2. pag. 563. *Timotheus Patriarcha Constantinopolitanus Symbolum fidei trecentorum & octodecim Patrum, in singulis Collectis recitari præcepit, in odium scilicet Macedonii, quasi ille non susciperet id symbolum: quod antea semel tantùm recitabatur quotannis, die magnæ Parasceves, sive Dominicæ Passionis, dum Episcopus baptizandos catechizaret.* Quod de Ecclesia Constantinopolitana intelligendum: nam Antiochiæ Petrus Fullo id antè instituerat, ut idem Theodorus scribit p. 566.

ܟܠܗܘܢ ܘܥܕܬܐ ܬܠܬܝܢ ܫܒܥ ܫܒܥ
ܕܐܒܗܬܐ ܕܢܬܬ ܠܗ ܩܕܡ ܟܠ ܡܕܡ
ܕܢܬܩܕܫ ܟܠܗ ܟܝܢܐ ܕܢܫܐ ܘܩܠܐ ܕܢܬ
ܩܕܝܫ ܟܠܗ : ܡܢܗ ܕܩܪܝܢ ܩܕܡ
ܕܢܬ ܡܨܠܝܢܢ . ܡܢܗ ܟܝ ܕܐܠܗܐ
ܕܐܢܫܐ ܕܐܠܗ ܐܠܗ ܐܠܗ ܐܠܗ ܐܠܗ
ܕܐܠܗ ܐܠܗ . ܕܐܢ ܕܐܠܗ ܐܠܗ ܐܠܗ
ܕܐܠܗ ܐܠܗ ܐܠܗ

quum per hæc, inquam, illi cum ipso, & ipse cum eis unum in Christo corpus unaque mens effecti fuerint; tunc conversus ad Deum Sacerdos, ex verbis quibus consensere, & ex sententia ipsius populi, exordium sumens, verba sua ad Deum Patrem dirigit, cui sacrificium Corporis & Sanguinis Unigeniti in propitiationem animarum Fidelium offertur. Et quoniam Sacerdos unàcum populo dignum esse judicavit gratias agendas Deo, subsumit, *Dignum & justum est, nos te laudare*. Et paucis quidem verbis totum Divinæ gratiæ scopum commemorat, videlicet, primò hominis creationem, deinde ejusdem redemptionem: postremò dispensationem, quam pro nobis subiit Christus, dum propter nos passus est. Huc enim tota Liturgia spectat, ut quæ Christus pro nobis gessit, commemoremus & dicamus. Sed & precatur illapsum Spiritus sancti: mox peragit Commemorationes, in quibus Oblatio absolvitur. Post absolutionem autem Oblationis, & post hunc ordinem, impertit pacem Populo, cruce illum signans: & statim frangit, signat & colit [1] mysteria, Diacono Catholicam [2] recitante. Deinde dicunt Orationem *Pater noster qui es in cœlis*. Posthæc, tradiderunt, Sacerdotem iterùm debere pacem populo annunciare, & orationem impositionis manus facere. Mox præceperunt, ut gratiam Trinitatis populo impertiret, ter eum cruce signans, ac dicens, *sit gratia Trinitatis &c.* respondente populo, *Et cum Spiritu tuo*. His peractis tradiderunt, debere Sacerdotem populum contestari, eumque admonere, in hæc verba: *Hæc Sancta Corporis & Sanguinis, san-*

NOTÆ.

1 *Colit mysteria*. In Textu Syriaco ܦܠܚ: qua voce Jacobus actionem designat, qua Sacerdos fractam Hostiam Sanguine in figura crucis tingit, inquiens: *Credimus, obtulimus* (non *accedimus*, ut perperam vertit Renaudotius) *obsignamus, & frangimus Eucharistiam hanc &c.* Vide apud eundem Renaudot. tom. 2. pag. 38.

2 *Catholicam*. Subintellige Orationem, quam etiam concionem, & commune præconium nominant, in qua brevis vivorum mortuorumque commemoratio peragitur. Summa ejusdem indicatur ex Libro Diaconali à Renaudot. loc. cit.

sanctis ac puris dantur, non iis, qui sancti non sunt: dumque hæc elata voce testatur, elevat in altum Sacramenta, eaque universo populo, tamquam in testimonium, ostendit: Populus autem illicò proclamat, inquiens: *Unus Pater Sanctus &c.* Atque ita Sacramenta percipiunt. Post Communionem autem, præceperunt fieri confessionem & gratiarum actionem, eò quod digni facti sunt participatione Corporis & Sanguinis. Item mandarunt, fieri orationem impositionis manus; atque ita à Diacono Populum dimitti, ut abeant in pace.

Hanc traditionem accepi à Patribus, quam & ego trado. Necesse est autem, ut differam tibi de varietatibus, quæ in Liturgia contingunt. Duo itaque ordines in hac Oblationis Liturgia occurrunt: Alter ad Oblationem & confectionem ipsorum Sacramentorum pertinet: alter ad Commemorationes. Et quidem qui in Urbe Regia, aut in Græcorum provinciis commorantur, sicuti nos offerimus, sic & ipsi Commemorationes peragunt: Primùm scilicet offerunt, deinde Commemorationes statim perficiunt, licet hæ apud nonnullos plures sint, apud alios pauciores, & magis particulares. Atque

idcircò Sacerdos ait: *Memento, Domine, eorum, quorum meminimus, & quorum non meminimus*. Initium autem ordinis Commemorationum ibi est, quum dicimus: *Item offerimus tibi hoc idem tremendum, & incruentum sacrificium pro Sion matre omnium Ecclesiarum*: quæ est Ecclesia Hierosolymitana, ex populo Israel coagmentata, quam omnium primam Apostoli susceperunt. Patres verò Alexandrini aliter offerunt: nam priùs ordinem Commemorationum implent, deinde subjungunt ordinem sacræ Oblationis. Est etiam diversitas in Commemorationibus, quum dicitur, *sicut erat, & est, & permanet in generationem generationum, & in omnia sæcula sæculorum, Amen*: Quam quidem Orationem in urbe Alexandria ipse Sacerdos terminat, inquiens: *Sicut erat &c.* & posteà populus dicit *Amen* dumtaxat. Alia quoque intercedit varietas in compluribus Ecclesiis: nam pro, *Unus Pater Sanctus, unus Filius Sanctus &c.* nonnulli dicunt, *unus Dominus, unus Filius Jesus Christus in gloria Dei Patris, Amen*.

Quia verò etiam de Crucibus quæsisti, quot fiant, accipe, quæ tibi mox referam. Tribus vicibus, tradiderunt nobis Patres, ut cruces super mysteria exprimeremus, & tribus vicibus super populum: singulis autem vicibus tres cruces: ita ut super Corpus cruces sint novem, super Sanguinem novem, super Calicem novem, & super Populum novem. Loca autem, in quibus cruces fiunt super mysteria, sunt hæc. Primus locus, quum Hostiam Panis tenemus, & Deo Patri ostendimus, sicut

ܠܡܟܠ . ܗܘܝܢ ܕܡܬܩܢܝܢ ܘܒܪܟܘ
ܘܠܐ ܕܐܝܟ ܕܟܬܝܒ . ܐܝܟܐ ܕܡܬܩܢܝܢ
ܒܗ ܒܟܪܝܙܐ ܕܡܬܩܢܝܢ ܐܝܟܐ ܕܡܫܬܡܫܝܢ
ܒܗ ܠܡܫܬܐ ܠܡܬܩܢ ܠܗ ܠܚܡܐ ܗܢܐ ܕܢܗܘܐ
ܡܬܩܢܝܢ ܠܗ ܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܗܟܢܐ ܕܢܗܘܐ
ܡܬܩܢ ܗܢܐ . ܘܒܗ ܕܡܬܩܢܝܢ ܡܢܐ
ܕܦܪܝܫܝܢ ܠܚܡܐ ܕܒܗ ܕܡܬܩܢܝܢ .
ܐܝܟܐ ܕܐܠܘܡ ܕܥܒܕ ܡܢܗ ܘܦܫܝܢ
ܒܗ ܕܡܬܩܢܝܢ ܐܝܟ ܡܠܟܐ ܕܢܬܒܥ
ܠܫܡܐ ܕܢܗܘܢ ܚܢܢ ܡܬܟܢܝܢ ܠܟܣܐ ܕܩܘܪܒܢܐ
ܕܡܫܬܡܫ ܒܗ . ܠܟܣܐ ܕܒܐ ܕܟܠ ܐܝܟܐ
ܕܡܬܩܢ ܡܢ ܕܡܬܩܢܝܢ ܠܟܣܐ ܕܩܘܪܒܢܐ
ܕܡܫܬܡܫ ܒܗ . ܐܝܟܐ ܕܐܠܘܡ ܕܥܒܕ
ܕܡܬܩܢ ܕܢܬܩܢ ܠܗ ܡܫܝܚܐ ܕܢܗܘܐ
ܕܡܬܩܢ ܗܢܐ . ܐܝܟܐ ܕܐܠܘܡ ܕܥܒܕ
ܕܡܬܩܢ ܕܢܬܩܢ ܠܗ ܡܫܝܚܐ ܕܢܗܘܐ
ܕܡܬܩܢ ܗܢܐ . ܐܝܟ

ܠܐܦ ܕܢܡܝܢ ܡܢܗ ܕܩܢܘܢܐ ܕܡܫܡܫܐ
ܘܕܡܬܡܪ ܡܫܡܫܢܐ ܕܠܗ ܕܡܫܡܫܢܐ :
ܠܗ ܕܢܩܪܐ ܠܗܘܢܐ ܘܢܐܡܪܝܢ ܐܡܝܢ .
ܕܫܠܝܡ ܘܝܩܝܪ ܗܘܐ ܕܡܬܩܪܐ ܠܗ : ܗܘ
ܠܐ ܡܢ ܕܠܐ ܠܗܘ ܠܗ ܡܫܡܫܢܐ ܕܡܪܝܐ
ܘܡܫܡܫܘܗܝ ܠܗܠ ܕܢܢܝܐ ܡܫܬܐ ܐܘܦ
ܡܢ ܕܠܐ ܡܬܩܢܐ ܡܫܬܐ ܘܡܫܡܫܘܗܝ
ܘܠܢܢ ܠܗܠ ܠܗܘ ܕܡܬܩܪܐ : ܠܐ ܐܘܦ

Item noveris, Canones illos, quos Diaconi dicunt, iis absentibus non esse necessum à Sacerdote recitari. Responsiones autem, quas Populus dicit, ut *Habemus ad Dominum*, & *Dignum & justum est*, & *unus Pater sanctus*, & aliæ hujusmodi, quibus Populus Sacerdoti respondet, etiamsi nemo post Presbyterum adsit, eas tamen à Presbytero prætermittendas non esse, eò quod omnes necessariæ sint, & Liturgiæ pars censeantur.

ܠܗܠܝܢ ܕܡܬܩܪܝܢ : ܡܢܗܠ ܕܡܬܩܪܝ ܠܗܘܢ ܡܫܡܫܢܐ ܕܡܪܝܐ ܡܬܩܢ ܕܡܫܬܐ
ܡܫܬܐ .

10. Epistola ad Joannem Stylitam.

Epistola ad Joannem Stylitam. ܠܬܘܒܝܐ ܕܠܝܘܚܢܢ ܐܣܛܘܢܝܐ .

Fragmentum ejus exstat in Ordine Benedictionis Aquæ in nocte Epiphaniæ in Rituali Jacobitarum pag. 274. Cod. Ecchell. 4. Tradit ibi Jacobus antiquum hujus Benedictionis Ritum, statuens nefas esse, aquam benedici super Altari Chrismate consecrato, aut super vase, in quo Ossa Martyrum abluta fuerint, vel aliud quippiam sacrum ministerium peractum sit, ut Missa, Chrismatis consecratio, & alia hujusmodi. In eodem Rituali pag. 275. hæc adnotatio de Ritu Benedictionis Aquæ legitur: ܗܘܢܐ ܕܡܪ ܝܘܚܢܢ ܣܒܐ ܡܫܡܫܐ ܘܡܬܩܢ ܡܢ ܡܫܬܐ ܕܡܪ ܚܢܢܐ ܘܚܫܡܬܐ ܕܡܪ ܒܪܝܫܐ ܕܡܢ ܚܢܢܝܐ :

Atque iste (Ritus) *juxta novam & accuratam emendationem Mar Jacobi, & juxta Ritum sacri monasterii inclyti Mar Barsaumæ* (Inclytum vocat Auctor Jacobita, quem pessimum hæreticum fuisse, constat ex Actis sacri Concilii Chalcedonensis.) In laudato Codice Ecchell. 4. pag. 180. citatur ex eadem Jacobi Epistola Canon, *De foribus Ecclesiæ, dum sacra celebrantur, occludendis.* In Codice nostro Syriaco 3. tria ex eadem Epistola scholia producuntur: Primum pag. 39. *de Melchisedech, & de Sacrificio Abrahæ.* Secundum pag. 181. in illud Jeremiæ, juxta Versionem Syriacam, *non deficiet vir ex Jonadab filio Rechab, qui adstet coram me cunctis diebus*, Tertium denique pag. 287. in illud Apostoli, *In nomine Jesu omne genuflectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.*

11. Epistola ad Adæum Presbyterum.

Epistola ad Adæum Presbyterum, de variis Ecclesiæ Ritibus: ܠܬܘܒܝܐ ܕܥܕܝ ܩܫܝܫܐ ܕܥܠ ܫܢܝܐ ܕܥܕܬܐ .

Integra habetur in vetustissimo ms. Codice Mediceo, teste Renaudotio tom. 2. Liturg. Orient. pag. 381. ubi & à Jacobo exarata fuisse dicitur anno Græcorum 998. Christi 687. Laudatur & in Rituali Jacobitarum Cod. Ecchell. 4. pag. 274. ubi Jacobus refert initium trium Orationum, quibus Aqua benedicitur: & de tertia quidem sic loquitur: ܘܩܪܐ ܠܬܠܬܐ ܕܒܪܟܬܐ ܕܡܝܐ ܕܡܪܝ ܡܢ ܕܫܡܝܐ : ܗܘ ܕܐܡܪ ܡܪܝ ܡܪܝܡܐ ܕܩܕܝܫ ܩܕܡ ܕܥܒܕ ܩܘܡܐ ܕܫܡܝܐ ܘܡܕܡܐ ܕܟܠܗ .

Et recitat orationem majorem Benedictionis aquæ, cujus initium: Magnus es Domine: quam Sanctus Proclus

clus cujusdam urbis insulæ Cypri Episcopus composuit. Hic Proclus fortasse est Auctor Anaphoræ Syriacæ, quæ sub ejus nomine apud Syros circumfertur: nam licet illa ad Proclum CP. communiter referatur, probabile tamen est, à Cyprio Proclo, cujus Jacobus noster, meminit, eam fuisse conscriptam. Quid si dicamus pro *Episcopo Cyzici*, Jacobum scripsisse Episcopum *Cypri*? Nam Proclus CP. Ecclesiam Cyzici priùs rexit, & Librum de Traditione Divinæ Liturgiæ scripsit. In Cod. nostro Syriaco 3. p. 172. exstat fragmentum ex laudata Jacobi Epistola, *De ossibus aridis, quæ Ezechiele prophetante revixerunt*.

12. Epistola ad Danielem. *Epistola ad Danielem*: ܠܬܢܝܐܝܠ ܕܒܝܬ ܫܐܠܬܝܝܠ.

Fragmentum habetur in nostro Cod. Syr. 3. pag. 111. *de muliere Thecuitide, quæ Regis David clementiam pro Absalom filio exoravit*. Hic porro Daniel videtur *Salchensis* esse, de quo mox sermo erit.

13. Liber Thesaurorum. *Liber Thesaurorum*. ܟܬܒܐ ܕܓܙܐ ܕܪܙܐ: seù, *Tractatus de rebus mysticis*: nimirùm de Baptismo, de Missa, & de Aquæ Benedictione. ܡܥܡܕܐ ܕܩܘܪܒܢܐ ܘܡܝܐ ܕܒܪܟܬܐ.

Citatur in Rituali Jacobitarum Cod. Ecchell. 4. pag. 274. & apud Antonium Marsilium Columnam in Hydragiologia, cujus verba retulimus suprà pag. 469.

14. Cantus, & octoëchus correctus. *Cantus X. in Festum Palmarum*: ܡܙܡܘܪܐ ܕܥܒܕܘ ܒܥܘܬܐ ܕܫܒܬܐ.

Exstant in Cod. nostro Syriaco XV. fol. 26. quibus hæc nota præfigitur: ܡܫܘܚܬܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ: *Scholasticus Hymnus Sancti Jacobi Doctoris*. Ex titulo autem *Doctoris*, Sarugensi potiùs, quam Edesseno Jacobo tribuendos esse dixissem, nisi in cæteris *Edesseni* nomen prænotaretur. Præterea non metro, aut certo syllabarum numero hi Cantus alligati sunt, quales esse Sarugensis hymnos suprà vidimus, sed ad unum, vel alterum ex octo celeberrimis Tonis expressi, qui apud Græcos, & Syros circumferuntur. In eodem Codice Syriaco XV. fol. 142. dicitur Jacobus noster *Octoëchum* Syrorum correxisse in hæc verba:

ܠܡܫܘܚܬܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܕܥܒܕ ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܘܥܒܕ ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܕܐܝܬ ܚܕ ܡܢ ܐܠܦ ܘܬܫܥ ܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܕܩܠܝܢ ܕܟܠܗ ܫܢܬ

Hæc in utrumque Teſtamentum citantur paſſim à Gregorio Barhebræo in *Horreo myſteriorum* (ſic commentaria ſua in Scripturam inſcribit) Gen. cap. 1. 6. 8. Reg. 3. cap. 1. 22. Act. Apoſt. cap. 7. & à Dionyſio Barſalibæo Comment. in Evang. p. 101. 107. Teſtatur Hottingerus in Biblioth. Orient. cap. 3. p. 283. 292. ſe vidiſſe in Leidenſi Bibliotheca commentaria Jacobi *in Hexaëmeron ad Conſtantinum*. Eadem exſtare in Biblioth. Lugduno-Batava num. 87. aſſerit Gul. Cave hiſt. liter. tom. 1. pag. 100. licet in dubium vocet, noſtri ne Jacobi ea ſint, an Niſibeni. In Codice noſtro Syriaco 3. in octo Scripturæ Libros breviſſima Jacobi Commentaria habemus, quæ ille

ܦܫܩܐ ܘܡܫܠܐ ܕܚܘܫܒܐ ܘܪܙܐ :

Expoſitionem verborum difficilium & myſticorum appellat: nimirùm.

In Geneſim pag. 32. Initium:

ܕܟܬܝܒ ܡܢ ܩܕܡ ܡܝܡܪ ܠܐܚܐ ܝܩܪܐ ܚܒܝܒܐ ܠܫܡܥ ܣܬܡܐ ܘܠܫܡܥ ܡܬܟܬܒܐ :

Quidquid olim ſcriptum eſt, cariſſime, & doctrinæ amans frater, ad noſtram utilitatem & doctrinam ſcriptum eſt. Commentariis Jacobi intermiſcetur ab amanuenſi Scholion ex Epiſtola Severi ad Solonem Iſauriæ Epiſcopum *de Angelis, quos Abraham convivio excepit, utrùm verè manducaverint, nec ne*: pag. 38.

In Exodum, pag. 44. Initium:

ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܠܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬܝܗ ܕܐܝܟ ܗܘ ܡܬܟܢܫܘܢ : ܠܒܪ ܡܢ ܕܢܦܫܗ ܡܫܟܚ ܕܫܒܥܝܢ ܢܦܫ .

Scriptum eſt: Quum Iſrael, ejuſque filii in terra Chanaan habitarent, fame compulſi, in Ægyptum deſcenderunt. Erant autem ſeptuaginta animæ &c. Ibidem Methodoli antiquiorum Ægyptiacarum Scriptoris meminit in hæc verba: ܡܬܬܐ ܕܡܢ ܡܠܟܐ

ܕܡܨܪܝܐ ܘܡܬܬܐ ܕܡܢ ܡܠܟܐ ܕܡܨܪܝܐ ܗܘ ܡܫܟܚ ܕܐܝܬܝܗ ܕܐܝܟ ܗܘ ܡܬܟܢܫܘܢ ܠܒܪ ܡܢ ܕܢܦܫܗ ܡܫܟܚ ܕܫܒܥܝܢ ܢܦܫ .

De Regum enim Ægyptiorum (hoc eſt, Pharaonum) *nequitia diſſerit Methodolus Ægyptiorum Chronographus*. Manethonem, puto, intelligit, de quo Joſephus lib. contra Appionem frequenter.

In Leviticum, pag. 52. Initium:

ܡܬܬܐ ܕܒ ܡܬܬܐ ܕܚܘܫܒ ܡܫܟܢܐ ܕܡܫܟܢ ܡܫܟܢܐ ܕܡܫܟܢ ܡܫܟܢܐ ܕܡܫܟܢ ܡܫܟܢ :

In præcedenti Libro, frater doctrinæ amans, de ſacri Tabernaculi contemplatione ſermonem clauſimus.

In Numeros, pag. 57. Initium:

ܟܕ ܡܢ ܪܫܝܐ ܕܫܒܛܐ ܡܬܠ ܕܐܝܟ ܡܢܝܢ ܠܡܢܝܢ ܠܡܢܝܢ ܠܡܢܝܢ ܠܡܢܝܢ ܠܡܢܝܢ ܠܡܢܝܢ ܠܡܢܝܢ ܠܡܢܝܢ .

Quum Principes Tribuum & univerſum populum Iſrael numerare Moyſes à Deo juſſus fuiſſet.

In Deuteronomium, p. 59. Initium:

ܕܢܝ ܕܡܬܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬܝܗ ܕܐܝܟ ܗܘ ܡܬܟܢܫܘܢ ܠܒܪ ܡܢ ܕܢܦܫܗ ܡܫܟܚ ܕܫܒܥܝܢ ܢܦܫ .

Deuteronomium, frater doctrinæ amans, myſterium eſt novæ ac ſpiritualis in Chriſto Legis.

In Job, pag. 63. Initium: ܗܢܐ ܕܐܝܘܒ ܡܫܟܚ ܕܐܝܬܝܗ ܕܐܝܟ ܗܘ ܡܬܟܢܫܘܢ ܠܒܪ ܡܢ ܕܢܦܫܗ ܡܫܟܚ ܕܫܒܥܝܢ ܢܦܫ .

Hunc Jobi Librum, doctrinæ amans, Moyſes conſcripſit.

In Joſue, pag. 65. Initium:

ܡܬܬܐ ܕܡܢ ܡܠܟܐ ܕܡܨܪܝܐ ܗܘ

Veterem Legem in Pentateucho accuratè ac subtiliter investigans, Moysen tibi depinxi.

In Judices, pag. 66. Initium:

ܠܡܣܬܪܝܘܬܐ ܕܢܘܢ ܟܠܗܘܢ ܕܐܬܘ ܒܬܪ ܝܫܘܥ ܠܡܫܪܐ ܥܡܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܡܠܬܐ ܕܡܪܝܐ ܐܠܐ ܠܡܠܬܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܕܥܠ

beret, quale igitur Davidis, aut populi peccatum fuit, ob quod correpti sunt? pag. 114. De juramento, quo David se Bethsabee uxori obstrinxit, fore ut Salomon filius ejus in regno sibi succederet, pag. 116. De Vate illo, qui ex Judæa venit, ut Jeroboamum argueret, pag. 122. De panibus, & carne, quæ corvus ad Eliam Prophetam afferebat, p. 123. De Naboth, cujus vineam Rex Achab abstulit: ubi hæc Jacobi Expositio dicitur esse *Scholion decimum nonum in Libros Regum*, pag. 126. De Merodach, & Ezechia, pag. 132.

In Zachariam Prophetam Scholia tria, pag. 154. 155. & 201.

In Ezechielem Scholion, pag. 174.

In Danielem Scholia quinque, p. 199. 200. 203. 205. 206. Ubi septuaginta annos captivitatis Babylonicæ colligit in hunc modum, p. 203.

ܫܢܝܐ ܕܫܒܝܐܬܐ ܗܟܢܐ ܡܢܝܢܝܢ ܗܘܘ . ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܫܢܬ ܟܐ . ܐܘܝܠܡܪܘܕܟ ܫܢܬ ܒ . ܒܠܬܫܨܪ ܫܢܬ ܕ . ܕܪܝܘܫ ܡܕܝܐ ܫܢܬ ܙ . ܟܘܪܫ ܫܢܬ ܝܕ . ܕܪܝܘܫ ܫܢܬ ܟܐ . ܕܪܝܘܫ ܫܢܬ ܠܒ . ܒܫܢܬܐ ܬܪܬܝܢ ܕܫܒܝܐܬܐ ܗܘܘ . ܡܛܠ ܕܡܠܟܐ ܪܒܐ ܗܘܐ ܒܒܝܬ ܡܠܟܐ ܟܕ ܡܬܟܢܫܝܢ ܥܡܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܢܒܥܘܢ ܕܝܢܐ ܡܢ ܩܕܡ ܣܒܐ ܕܗܘ ܡܠܟ ܟܠ ܥܡܐ ܘܡܠܟܐ ܕܐܦ ܟܕ ܐܣܝܪ ܗܘܐ . ܗܟܢܐ ܚܫܒ ܠܝ ܒܝܘܣܦ ܒܥܠܗ ܕܫܘܣܢܐ ܕܗܘ ܡܠܟ ܥܡܐ ܕܐܬܝ ܡܢ ܝܗܘܕܐ ܕܢܫܪܐ ܠܝܪܒܥܡ ܕܢܫܬܡܥ ܠܗ ܒܫܢܬ ܬܠܬ ܥܣܪܐ ܕܫܢܝ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܪܬܚܫܣܬܐ ܡܠܟ ܦܪܣ ܕܗܘ ܡܫܬܒܝ ܡܢ ܫܒܝܐ ܕܒܒܠ ܘܐܬܐ ܠܐܪܥ ܝܗܘܕܐ ܘܒܢܐ ܠܗ ܒܝܬ ܡܩܕܫ ܐܠܗܗ ܕܒܢܝ ܫܪܝ ܡܢ ܩܕܡ ܡܠܟ ܦܪܣ ܕܗܘ ܡܫܬܒܝ ܡܢ ܫܒܝܐ ܕܒܒܠ ܘܐܬܐ ܠܐܪܥ ܝܗܘܕܐ ܘܒܢܐ ܠܗ ܒܝܬ ܡܩܕܫ ܐܠܗܗ ܕܒܢܝ ܫܪܝ

Anni itaque captivitatis sic numerantur. Nabuchodonosor ann. 23. Evilmerodach 2. Balthassar 4. Darii Medi 17. Cyri 14. In urbe Babylone Cambysis ann. 8. Darii 36. Anno hujus secundo impleti sunt anni captivitatis, & reversi sunt captivi ex urbe Babylone. De Joachim verò Susannæ viro hæc tradit pag. 205.

ܗܘܝܠܡܪܘܕܟ ܒܪ ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܕܗܘ ܡܠܟ ܥܡܐ ܕܐܬܝ ܡܢ ܝܗܘܕܐ ܕܢܫܪܐ ܠܝܪܒܥܡ ܕܢܫܬܡܥ ܠܗ ܒܫܢܬ ܬܠܬ ܥܣܪܐ ܕܫܢܝ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܪܬܚܫܣܬܐ ܡܠܟ ܦܪܣ ܕܗܘ ܡܫܬܒܝ ܡܢ ܫܒܝܐ ܕܒܒܠ ܘܐܬܐ ܠܐܪܥ ܝܗܘܕܐ ܘܒܢܐ ܠܗ ܒܝܬ ܡܩܕܫ ܐܠܗܗ ܕܒܢܝ ܫܪܝ

Joachimum autem Susannæ virum, cujus in domo, tamquam in ædibus Principis, populum Seniores judicabant, existimo eum esse Joachimum Regem, quem Nabuchodonosor in carcerem detrusit: quo mortuo quum Evilmerodach regnaret, è carcere dimissus fuit, uxoremque duxit, & ædes possedit. Quia verò regia dignitate fulserat, in ejus domo populus conventum faciebat, ut à Senioribus, qui Susannam ipsius uxorem post calumniati sunt, judicium quærerent: Principem enim omnium Regemque eum habebant, etsi captivus esset. Sic de Joachim Susannæ viro opinandum mihi videtur. De Susanna verò procreatum fuisse arbitror Salathielem Zorobabelis magni patrem, qui princeps populi fuit, quum ex Babylonis captivitate sub Dario redirent. Ætatem denique Danielis in hæc verba statuit pag. 206.

ܗܘ ܚܢܢ ܕܢܒܘܟܕܢܨܪ ܕܗܘ ܡܠܟ ܥܡܐ ܕܐܬܝ ܡܢ ܝܗܘܕܐ ܕܢܫܪܐ ܠܝܪܒܥܡ ܕܢܫܬܡܥ ܠܗ ܒܫܢܬ ܬܠܬ ܥܣܪܐ ܕܫܢܝ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܪܬܚܫܣܬܐ ܡܠܟ ܦܪܣ ܕܗܘ ܡܫܬܒܝ ܡܢ ܫܒܝܐ ܕܒܒܠ ܘܐܬܐ ܠܐܪܥ ܝܗܘܕܐ ܘܒܢܐ ܠܗ ܒܝܬ ܡܩܕܫ ܐܠܗܗ ܕܒܢܝ ܫܪܝ

ܕܬܫܥ ܫܢܝܢ : ܗܠܐ ܡܢܗܘ ܕܢܦܩ
ܠܒܒܠ ܐܝܟ ܕܫܒܝܐ ܘܫܢܬܐ
ܕܥܠܡܐ ܕܢܦܩ ܠܒܒܠ ܘܫܢܬܐ .

Danielis anni 15. *antequam ex Hierusalem captivus duceretur. Nabuchodonosor regnavit ann.* 43. *Evilmerodach hujus filius ann.* 2. *Niraglasares hujus Socer* (alias Teglatlasar,) *qui & ipsum occidit, ann.* 2. *Sarcus, qui & Balthassar ann.* 2. *Darius Primus, quem Scriptura Medum appellat, idemque dicitur Nabonides, ann.* 17. *Cyrus Persarum Rex, qui Babylonem subegit, ann.* 14. *Cambyses hujus filius ann.* 8. *Magi fratres, qui rebellarunt, ann.* 1. *Darius Arabum & Persarum Rex, sub quo captivi reducti sunt, ann.* 8. *Hos annos si colligas, habebis, Danielem annos decem suprà centum vixisse.* Imò *duodecim suprà centum.* Nec cohæret ista supputatio cum ea, quam Jacobus suprà tradidit pag.203. Ibi enim Balthassar regnasse dicitur ann. 4. hìc ann. 2. Ibi post Cambysem Darius, hìc Fratres Magi collocantur. Vide Cornelium à Lapide Proœmio in Danielem, ubi annos centum eum vixisse affirmat, & Pererii sententiam rejicit, annos eidem centum triginta octo tribuentis. Cur autem Daniel, etsi annos ageret sexaginta, puer tamen dictus sit, hanc causam reddit.

ܘܒܫܬܐ ܕܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܗܘܐ ܕܢܒܝܐ
ܡܬܝܠܐ ܗܘܐ ܕܢܦܩ ܠܒܒܠ ܒܫܝܘܬܗ
ܕܢܒܘܕܟܢܨܪ ܡܠܟܐ . ܫܢܬܐ ܕܬܠܬܝܢ
ܕܐܘܝܠܡܪܘܕܟ ܒܪܗ ܕܢܒܘܕܟܢܨܪ
ܡܠܟܐ ܕܢܦܩ ܠܒܒܠ ܘܫܢܬܐ ܕܬܠܬ
ܕܢܪܓܠܣܪ ܚܡܘܗܝ ܕܢܦܩ ܠܒܒܠ
ܘܫܢܬܐ ܕܬܠܬ ܕܣܪܟܘ ܚܡܘܗܝ ܕܢܦܩ
ܠܒܒܠ ܘܫܢܬܐ ܕܬܠܬ ܕܕܪܝܘܫ ܡܠܟܐ
ܕܦܪܣܝܐ ܕܡܪܝ ܠܗ ܟܬܒܐ ܕܡܕܝܐ
ܗܘ ܕܢܒܘܢܝܕܣ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ
ܕܡܪܝ ܠܗ ܟܬܒܐ ܕܡܕܝܐ ܗܘ ܕܢܒܘܢܝܕܣ
ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܡܪܝ ܠܗ ܟܬܒܐ
ܕܡܕܝܐ

ܡܛܥܡܐ ܕܕܢܝܐܝܠ ܗܘܐ ܛܠܝܐ ܠܡܕܝܢܬܗ ܕܫܘܣܢܐ ܡܛܠ ܬܪܬܝܢ ܐܝܟ ܕܣܒܐ ܘܕܡܬܝܢ .

Quod autem Daniel dictus fuerit puer, quum Senes propter Susannam judicaret, causa duplex est: vel ob comparationem senum ac presbyterorum, qui ibi aderant: vel quia barba carebat, & veluti eunuchus ex utero matris suæ videbatur; propter siccitatem autem corporis continentiamque longos vixit annos, & tum demùm canos habere cœpit. His igitur de causis licet sexaginta annorum esset, quum senes illos judicavit, puer tamen videbatur, & dicebatur.

In Ecclesiasten Scholia quinque à pag. 250. Plura in eundem Librum à Jacobo Scholia edita fuisse, liquet ex pag. 256. ubi *decimum* Scholion producitur, in hæc verba: ܐܒܐ ܕܡܢܝ ܡܪܝܡ ܐܡܐ ܘܐܘܟܝܡ ܬܪܬܝܢ ܒܪܝܬܗ ܕܕܐܝܕ ܘܡܢܗ ܐܬܝܠܕ ܠܦܢܬܝܪ ܘܒܗ ܐܬܝܠܕ ܠܦܢܬܝܪ ܐܚܘܗܝ ܕܡܠܟܝ ܒܪ ܢܬܢ ܘܒܢܝ ܠܘܝ ܐܬܝܠܕ ܘܐܬܝܠ ܒܬܪ ܐܬܪ ܕܛܒܪܝܐ ܕܒܓܠܝܠ ܐܬܪ ܕܐܬܝܠ ܠܗ ܫܡܐ ܕܛܒܪܝܐ ܘܐܡܪܝܢ ܕܐܬܝܠ ܠܗ ܫܡܐ ܕܛܒܪܝܐ ܘܐܡܪ ܕܐܬܝܠ ܠܗ ܫܡܐ ܕܛܒܪܝܐ . *Item Mar Jacobi Abbatis Edesseni de verbis mysticis ejusdem libri Ecclesiastæ, ex Scholio decimo.* Quod autem Jacobus *Abbas* dicatur, suspicari me facit, eum priùs Abbatem Monachorum Edessæ fuisse, deinde Episcopum: nisi dicamus, titulum ܐܒܐ, seù ܐܒܐ *Abbatis*, quem Arabes corrupta voce dicunt انبا *Anba*, Episcopis etiam in Syria tribui consuevisse, quemadmodum in Ægypto Monachis, Episcopis, & ipsi Patriarchæ Alexandrino passim tribuitur.

In Lucam Scholion ܕܡܪܝ ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܢܗ ܐܒܐ : *De Deiparæ genere, atque Parentibus*, pag. 315. Verba Jacobi hæc sunt. ܐܡܪ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܒܐ ܕܡܢܝ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܐܒܐ ܘܐܡܐ : ܕܡܪܝܡ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܒܐ ܘܐܡܐ ܘܐܚܘܗ

ܗܘܝܢ ܐܡܬܐ ܘܐܚܬܗ ܕܐܡܗ ܩܐܡܝܢ
ܡܕܡܥܠܝܢ ܘܠܝܬ ܐܝܟ ܕܬܗܘܐ ܩܝܡܐ :
ܘܡܛܠ ܕܗܢܘ ܒܬ ܚܕ ܗܘܬ ܘܚܝܕܝܐ
ܕܒܢܝܢ ܐܒܗܝܗܘܢ ܗܢܘ ܡܠܬܐ ܗܟܝܠ
ܕܢܗܘܐ ܒܗ ܡܠܦܢܐ ܕܩܕܝܫܬܐ ܘܩܫܝܫܐ
ܕܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܕܦܫܩܘ ܗܠܝܢ ܗܘ ܕܐܡܪ
ܕܩܝܡܬܐ ܗܝ ܕܐܡܪ ܗܘ ܕܐܝܟ ܕܐܡܪ
ܕܗܘ ܡܠܬܐ ܕܢܗܘܐ ܡܬܬܠܦ ܗܘ ܕܐܝܟ
ܕܐܡܪ ܗܘ ܕܐܝܟ ܕܐܡܪ

ſediſſe dicitur: eſtque planè diverſus à ſeniore Athanaſio, qui eodem Dionyſio teſte, ab anno Græcorum 915. ad annum 955. Jacobitis præfuit, de quo infrà pag. 507. Atque hìc obiter rejiciendus Pagius, qui ad annum Chriſti 629. num. 6. de Seniore Athanaſio ſic ſcribit: *Planè autem falſum, Athanaſium Jacobitarum fuiſſe Patriarcham; quum Auctor Chronici Orientalis, Patriarcharum Jacobitarum accuratum Catalogum ſcripſerit, ejuſque non meminerit*: Is enim Jacobitarum in Ægypto, non in Syria & Meſopotamia Patriarchas recenſet.

20. Severi Homiliæ in Syriacum converſæ.

Severi Patriarchæ Antiocheni Homiliæ in Syriacum converſæ, & in tres Tomos diſtributæ, quorum primus complectebatur priores Homilias 43. Secundus à 44. ad 90. Tertius à 91. ad 125. Ex his ſecundum dumtaxat habemus verſionis Jacobi in Cod. Nitr. 31. nam reliqui Codices, in quibus Homiliæ Severi continentur, alium Interpretem habent, ut conferenti eas, quæ in his Codicibus, & quæ in Cod. 31. exſtant, homilias, apparet.

CAPUT XLI.

Georgius Arabum Epiſcopus.

I. Georgii Arabum Epiſcopi ætas.

JACOBO Edeſſeno & S. Joanni Damaſceno æqualem fuiſſe Georgium teſtantur tùm Anonymus Syrus apud Antonium Marſilium Columnam in Hydragiologia, tùm Gregorius Bar-hebræus in lib. Ethic. cap. 4. quorum verba retulimus pag. 469. Cur autem *Arabum Epiſcopus* dicatur, & quinam ante ipſum Chriſtianis Arabibus præfuerint, ex Dionyſii Chronico vidimus pag. 167. Atque hinc arguitur ineptiſſimus Jacobitarum Encomiaſtes, qui in ms. Cod. Arabico Collegii Maronitarum de Urbe, quoſdam Maroniticæ Liturgiæ Ritus reprehendens, ſic de Georgio noſtro loquitur pag. 65. وعليكم فيها تبكيت قوى من انبا جاورجى بطرك الامم الذى ماتت البطاركة الذين على الكراسى وبقى هو وحده بالحياة.

Hac de re vos acriter reprehendit Abbas Georgius Patriarcha gentium, qui mortuis reliquarum Sedium Patriarchis, ſolus ipſe ſupervixit. Cauſam nimirùm ignorans, cur ille diceretur, ܓܝܘܪܓܝܣ ܕܥܡܡܐ *Georgius Gentium*, vel ܓܝܘܪܓܝܣ ܕܥܡܡܐ ܥܪܒܝܐ *Georgius Gentium Arabicarum*, exiſtimavit eum Gentium omnium Chriſtianarum Patriarcham fuiſſe. De Arabibus verò, quibus Georgium Epiſcopum præfuiſſe Bar-hebræus loc. cit. memorat, notandum hìc obiter ex ejuſdem Bar-hebræi Chronico, eos Monophyſitarum erroribus pridem infectos fuiſſe, metuque Catholicorum Orientis Principum ad Mahometanorum caſtra demùm profugiſſe. وكان سبب الفتنة بين العرب والروم اضطهاد الملك يوسطينوس الابا القايلين بالطبيعة الواحدة لان نصارى العرب يومئذ انما كانوا يعتقدون اعتقاد اليعقوبية لا غير؛

Cauſa, inquit, *cur Arabes à Romæis* (Græcis) *diſſidere cœperint, fuit perſecutio ab Imperatore Juſtino adversùs Patres Monophyſitas mota. Arabes quippè Chriſtiani fidem Jacobitarum ea tempeſtate unicè profitebantur.*

II. Ejuſdem ſcripta.

Plura Georgius Opera ſcripſiſſe perhibetur à Syris. Sed quorum notitia ad nos pervenit, hæc ſunt.

Commentaria in Scripturam Sacram. Laudantur paſſim à Bar-hebræo in Horreo myſteriorum. Fragmentum in *Matthæum* exſtat in Cod. noſtro Syriaco 3. pag. 316. ubi diſertè ܓܝܘܪܓܝܣ ܕܥܡܡܐ ܩܫܝܫܐ *Georgius Gentium Epiſcopus* appellatur. Ex eodem in quatuor

tuor Evangelia expositiones adducuntur frequenter ab Anonymo Auctore Catenæ Syriacæ in Codice ms. Syr. Vatic. 16.

De Chronico, seù *Calendario* carmen elegantissimum metro dodecasyllabo, in capita 24. divisum, in quo de Epacta, de Festis mobilibus inveniendis, de Cyclo Solari & Lunari, de mensibus & hebdomadis, deque aliis ad computum Ecclesiasticum spectantibus brevissimam æquè & exactissimam methodum tradit. Titulus Carminis: ܡܕܡܪܢܘܬܐ ܕܝܥܩܘܒ ܡܪܝܐ ܕܥܒܝܕ ܠܓܪܝܓܘܪ ܡܦܪܝܢܐ ܡܢ ܦܝܫܝܬܐ ܕܟܪܘܢܝܩܐ: *Carmen metro Mar Jacobi, compositum à Georgio Gentium Episcopo de Chronico*. Initium: ܚܕ ܡܢ ܐܡܐ ܕܐܬܝ ܠܗ ܡܢ ܡܪܝܐ ܠܡܐ ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܢ ܡܪܝܐ ܠܡܐ ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܢ ܡܪܝܐ ܠܡܐ ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܢ ܡܪܝܐ: *Quidam ethnicus quum sua superbè jactaret, suos aliquando Poëtas extollebat &c.* Exstat in Bibliotheca Collegii Maronitarum in ms. Codice Syriaco & Arabico post Catechesim, & Encomium Jacobiticæ sectæ. Scribendi hujus Carminis occasionem nactus est Georgius, ex vana cujusdam Arabis jactantia, qui ingenium Arabum Poëtarum ita extollebat, ut reliquarum gentium Poëtas flocci penderet. Ejus igitur fastum retundens, Syriacos versus Arabicis elegantiores esse in Præfatione ostendit: mox Tractatum de Calendario, ab Unitate & providentia Dei, quam Arabes utpote gentiles negabant, exorditur. Eandem de lingua Syriaca, & Arabica disputationem, anno Græcorum 1602. Christi 1291. sibi cum Mahometanis quibusdam intercessisse refert Sobensis in Libro carminum, quem *Paradisum* prænotavit.

CAPUT XLII.

Daniel Episcopus Salchensis.

DANIEL Episcopus *Salach* ܣܠܚ quod Mesopotamiæ oppidum est inter Mardin, & Nisibin urbes situm, Jacobo Edesseno & Georgio Arabum Episcopo æqualis, floruit circa annum Christi 700. Alius proinde à Daniele ܬܘܒܢܝܬܐ *Tubonithæ*, qui ܣܠܚܝ *Talachensis* fuit in Perside Episcopus: & à Daniele Rhesinensi ܪܝܫܥܝܢܝ: à Daniele demùm ܒܪ ܡܪܝܡ *Bar-Mariam*, hoc est, Mariæ filio, quorum meminit Sobensis in Catalogo pag. 80. 102. & 108. Idem autem videtur cum Daniele, ad quem Jacobus Edessenus epistolam dedisse dicitur in Codice nostro Syr. 13. pag. 111. ut suprà indicavi. I. Daniel Salchensis Episcopus Jacobo Edesseno æqualis.

Scripsit ܦܫܩܬܐ ܕܡܙܡܘܪܐ *Expositionem in Psalmos*, quæ exstat integra in Codice nostro Syriaco 16. post Commentaria Dionysii Barsalibæi in Evangelia. Fragmenta autem habentur in laudato Codice nostro Syr. 3. (qui anno Christi 861. scriptus esse dicitur) pag. 47. 87. 115. 152. & 252. ubi appellatur ܕܢܝܐܝܠ ܪܒܐ ܘܡܠܦܢܐ *Daniel Salchensis Abbas, & Doctor*. Citatur passim à Barhebræo in Horreo mysteriorum: & in nota Librorum Syriacorum Codice ms. Latin. Vatic. 6429. pag. 133. his verbis designatur: *Danielis Episcopi Salahani magna expositio super Psalmos*. II. Ejusdem expositio in Psalmos.

CA-

CAPUT XLIII.

Joannes Maro Patriarcha Antiochiæ.

I. Joannis Maronis Acta apud Barclajum, & Quaresmium mendosa.

JOANNES Maro, primus Syrorum Maronitarum post Theophanem Macarii Antiocheni successorem Patriarcha, claruit circa annum Christi 700. Ejus Acta ex pervetusto Codice Arabico anno 1495. descripsit Gabriel Barclajus Episcopus Nicosiensis in Libro ad Georgium Presbyterum Besciaræ filium adversùs Jacobitas cap. 10. eademque anno 1639. Latinè publicavit P. Franciscus Quaresmius in Elucidatione Terræ Sanctæ lib. 1. cap. 37. pag. 96. Uterque tamen mendosum Codicem nactus, pro *Agathone Papa*, sub quo Macarius Antiochenus in sexta Synodo damnatus fuit, *Evagrium* qui in Romanorum Pontificum serie nullus est, posuit, & pro *Sergio Papa*, sub quo Joannes noster Genti suæ Patriarcha præerat, *Honorium* substituit; immani anachronismo, quum Honorius Papa quinquaginta circiter annis Macarium Antiochenum Theophanis prædecessorem antecesserit. Honorii nomen subrepsit & in ms. Historia, qua usus est cl. Faustus Naironus in Dissert. de Origine, ac Religione Maronitarum num. 14. & refertur à Pagio ad annum 635. num. 8. Vide doctissimas in utramque Joannis Maronis vitam observationes Stephani Edenensis Patriarchæ Antiocheni in Vindiciis Maronitarum lib. 1. cap. 7. & seqq. ex quo hæc Joannis Acta summatim excerpsi.

II. Ejusdem gesta ex Stephano Edenensi Patriarcha Maronitarum.

Joannes Sirimensis [1] ex castello Sirimi in monte Suaidia [2] propè Antiochiam oriundus, nobiles atque bene

1 ܡܫܝܚܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ
2 ܡܕܝܢܬܐ ܕܣܘܥܕܝܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ
ܩܕܡ

NOTÆ.

1 *Joannes Sirimensis*. Sirimis *vicus est Cynegicæ regionis in territorio Antiochensi*, inquit Evagrius lib. 4. cap. 38. *Sirimensem* Joannem nostrum appellat & Auctor Syriacæ Vitæ Jacobi Baradæi, seù Zanzali, apud eundem Edenensem cap. 6. in hæc verba.

ܗܘ ܕܒܬܪ ܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܣܘܥܕܝܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܩܕܡ ܐܝܠܝܐ ܕܐܢܛܝܟ

bene moratos, piosque parentes Agathonem 1 & Nohemam nactus est, sororemque germanam, quæ Dei beneficio duobus liberis aucta est Abrahamo 2 & Cyro. Et Abrahamus quidem natu maximus ad consilia prudens, & bellica virtute clarus fuit, atque postmodùm supremam inter suos potestatem adeptus, suis copiis Avunculum ex Apameensi Cœnobio in Arcem Semar-Gebail 3 fugientem deduxit. At Cyrus 4 Avunculi institutum amplexus, literis à pueritia operam dedit: & ipso Joanne magistro in doctrina & pietate tantum profecit, ut eidem in Episcopatu Antiocheno posteà fuerit suffectus.

Joannes itaque à teneris annis parentum cura in scholis educatus, divinas humanasque literas Antiochiæ primùm, deinde in Sancti Maronis 5 cœnobio hausit: postremò Græcæ eru-

NOTÆ.

1 *Agathonem & Nohemam*. Francos, hoc est, Latinos fuisse Joannis parentes, scribit Anonymus in pervetusto Codice Arabico Ecclesiæ Damascenæ, cujus verba idem Edenensis refert cap. 9. Affirmat & Auctor Vitæ ejusdem Joannis apud Gabriel. Barclajum, & Quaresmium. Testatur denique Sobensis in Catalogo pag. 88. ubi eum disertè appellat ܒܪ ܦܪܢܓܘܝܐ *Bar-Frangoje*, idest, filium Francorum.

2 *Abrahamum*. *Abrahaminus* per contemptum appellatur à Jacobitis, ut ex Nairono observat Pagius ad annum 635. num. 5. in hæc verba. *Hic* (Joannes Maro) *& scriptis, & concionibus, ac disputationibus Jacobitarum odium ita in se concitavit, ut ab illis in derisum vocatus fuerit Maroninus, ut videre est in eorum Catechesi, ubi in descriptione insectationum Imperatorum adversùs Jacobitas pro confirmatione Statutorum Concilii Chalcedonensis legitur: Insurrexit cum Imperatore Maroninus, undcum Abrahamino ejus ex sorore nepote.*

3 *Semar-Gebail*. Castrum non procul à Botro Phœniciæ urbe.

4 *Cyrus*. *Curis*, & *Caris* appellatur à Quaresmio tom. 1. pag. 97.

5 *Sancti Maronis*. Ejus vitam vide apud Theodoretum in Relig. Hist. cap. 16. qui de Æde ipsi exstructa hæc habet: *Optarat autem* (S. Maro,) *ut in eodem sepulcro cum Zebina conderetur, quem admiratus fuerat, Patremque & Magistrum appellare solebat. Sed quum post ejus mortem acre inter vicinos certamen de ejus corpore ortum esset, finitimi cujusdam vici incolæ, cæteris vi pulsis, sacrum thesaurum rapuerunt, maxima Æde exstructa, ac celebri festo illum honorantes*. Quæ verba de celeberrimo S. Maronis Templo ac Cœnobio, quod Apameam inter & Emesam ad Orontem fluvium situm erat, intelligenda esse videntur. *Et quidem Monachorum illius Monasterii fidem semper Catholicæ veritati consonam fuisse, deducitur ex eo, quod quum per Orientem eorum fama diffusa esset, adversùs insurgentes hæreses firma dicerentur propugnacula* (inquit Pagius ad annum 400. num. 19.) *eorumque Monasterium, tamquam Princeps Monasteriorum Syriæ secundæ ab omnibus haberetur, sicut Quintæ generalis Synodi Acta declarant, ubi Paulus Diaconus, qui eidem Synodo interfuit, & Joannes Presbyter, in Epistolis Monachorum ejusdem Provinciæ ad Ju-*

eruditionis amore captus, Constantinopolim petiit, ubi non Græcum modò sermonem, sed abdita quæque græcanicæ sapientiæ mysteria didicit: Sanctorum prætereà Patrum per eandem occasionem tractatus, & in divinas literas commentarios evolvit &c.

Longiorem in ea urbe moram parentum mors Joanni intercidit. Eam ob causam in patriam revocatus, rei domesticæ Abrahamum præfecit, Cyrum ad S. Maronis cœnobium, situm juxta Orontis ripas, secum adduxit: quo in loco abdicatis sæculi curis, & monastico habitu indutus, mox etiam Sacerdotio initiatus, Dei obsequio, populique Christiani saluti utilitatique seipsum devovit. Quantum verò in eo statu sapientia & gratia apud Deum & homines profecerit, variæ ejusdem elucubrationes

Justinianum Imperatorem, & *ad Mennam Patriarcham*, *quæ ibidem recitantur*, Monachi & Ambasiatores *dicuntur* Monasterii Beati Maronis Primatis Monasteriorum Syriæ secundæ, & *pro omnibus Monasteriis ejusdem Syriæ subscribunt. Et in epistola Archimandritarum Syriæ secundæ ad Hormisdam Papam, anno 517. data, primo loco subscribit*, Alexander Archimandrita, seù Abbas Sancti Maronis. *Sic etiam in Libello Monachorum tractus Apameensis ad secundæ Syriæ Episcopos, qui insertus est eidem Concilio, Act. 1. idem legitur. Quocirca hæreticorum furor adversùs præfatos Monachos adeò incaluit, ut multa illis temporibus passi sint ab Acephalis, Severianis, Eutychianis*, & *à Petri Fullonis asseclis, qui in Trisagio Trinitatis crucifixionem admittebant*. Trecentorum & quinquaginta Monachorum ejusdem Monasterii martyrium celebratur in Martyrol. Rom. die 31. Julii. Ejusdem Cœnobii muros à Justiniano Imperatore restauratos fuisse, testatur Procopius de Ædificiis lib. 5. cap. 9. Quæ eò produximus, ut Eutychii Alexandrini commentum explodatur, de laudato Apameensi Cœnobio sic fabulantis tom. 2. Annalium pag. 191.

وكان في عصر موريق ملك الروم راهب يقال له مارون يقول ان سيدنا المسيح طبيعتين ومشيئة واحدة وفعل واحد وقنوم واحد الخ . فلما مات مارون بنوا اهل حماه دير بحماه وسموه دير مارون ودانوا بدين مارون .

Fuit tempore Mauricii Imperatoris Romanorum Monachus quidam, nomine Maron, qui ajebat, duas esse Christi Domini nostri naturas, & *unam voluntatem, unam operationem, unamque personam* &c. *Quumque mortuus esset Maron, incolæ urbis Hamah* (Apameæ) *Monasterium in Hamah excitarunt, quod* Dair-Marun, *idest Cœnobium Maronis appellarunt, fidemque Maronis professi sunt*. Quam de Marone, Maronisque fide, ac Cœnobio fabulam, tamquam Delphicum oraculum, amplexus Gulielmus Tyrius, cæteris ferè recentioribus Scriptoribus venditavit: quum tamen certum sit, Maronem, cui Apameenses Ædem ac Monasterium exstruxerunt, sanctissimum Virum fuisse, & duobus fere sæculis Mauricii tempora antecessisse. Ex dictis etiam refellitur Pagius, qui ad annum 400. num. 18. scribit S. Malchum Cœnobii S. Maronis Monachum fuisse. Atqui S. Malchus ex Maronia quidem oppido, unde Hieronymo teste oriundus erat, non autem ex Apameensi S. Maronis Cœnobio Maronita dicitur: quin imò ante ipsum Maronem vita functus fuisse videtur: nam S. Maro, ad quem exstat Chrysostomi Epistola num. 36. ab exilio missa, adhuc in vivis erat anno Christi 404. quo idem Chrysostomus in exilium pulsus est; Hieronymus verò, qui S. Malchum jam senem juvenis agnovit, ejusque vitam descripsit, anno 420. in cœlum evocatus fuit, teste Prospero in Chronico.

نعمه الله ملاقاة عدده من
مسعدة الخوسا . وقل فلا مسمر
مسعدا ومالاو شعدة ومحمدة حتى الله محبو الناس . هريك مسامعة
مدحلحة زو الحبيا الكس فانه من خروه الكر .

هيبوب فهمنوسم الس الثوالب
المدوبوب فهمنوم فانوا مهلحسم
مدهاوهه ولى مسمالوا حمعمولاه :
سمس لى اوصل الحنيس مخاصة
الاقنى اليوم فانوا من مدينة 1
ليماضة سعدلا دو الس حسب
الخنوميلا مسمسة الخنوهس
الخنومدابس مسمعدوه اسمعا حلس 2
الحسهوم حسهل اوما حلا
حصل حلس الامدابة الخنومدابسة .
فمدا مسهمنوم مددنا الحدامدة
من فهاس مدهمبوم لو مسمحم 3
لى مسام مداوم ووامس مدنس
الاقنى الشبس من ليماضة مقل
اسمدوه

Quum itaque Joannes, hunc in modum in communi hominum utilitate tuenda augendaque versatus, plurimos ad Orthodoxam fidem adduxisset, fieretque ad eum undique hominum concursus, ejus congressum colloquiumque expetentium; ea re commoti Latini 1 Antiochiæ commorantes per Eugenium Principem Cardinali Romanæ Sedis Legato Joannem præsentarunt: eorumque suffragio Botrensis 2 Episcopus Joannes creatur, ut videlicet Libaniotas in Romana fide tueretur. Dictis luculentam fidem facit Jacobitarum 3 testimonium, ipsorum Catechesi insertum, in hæc verba: *Tùm verò emersit Maro, qui cum Francorum, seù Latinorum Antiochiæ commorantium Principe Eugenio conspiravit* contra Melchitas, *his illum verbis adortus. O temporis istius rerum do-*

NOTÆ.

1 *Latini*. Francos appellare solent Syri Arabesque Scriptores, qui post sæculum duodecimum scripsere, nimirùm post captam à Francis Palæstinam. Latinos autem in Syria ac Palæstina domicilium fixisse ab ævo S. Hieronymi compertum est.

2 *Botrensis*. Botrus, seù, ut Straboni placet, Botrys, Phœniciæ urbs est maritima inter Tripolim, & Byblum. *Botrun* Syri Arabesque appellant. *Bostram* malè vocat Theophanes pag. 192. ubi describens terræmotum qui sub Justiniano Imperatore Indictione 4. die 9. Julii, per omnem Palæstinæ, Arabiæ, Mesopotamiæ, Syriæ, & Phœnices regionem accidit, inquit: *Adeò ut Tyrus, Sidon, Berytus, Tripolis, & Byblis multa damna acceperint, & hominum perierint multa millia. Ad Bostram verò Civitatem* (Botrum legit Dionysius in Chronico ad annum Græcorum 868.) *magna pars promontorii mari adjacentis, cui nomen Lithoprosopus* (Arabes وجه الحجر faciem saxi appellant, estque inter Botrum & Tripolim) *avulsa in mare translata est: portumque effecit multis magnis navibus recipiendis idoneum: quum urbs illa prius portum non habuisset.*

3 *Jacobitarum*. Exstat hæc ipsorum Catechesis in ms. Codice Arabico Collegii Maronitarum de Urbe: in qua tamen Anonymus Auctor res sub Justiniano Rinotmeto gestas ad Justinum Seniorem Imp. qui Justinianus etiam à Syris appellari solet, perperàm traducit, nulla alia ratione, ut opinor, quàm propter nominis similitudinem. Citat hunc Catechesis Jacobiticæ locum Nironus in Dissert. de Origine, ac Religione Maronitarum, & Pagius ad annum 635. num. 11. Quid verò causæ erat, cur Joannes Maro diceret, *Jacobiticæ sectæ nulla mihi mentio fiet?* An ipse se eo errore purgare voluit, & Latinos securos reddere, se perpetuum fore Jacobitarum hostem? An Jacobita auctor historiæ Joannem carpere voluit, quasi Jacobiticæ sectæ desertorem? Sic enim in Maronitas invehitur. انتم كلكم سريان وكان
كرسى بلدكم لانطاكية السريان الا لما جارت
الملوك الذى للروم على السريان
وقتلوهم قام مارون الخ .

Vos omnes estis Syri, & sedes regionis vestræ est Antiochiæ Syrorum. At quum Græcorum Imperatores tyrannidem in Syros exercerent, eosque occiderent, tunc exstitit Maro &c.

domine, vereor, ne Montis Libani incolæ per Melchitarum factionem ad eorum sectam pertrahantur. Rem itaque cum Cardinali, qui apud te versatur, esse transigendam dico, dandamque operam, ut ipse me Metropolitam instituat: Futurum enim confido, ut hac via in Latinorum fide aliquos contineam; Jacobiticæ verò sectæ nulla mihi mentio fiet. Annuit Legatus, & Joannem Botrensem Episcopum creavit. Hactenus Jacobitæ: ubi Maronis nomine, Joannes S. Maronis monachus designatur. Ejus porrò ad Botrensem Sedem promotio anno sexcentesimo octogesimo sexto contigit, Constantini Pogonati octavo.

Inde Episcopali dignitate per manus impositionem auctus, illicò in Phœniciæ oras profectus est, ubi excolendæ vineæ Domini se totum impendit, eo successu, ut ad obsequium Ecclesiæ Romanæ perduxerit plures Monophysitas atque Monothelitas tùm longè dissitos, tùm finitimos, tùm convenas servos, tùm indigenas: ex quibus mirum in modum auctus fidelium numerus, in maximam ac frequentissimam Ecclesiam increvit, adeò ut non modò Libani juga compleverint, verùm etiam, velut coloniis inde deductis, Hierosolymam usque, atque in Armeniæ provincias sese longè latèque diffuderint. Nec suis intereà deerat Joannes, quin pro temporum conditione Sacerdotes & Episcopos ad procurandam ipsorum salutem identidem destinaret. Auctor præterea etiam fuit, ut præfecti militiæ atque Tribuni crearentur, qui populum suæ factionis ab hostium infestatione tuerentur. Ejusmodi porrò Ducum tanta virtus, atque in bellicis expeditionibus felicitas fuit, ut non modò

dò Persis, sed etiam Saracenis [1] terrori fuerint &c. [1]

Anno

NOTA.

1 *Saracenis*. Cedrenus in Annalibus narrat, Mardaitas, hoc est, Maronitas sub Constantino Pogonato non Libanum modò occupasse, verùm etiam totum terrarum tractum, qui ab Hierosolymis ad fines Antiochiæ porrigitur. *Annis*, inquit, *octavo & nono Constantini, Mardaitæ Libanum ingressi, occupaverunt quidquid à Mauro monte usque ad sacram urbem: & speculas etiam Libani obtinuere. Multi ad eos se contulerunt servi, captivi, atque indigenæ: adeò ut exiguo tempore ad multa excreverint millia. Hæc Maviam & qui cum eo erant, terruerunt, ita quidem, ut cogitantes Romanum Imperium divino præsidio defendi, legatos ad Constantinum pacis petendæ causa miserint. Is Pitzicaudam ad Saracenos mittit, perque eum pacem cum eis componit, ac tabulis consignat, ea conditione, ut per annos triginta quotannis Saracenis Romanis penderent auri millia decem, servos centum, equos generosos quinquaginta.* Eadem apud Theophanem p.295. Ducum Mardaitarum seriem exhibet Anonymus Syrus in Cod. scripto anno Græcor. 1616. Christi 1305. cujus verba Arabicè sic reddit Edenensis cap. 7.

في مبتدا دولة العرب كان يومف ملكا على جبيل وكسرا على الداخلة التي من امه تكدت كمروان ثم في خلافة عمر ابن ابي طالب كان ايوب متولي قيمارية فيليبس وبيت المقدس وبعد ايوب تخلى الياس . ولما توجه مرقل الملك الى بلاد الشام كان ينجده بجيشه . ثم ان بعد هولا تولى الملك يومف تدبير جبيل وجبل لبنان . وبعد وفاته تخلف عليه الملك يوحنا .

Sub exordia Saracenici Imperii, Byblo (Gebail Arabes dicunt) *dominabatur Joseph, & Chosroës mediterraneæ regioni, quæ Chosroëna, vel Chesruan* (Chasra, & Cheira, indigenæ proferunt) *ab eodem deinceps appellari cœpit. In Chaliphatu autem Omari Ben-Abi-Taleb, Jobus Cæsaræa Philippi & Hierosolymis potiebatur: eoque defuncto, Elias rerum potitus est, qui Heraclio Imperatori in Syria pugnanti suppetias tulit. His demùm extinctis, Bybli & Libani principatum tenuit Josephus, eique Joannes regulus successit.* De Joanne verò, qui Saracenos debellavit, hæc laudatus Historicus Syrus.

Josephum excepit Joannes regulus, qui universam terram Benedictam (Palæstinam) *subegit: quumque à Libano in Carmelum venisset, Jerosolymam cogitans, inopinata irruptione latronum provinciæ Righzæorum penè oppressus est supra Turrim Peregrinorum, amissis suorum tribus millibus. Quumque se rursùs ex ea clade collegisset, contra Righzæos contendit, eorumque terras populatus, cæsis armatorum novem millibus, imbellem turbam & pecorum greges secum trahens, in Libanum revertitur; mox in castro Basconta sedem fixit, ibique grandævus extinctus est.* His cladibus attritæ Arabum vires, & aucta victoriis Mardaitarum licentia, perpulerunt Moaviam, ut pacem vel iniquis conditionibus à Constantino Imperatore redimeret. Atque ita à Saracenorum incursionibus pacatum fuit Romanum Imperium, donec Constantinus vixit. Quo defuncto, quum Justinianus ejusdem filius anno 685. gubernacula Imperii suscepisset, Abdalmalechus Meruani filius, qui quartus à Moavia Arabibus præfuit, pacis instaurationem postulavit, pollicitus se eidem persoluturum nummos mille, & unum in singulos dies servum & equum; Cypri autem, Armeniæ, Iberiæque vectigalia inter se æqua portione divisum iri, dummodo Imperator Mardaitas Libani incolas aliò transferret. Quæ omnia breviter narrat Cedrenus tom. 1. pag. 440. *Primo ejus anno* (inquit, hoc est, Justiniani Rinotmeti) *Abimelechus* (Abdalmalechus) *ad eum nuncios mittit confirmandæ pacis causa: convenitque, ut Imperator* (nimirùm Justinianus, non Mardaitarum Dux, ut perperàm legitur in Latina Cedreni versione) *agmen Mardaitarum in Libano, ejusque impressiones compesceret, eoque nomine Arabes Romanis penderent in singulos dies nummos mille, equum, & servum. Imperator Paulum Magistrianum ad Abimelechum mittit, pacti confirmandi gratia: idque scripto, & testibus est comprehensum. Proinde Imperator misso legato, duodecim millia Mardaitarum revocat. Quo*

qui-

1 Anno secundo Justiniani Imperatoris moritur Theophanes 1, quem sextæ Synodi Patres Antiochenæ Ecclesiæ præfecerant. Post Theophanis obitum de successoris electione, Episcoporum Synodus habita est. Qua occasione divino consilio Antiochiam Joannes profectus, concordi

quidem facto Romanam potentiam accidit. Quidquid enim hodie Arabes tenent à Mopsvestia usque ad quartam Armeniam, id omne infirmum erat, cultoribusque vacuum, ob incursiones Mardaitarum. Quibus repressis, ingentia damna Arabes Romano Imperio in hunc usque diem intulerunt. Enimverò Justinianus annos non totos sexdecim natus, inconsultè rem gerebat. Anno secundo profectus in Armeniam, recepit Mardaitas in Libano degentes, aheneum murum destruens. Hæc Cedrenus: cui consonat Theophanes pag. 300. 302. 303. & alii recentiores. Hinc Maronitis *Mardaitarum*, hoc est, *Rebellium* nomen impositum, quod eisdem Cedrenus ad annum Constantini octavum & nonum per antecessum tribuit: Quia nimirùm inconsulto Imperatore Saracenos debellarunt, iisque pulsis totum terrarum tractum à Mauro monte, qui Antiochiæ imminet, usque ad sacram Hierosolymorum urbem occupaverunt. Quo autem artificio Justinianus agmen Mardaitarum è Libano in Armeniam abduxerit, narrat Edenensis loc. cit. *Simulat*, inquit, *Justinianus contra Arabes expeditionem: & misso in Syriam exercitu, Archistratego dona, & perhonorificam Epistolam dedit, ad Libani Ducem perferenda, præcepitque, ut hominem secreto conveniret, dataque occasione perimeret. Dux Græcus Græco astu, exiguo cum comitatu ut fraudi fucum faceret, ad Joannem* (Mardaitarum Ducem) *profectus est in oppidum* قبليا *Cabbelias, ipsique literas, & Imperatoris dona obtulit: nec difficile fidem invenire fuit, quin perhonorificè à Joanne exceptus, militum quoque animos cepit. Ergo dum de bello Arabibus indicendo consulitur, dato signo concurrêre ex insidiis Græci, assidentem mensæ Ducem Libani trucidant. Ut proditum Ducem milites comperere, sublato clamore in interfectores irrumpunt. Summa hic utrinque contentione pugnatum est. Sed facile erat imparatos à paratis repelli. Huic cladi alludens Gabriel Barclajus in Historia Chesruani, hæc cecinit.*

سكن الملك فى بمكنته وارسل العساكر فى بغتة : نهب البقاع بغرد نكته : وقتل رجاله مع نعوان ظلع سكن فى قب الياس : وارسل عساكر مع حراس : والبقاع تحت حافر خيله انداس : طلع خبره للسلطان . بعث له خلعة مع قصاد :

تطمن واكل معهم الزاد هماكر وراهم تتجود . كبسوه فى ساعة الاطمان . قتلوه وانقتل معه العسكر : وانقتل معه كثير من الاوخار :

Fixit regulus sedem suam in Basconta: factaque ex inopinato incursione, Bakaam (Planitiem Libani) *depopulatus est universam; incolisque ultima internecione deletis, in* (Castro) *Cabbelia consedit, atque inde misso cum aliquibus peditum turmis equitatu, eandem Bakaam infestabat. Hæc ubi Imperator rescivit, pretiosam vestem cum Legatis* (Regulo) *dono misit: isque dolum minimè suspicatus, Legatos amicè exceptos ad mensam etiam adhibuit. Ast illi admoniti adesse copias, quas occultis itineribus maturare ad eum locum jusserant, repentè nihil minus suspicantem Regulum adoriuntur, & interimunt. Mox ejus copias subita hostium impressione perculsas ingenti cum cæde dissipant, non paucis ex sua parte desideratis.* (Hactenus Barclajus.) *Tùm denique Imperatoris Architrategus animos incolarum Libani ea cæde exulceratos demulcere cœpit, & factum excusare. Addebatque, Constantinopolim ob Arabum Persarumque incursiones in magno discrimine constitutam, ipsorum ope indigere: publicam proinde rem privatæ utilitati anteferendam esse. Quumque præterea amplissima præmia ipsis polliceretur, si Imperatori paruissent, ægrè tandem obtinuit, ut Simeonem defuncti ex sorore nepotem Ducem sibi renunciarent, qui armatorum duodecim mille in Armeniam, posteà in Thraciam deduceret. Hujusmodi simultates, quas Libani incolas inter & Græcum Imperatorem intercessisse diximus, Mardaitarum, hoc est, Rebellium nomen eisdem crearunt, quum Justiniani imperium aspernati, descriptis suprà motibus causam dedere.* Hucusque Edenensis.

12 *Theophanes*. Post hunc refert Anastasius, in Antiochena Sede inconsulto Clero à Conone Papa substitutum fuisse Constantinum Ecclesiæ Syracusanæ Diaconum: sed comperto, inquit, hominis ingenio malo pravoque, & novitatis discordiæque cupido, eodem Pontifice jubente, à Præfectis Imperatoris comprehensus, & in carcerem detrusus est. Quam ob rem nullus apud Orientales scriptores in serie Patriarcharum Antiochiæ Constantino locus.

[illegible] cordi omnium suffragio Antiochenus Patriarcha 1 creatur &c.

Pergit Edenensis ex Actis, quæ apud Quaresmium leguntur, Joannis profectionem in Urbem describere, ejusque primam fugam in Cœnobium S. Maronis, unde Libellum Fidei ad Libani incolas transmisit. Alteram ejusdem fugam, quando in laudato Cœnobio à Melchitis vexatus, ad Libanum commigravit, mox subdit, in hæc verba.

[illegible] Abrahamum itaque ex sorore nepotem,

NOTA.

1 *Patriarcha*. Joannis Patriarchatum colligit Stephanus tùm ex communi traditione Maronitarum, tùm ex confessione Jacobitarum quam pag.496. recitavimus: tùm demùm ex Prologo Professionis fidei ab ipso Joanne Marone ad Libani accolas transmissæ, ubi hæc leguntur: [illegible]

Quumque pro certo existimaret Maro, sibi consentaneum magis esse Sedem suam mutare, quàm Orthodoxam fidem à Patribus Nicæa, atque in reliquis Synodis huic consentientibus probatam deserere, ab urbe Antiochia ad quoddam Cœnobium profugit, quod in ditione urbis Apameæ ad ripam Orontis situm est. In eo quippe loco octingenti cœnobitæ probati & pii commorabantur: apud quos hunc libellum elucubravit, descriptumque ad sacrum Libani montem mittendum curavit. Idem Prologus paucis mutatis legitur Syriacè & Arabicè in Codice Ecchell. 14. scripto anno Græcorum 1703. Christi 1392. Hinc Renaudotio non assentimur, qui in Dissert. de Syriacis Melchitarum & Jacobitarum Liturgiis, tomo 2. Liturgiarum præfixa, præfidenter pronunciat pag.7. 15. & 16. Joannem Maronem Patriarcham nunquam exstitisse, idque *singulari Dissertatione ex perpetuo Græcorum & Latinorum, imò & Orientalium cujuscumque sectæ silentio se probaturum pollicetur*. Quod verò Joannes *in Synodo* electus fuisse dicitur, id à nemine, præter Edenensem, affirmatur. Atqui si Joannes concordi Episcoporum suffragio Patriarcha Antiochiæ creatus fuisset, illius utique nomen in serie Patriarcharum Antiochenorum Græci, aut Latini ejusdem ævi scriptores notassent, sive is Catholicus fuisset, seu hæreticus, uti notata leguntur nomina hæreticorum Catholicorumque Antistitum, qui eundem antecesserunt, aut subsequuti sunt. Itaque probabilius puto, illum non ab Episcopis Antiochenæ Sedis, qui Græcorum Imperatori Justiniano parebant, sed ab iis, qui Mardaitis, seù Maronitis præerant, in Patriarcham electum fuisse. Id enim suadere videtur, quod Maronitæ ad præsentem usque diem Patriarchas suos à Græcis, Jacobitis, & Nestorianis diversos habere consueverint; nec verosimile est, tantam hominum multitudinem, qui à monte Mauro ad Sacram urbem, Syriam, Phœnicen, & Palæstinam occupaverant, capite & pastore caruisse, aut in unam gentem à reliquis ritu moribusque differentem sine aliquo auctore coaluisse. Atque hac de causa videntur Græci Latinique gesta Joannis Maronis præteriisse, quum hæc in jugis Libani contigerint, & Patriarchatus Joannis Maronis à Græcis non fuerit agnitus, utpote qui ad Ritum Syriacum, & super subditos Syros explicaretur; quemadmodum nec subsequutos, neque præsentes Maronitas Patriarchas in Antiochenorum numero reponunt. Demùm quod in Actis Joannis Maronis apud Quaresmium refertur, *eum nimirùm Romam profectum fuisse, & à Summo Pontifice Patriarcham Antiochiæ ordinatum &c.* commentum puto, inde fortasse ortum, quod Joannes unàcum Maronitis suis præter reliquos Syros, Apostolicæ Sedis communioni adhæserit. Nam, ut benè notat Edenensis, Mardaitæ, seù Maronitæ, quibus Joannes præerat, ab omnibus quidem Orientalis historiæ Scriptoribus maximam inde commendationem consequuti sunt, quod Romanum Imperium à Saracenorum incursionibus liberaverint; à nemine tamen proditæ fidei, & desertæ religionis arguuntur.

potem (*Joannes Maro*) suæ factionis copiis præfecit, acceptisque à regulo Simeone, quæ per epistolam postularat, auxiliis, ingenti cum exercitu profectus est ex Cœnobio S. Maronis ad Castrum Semar. Gebail (*idest*, *Bybli propugnaculum*) quod Botro imminet. Hæc etiam Jacobitarum testimonio probantur in sua Catechesi, illis verbis: *Quum Melchitæ* [1] *Castellum Amiunum occupassent, Maroninus, & ejus ex sorore nepos Abrahaminus ad Semar-Gebailum procul à Melchitis recesserunt, ibique ab exactionibus segreges suos immunes præstitere, quibus à Melchitis incolæ ipsorum sectam recusantes vexabantur; conspirantibus cum Marone Syris universis, ac Libani incolis,*

NOTA.

1 *Melchitæ*. Bellum, quod Maronitas à Melchitis divisit, sub Justiniano Rinotmeto, Mauricio & Marciano Ducibus gestum, describit idem Edenensis in Vindiciis Maronitarum, quem Librum Latinè reddidit Vir amicissimus Petrus Benedictus Societ. Jesu. Exstat autem Arabicè in Bibliotheca Collegii Maronitarum de Urbe. *Anno*, inquit, *sexcentesimo nonagesimo quarto, exeunte vere, exercitus Imperatoris Syriam ingressus, primùm S. Maronis Cœnobium, velut totius belli caput, invasit: quod solo æquatum est, cæsis quingentis Monachis: idemque turbo Cansarinum* قنشرين, *& Havasemum* عواصم, *insignia in eadem Provincia oppida, perculit. Horum incolæ à Monothelitis ultima internecione deleti fuerunt, & bona militum licentiæ subjecta: neque ab Orthodoxorum cæde temperatum est, usque ad Mauricii & Marciani in urbem Tripolim adventum. His in subjectum Urbi agrum castra moventibus occurrêre undoque incolæ, imperata se facturos pollicentes, si pacem darent: quam emissâ erroris professione, haud ægrè impetrarunt. Delectus castris locus in planitie, quæ pagum Amiun* اميون *dividit à castello Naus* ناوس, *quod imam Libani montis radicem occupat. Huc ab incolis ex proximis agris comportata militi cibaria, & commeatus suppeditati fuere: Nonnulli ex indigenarum numero primores viri à Ducibus Mauricio & Marciano inducias postularunt, interim obedientiam & deditionem dominis suis suasuros se esse polliciti. Datæ induciæ, & literæ ad rebelles Principes missæ, quibus ad imperata facienda sollicitabantur. Cæterùm vicinus hostis pavore cuncta compleverat, & Catholicis una supererat salus, Dei opem supplicibus votis implorare. Audiit Deus voces supplicum, & de more propitius suis inopinato eventu consuluit. Dum hæc aguntur, à Regia Urbe Leontii Ducis Joanni Patriarchæ & Simeoni montis Libani Regulo epistolæ redduntur, qui, expositâ primum Justiniani exauctoratione, & ipsius Leontii ad Imperium provectione, exercitum in Syriam missum, velut Imperii hostem, invadere jubebantur. Hæc ubi inter Catholicos vulgata fuere, in magnam victoriæ spem sese erexere, quum sibi præsentem numinis opem conspicarentur. Ergo nequaquam expectandum hostem rati, effudere sese à summis Libani jugis, velut disjecto aggere torrentes fluvii, tantâque vi impulere adversum agmen, ut hostium plerique non expectata impressione verterint terga: & verò turbatos ordines Maronitæ aggressi à tergo, & à lateribus, inchoata jam victoria ferociùs incursantes, miserabili strage ingentem exercitum delevere. Eo in prælio concidit Mauricius: cadaver à Curæ* كورة *incolis sublatum, Amiuni conditum est &c.* Pergit eandem Maronitarum victoriam ex Catechesi Jacobitarum, & ex Carmine Josephi Accurensis Maronitarum Patriarchæ de Trinitate, & de Calendarii restitutione confirmare. Demùm Eutychium Patricii filium Alexandrinum refellens, hæc de Mauricio & de Marciano Melchitarum Ducibus subjungit: *Exploratissimum est, Mauricium concidisse in pugna quàm suprà retulimus, & à Melchitis in pago Amiuno conditum fuisse, & constructo ad ejus tumulum templo, institutâque annua solemnitate die 26. Julii ejus memoriam apud eosdem insignem esse. Marcianum verò seminecem ex acie sublatum fuisse, qui ad pagum Scivaitam* شويتة *deportatus in provinciam Accar* هكار, *paulò post extinctus est, & templum, & festum diem à suis Melchitis commeruit.* Eadem apud Naironum in Differt. de origine Maronitarum.

colis, qui etiam in ejus verba jurarunt &c.

Postquam verò Joannes Patriarcha has persecutionum tempestates ea, qua diximus, felicitàte evasisset, continuò Libani juga atque finitimas regiones lustrare; & Catholicos quidem, qui intra Ecclesiæ septa versabantur, confirmare, transfugas ad ovile salutis reducere: Ecclesias & Monasteria construere: Sacerdotes & ministros ad earum custodiam cultumque designare: Archiepiscopos & Episcopos consecrare, eisque Sedes & redditus necessarios constituere, minimè neglexit. Cæterùm quum per eos dies intellexisset, à Mauricio & Marciano Ducibus Romæorum, Cœnobium S. Maronis solo fuisse æquatum, atque Monachos interfectos, bonaque dissipata omnia, Romæis videlicèt Maronis nomen ab hominum memoria revellere contendentibus; alterum sibi excitavit Cœnobium ad solem orientem castelli Caphar-Hai agri Botrensis. Fama est, in eam ædem S. Maronis caput ex Cœnobio Apameensi à Joanne fuisse translatum, ejusdemque Sancti Abbatis memoriam Nonis Januarii ab illo affixam fuisse, quando Ecclesia ejus nomini consecrata est &c.

Exacto his moribus vitæ cursu Joannes, quum erga populum suum optimi Pastoris partes explevisset, ex vitæ præsentis ærumnis ad sempiternæ domus requiem migravit, præmium laborum laturus ab eo, qui laborantibus in spirituali ipsius vinea mercedem deperire non patitur. Moritur [1] Joannes v. Idus Februarii in Cœnobio S. Maronis in castello Caphar-Hai. Ad funeris pom-

NOTA.

1 *Moritur*. Anno Christi 707. ut idem Edenensis notat in serie Patriarcharum Maronitarum.

pompam convenere undique Maronitæ Episcopi & Monachi cum infinita propemodùm hominum multitudine, benedictionem ex sacri corporis contactu accepturi. Elatum itaque cadaver cum lampadibus & aromatum suffitu, atque hymnorum concentu, eodem in Monasterio perhonorifico tumulo composuere: quod ejus Acta paucis perstringunt: *mortuus est cum publica sanctitatis fama, & conditus in Caphar-Hai*: quibus subscribit Barclajus in carmine de Synodis: *in Caphar-Hai mortuus est iste electus*.

Quocirca Ecclesia Maronitica nobili festo Joannis Maronis memoriam quotannis instaurare consuevit v. Idus Febr. Insuper ad calcem postremæ Orationis diei Dominicæ & Festorum, Joannis Maronis intercessionem postulat, eorumque omnium, qui vineam Domini cum labore & profectu excoluere: atque in Officio Sabati, & in Commemoratione Patrum in Sacra Liturgia à Diaconis recitanda, Joannem Maronem enumerat cum reliquis gloriosissimis Patribus, qui hæreticorum errores ab ea repulerunt, ipsamque in sacra scientia divinorum dogmatum confirmavere.

III. A Monothelitarum hæresi, quam eidem Eutychius, & Gul-Tyrius affingunt, vindicatur.

Hæc Edenensis de rebus gestis Joannis Maronis. Pergit eundem à calumniis Eutychii Alexandrini & Gulielmi Tyrii vindicare, quorum primus in Annal. tom. 2. pag. 191. scribit, Maronem sub Mauricii Principatu hæresim Monothelitarum excogitasse; alter addit, Sextam Synodum contra Maronem ejusque asseclas Maronitas coactam fuisse. Utrique subscribunt nonnulli recentiores, qui Maronitas Joannis nostri segregales nil aliud fuisse existimant, quàm gentem ex Melchitis & Jacobitis jam olim abinvicem religionis causa divisis conflatam. Et quidem ad Maronitas quod attinet, invictis ipsos argumentis ab hæresi Monothelitarum purgavit doctissimus Naironus in Dissert. de eorum origine ac Religione. Quod verò de Marone nostro ab Eutychio & Gulielmo asseritur, purum putum est commentum. In primis falsum est, Monothe-

nothelismum sub Mauricio Imper. emersisse. Non sub Mauricio, neque sub Phoca Mauricii successore, sed sub Heraclio ea pestis erupit circa annum Christi 628. auctoribus Athanasio Jacobitarum Patriarcha, Sergio CP. Cyro Alexandrino, ac Theodoro Pharanita, ut docent sexta Synodus Oecumenica, Concilium Lateranense sub S. Martino, Sophronius Hierosolymitanus, Maximus confessor, Joannes Damascenus, Theophanes, Cedrenus, Zonaras, aliique innumeri. Vide Combefisium in Auct. tom. 2. in historia hæresis Monothelitarum Disp. 1. ubi Maronis ne vestigium quidem. Deinde falsum est, Maronem in Sexta Synodo damnatum: nullus enim in ea Synodo Maroni, aut Maronitis locus, nulla mentio in eorum catalogo, quos velut Monothelismi auctores recensent & damnant ejusdem Synodi Patres, qui in perquirendis hujus erroris magistris & fautoribus omnem navarunt operam: nec Eutychius, aut quivis alius Eutychio recentior, oculatissimus licet & in historia Ecclesiastica apprimè versatus, tribus & ampliùs post exortum Monothelismum sæculis id videre potuit, quod æquales Monothelitarum primipilis Patres non viderant, quod historici eorum temporum Scriptores non adnotarant, quod denique à sexto usque ad decimum sæculum in nullis sive sacris, seù prophanis monumentis legitur. Quæ quum certissimè ita se habeant, non video, cur Renaudotius, qui tom. 2. Liturg. Orient. Arabum Syrorumque, in historia præsertim Ecclesiastica, fidem velut meritò suspectam, dubiam, & propè nullam passim traducit; hoc tamen loco mutata veluti velificatione Eutychium, Macrisium, & quosdam alios Arabas, quorum tamen nullus non hæreticus, aut Mahometanus fuit, Conciliis, Patribus, atque veteribus Græci Latinique nominis historicis sciens prudensque præferre velit (fatetur enim in historia Patriarch. Alexand. pag. 1713. totam Antiquitatem à prædictis Arabibus dissentire) eoque demùm progrediatur, ut Maronem Monothelitarum principem appellare non dubitet.

IV. Melchitarum & Maronitarum origo.

Denique ad Melchitas quod spectat, variæ fuerunt de eorum origine opiniones. Edenensis & Naironus loc. cit. contendunt, occasione belli quod suprà descripsimus pag. 504. audiri cœpisse in Syria, *Melchitarum* & *Mardaitarum* nomina: & hos quidem, utpote Joannem Maronem sequutos, *Maronitas* appellatos fuisse, eosdemque orthodoxam religionem in Syria conservasse; illos verò, qui Imperatori ejusque Ducibus Mauricio & Marciano Monothelitica hæresi infectis obtemperarunt, *Melchitas*, hoc est, *Imperiales* dictos, eosdemque Monothelitas: nam *Melchi*, & *Melchita* à *Malech* derivatur, quasi dicas, Imperialis ab Imperatore, seù Regius à Rege. Alii Melchitarum originem altiùs petunt: à Marciano nimirùm Imperatore, & Quarta Synodo. Ita è Syris primus, quod sciam, scripsit Dionysius Barsalibæus circa annum Christi 1160. in Expositione Liturgiæ cap. 1. in hæc verba: ܡܠܟܝܬܐ ܕܡܬܩܪܝܢ ܡܠܟܝܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܡܠܟܐ ܕܩܠܝܢ ܡܠܟܝܬܐ ܕܡܬܩܪܝܢ ܡܠܟܝܐ : *Melchitæ dicuntur* (De Græcis Auctor Jacobita loquitur) *quia relicta Patrum fide in sententiam Marciani Imperatoris iverunt*. Eadem è Græcis tradit Nicephorus Callistus, qui anno 1330. floruit, hist. Eccl. lib. 18. cap. 52. cujus verba transcripta leguntur apud Demetrium Cyzicenum in Tractatu de Jacobitarum hæresi ac Chatzitzariorum in Auct. nov. Combefisii tom. 2. pag. 263. *Enimverò*, inquit Nicephorus, *eo quem diximus Jacobo Monophysitarum opinionem apud Syros prædicante, magnum exortum est dissidium. Nam qui rectæ opinioni adhæserunt, Mel-*

chitæ appellati sunt, quod Sanctam Quartam Synodum, & Imperatorem ipsum (Melchi enim Syris Rex est) consectarentur. Omitto Græcos, Arabas, Latinosque Scriptores, Nicephoro & Barsalibæo recentiores, ut Severum Episcopum Asmonæorum, Ebnarrahebum Chronici Orientalis Auctorem, Elmacinum Homaidum, quos Emus Baronius sequitur: nec Eutychium Alexandrinum, decimi licet sæculi scriptorem, moror, qui Melchitas quidem frequenter nominat in Annalibus tom. 2. pag. 16. 23. 79. 95. 100. 103. & seqq. nusquam tamen originem hujus nominis prodit; quin & id ante Marciani tempora pro Orthodoxo usurpatum fuisse supponit pag. 100. in hæc verba:

وكان موقيان الملك حمن الامانة وكان يدين
ويقاتل عن امانة الملكية ؛

Erat autem Marcianus Orthodoxus Imperator, quique fidem Melchitarum teneret ac propugnaret. Denique Thomas Haranita, Episcopus Caphartabensis, secta Monothelita, qui anno Christi 1089. cum Joanne Melchitarum Patriarcha disputationem de unica Christi voluntate habuit, Melchitas affirmat nuncupatos fuisse, qui S. Maximo Confessore prædicante Marcianum fratremque ejus, necnon Mauricium, Imperatores Heraclii decessores, sequuti sunt: *Maximus enim*, inquit Thomas Cod. Ecchell. 14. *Marcianum ejusque fratrem Imperatores, necnon Mauricium, qui utrique successit, in urbe Regia adiit, & ut duas Christi voluntates in Syria prædicari juberent, obtinuit: quorum jussiones qui exequuti sunt Melchitas appellatos fuisse* affirmat: nullo tamen teste, imò repugnantibus omnibus historiæ Ecclesiasticæ monumentis, ex quibus liquet, Marcianum Imperatorem, qui centum & amplius annis Mauricio prior fuit, nullum habuisse fratrem Imperii consortem, nec sub ejus aut Mauricii Imperio quæstionem de Christi voluntatibus agitatam; sed sub Heraclio Phocæ & Mauricii successore circa annum Christi 628.

Haud improbabili conjectura existimo, Melchitarum & Mardaitarum nomina coæva & opposita fuisse, eaque olim non religionis, aut Ritus, ut Maronitæ docti putaverunt, sed civilis dumtaxat factionis differentiam indicasse, licet procedente tempore aliud significare potuerint, postquam scilicet unaquæque factio in gentem Ritu, Pastoribus & Religione etiam diversam coaluit. Nam qui olim in Syria adversùs Imperatorem rebellaverant, *Mardaitæ*, hoc est, Rebelles dicti fuere; qui verò Imperatori obtemperare non destiterunt, *Melchitæ*, hoc est, Imperiales: quod in Syria, & sub Constantino Pogonato accidit, quando Mardaitæ, Theophane ac Cedreno testibus, totum illum terrarum tractum à Mauro monte ad sacram usque Hierosolymorum urbem occuparunt. Id ut affirmem, suadet altum Patrum omnium, & Historicorum antiquorum de Melchitis silentium. Evolvantur Opera Patrum quarti, quinti, sexti, septimi, octavi, & noni sæculi: legantur historiæ Procopii, Evagrii, Theophanis, Cedreni, Zonaræ, Theophylacti: nullum in iis *Melchitarum* vestigium apparet. Sed neque apud hæreticos auctores, ut Petrum Cnapheum, Philoxenum Hierapolitanum, Severum, Petrum Juniorem, Joannem Philoponum, Darensem, aliosque, à quibus Catholici *Chalcedonenses* quidem, & *Synoditæ* passim appellantur, nunquam tamen *Melchitæ*. Contrà Theophanes ac Cedrenus *Mardaitarum* disertam mentionem faciunt, nec tamen illos hæreseos ullius insimulant: quod argumento est, eorum nomen factionis civilis, non proditæ religionis notam fuisse: atque adeò Mardaitarum hostes patriâ ipsorum lingua *Melchitas* nuncupatos fuisse, verosimile est: alioquin vel *Mardaitarum*, vel *Melchitarum*, tamquam hæreticorum meminissent eorum temporum Scriptores, qui res in Syria

gestas

gestas exortasque ibidem hæreses accuratè descripsere. Syriacum verò id nomen esse, & in Syria natum, ipsa vox *Melchita*, & *Mardaita* convincit: convincunt & Melchitæ atque Mardaitæ, gens olim & in præsentem usque diem in Syria frequentissima, alibi rara, aut nulla: ac proinde audiendus non est Pagius, qui Melchitarum nomen *sub Marciano* Imp. & *in Ægypto* natum existimat: *Vox Melchi*, inquit ad annum 622. num. 9. *designat hominem, qui Imperatoris religionem sequitur: & hæc divisio, quæ etiamnum in Oriente in usu est, Marciani Imperatoris, qui Dioscorum expulit, tempore exorta. Posteà enim duo in Ægypto Patriarchæ fuere, quorum unus Orthodoxis, post eam divisionem Melchitis nuncupatis, alterque Dioscori sectatoribus, quorum numerus magnus erat, præfuit*. Nam præterquàm quod apud nullum Scriptorem, Eutychio antiquiorem, nomen Melchitarum ad Marciani tempora refertur, si illud in Ægypto ortum fuisset, non quidem Catholici Syriaco, aut Arabico sermone (ex utraque enim lingua commodè derivari potest) *Melchitæ* dicti fuissent, sed Græcè Βασιλικοὶ, aut aliter ex Ægyptiaca lingua, ut perspicuum est; quum in Ægypto Syrus sermo nunquam, Arabicus verò non usurpari cœpit, nisi duobus ferè sæculis post Marcianum Imperatorem, & quartam Synodum, postquam scilicet Saraceni sub Omaro Calipha Ægyptum occuparunt. Quod autem Melchitarum nomen apud recentiores pro Græcis Ægyptiis usurpatum invenitur, mirum non est, quum etiam Jacobitarum nomen, quod certè in Syria & ex homine Syro prodiit, ad Ægyptios Monophysitas translatum legatur: plures enim mutationes nominibus hujusmodi accidere solent, ut perspicuum facit ipse Melchitarum titulus, qui olim Orthodoxos, nunc Schismaticos Syros, & Ægyptios Græci Ritus significat. Sic etiam Libaniotæ abjecto Mardaitarum titulo, Maronitæ dicti fuere; ex Marone scilicet, cui insigne Cœnobium juxta Apameam excitatum fuerat, unde & Joannes eorum Patriarcha cognomentum Maronis traxerat. Atque hic obiter notandus locus Pseudo-Timothei Presbyteri Constantinopolitani in Tract. *de iis, qui accedunt ad Ecclesiam*, apud Combefis. tom. 2. pag. 459. ubi inter hæreticos recenset Maronitas his verbis. *Maronitæ, qui quartam, quintam, ac sextam Synodum rejiciunt, adduntque hymno Tersanctus crucifixionem, ac unam voluntatem, unamque operationem in Christo dicunt. Appellati sunt Maronitæ à monasterio suo Maro in Syria*: quæ verba Græculi cujuspiam recentioris fœtum esse liquet ex genuino Timothei Presbyteri Constantinopolitani textu, quem edidit Cotelerius tom. 3. monument. Eccl. Græc. pag. 377. & ex Gretzeri Codice, quem Combefisius ipse laudat, ubi nulla Maronitarum mentio: quin & doctissimus Cotelerius in notis ad eundem tomum pag. 626. de Timothei ætate sic scribit: *Quem ego* (hoc est Timotheum) *arbitror ante Monotheliticam hæresim vixisse, quia illius mentionem non facit*.

V. Ejus scripta, quæ à Sobensi indicari existimantur.

Scripta Joannis recensere existimatur Sobensis in Catalogo pag. 88. his verbis. ܡܫܬܠܡ ܚܕ ܦܪܢܓܘܝܐ ܡܫܠܡ ܫܬܝܢ ܡܬܝܢ ܕܡܬܝܢ ܠܬܠܡܝܕܐ : ܘܒܬܪ ܕܡܬܝܢ ܠܬܠܡܝܕܐ . ܘܒܬܪ ܕܡܬܝܢ ܠܬܠܡܝܕܐ : ܘܒܬܪ ܕܡܬܝܢ ܠܬܠܡܝܕܐ : ܘܒܬܪ ܕܡܬܝܢ ܠܬܠܡܝܕܐ : ܘܒܬܪ ܕܡܬܝܢ ܠܬܠܡܝܕܐ . *Joannes Bar-Frangoje* (idest, Francorum filius) *septem composuit tomos: De regimine Puerorum: Exercitationes in Vocabula: & Epistolas: & quem scripsit adversùs Hæreses: & quem de septem oculis Domini nuncupavit. Nec non de vinculis*, (cingulum malè vertit Ecchellensis) *& de Perfectione* (hoc est, Ordinatione,

seù

ſeù manus impoſitione) *Habet etiam Librum Quæſtionum*. Sobenſem exſcribens, ſubdit laudatus Edenenſis loc. cit. [illegible]

Liber Primus de regimine & educatione puerorum. Secundus, Orationes per modum interrogationis & reſponſionis. Tertius de ſeptem oculis Domini. Quartus de obligationibus, ſeu interdictis. Quintus de Perfectione, quæ, ut arbitror, Miſſam ſignificat, & Chirotoniam, quarum meminit Abraham Ecchellenſis in ſuis libris. Sextus, Expoſitio vocum Sacræ Scripturæ, cujus meminit Barhebræus in Horreo myſteriorum (Commentar. in Librum Sapientiæ, ubi eum vocat ܡܪܝܢܝ ܕܡܪܝܢ *Joannem Maronis*, hoc eſt, ex monaſterio *S. Maronis*, ut benè obſervat Pagius ad annum 635. n. 5. *Septimus de ſectis adversùs hæreſim Neſtorii duas in Chriſto Domino Perſonas ſtatuentis, nec non contra blaſphemiam Petri Fullonis de Triſagio. Octavus, Epiſtolæ: videlicet Prima de duabus Domini naturis, Divina & humana: altera de duabus ejuſdem voluntatibus.*

Verùm licet demus Sobenſem loc. cit. de Joanne noſtro loqui, (quod tamen mihi haudquaquam certum eſt, præſertim quum in Codice Ecchell. 17. pro ܒܪ ܦܪܢܓܘܦܐ *Bar-Frangoje*, legitur, ܒܪ ܦܝܢܓܘܦܐ *Bar-Fingoje*, *filius figulorum*, cujus ſententiam de Chriſti nomine in ſenſum Neſtorianorum detorto idem Sobenſis producit in lib. Margaritarum Par.3.cap.5.) per Librum, qui *de ſectis*, ſeù *contrà Hæreſes* inſcribitur, videtur potiùs deſignari Tractatus ejuſdem adversùs Monophyſitas & Neſtorianos, qui exſtat in Codice Ecchell. 14. & per *Epiſtolas*, binæ ipſius Joannis literæ, quarum prima *Libellus Fidei* contra eoſdem hæreticos, altera *de Triſagio* prænotatur; utraque autem habetur in laudato Cod. Ecchell. 14.

VI. Nihil videtur de Monothelitis ſcripſiſſe.

An verò de duabus etiam Chriſti voluntatibus quidquam ſcripſerit, definire non auſim, quum nullum hactenus hujuſmodi Tractatum viderim. Ex iis tamen, quæ in laudato Fidei Libello ad Libaniotas ſcripſit, colligi videtur, eum hac de quæſtione minimè diſſeruiſſe: nam ſiquid pro Monothelitis ſcripſiſſet, illud utique in eo Libello exſtaret, cujus Thomas Caphartabenſis Monothelita, ut mox dicemus, interpres fuit & interpolator: ſed & ejus teſtimoniis idem Thomas uſus fuiſſet in Libro, quem de una Chriſti voluntate adversùs Joannem Melchitarum Patriarcham exaravit, ubi plura de Maronitis & Melchitis comminiſcitur. Contrà ſi adversùs Monothelitas Joannes noſter calamum acuiſſet, ab eodem Thoma diſertè impugnatus fuiſſet, aut ſaltem

tem unà cum S. Maximo calumniis oneratus: Locus prætereà in Libello fidei esset, unde argui posset, Joannem de duabus Christi voluntatibus disseruisse: Denique ejus auctoritate usi fuissent Maronitæ Edenensis, Naironus, Ecchellensis, Barclajus, aliique antiquiores, ut gentem suam à Monothelismi suspicione purgarent. Quod quum à nemine factum videam, probabile existimo, Joannem hac de re nihil scripsisse. Nec ut contrarium sentiam, adduci possum ex iis, quæ idem Joannes innuere dicitur cap. 21. Commentariorum Liturgiæ S. Jacobi Apostoli, in expositione Symboli Nicæni, ubi sic loquitur de his, qui Christi naturas ac voluntates confundunt Codice Ecchell. 64. *At de his fusissimè scripsimus, atque comprobavimus ex testimoniis Patrum nostrorum piorum, quæ collegimus in nostro Libro adversùs confundentes Naturas & Voluntates Domini nostri, & permiscentes ipsius proprietates, & ad caritatem vestram misimus*: quæ verba referuntur à Nairono in Differt. de Origine ac Religione Maronitarum, & à Pagio ad annum 635. num. 11. Nam etsi Librum illum Commentariorum in Liturgiam Jacobi genuinum esse Joannis fœtum dicamus (quod alibi expendendum Lectori proponam,) verosimiliùs videtur, citatum locum à recentiori amanuensi interpolatum fuisse, quum Joannes in Libro ad Libaniotas transmisso (de quo certè loquitur, dum ait, *in nostro Libro adversùs confundentes naturas, quem ad caritatem vestram misimus*,) nihil de Voluntatibus Christi loquutus est. Idem dicendum ad alia, quæ Naironus in cit. Differt. ex Joanne adducit.

Cur autem Monothelitarum mentionem Joannes non fecerit, hanc fuisse causam existimo: vel quia fortasse ante Monothelismi exortum scribebat: vel quia apud Libaniotas, ad quos scripsit, & quibuscum versatus est, de duabus quidem Christi naturis & unica Persona, deque sacris Ephesino & Chalcedonensi Conciliis propter Nestorianos & Monophysitas antiquos & famosos iis in locis hæreticos, celebris quæstio agitabatur; nulla de voluntatibus Christi, de quibus in terris Romano Imperio subjectis propter Imperatores & Patriarchas Monothelitas potissimùm contentio erat, non in Libano [1], quem Mardaitæ suis legibus utentes occupaverant. Illud prætereà accedit, quod in Syria & apud Syros vix Monothelitas reperire fuit, quin etiam Monophysitæ essent, quum Monothelismus obstetricantibus Monophysitis, veluti pessima radice dignum germen pullulaverit: Paulo, inquam, Monoculo Severi sectatore, qui Theodosiopoli in Armenia habitabat: Athanasio Jacobitarum Patriarcha, qui in Mesopotamia: & Sergio Constantinopolitano Episcopo, qui patria Syrus, & Jacobitis parentibus ortus, Cyrum etiam aliosque in eundem errorem traxit, uti testantur Acta sextæ Synodi, Sanctus Maximus Confessor, Sergius ipse in Epistola ad Honorium Papam, Theophanes, Cedrenus, & Zonaras. Etsi enim præfati Monothelitarum antesignani Quartam Synodum recipere duasque in Christo naturas enunciare viderentur, id tamen ab ipsis ad tempus simulatum fuisse, donec confirmato posteriori unius Voluntatis & Operationis errore, in priorem unius Naturæ hæresim incautos pertraherent, locupletem testem habes Theophanem, qui ad annum 20. Heraclii, hæc de præfato Athanasio tradit. *Hoc anno quum Impe-*

NOTA.

1 *Libano*. Atque hic obiter nota, quàm præposterè à quibusdam doctis Recentioribus Maro, & Maronitæ Monothelismi accusentur. Quis enim Monothelita, aut Monophysita ad suos gregales scribens, & quidem ex professo de Divini Verbi Incarnatione, palmare & velut discretivum suæ sectæ dogma unquam reticuit?

Imperator adhuc Hierapoli moraretur, Athanasius Jacobitarum Patriarcha, vir vafer & perniciosus, ut ex innata sibi vafritie sunt Syri omnes, ad eum accessit: motisque cum Imperatore de fide sermonibus, si modo Synodum Chalcedonensem vellet admittere, Patriarcham Antiochiæ se eum constituturum Heraclius promisit. Is enunciatis in Christo naturis duabus, HÆRESIM AD TEMPUS DISSIMULANS, *propositam Synodum probavit & recepit. Tùm verò de Operatione & Voluntatibus Imperatorem interrogavit: Quales asserere deceat, geminas an unicam? Imperator inusitata sibi vocum novitate implicatus, Sergio Constantinopolitano Episcopo scribit. Is Cyrum Phasidos Episcopum ad se accersitum interrogat, & in unicam voluntatem, ac actionem pariter unicam consentire reperit. Sergius etenim, ceù patria Syrus & Jacobitis parentibus ortus, unam physicam volendi actionem, unamque operationem in Christo confessus, & scripto testatus est. Imperator utriusque ad invicem comparata sententia, concordem eis postmodum invenit Athanasium.* IBIQUE NAMQUE UNAM PONENDAM NATURAM, UBI UNA OPERATIO ASSERITUR, *illi probè notum.* Ex quibus palàm fit, Monothelitarum primipilos HÆRESIM MONOPHYSITICAM AD TEMPUS DISSIMULASSE, ut potè quibus probè notum erat, IBI UNAM PONENDAM NATURAM, UBI UNA OPERATIO ASSERITUR. Quem quidem errorem licet aliter propugnaverint ex antiquioribus Monothelitis Græci potissimùm Episcopi, ut Cyrus, Pyrrhus, Macarius, & ex recentioribus Thomas Caphartabensis & siqui fuerunt ejusdem cum ipso opinionis, qui duas naturas, & unicam voluntatem, atque operationem affirmabant; Syri tamen tùm antiquiores, tùm recentiores Athanasium, Sergium & Paulum sequuti, unam ab altera hæresim nequaquam separabant, sed Monothelismum Monophysismo conjungebant, ut ex allato Theophanis loco, & ex erroris ipsius connexione colligitur. Quamobrem Syrorum Monophysitarum nemo ante sæculum decimum Monothelitas impugnasse, aut eorum mentionem fecisse legitur. Itaque satis videbatur Joanni Maroni ad Syros scribenti, Sacrum Chalcedonense Concilium, duasque Christi naturas seriò propugnare, quibus stabilitis, hæresim Monothelitarum corruere necesse erat: sed & hanc ne nominandam quidem duxit, utpote quæ nihil reverà à Jacobitico errore diversum continebat. Quod si instes, celeberrimum Joannis ævo fuisse in toto Oriente Monothelitarum nomen, & sextam Synodum contra ipsos recenter coactam, quam Joannes certè commemorare debebat, ut Catholicum se esse demonstraret: Reponam, inde non improbabili sanè argumento colligi quod suprà indicabam, Maronem Librum hunc ante Monothelismi exortum dictasse, quandò monachum adhuc agebat: alioquin eum errorem vel Catholicus ipse rejecisset, vel approbasset hæreticus. Nec Patres, quos laudat, nos aliter sentire cogunt, quum Monothelismi ætatem omnes antecesserint. Maronitas tamen, qui Maronem Constantino Pogonato & Justiniano Rinotmeto æqualem faciunt, non ideò omninò rejicimus, quum non desint aliæ rationes, quibus inductus Maro quæstionem, Libani incolis fortassè tunc temporis ignotam, dissimulandam esse judicaverit, obstruxisse contentus fontes, unde venenum haurire sui Maronitæ potuissent, ut mox ajebam.

VII. Opera ejusdem quæ exstant in Biblioth. Vatic. I. Liturgia.

Quæ in Vaticana Bibliotheca habemus Joannis Opera, hæc sunt.

Anaphora, cujus initium ܩܕܡܝܬ ܠܟ ܡܪܝ ܡܠܟܐ ܕܡܠܟܐ ܘܡܪܝ ܕܡܪܝܐ : *Coram te, Rex Regum, & Domine Dominantium*. Exstat in Bibliotheca Vaticana Cod. Ecchell. 5. scripto Gamblini in Cypro anno Græcorum 1846. Christi 1535. pag. 100. Ejusque meminit Edenensis in expositione Missæ Syrorum cap. 2. De Ca-

Catholicis Anaphorarum auctoribus in hæc verba: ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܝܐ ܡܪܝܢ ܕܥܠܡܐ ܕܗܘ ܡܫܬܡܥ ܒܫܘܠܛܢܗ ܕܐܝܠܝܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܬܝܢ ܡܐܬܝܢ ܘܫܒܥܝܢ ܘܚܡܫ ܒܫܢܬ ܡܪܝܐ ܫܠܡ ܕܥܠ ܟܠ ܡܠܟܐ ܕܡܠܟܐ ܘܡܪܝ ܡܪܝܐ ܘܡܬܩܪܐ ܝܘܚܢܢ ܘܗܘܐ ܡܪܝ ܦܬܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܟ ܘܕܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܣܘܪܝܐ: *Joannes cognomento Maro, qui post Theophanis Patriarchæ Antiocheni obitum Sedem illam obtinuit anno Domini* 685. *Edidit Anaphoram, cujus initium, Coram te Rex Regum.* Eandem, unàcum reliquis Joannis nostri operibus, ut spuriam rejicit Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. in Dissert. Procemiali pag. 15. & causam hanc tam severæ censuræ producit tom. cit. pag. 344. quia nulla *Bibliotheca, quantumcumque Orientalium librorum dives, ipsam repræsentat*: perinde ac si omnes ipse Bibliothecas adierit, aut omnes Bibliothecarum omnium libros evolverit, aut demùm nullum in Oriente Scriptorum monumentum supersit, quod in Bibliothecas Europæ illatum non sit.

2. Libellus Fidei ad Libaniotas adversùs Monophysitas & Nestorianos.

Libellus Fidei, quem è Monasterio S. Maronis ad Libaniotas transmisit. Exstat Syriacè cum Arabica versione in Biblioth. Vatic. Cod. Ecchell. 14. qui scriptus esse dicitur anno Christi 1392. uti ex hac epigraphe ad calcem ejusdem apposita liquet. ܫܠܡܐ ܕܗܢܐ ܣܦܪܐ ܕܡܗܝܡܢܘܬܐ ܕܩܕܝܫܬܐ ܕܥܠ ܟܠ ܡܠܟܐ ܕܡܠܟܐ ܘܡܪܝ ܡܪܝܐ ܘܡܬܩܪܐ ܝܘܚܢܢ ܘܗܘܐ ܡܪܝ ܦܬܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܟ ܘܕܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܣܘܪܝܐ ܕܐܬܥܒܕ ܘܫܠܡ ܡܢ ܚܛܝܐ ܣܦܪܐ ܗܢܐ ܕܡܗܝܡܢܘܬܐ ܕܩܕܝܫܬܐ ܕܥܠ ܟܠ ܡܠܟܐ ܕܡܠܟܐ ܕܒܝܬ ܡܪܝ ܡܪܝ ܕܒܪ ܡܪܝ ܡܪܝ ܕܐܬܩܪܐ ܝܘܚܢܢ ܘܗܘܐ ܡܪܝ ܦܬܪܝܪܟ ܕܐܢܛܝܟ ܘܕܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܣܘܪܝܐ: *Absolutus est sacer iste libelli Fidei sanctæ Ecclesiæ Codex anno* 1703. (Græcorum) *die* 20. *Februarii, per vilem & peccatorem hospitem Josephum Diaconum ex oppido Hachel* (cujus nomen hìc per tres literas numerales exprimitur: quæ fuit patria Abrahami Ecchellensis: ex Hachel enim derivatur Haclenus, sèu, ut ipse maluit, Ecchellensis,) *ex regione Byblienſi, qui nunc habitat in oppido Ban Gubtæ Besciarensis*: quæ est Provincia Libani suprà Tripolim Syriæ, ejusque olim caput fuit *Besciara*, ubi Duces Libani residebant: *Ban* autem ejusdem Provinciæ oppidum est, unde Naironus genus duxit, quem vide in Evopl. pag. 84.

Libello hic titulus præfigitur: ܒܫܡܐ ܕܐܠܗܐ ܡܫܬܪܥܝܢ ܠܡܟܬܒ ܩܕܝܡܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܩܕܝܫܬܐ ܕܡܪ ܡܪܝ ܕܡܬܩܪܐ ܝܘܚܢܢ ܘܗܘܐ ܡܪܝ ܦܬܪܝܪܟ ܕܐܢܛܝܟ ܘܟܠ ܡܕܝܢܬ ܣܘܪܝܐ. *In nomine Dei scribere aggredimur Libellum sanctæ Fidei, quam in Monasterio Sancti ac Theophori Beati Mar Maronis edidit* Maro, *qui dicitur Joannes, fuitque Patriarcha urbis Antiochiæ, ac totius Syriæ.* Quæ verba Interpres Arabicus paraphrasticè sic reddit: بسم الله نبتدى نكتب ايضاح الايمان المقدس اعتقاد البيعة الرسولية الذى كتبه القديس يوحنا بطريرك انطاكية فى دير مارون على نهر العاصى بلد حماه وحمص واورد ذلك الى جبل لبنان . ولاجل هذا يسموا اهل الجبل المذكور موارنة على اسم الدير . وبما يوحنا المذكور مـــــارون هو ابـــــــا على اسم الدير: *In nomine Dei incipimus scribere Declarationem sanctæ Fidei, quam Apostolica tenet Ecclesia, scriptam quidem à S. Joanne Patriarcha Antiocheno*

in Monasterio Maronis ad Orontem fluvium in regione Apameæ & Emesæ; transmissam verò ab eodem ad montem Libanum. Quam ob rem præfati montis incolæ de Monasterii Maronis nomine Maronitæ appellantur: sed & Joannes ipse de ejusdem Monasterii nomine Maro nuncupatur.

Titulo subjungit amanuensis Syrus hanc Præfationem: ܟܬܒܐ ܕܡܪܝܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܕܥܠ ܡܫܚܐ ܕܡܢ ܬܪܬܝܗܘܢ ܐܝܟ ܕܡܬܩܪܒ ܠܗܘܢ ܡܢ ܡܫܬܐ ܕܡܫܬܐ ܕܡܢ ܡܫܬܐ ܕܡܢ ܡܫܬܐ ܕܡܢ

nensis lib. 2. Vindic. & ex stylo apparet: eadem enim est phrasis, eadem sensa in hoc Libello, ac in opere ejusdem Thomæ, quod in decem Capita seù Propositiones distributum, ad Joannem Melchitarum Patriarcham transmisit, exstatque ad calcem laudati Libelli, ubi inanibus argumentis Monothelismum stabilire conatur: de quo consule Naironum in Evopl. pag. 69. Non mirum igitur, si homo Monothelita, qualis erat Thomas, Joannis Maronis nomine in citata Præfatione abutitur, qui eò etiam inscitiæ devenit, ut contra omnem historiæ veritatem, Maximum Confessorem assereret sub Marciano ejusque fratre Imperatoribus duas Christi voluntates propugnasse: sed & Severiano Gabalorum Episcopo per summam calumniam hoc dictum de Christo tribuit in laudato Cod. Ecchell. 14. pag. 32.

ܐܝܟܡܐ ܕܡܬܡܠܠܝܢ ܥܠ ܬܪܝܢ ܩܢܘܡܐ ܘܚܕ ܟܝܢܐ ܡܘܕܝܢܢ ܕܡܬܡܠܠܝܢ ܥܠ ܬܪܝܢ ܡܨܒܝܢ ܘܚܕ ܡܨܒܝܢ ܘܚܕ ܨܒܝܢܐ ܘܚܕ ܫܘܠܛܢܐ ܘܚܕ ܦܠܚܢܐ ܡܨܒܝ

Athanasius Alexandrinus Orat. de Anima, & Orat. adversùs Apollinarem: Flavianus Senior Antiochenus Commentar. in Joannem: Basilius Magnus contra Eunomium cap. 80. Gregorius Nyssenus Epist. ad Philippum (*Olympium*) Monachum. Gregorius Theologus epist. 2. ad Cledonium: & Orat. de Filio adversùs Arianos. Ambrosius Mediolanensis Orat. adversùs Apollinaristas: & Orat. ad Gratianum Imperatorem, quam Cyrillus in Synodo Ephesina contra Nestorium produxisse dicitur. Amphilochius Iconiensis de Definitione Fidei ad Seleucum Trajani filium. Joannes Chrysostomus Epist. ad Cæsarium Monachum: & Homil. de Baptismo Christi, & de pugna ejusdem cum Diabolo: & Homil. de Ascensione Domini. Severianus Gabalensis Homil. de Nativitate Domini, quem locum corrupisse Thomam Caphartabensem Monothelitam suprà observavi. Proclus Constantinopolitanus Homil. de Nativitate Domini. Cyrillus Alexandrinus tom. 3. adversùs Nestorium: & Commentar. in Joannem lib. 2. Homil. 6. & epist. ad Xystum Papam: & epist. ad Eulogium: & Homil. adversùs eos, qui naturas confundunt, unam in Christo naturam compositam dicentes: & Orat. ad Secundum de anima & corpore: & Commentar. in epist. ad Hebræos: & Commonitor. ad Eulogium: & Commentar. in Joannem lib. 4. Jacobus Batnarum Sarugi Homil. de Lazaro Quatriduano: & homil. de Ecclesia & scrutatoribus: & homil. de Jejunio. Ephræm Syrus Hymn. de Precibus: & Hymn. de Domino nostro: & Hymn. de Nativitate Domini: & Hymn. de Fide. Isaac Doctor de Symbolo Fidei: & Hymn. 2. de curru Ezechielis: & Hymn. de Incarnatione Domini. Isidorus Pelusiota epist. ad Theodorum Diaconum: & epist. ad Timotheum Lectorem: & epist. ad Theophilum. Justinus Philosophus & Martyr Orat. de recta Fide cap. 18. Nyssenus iterùm epist. ad Philippum Monachum de objectione Arianorum contra Catholicos, quæ profectò eadem est ac epist. ad Olympium. Proclus Constantinopolitanus Homil. de Dei genitrice. Ambrosius Mediolan. iterùm Orat. de expositione Fidei. Isaac Syrus Ephræmi Syri discipulus iterùm Hymn. de Orthodoxa Fide. Dionysius Pauli Apostoli Discipulus Tract. de Divinis Nominibus. Definitio Fidei Synodi Antiochenæ adversùs Paulum Samosatensem. Flavianus iterùm epist. ad Theodosium Imperatorem. Gregorius Theologus iterùm Orat. ad Syntacticum. Flavianus Senior Antiochenus iterùm Commentar. in Lucam. Post hunc sequebatur in Codice nostro (uti etiam ex Cod. Collegii Maronitarum colligitur) Severus Antiochenus, ex quo hæc loca producebantur: nimirùm epist. 3. ad Sergium Grammaticum Tract. 2. cap. 9. Tract. 7. cap. 70. Tract. 2. cap. 32. Tract. 3. ad Sergium Grammaticum cap. 30. In Philalethem cap. 102. & epist. ad Nephalium: in quibus idem Severus *Sancti* titulo decoratur: quod ex amanuensis nostri fraude factum videtur, qui de suo titulum hunc Severo adjecit: neque enim Joannes Maro *Sanctum* appellasset Severum Monophysitarum primipilum, quem in hoc Libello velut Chalcedonensis fidei impugnatorem execratur.) Patrum testimoniis subjungit definitiones Synodorum, quibus Catholica fides confirmata est: videlicet, Antiochenæ sub Dionysio Papa, Dionysio Alexandrino, & Gregorio Thaumaturgo, imperante Gallieno: Nicænæ, Constantinopolitanæ, Ephesinæ I. & Chalcedonensis. Postremò in hæc verba librum concludit: ܡܕܡܐ

ܐܝܟ ܡܕܝܢܬܢ ܚܢܢܐ ܕܢܝܚܐ ܘܟܝܠܐ
ܕܝܢܥܐ ܕܠܐ ܟܠܝܢܐ ܘܐܝܟ ܕܢܫܬܘ
ܚܢܢܐ ܕܩܢܝܡܐ ܟܡܐ ܡܢܝܢ ܘܟܝܢ
ܘܡܢ ܡܢܝܢܐ ܕܝܢܥܐ ܡܢ ܫܘܠܡ
ܐܡ

ܗܫܐ ܐܚܝܢ ܡܗܝܡܢܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܩܬܘܠܝܩܝܬܐ ܕܐܢܘܢ ܬܪܝܨܝܢ ܘܬܪܝܨܝ ܗܘܘ ܕܢܚܙܘܢ ܘܢܚܙܘ ܡܕܡ ܕܩܕܝܫܬ ܣܘܢܗܕܘܣ ܘܡܪܝ ܦܐܦܐ ܗܝܡܢܐ ܗܘܐ ܘܦܪܨ ܘܩܕܝܫܐ ܐܒܗܬܢ ܕܩܕܝܫܐ ܕܐܡܪܘ ܡܢ ܩܕܡ ܗܠܝܢ ܕܢܬܚܒܪ ܥܡܢ ܠܗܠܝܢ ܕܢܩܒܠ ܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܩܕܝܫܐ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܟܠܩܕܘܢܝܐ ܕܡܘܕܝܢ ܐܢܘܢ ܕܚܕ ܦܓܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܐܝܟ ܕܡܪܝ ܠܐܘܪܝ ܩܕܝܫܐ ܕܪܘܡܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܬܠܬ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܕ

nobis. ܗܘܢܐ ܠܡܫܝܚܐ ܘܠܡܬܝܡܐ
ܘܡܪܝܠܝܢ ܕܚܕܝܢ ܠܟܠܗ ܡܫܝܚܐ
ܕܒܥܘܬܗ ܕܒܗ ܡܬܚܝܢ ܠܟܠܗ ܠܟܠܗ
ܦܘܪܩܢܐ ܕܒܪܝܬܐ ܡܫܬܒܚ :

Exstat in eodem Cod. Ecchell. 14. pag. 125. licet non eadem, qua totus Codex, manu exarata: quod mihi non levem suspicionem ingerit, eam vel ex altero, quod ad manus nostras nondum pervenerit, exemplari à recentiori amanuensi descriptam & laudatis Joannis operibus hìc insertam fuisse; vel eidem Joanni suppositam. Et suppositionis quidem vitium duo arguere videntur. Primum, quod hanc Epistolam immediatè sequitur *Dialogus Syrum inter & Græcum de Trisagio*, quem licet in Cod. nostro mutilum & anonymum, ex Barhebræo tamen in Lib. Ethic. colligitur, Dauidis Pauli filii, Episcopi Jacobitæ, fœtum esse. Eædem autem in hac Epistola, ac in Dialogo rationes pro additamento Trisagii, eadem ferè verba, ut utrumque conferenti patebit. Alterum, quia eadem Epistola tres postremas quinternionis decimi tertii chartas ita implet, ut nullum folium inter hunc & sequentem quinternionem decimum quartum desideretur: quum tamen Dialogus Davidis de Trisagio, qui Epistolæ subnectitur, acephalus sit, eique tot chartæ deesse videantur, quot Epistolam componunt. Quare haud improbabili conjectura videtur recentior amanuensis, avulsis tribus prioribus Dialogi chartis, locum huic Epistolæ fecisse, quam fortassè ex ipsis Dialogi verbis concinnavit. Summa ejus hæc est. Objecit anonymus Syris Orthodoxis, *Sanctam Trinitatem ab iis prædicari crucifixam, quoties Trisagio subjiciunt, Qui crucifixus fuisti pro nobis*. Respondet Joannes, vel quisquis est Auctor Epistolæ: *Unum de Trinitate dumtaxat carnem induisse & crucifixum fuisse, qui est D. N. Jesus Christus, non totam Trinitatem, quandoquidem nec tota Trinitas incarnata est: & ad illum unum, non ad totam Trinitatem, Syrorum mentem referri, dum Trisagium hymnum canunt*. Reponit anonymus: *Cur ergo Sancti Patres Petro anathema dixerunt?* Respondet Joannes: *quia ille quaternitatem personarum inducere moliebatur, Judæum Nestorium æmulatus, & passionem Divinitati tribuit: quapropter ejus gregales Theopaschitæ dicti sunt; Syros verò ab utraque insania distare*. Rursùs instat anonymus: *At verba ab hæreticis malè usurpata omninò vitanda sunt*. Reponit Joannes: *Si huic regulæ insistendum foret, omnes sacras Scripturas obliterari proscribique oporteret. Quamobrem, ut monet Cyrillus in commonitor. ad Eulogium, non omnia, quæ ab hæreticis usurpantur, sunt rejicienda: in plerisque enim hæretici nobiscum loquuntur, sed ipsorum mens errorem intendit, quem nos minimè intendimus*.

Eadem ferè de Trisagio Ephræm Antiochenus apud Photium in Biblioth. Cod. 228. Hinc apparet, Syros Orthodoxos, licet Trisagio Hymno particulam illam, *Qui crucifixus est pro nobis*, addiderint, ab hæresi tamen Theopaschitarum abhorruisse. Sed & Monophysitas antiquiores, recentioresque Jacobitas eadem circa Trisagium cum Catholicis sensisse & modò sentire, liquet tùm ex Homilia 125. Severi Antiocheni, quæ exstat in Codd. nostris Nitriensibus 33. 34. tùm ex Barsalibæo commentar. in Liturgiam S. Jacobi Cod. Ecchell. 36. tùm denique ex Dialogo Syrum inter & Græcum, quem Davidem Jacobitam Episcopum pro gente sua scripsisse modò diximus: ubi sic ille: ܗܘܢܐ ܕܡܫܝܚܐ
ܕܐܝܟ ܕܗܝܢܐ ܡܠܐ ܗܘܘܢܢܐ ܕܒ
ܡܬܩܠܝܢ ܠܗ ܟܘܦ ܘܠܡܠܟܐ
ܡܫܝܚܐ ܠܐܝܠܝܢ ܠܗ ܘܕܒ ܠܟܠ ܐܝܬ
ܕܒܥܘܬܗ ܠܐ ܡܫܬܒܚ ܠܗ :

ܕܐܠܗ

ܘܡܬܟܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܟܠܗ ܩܢܘܡܐ
ܐܠܗܘܬܐ ܘܒܗ ܐܝܟܡܪ ܐܠܗܐ : ܘܠܡܢܐ
ܚܫܚܘܪ ܡܢܢܗ . ܩܢܘܡܐ ܫܠܝܬܐ
ܘܒܗ ܐܝܟ ܐܢܬ ܡܫܬܡܥ ܐܠܗܐ
ܩܕܝܫܐ ܘܐܢܬ ܡܫܬܡܥ : ܩܢܘܡܐ
ܠܐ ܡܨܠܒܐ ܘܒܗ ܐܝܟ ܐܢܬ ܡܫܬܡܥ
ܩܢܘܡܐ ܕܬܪܝܢܝܬܐ ܩܕܝܫܬܐ . ܐܝܟ
ܕܡܢ ܟܬܒܐ ܕܬܪܝܢ ܐܝܬܝܬ ܕܬܪܝܢܝܬܐ
ܩܕܝܫܬܐ ܐܬܨܠܒܬ ܘܡܢ ܐܝܟ ܡܢ
ܐܒܗܬܐ ܐܬܠܦܬܘܢ : ܣܘܪܝܐ . ܚܕ
ܡܢ ܬܠܬܐ ܐܝܬ ܒܗ ܡܫܝܚܐ ܐܘ
ܟܠܗ ܬܠܬܐ . ܣܘܪܝܐ . ܐܢ ܟܠܗ
ܬܠܬܐ ܐܝܬ ܒܗ ܡܫܝܚܐ ܗܠܝܢ
ܬܠܬܐ ܕܡܨܠܒ ܘܡܫܬܡܥ ܐܠܗܐ
ܩܕܝܫܐ ܘܐܢܬ

trecentorum decem & octo Patrum. Et quando oramus, dicimus, Sanctus Deus, *qui Deus quum sis, propter caritatem tuam factus es homo*. Sanctus Fortis, *qui quum omnia virtute tua portes, in assumpto corpore infirmus apparuisti*. Sanctus Immortalis, qui *quum naturâ immortalis sis, voluntariam mortem in carne pro salute nostra subjisti. Te pro nobis fuisse crucifixum fatemur, & non inficiamur. Ob tuam in cruce mortem miserere nobis*.

Hæc adnotasse non piguit, quo severioribus quibusdam Rituum Orientalium Censoribus scrupulum eximerem. Erunt nimirùm qui offendantur, si quando in Libris Ecclesiasticis Syrorum Romæ impressis Trisagium cum controverso illo additamento ipsis occurrat. Illud profectò olim attenta nequitia Petri Fullonis, à quo cum aliis quibusdam Ritibus fuit inductum, plerique merito suspectum habuerunt: sed novi Ritus sensum perfectè orthodoxum postmodùm exponentibus qui eum usurpabant Syris aliisque Orientalibus, cæteri Catholici annuerunt, ut ex Ephræmo Antiocheno, & Eulogio Alexandrino doctè & eruditè probavit lib. 3. Vindic. Stephanus Patriarcha Maronitarum. An autem Petrus Fullo in eam lapsus fuerit insaniam, ut Divinam naturam passam fuisse crediderit, meritò id negant docti Viri, & contrarium suadet ejusdem Petri cum Severo, Philoxeno, aliisque Monophysitis, eum errorem execrantibus, perpetua consensio & concordia: nec enim, quod sciam, à quopiam ejus sectæ Theologo tantæ impietatis Petrus arguitur, quin potiùs à Severo Antiocheno hom. 125. ex professo defenditur, & ab errore Theopaschitarum purgatur. Sed nec verosimile esse videtur, quod Joannes noster in laudata Epistola eidem Petro hoc loco affingit, ipsum nempè Nestoriana hæresi fuisse infectum & quaternitatem insuper Personarum inducere contendisse. Monophysitam enim eum fuisse, omnes antiqui clamant; ac proinde Nestorianismi impugnator acerrimus fuit. De quaternitate verò divinarum Personarum ipsum ne cogitasse quidem, ex eo colligitur, quod Trisagii additamentum unicè excogitaverit, ut ostenderet, unam esse Dei, Fortis, & Immortalis cum eo qui crucifixus est, naturam: quæ erat Monophysitarum hæresis: quorum totus error circa Incarnationis mysterium versabatur.

6. De Sacerdotio.

De Sacerdotio Liber in Capita XL. distributus: ܡܕܡܐ ܕܟܗܢܘܬܐ. Exstat Cod. 64. propria Abrahami Ecchellensis manu exaratus: ex quonam exemplari, non liquet. Illud mihi certum est, Joanni Episcopo Darensi hoc opus restituendum esse, ut suo loco ostendam.

7. Commentarium in Liturgiam S. Jacobi.

Expositio Liturgiæ S. Jacobi Apostoli. ܦܫܩܐ ܕܩܘܪܒܢܐ ܕܝܥܩܘܒ ܫܠܝܚܐ. Exstat in laudato Cod. 64. post Librum de Sacerdotio, propria Abr. Ecchellensis manu exarata, & in Capita L. divisa. Citatur & à Nairono in Evopl. pag. 116. & ab Edenensi in Vindiciis Maronitarum. Uterque notitiam ejus hausit ex Ecchellensi, qui plura ex eadem testimonia producit, ac præsertim Not. in Hebed. pag. 136.138.140.141. Verùm hunc genuinum esse Dionysii Barsalibæi fœtum suspicatur Renaudotius to. 2. Liturg. Orient. pag. 74. cujus conjecturam in ea parte, quæ ad postremum hunc tractatum pertinet, certissimis argumentis confirmabo, quum de Barsalibæo sermo erit.

CA-

CAPUT XLIV.

Theophilus Edessenus Maronita.

I. Theophili Edesseni patria, religio, ætas, & scripta.

THEOPHILUS patria Edessenus, natione Maronita, professione Astronomus, claruit circa annum Christi 770. De ejus ætate, & scriptis hæc Gregorius Abulpharagius in Historia Dynastiarum ad annum Hegiræ 165. ex versione Eduardi Pocockii p. 147.

حكى انه لما همّ المهدى بالخروج الى ماسبدان تقدم الى حمنة خطيبته ان تخرج معه . فارسلت الى توفيل ابن توما النصرانى المنجم الرهاوى وهو رئيس منجمى المهدى قايلة له انك اشرت على امير المومنين بهذا السفر فحشمتنا سفرا لم يكن فى الحساب . فعجل الله موتك واراحنا منك . فلما بلغته الرسالة قال للجارية التى اتته بها . ارجعى اليها وقولى لها . ان هذه الاشارة ليست منى . واما دعاوك علىّ بتعجيل الموت فهذا شى قد قضى الله به : وموتى سريع فلا تتوهمى ان دعوتك استجيبت ولكن اعدّى لنفسك ترابا كثيرا . فاذا انا متّ فاجعليه على راسك . فما زالت متوقعة تاويل قوله منذ توفى حتى توفى المهدى بعد عشرين يوما . وكان توفيل هذا من مذهب الموارنة الذين من مذاهب النصرانية وله كتاب تاريخ حسن ونقل كتابى اوميرس الشاعر على فتح مدينة ايليون فى قديم الدهر الى السريانية بغاية ما يكون من الفصاحة .

Fertur, quum Al-Mohdius Masabdanum proficisci statuens, Hasanam concubinam suam ire jussisset; ipsam ad Theophilum Thomæ filium Christianum, Astrologum Rhoënsem (Edessenum) *Astrologorum Al-Mohdii principem, mittentem dixisse: Tu Imperatori* 1 *Fidelium hujus itineris auctor fuisti, nobisque iter imposuisti, quod in mentem non venerat; Acceleret Deus mortem tuam, quò te liberemur. Ipsum verò, ubi ad eum pervenissent literæ ejus, dixisse puellæ, quæ eas pertulerat: Ad ipsam reversa dicas. Non est à me hoc consilium: Verùm quod mihi precaris, ut citò moriar, res hæc est à Deo decreta, ac mors mea propè abest: ne verò putes preces tuas exauditas esse. At tibi ipsi multum pulveris pares, quumque ego mortuus fuero, illum capiti tuo imponas. Non desiit autem interpretationem dicti ipsius quærere, ex quo objit ille, donec viginti post diebus mortuus esset Al-Mohdius. Fuit autem Theophilus iste sectæ* 2 *Maronitarum, qui in Monte Libano Christianorum sectæ sunt. Est illi Historia egregia. Duos etiam Homeri Poëtæ libros de excidio urbis Ilii, quod olim contigit, è lingua Græca in Syriacam quàm elegantissimè vertit.* 1 2

Obiit igitur Theophilus, Abulpharagio teste, anno Hegiræ 169. circa annum Christi 785. quo & Al-Mohdius. Historiam ejus laudat idem Abulpharagius lib.cit.p.63. ubi ex mente Theophili nostri ab Orbe condito ad initium Epochæ Alexandreæ annos colligit quinquies mille, centum nonaginta septem. De Homeri etiam Iliade ab eodem Theophilo in Syriacum sermonem conversa præmonuerat lectorem suprà in Thola Judice pag. 26. Hinc non improbabili conjectura, accedente potissimùm communissima recentiorum

II. Vocalium Syriacarũ recentiorum inventor existimatur.

NOTÆ.

1 *Imperatori Fidelium*: nimirùm Mahometicæ superstitionis cultorum. Arabes *Amir-al-Mumenin* dicunt: unde corrupto vocabulo derivatum est *Miramolinus*.

2 *Sectæ Maronitarum*. Sic Auctor Jacobita Maronitas traducit. Unde falsitatis arguitur Timotheus Presbyter, seù quisquis ejus nomine abutitur apud Combefisium in Auct. tom. 2. pag. 459. ubi Maronitas asserit *quartam, quintam, & sextam Synodum rejicere*. Nam si id verum esset, eos Abulpharagius à Jacobitis nequaquam distingueret, nec ut particularem Sectam nominaret. Recole, quæ diximus pag. 509.

tiorum Syrorum opinione, affirmat Ecchellensis in Not. ad Catalogum Hebedjesu pag. 180. quinque vocalium Syriacarum figuras ad similitudinem Græcarum à Theophilo nostro fuisse efformatas, ut scilicet ambiguas voces, ac præsertim nomina patronymica, quæ iisdem elementis apud Syros scribuntur, Græcis vocalibus distingueret. Vide, quæ hac de re ex Codice nostro Syriaco III. notavi suprà pag. 64.

CAPUT XLV.

Joannes Lephediensis Patriarcha Maronitarum.

I. Joannes Lephediensis Maronitarum Patriarcha.

JOANNES in Lephed territorii Byblienſis oppido natus, post Jacobum Ramatensem cujus suprà memini pag. 307. Maronitiсæ Ecclesiæ Patriarcha præfuit ab anno Christi 1151. ad annum 1173. Is primùm in Cœnobio Sancti Eliæ agri Lephediensis habitavit: Inde ad Cœnobium S. Mariæ in Abel ejusdem agri se contulit, ubi & novum monasterium exstruxit, ut ex monumentis illius Ecclesiæ tradit Edenensis in Chronico.

II. Ejus Anaphora.

Scripsit Liturgiam, de qua idem Edenensis in expositione Missæ cap. 2. de Catholicis Anaphorarum Scriptoribus num. 25. يوحنا الخفدى الذى جلس على الكرسى الانطاكى بعد الالف وماية من سنين السيد المسيح له نافور بدوه: الكهنوت وهو قوم حقا:

Joannes Lephediensis, qui post annum Christi 1100. *Antiochenæ* (Maronitarum) *Ecclesiæ præfuit, auctor est Anaphoræ, cujus initium, Deus Sanctissime.* Exstat in mss. Codicibus Missalibus Cœnobii Patriarchalis S. Mariæ in Canobin.

CAPUT XLVI.

Moyses Accarensis Patriarcha Maronitarum.

I. Moysis Accarensis Maronitarum Patriarchæ ætas, & scripta.

MOYSES Saadæ filius ابن سعاده ex Barda Provinciæ Accarensis oppido من البارده من بلاد عكار orindus monasticam vitam in monte Libano in Cœnobio Sanctæ Mariæ in Hauca حوقا professus est. Anno Christi 1522. à Simeone Hadetensi Maronitarum Patriarcha Romam ad Papam Hadrianum VI. allegatus, eidem Simeoni anno Christi 1524. die 11. Decembris substituitur. Obiit die 19. Martii anni 1567. ætatis anno quinto suprà octogesimum: de quo hæc Edenensis in Chronico.

وكان ذا عبادة وغيرة جزيلة دخل لرومية وجاب التثبيت للبطرك شمعون . صنف ميمر سريانى عن صفوه وولى مديحة يوسف الحسن انشى ارزاق كثيرة لدير قنوبين وعندما ضجع فى الرب ترك له ثروة جيدة وحزن على موته كل الشعب فدفنوا جسده الطاهر فى مغارة مارينا فى البكا والحزن وبعد دفنته جعلوا اوضته التى بقرب باب السيدة كنيسة ونصبوا فيها مديحين بسم الرسولين بطرس وبولص حتى لا احد يسكنها بعده :

Vir erat pietate & divinæ gloriæ studio maximè insignis. Urbem Romam adiit, & Confirmationis Pallium Simeoni Patriarchæ inde attulit. Syriacum carmen de sua in Urbem profectione conscripsit, & alterum de Joseph filio Jacob Patriarchæ. Agros & prædia benè multa Monasterio S. Mariæ in Canobin contulit: quumque in Domino obdormisset, opes non modicas eidem reliquit. Ejus morti indoluit universus Maronitarum *populus: ejusque sanctum corpus cum luctu & lacrymis in speluncam S. Marinæ illatum est. Ejusdem post obitum cubiculum*

lum ipsius ad valvas Ecclesiæ Dominæ nostræ in Ædem Sacram successores *converterunt: duoque Altaria duobus Apostolis Petro & Paulo in ea erexere, ne quis post ejus decessum eo in loco habitaret.*

II. Summorum Pontificum ad eundem Epistolæ.

Exstant ad eundem in laudato Cœnobio Patriarchali quatuor Summorum Pontificum Epistolæ, quas ex autographo descriptas penes me habeo. Prima Clementis VII. sub die 25. Januarii 1531. Secunda Pauli III. sub Dat. 11. Kal. Decem. 1542. Tertia Pauli IV. sub die 12. Novembris 1556. Quarta Pii IV. sub Kalen. Septemb. 1562. Et quidem ad hunc Moyses Georgium Archiepiscopum Damascenum allegaverat, ut suo totiusque nationis Maronitarum nomine Sac. Conc. Trident. interesset: quod ex ejusdem Pii IV. Epistola colligitur, in hæc verba. *Venerabilem Fratrem nostrum Georgium Archiepiscopum Damascenum, qui tuas ad nos attulit literas, libenter vidimus &c.* Et infra. *Quod autem contentum te esse significasti, ut ipsum Archiepiscopum ad Tridentinum Concilium mitteremus, id nobis minimè necessarium visum est, præsertim quum is neque Latinam linguam noverit, ac ne Italicam quidem satis calleat, eamque ob causam futurum fuerit, ut nec quid ipse sentiret exprimere, nec quid ibi ageretur, satis intelligere posset. Satis autem hoc futurum esse existimavimus, si literas ipse, quum primùm oblata fuerit dandi facultas, miseris, sicut Venerabilis quoque Frater Abdisu Assyriæ Patriarcha, qui Romæ nuper fuit, ante discessum suum fecit, per quas testificeris, & profitearis, te ipsius Tridentinæ Synodi decreta, unàcum Suffraganeis, & Clero tuo, suscipere & approbare quidquid ipsa probaverit, & quidquid damnaverit, improbare.* Quæ eò notanda duxi, ut intelligeres, Abdjesu Assyriorum Patriarcham, de quo mox sermo erit, Concilio Tridentino nequaquam interfuisse, ut Miræus & alii scribunt, propter rationem hìc à Pio IV. indicatam, & Latini atque Italici sermonis ignorantiam; sed scripto dumtaxat professum fuisse, ante suum ex Urbe in Assyriam discessum, se illius Concilii decreta suscipere & approbare, ut ex Panvinio infrà videbimus.

CAPUT XLVII.

Joannes Sulaca Chaldæorum Patriarcha.

I. Joannes Sulaca, Simon perperàm appellatus.

JOANNES Danielis filius, de familia Bellu, Chaldæorum Patriarcha, qui antè ordinationem Syriacè *Sulaca* ܣܘܠܩܐ, Arabicè سعود *Siud* dicebatur, claruit sæculo decimo sexto, quo & à Mahometanis Nestorianorum insidiis atque instigatione pro orthodoxa fide peremptus est. *Simeonem* perperàm appellat Leonardus Abel Episcopus Sidoniensis apud Aubertum Miræum in Biblioth. Eccles. in Auctario ad Catalogum Gennadii p. 58. quem sequuntur Panvinius in vita Julii III. & Abr. Ecchellensis in Præfat. ad Catalogum Hebedjesu.

II. Chaldæorum Patriarcha post obitum Simonis Mamæ instituitur. 1

Ejus ordinationem describit Andreas Masius, qui eundem Romæ vidit & alloquutus est, in Epistola ad Augerium Busbeckium, his verbis. *Igitur Nestoriani* 1, *quum eam à majoribus suis traditam sibi consuetudi-*

NOTA.

1 *Nestoriani*. Chaldæi, nimirùm, Assyrii, seù Orientales, qui hæresim Nestorii à priscis temporibus sequuti sunt. Eorum Metropolitam in Cypro Timotheum sub Eugenio IV. Nestorianum errorem abjurasse, liquet ex ejusdem Eugenii Bulla, quæ incipit: *Benedictus Deus*, Dat. VII. Non. Aug. anno 1445. in Concil. Florent. Par. 3. num. 20. ubi relata ejusdem Timothei Professione Fidei, nec non Isaaci Nuncii Eliæ Episcopi Maronitarum in Cypro, hæc Summus Pontifex de utroque decernit. *In primis quod nemo*

tudinem jam olim observent, ut vita functo Patriarcha suo, qui plerumque
1 *Mozal* 1, *hoc est, Seleuciæ ad Tigrim habitat, alium designare quidem ipsos sibi, sed designatum nonnisi adhibitis quatuor, aut ut minimum tribus Metropolitanis suæ professionis & sectæ initiare posse putent, usque adeò, ut si Metropolitanorum numerus illetum expletus inter Nestorianos non sit, ab solo Romano Pontifice, tamquam Principis Apostolorum successore, consecrari illum debere statuant; Anno autem post Christum natum* 1551. *evenisset, ut mortuo ipsorum Patriarcha, atque alio Sulaca sive Siud nomine electo, ne unus quidem esset Metropolitanus reliquus, propterea quod defunctus ille improba ambitione amplificandi suam ipsius familiam & genus, nullum jamdiu novum creavisset (est enim solius Patriarchæ Metropolitanum consecrare) eum quem sibi, ut dixi, Patriarcham designarant Sulacam, cum literis Romam ablegaverunt, viris circiter 70. comitatum ad Jerusalem usque, & inde tribus Romam. Sed horum unus viæ longioris incommodis est extinctus: unus item morbo impeditus, atque retentus: tertius verò Caleph nomine, vir nobili loco in insula quadam Tigris, quam illi suæ linguæ vocabulo Gezerta* 2, *hoc est, Insula* καὶ ἐξοχὴν 2
vocant, natus, Romam cum Sulaca salvus pervenit, atque cum eodem tandem initiato est domum remissus &c. Sed postulat hic locus, mi Augeri, ut huc addam, ne quid desiderare possis, quos ritus in eligendo Patriarcha isto esse observatos, mihi homines illi persæpè narrare solebant, quum magno me talium rerum cognoscendarum desiderio teneri intelligerent. Ajebant enim, populum Nestorianum & sacri & profani ordinis jam pridem ægrè ferentem summum illud Patriarchatus (ut sic dicam) sacerdotium in eadem una familia per centum propè jam annos quasi hæreditarium retineri; verentemque ne ejus Patriarchæ 3, *qui* 3
tùm recens obierat, fratris filius, artibus quibusdam improbis nisus, patrui sui successor evaderet: mox audita illius morte concurrisse tumultuariò in illam, quam modo dixi, Tigris insulam,

nemo prædictos Chaldæorum Metropolitam, & Maronitarum Episcopum, eorundemque Clericos & Populos, neque ex Populo & Clero quempiam de cætero audeat hæreticos appellare, aut Chaldæos de cætero Nestorianos nominare præsumat. Quod si quispiam mandati hujus contemptor exstiterit, jubemus ab ejus Ordinario excommunicari tandiu, quandiù distulerit condignè satisfacere, aut Ordinarii arbitrio aliqua alia temporali pœna mulctari &c. Ubi obiter notandum discrimen, quod Eugenius Papa inter Maronitarum & Nestorianorum nomen ponit: illos enim, utpotè qui à nullo hæresiarcha nomen duxerunt, hæreticos dumtaxat nominari vetat, postquam fidei Catholicæ professionem emiserunt, Nestorianos verò, quibus à Nestorio nomen inditum, & hæreticos & Nestorianos appellari prohibet: quò respexit Pagius, dum ad annum 635. num. 13. de Maronitis sic scribit. *Imò ex denominatione Maronitarum colligitur, eos non sic fuisse appellatos ab ullo Marone hæresiarcha. Usus enim viget tàm in Oriente, quàm in Occidente, hæreticos fidei Catholicæ reconciliatos, si Occidentales sint, uti Lutherani & Calvinistæ, vocari Catholicos; sin verò Orientales, si Jacobitæ fuerint, Syros, si verò Nestoriani, Chaldæos, seù Assyrios nuncupari. Et quamvis omnes esse Catholici subintelligantur, hanc tamen Syrorum, & Chaldæorum seù Assyriorum denominationem sortiuntur, tùm propter eorum rituum diversitatem, tùm quia sub diversis sint constituti Patriarchis, ut demonstrat F. Naironus loc. cit. Maronitæ itaque quum modò hoc nomen gerant, & à Summis Pontificibus à tempore Innocentii III. eorum Patriarcha in Bullis Apostolicis appelletur* PATRIARCHA ANTIOCHENUS MARONITARUM, *necessariò sequitur hoc nomen* MARONITA *semper Virum Catholicum indicasse.* Hactenus Pagius.

1 *Mozal*. ܡܘܨܠ *Mosal*, & *Mosol*, olim *Assur*, urbs sita in ripa citeriore Tigridis fluminis, à qua ex altera ripæ parte abest Ninive illa Jonæ prædicatione nobilis, bis mille passibus.

2 *Gezerta*. Syris ܓܙܪܬܐ *Gozarta*, & cum addito ܙܒܕܝܐ *Zebedæa*; Arabibus جزيرة *Gezire*: Unde *Gaziræi*, de quibus suprà pag. 392.

3 *Patriarchæ*. Simonen Mamam appellat Panvinius in vita Julii III. qui & Chaldæorum Ecclesiam anno Christi 1539. rexisse dicitur in Codice Syriaco Hospitii Monachorum Maronitarum apud Ecclesiam Sanctorum Marcellini & Petri de Urbe: de quo infrà sermo erit, ubi de impio Bar-Mama, ejusdem ex fratre nepote.

lam, quæ duodecim circiter passuum millibus suprà Mozal posita, decem ferè millia passuum suo ambitu continet, muris undique cincta, & à paucis aliis quàm Christianis hominibus habitata, atque ibi subitariis consiliis de novo sibi Patriarcha secundùm Canones veteres designando deliberasse. Et jam tùm plerosque omnes in Sulacam animis inclinasse. Deinde verò rursùs ad præstitutum diem alium convenisse in Mozal, urbem tùm spacio amplissimam, tùm mercaturis frequentissimam, quam Parthorum Seleuciam esse, & Nestoriani quoque Patriarchæ domicilium paulò ante dixi; sitam haud procul à celeberrima quondam urbe Ninive, sed intra Mesopotamiam. Huc inquam convenisse qui tùm in Syria, Assyria, & Persia superstites erant, ejus sectæ Episcopos tres, quorum unus Arbelæ, Darii clade nobilis civitatis, alter Salmasti, tertius Ador-beigani antistites erant. Sunt autem Salmastum, & Adorbeiganum Persiæ urbes, dierum circiter octo itinere ab Ninive positæ versùs Orientem. Et præter illos etiam alios Sacerdotes, Cœnobitasque multos, tùm ex singulis quoque civitatibus latè vicinis ternos, quaternosve primates, qui suorum civium auctoritatem voluntatemque repræsentarent, & publicis literis testarentur. Exempli causa, ex Bagdat, hoc est, Babylonia, ex Carcha haud procul à Ninive dissita urbe in Assyria, ex illa quam nuper dixi, insula Tigris sive Geserta, ex Tauris, amœnissima Persarum Regis sede, quam Ecbatanam Juditæ historia nobilitatam esse rentur multi; ex Nisibi, quæ Mygdoniæ Antiochia veteribus fuisse videtur, posita ad amnem Suocoram, nunc Hormiz vulgò nominatum, & mirifica fertilitate vicinos agros, quos crebro ex monte Masio inundans perluit, imbuentem. Insuper ex Merdino, quæ Marde Ptolemæo est, & ex Emed, Ammeam idem vocat, quæ duæ urbes exstant in Mesopotamia ad montem, quem illi homines Torad-Coros, hoc est, montem Cyri appellant. Denique ex Hasan-Cepha, quod est, si Latinè dicas, forti petra, urbe munitissima scilicet, & foro rerum omnis generis venalium florentissima, & suprà prædictam Tigris insulam rupi asperæ imposita. Atque ut semel finiam, ex reliquis omnibus circumquaque vicinis locis, in quibus quidem Nestorianorum hominum conventus sunt. Ibi porrò quum illorum Episcoporum unus coram universo cætu sacris esset operatus, atque Evangeliorum librum, sanctæque Crucis imaginem, quo solo per Turcas uti in suis templis simulacro Christiani illis locis possunt, ob omnium oculos proposuisset, ac deinde paucis ad populum concionatus, ipse primus, & post eum deinceps antistites cæteri, ordinesque omnes, partim voce, alii literis suas civiumque suorum sententias dixissent, compertum esse maxima suffragiorum parte, Sulacam illum, aut, ut Arabicè vocant, Siud fuisse Patriarcham designatum, virum ætate annorum circiter quadraginta, & parentibus in civitate Mozal optimatibus natum, qui jam tum annos propè duodecim [1] Patrem, ut vocant, egerat, atque etiam tùm agebat in contubernio Cœnobitarum plus minus quinquaginta, quod contubernium Rabban-Hormisd appellatur, abestque millibus passuum ferè octo ab Ninive: at ab Alcus patria Nahum prophetæ etiam nunc hujus monumento tàm Judæis, quàm Christianis celebratissima, non ampliùs duobus passuum millibus. Itaque mox ablegatos fuisse populi totius nomine, qui illum inde ad Mozal deducerent: sed eos tertiùm missos atque remissos, de quieta illa sua statione hominem modestissimum vix tandem abstrahere potuisse. Ut porrò in medium tandem fuisset perductus, facta rursùs solenni more re divina, sententias

NOTA.

1 *Duodecim*. Panvinius loc. cit. *duobus suprà viginti* annis asserit Sulacam Monachis Abbatem præfuisse.

tias denuò omnes ex ordine rogatos cum majore etiam quàm ante consensione de illo tulisse. Sed enim, quod dixi, quum superessent Metropolitani nulli, à quibus ille designatus initiari posset, decretum publicè esse, ut è vestigio ipse cum literis, comitatuque pro veteri consuetudine ad Romanum Pontificem proficisceretur, eique decreto quum repugnare illi nefas fuisset, profectum Romam, ut antè dixi, venisse.

Eadem de Sulacæ electione narrantur in Epistola, quam Populus Nestorianus anno 1552. ex Mosal ad Romanum Pontificem pro eo in Patriarcham initiando transmisit: ubi hæc ad Julium III. ex interpretatione ejusdem Masii. *Quapropter scito Domine Pater noster electe, hoc est, Papa, (cujus vita custodita sit in Domino Amen) quod nos servi tui miseri peccatores Nestoriani sumus pupilli absque patre, & absque gubernatore, neque superest apud nos fermentum Patrum, nullus Metropolita, sed soli duo, aut tres Episcopi. Habebamus enim quendam Patriarcham retrò ab annis centum, qui nullum constituebat Metropolitam, nisi de stirpe, ac genere familiaque sua, atque ea familia illam consuetudinem usurpavit inde à centum annis usque adhuc. Nunc porrò unus solus superest Episcopus ex ea prosapia, qui & ipse conatus est per impudentiam ita agere, ut egerunt illi, qui ante ipsum fuere. Verùm nos non acceptavimus, neque proclamavimus ipsum: sed subito convenimus ex omnibus locis Orientalibus, & ex omnibus civitatibus & pagis, quæ sunt circum civitatem Mozal, hoc est, Attur, in vicinia Ninives, ex Babylonia, ex Carcha, ex Arbela, ex Insula quæ est in medio Tigris fluminis Eden, ex Tauris Persiæ, ex Nisibi, ex Marde, ex Æmed* (Amida) *ex Hasan-Cepha, & ex reliquis locis Orientalibus ad Mozal, viri magnates, & Sacerdotes, ac Monachi, reliquusque in Christum credens populus, pro more, & constitutionibus Canonum ante observatorum, atque interrogavimus, scrutatique sumus inter omnes, sed non invenimus ullum, præter hunc, præditum caritate & ingenio, doctum & doctorem, ac temperantem celibemque, excellentem insigni vitæ probitate & reverentia, cui nomen & appellatio, magister noster Siud. Eum igitur per vim ex loco habitationis suæ deduximus in medium cœtus credentium, visumque est feliciter omnibus hunc esse, & dixerunt hunc esse idoneum ad hanc viam. Postquam autem feliciter ita nobis visum est, subitò conscripsimus ei has literas apertas ad tuam celsitatem, quamquam indigni; misimusque ipsum ad pedes tuos sanctos, & unàcum ipso viros tres, summos primates inter credentes, Adamum, Thomam, & Chaleph. Cæterùm ascenderunt cum ipso versùs Jerusalem circiter septuaginta animæ ex optimatibus selectæ, qui erant nostræ professionis, atque viatico comitatuque eum instruximus secundùm veterem consuetudinem. Proinde supplices petimus à Paternitate tua sublimi, ut simul atque pervenerint ad te, conficias negotia ipsorum, ne restet derisio & ludibrium inter gentes & eos qui sunt professionis nostræ, ita ut non audeamus quemquam hominum intueri. Obsecramus itaque te, & eum qui tibi concessit hoc donum altissimum, ut mox ubi ad te pervenerint, ordines eum nobis Patriarcham, hoc est, Catholicum, ne maneamus pupilli absque patre & gubernatore ac pastore, & perturbetur ordo noster ob fermentum Sacerdotale, relinquamurque veluti oves sine pastore, nec pereat labor, quem sustinent ex Oriente in Occidentem &c.*

His consentiunt quæ ad eundem Julium III. scribunt Nestoriani, qui Sulacam nostrum usque ad sacram Hierosolymorum urbem deduxerant: *Cæterùm scias, ò Domine Pater, cujus vita custodita esto,* (inquiunt in Epistola, quam idem Masius ex autographo Syriaco Latinam fecit,) *quòd nos servi tui Nestoriani Orientales sumus pupilli absque patre electo, qui dare possit ordines Sacerdotales. Neque supersunt apud nos Metropo-*

tropolitæ, quorum est ordinare Catholicum; sed soli pauci Episcopi, Episcopus Arbelæ, Episcopus Salmasti, Episcopus Adurbeigan. En è vestigio convenimus in Insula, quæ est intra Tigrim flumen Eden, fecimusque compactum inter nos, & misimus pro hoc Monacho Siud, & deduximus ipsum per vim de sua statione in medium populi, atque universus populus testabatur de ipso, esse eum utilem ad hanc viam. Igitur quum considerassent, approbassentque ipsum omnes greges, illico ascenderunt cum ipso ad Jerusalem primates nobiles, magnificus Messiud, & Abdias Ephraim, ac magnificus Chabib, præterque hos alii Monachi, & Sacerdotes, ac Diaconi, Laicique, atque intravimus convenimusque ad monachum benedictum, & gubernatorem probum, dominum Paulum, ejusque sodalitium spirituale in sancta Sion in Cænaculo benedicto, in quo ille habitat, petivimusque ab ipso epistolam ad dignitatem tuam, per Jacobum interpretem, & scripsit nobis tres epistolas ad tuam celsitatem, multùmque gaudebat de nobis. Nos verò dedimus magistro nostro Siud, atque cum ipso misimus tres viros primates, Thomam, Adamum, & Caleph, ante pedes tuos. Nunc igitur petimus à celsitate tua, absolvito negotium ipsorum, & ordinato illum in Catholicum, datoque ipsi potestatem per verbum tuum, ut possit conferre gradus Ecclesiasticos, prout opus habuerit grex, pro more Patriarcharum; & ut ligare possit, & solvere pro consuetudine Patrum, & Canonum Apostolicorum.

III. Romam proficiscitur, & à Julio III. Papa confirmatione & pallium obtinet.

De profectione Sulacæ in Urbem, deque ejus in Patriarcham inauguratione, atque in Assyriam reditu binæ exstant historiæ in Bibliotheca nostra Cod. Syriac. Vatic. 27. & Cod. Amidensi 9. & 13. Alteram anonymus soluta oratione scripsit: heptasyllabis versibus alteram Abdjesu Episcopus Gozartæ, postea Sulacæ ipsius successor, edidit. Et anonymi quidem historiam, utpote breviorem, ex laudatis Amidensibus Co-

dicibus accipe.

ܡܢܝܐ

ܒܫܢܬܐ ܐܪܒܥܡܐܬܐ ܘܫܬܝܢ ܕܡܢ ܩܕܡ ܪܒܢ ܣܘܠܩܐ ܡܢ ܒܝܬ ܡܫܬܐ ܕܪܒܢ ܗܪܡܝܣܕܐ ܕܡܢ ܩܕܡ ܕܣܓܕ ܒܩܕܝܫܬܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܪܘܡܝܐ ܕܐܬܝ ܠܡܪܝ ܡܪܝ ܡܪܝ

civitate Jerusalem, & benedictionem & sanctificationem accepisset à sancto Sepulcro Domini nostri, aliisque sanctis locis, in quibus versatus est Dominus cum Discipulis suis, ex providentia Dei, qui omnia operatur secundùm consilium voluntatis suæ, factum est, ut ad magnam Romam proficisceretur, illo ipsum gubernante atque deducente in longa illa peregrinatione
1 *terra* 1 *marique, qui ut illud iter susciperet, permoverat. Domini itaque ope illuc pervenit lætus & laudans illum, qui eum per universam illam navigationem prorsùs incolumem præstiterat: & Romam ingressus est sub die decima octava Novembris ineuntis anni millesimi octingentesimi sexagesimi quarti Græcorum. Et dedit illi Dominus gratiam in oculis omnium civium Romanorum; præcipuè verò in oculis Papæ & Administrorum ejus: invisitque Ecclesiam magnam duorum Sanctorum Athletarumque illustrium, & strenuissimorum bellatorum, celeberrimorum & nominatorum Doctorum Populi* (Judaici) *& Populorum* (Gentilium) *Mar Petri & Mar Pauli &c. Porrò eadem in urbe per sex circiter menses commoratus* 2 *est, & cum Romanis versatus,* 2
dum interim benedictionem accipit, & adorat in illis ædibus, monasteriis, & sacris locis ejusdem civitatis: atque inibi festum Resurrectionis anni millesimi octingentesimi sexagesimi quarti celebravit. Et die Dominica, quam novam dicimus (in albis) *decima* 3 3
mensis Aprilis Cardinales ex mandato Papæ eum Episcopum & Metropolitam instituerunt, hoc est, ordinarunt: & post duodeviginti dies vigesima octava ejusdem mensis Aprilis, feria sexta, venit ipse Papa Julius 4 *ad magnam* 4
Ecclesiam Sanctorum Petri & Pauli, aureo throno invectus, succollantibus quatuor Metropolitis, & prosequentibus Metropolitis centum, & quingentis Episcopis, atque infinita multitudine Monachorum, Presbyterorum, & Ministrorum, & ex promiscuo vulgo fidelium quinque circiter millibus. Et ipse Papa suis sanctis manibus illum instituit, & ordinavit, & per-

At Græci dumtaxat nomen S. Basilii jure præferunt: cæteri Orientales non modò *S. Antonium Monachorum Proto-Patriarcham* agnoscunt, sed etiam Basilium ipsum ejusdem Antoniani Ordinis Monachum, & in Cæsareensi Diœcesi reformatorem fuisse contendunt. Monachum *S. Antonii* se appellat & Abdjesu nostri Sulacæ gentilis atque in eadem Sede successor, in Professione Fidei apud Panvinium in Vita Pii IV. licet Petrus Stroza in Disputat. de Chaldæorum Dogmatibus pro Sancto Antonio *Pachomium* habeat.

1 *Terra marique*. Sulacæ iter ab urbe Jerusalem Romam usque, accuratè describit Abdjesu in laudato Carmine: ubi, Jerosolymâ (inquit) profectus est in urbem Joppen: inde Damiatam in Ægyptum: ex Ægypto in Phœniciam regressus, Beryti Pentecosten celebravit: Hinc in Cyprum navigavit, mox Rhodum, Cretam, Zacyntum, atque Corcyram prætergressus, Venetias tandem tenuit: ubi decem diebus exactis, Ravennam petiit: inde Ariminum, Fulginium, Spoletum, Interamnam, & Narniam perlustravit: demùm Romam pervenit die 18. Novembris anni Græcorum 1864. cujus initium à mense Octobri apud Chaldæos & Syros duci, sæpè monuimus: ut hinc pateat, annum Græcorum 1864. initio historiæ prænotatum, pro anno 1863. Christi 1552. amanuensis oscitantia subrepsisse: quod etiam ex diebus hebdomadæ infrà in eadem historia notatis clariùs patebit.

2 *Commoratus*. In Ædibus S. Spiritus in Saxia, uti narrat Abdjesu in cit. Carm.

3 *Decima Aprilis*. Nonam habet Abdjesu, additque, ab ea usque ad diem, qua Sulaca Patriarcha proclamatus est, undeviginti dies fluxisse: & quidem rectè: nam anno Christi 1553. Dominica in Albis in diem nonam Aprilis incidit, non in decimam. Antequam Episcopus initiaretur, professionem fidei in Palatio Apostolico emisit Sulaca anno 1553. die 20. Februarii, ut notatur in additione ad Vitas Pontif. apud Ciacon. p. 1608.

4 *Julius*. Etsi in iis, quæ ad facti substantiam pertinent, de Auctoris fide ambigendum non est; hæc tamen quæ de solemni Sulacæ in Patriarcham inauguratione per Julium Papam facta tradit, ex fama res, ut solet, in immensum exaggerante hausit, sibique facilè persuasit homo novus Latinique moris prorsùs ignarus. Nec enim *succollantibus Metropolitis* in Vaticanam Basilicam Pontifex defertur, nec Sulacæ in Patriarcham inauguratio in eadem Basilica contigit; sed *in secreto Consistorio*, ut ait Panvinius in hæc verba: *Hac relatione optimè examinata, Pontifex eundem Simonem* (Joannem nimirùm Sulacam) *Patriarcham consecrari fecit, eique manu sua Pallium, quod est insigne summæ Patriarchalis potestatis, in Secreto Consistorio imposuit.*

perfecit Catholicum (Primatem) *Patriarcham in eadem Ecclesia SS. Petri & Pauli, appellavitque Mar Joannem: deditque ei literas patentes, ut susciperetur in universo Oriente & omnibus Provinciis Indorum: & cum orationibus atque benedictionibus, quibus eum instruxit, confici illi jussit quatuor sacras vestes* 1 *auro intertextas, & thiaram auream: Patenam quoque & Calicem argenteum auratum. Viaticum etiam adjecit, dimisitque cum illo honoris causa Episcopum pudicum, præstantem & doctorem, & doctum & scribam, sapientem & Theologum & Philosophum, Ambrosium nomine, & Antonium quendam monachum mitem, humilem, mansuetum, castum, doctorem & philosophum. Et reversus est in pace, urbemque in Deo fortem Amidam ingressus anno* 2 *Græcorum* 1865. *duodecima Novembris sub lucem Dominicæ* 3 *secundæ Consecrationis Ecclesiæ: susceptusque est ab universa civitate Amida cum gaudio & lætitia, summo & excelso honore ipsum prosequentibus & nomen ejus prædicantibus populis. Et Dominica tertia Consecrationis Ecclesiæ ordinavit Raban Hormisdam Amidenum, qui Asmar* 4 *Abib cognominatur, Episcopum Metropolitam, eique nomen Mar Eliæ imposuit. Postea ordinavit Mar Abdjesu Episcopum Gozartæ, instituitque eum Metropolitam in Ecclesia Sancti Phetionis in urbe Amida.*

Denique Sulacæ mortem heptasyllabo carmine prosequitur Abdjesu

IV. Instigatione Patriarchę Nestoriani à Mahometanis interimitur.

NOTÆ.

1 *Sacras vestes, Episcopum &c.* Panvinius loc. cit. *Apostolicaque benedictione & muneribus donatum, in patriam remisit, adjunctis ei quemadmodum ille postulaverat, religiosis hominibus aliquot Syri sermonis peritis. Optaverat enim Sulaca* (ut idem Panvinius notat loc. cit.) *ut unà secum quispiam vir Ecclesiasticarum rerum peritus ablegaretur, qui illis ritus hujus orthodoxæ Ecclesiæ nostræ doceret. Promiseratque mox, si quis talis mitteretur, eum aut in Episcopum, aut ad aliam dignitatem promovendum, ac se daturum ipsi viro locum & ædes, in quibus commodissimè habitare posset. Addiderat etiam, illic quatuor Concilia magna magnis voluminibus haberi, atque etiam alios libros veterum Doctorum, quibus hìc caremus, qui per eundem virum possent ad Urbem transmitti &c.* Tres Sulacæ socios honoris causa adjunxisse Papam Julium, refert Abdjesu in laudato Carmine, Ambrosium nempè Episcopum, Antonium Monachum, & Matthæum Presbyterum. Et primus quidem alius esse videtur à Theseo Ambrosio, qui anno Christi 1529. in Cœnobio Regii Lepidi jam senex vitam agebat, teste Widmanstadio in Præfat. ad novum Testamentum Syriacum in hæc verba. *Nam quum is* (Leo X.) *Patrum Concilium à Julio II. convocatum, ad Lateranum haberet, missi eò ex Syria fuerunt Legati* (Patriarchæ Maronitarum) *Acurius* (idest, Archipresbyter, seù Chor-Episcopus) *Josephus Sacerdos, Moses* (Eliam habent Acta Concilii Lateranensis) *Monachus Diaconus, & Elias Hypodiaconus, homines religiosi & eruditi, qui Theseum Ambrosium Albonesii regulum Jurisconsultum literas Syriacas tùm docuerunt. Is annis posteà multis intra Monasticas cellas* (*erat enim voto suo S. Augustini Canonico instituto obstrictus*) *meditando tantum profecit, ut Syri quoque ingenium ipsius, & acrem præsentemque in eo labore animum admirarentur. Cæterùm quum ego Christianæ salutis anno* 1529. *in Divi Caroli Cæsaris invictissimi sacri Diadematis causa Bononiam proficiscentis comitatu essem, & mihi contubernalibusque meis Regii Lepidi à metatoribus hospitium, juxta cœnobium, ubi Theseus jam senex vitam agebat, forte attributum fuisset &c.* Ejus opera Summos Pontifices in negotiis ad Orientales nationes pertinentibus usos fuisse, refert Edenensis lib. 2. Vindic. Maronitarum cap. 15.

2 *Anno Græcorum* 1865. nimirùm exeunte anno Christi 1553.

3 *Dominicæ secundæ Consecrationis Ecclesiæ*: Idest, septimæ ante Nativitatem Domini: nam quatuor Dominicas, quæ Nativitatem Christi præcedunt, *Annunciationis* appellant Chaldæi: quibus & quatuor alias præmittunt, quas *Consecrationis Ecclesiæ* Dominicas dicunt.

4 *Asmar Abib*. Ejus subscriptio legitur ad calcem Codicis Syriaci Bibliothecæ Collegii Urbani de Propaganda Fide, in quo laudata Sulacæ historia Carminibus Abdjesu de eodem Sulaca subjungitur, in hæc verba:



Hunc ordinationum Librum ad Ecclesiam Mar Phetionis martyris, quæ in urbe Amida est, pertinere, meo chirographo ego humilis Elias Asmar Abib decrevi. Quisquis verò ipsum ex eadem Ecclesia, avaritiæ aut temeritatis causâ extraxerit, anathema sit.

ܘܡܬܩܢ ܒܟܪܣܐ ܕܡܪܝܐ : ܕܟܝܢ
ܐܬܐ ܠܠܐ ܒܟܠܐ ܡܫܡܫܢܐ : ܘܢܗܠܡܗ
ܡܪܝܐ ܡܢܝܢܐ . ܒܥܒܪ ܕܡܕܟܪܗ ܐܢܐ
ܠܟܠܗ : ܕܡܫܬܡܥܢܘܢ ܩܠܗ ܕܟܠܗ :
ܘܢܫܒܥܢܘܢ ܡܪܝܐ ܡܫܝܚܐ : ܘܢܫܒܚܢܘܢ
ܒܝܬ ܫܠܐ . ܐܠܐ ܕܡܫܬܡܥܢܘܢ ܠܐ
ܒܝ ܟܠ : ܐܝܟܐ ܕܡܫܬܡܥܢܘܢ ܠܐ ܕܡܫܬܡܥ :
ܐܠܦܐ ܗܠܟ ܘܟܢܫܐ : ܟܬܒ ܒ
ܘܡܥܒܪ ܡܠܟܐ . ܐܝܟ ܘܐܝܟ
ܕܡܫܬܡܥ ܡܫܬܡܥ : ܐܡܪܘ ܡܪܝܐ
ܐܝܟܐ ܗܠܟ ܘܟܢܫܐ : ܕܟܬ

pollicitus se denarios decem mille ipsi soluturum, si hunc bonum virum interimeret. Consensit ille pecunia illectus: eumque comprehendi jussit, captumque & flagellis cæsum in vincula conjecit: magisque in dies verbere in eundem sævitum est. Hunc in modum dux ille impiorum in publica custodia ipsum detinuit ad quatuor menses; quo spatio quotidie à scelestis & nefariis hominibus, acerbè & absque commiseratione tortus est. Post tam diuturnum carcerem, quem pertulit iste præstantissimus electus, egit vir ille malitiosus & nefarius, ut crudeli morte necaretur. Imperavit itaque Tyrannus ille iniquus apparitoribus suis iniquitatis administris, spirantibus mortem & cædem, ut eum laqueo strangularent; quum interim in aurem servis suis insusurrasset, ut negotium clanculùm peragerent, utque spargerent in vulgus, illum ipsis dormientibus fuga elapsum fuisse. Et juxta Prætoris mandatum clandestina ipsum nece sustulerunt, & in desertis montibus peremerunt, demissumque in vorticosum locum, in profluentem vinctum projecerunt.

Idem de glorioso Sulacæ obitu apud Aubertum Myræum in Biblioth. Eccles. pag. 58. ubi hæc ex Leonardo Episcopo Sidoniensi: *Ex his* (Assyriorum Orientalium Patriarchis) *Simon Sulaca* (nempè Joannes noster, quem à Leonardo Panvinio, Miræo, & Ecchellensi Simonem perperàm appellari suprà monuimus) *obedientiam præstitit S. Romanæ Ecclesiæ, temporibus Julii III. Papæ: atque ab eodem confirmatus quum domum rediisset, Archiepiscopos & Episcopos quosdam ordinavit, rejicique jussit invocationem Nestorianam, quæ tunc à Diacono fieri solebat. Sed fraude Patriarchæ adversarii sui tandem captus est, atque à Turcis occisus*: Anno scilicet Christi 1555. postquam Ecclesiam Assyriacam rexisset anno uno, & mensibus duobus, teste Abdjesu in laudato Carmine in hæc verba: ܗܢܐ ܡܠܦܢܐ ܕܥܕܬܐ :

ܗܢܐ ܡܠܦܢܐ ܕܥܕܬܐ : ܫܡܥܘܢ ܣܠܩܐ
ܠܘ ܫܢܝܢ ܬܪܬܝܢ :

Hic est sapiens familiæ præpositus, qui Ecclesiam duobus mensibus & anno gubernavit.

V. Ejus fidei professio.

Scripsit Sulaca, dum Romæ esset, Professionem fidei, quam è Syriaco Latinam fecit Masius, & typis Plantinianis publicavit anno 1569. Incipit: *Mea monachi Siud professio Fidei. Profitemur Trinitatem gloriosam* &c. Ubi tria observatu digna occurrunt. Primum quod de Sacramento Confessionis scribit: *Erat quidem olim apud nos consuetudo, ut revelaremus peccata nostra inter nos: sed surrexit violentus tyrannus, & abolevit eam; orta est cædes ac contentio, & cessare fecit illam.* Ubi Bar-Mamam fortassè intelligit, impium scilicet Nestorianorum Patriarcham, qui Sacramentum Pœnitentiæ sustulerit. Illud etiam à duobus Coptorum Patriarchis sæculo duodecimo per summam impietatem in Ægypto abrogatum fuisse, narrat Severus Asmonæorum Episcopus, reclamantibus licet doctioribus ejusdem nationis Viris, ut ostendit Renaudotius Hist. Patr. Alex. pag. 550. & tom. 2. Liturg. Orient. pag. 50.

Alterum, quod de Sacramento Confirmationis subjungit: *Confirmatione verò an veteres usi sint, ignoro: Monachus enim sum, & quis me id docuisset?* Inter præcipuos siquidem errores, qui in Ecclesiam Nestorianorum, sublato eorum cum Catholicis commercio, obrepserunt, is recensendus est, quod Confirmationis Sacramento careant, cujus in Libris Ritualibus ne vestigium quidem apparet: ut meritò de iis dixerit Sulaca, *Confirmatione verò an veteres usi sint, ignoro.* Neque enim in Ordine Baptismi juxta Nestorianorum Ritum, ulla fit hujus Sacramenti commemoratio, contra communem reliquorum Orientalium tùm Græcorum, tùm Syrorum disciplinam, qui Confirmationem Baptismo

mo subjungunt. Quod verò Sobensis Hebedjesu in Lib. Margaritarum Tract. 4. cap. 1. *Chrismatis* mentionem facit, id non de Sacramento Confirmationis intelligendum est, sed de Chrismate, quo Catechumeni ante Baptismum unguntur, ut ex eodem Tract. cap. 4. colligitur, ubi quid sit Chrisma, & quis ejus usus apud Nestorianos, idem Auctor exponit.

Tertium denique, quod ex lapsa per manus gentilium suorum fide refert, nonnullos ex Chaldæorum Patriarchis à Romano Pontifice ordinationem olim accepisse. *Veneramur quoque*, (inquit circa finem Professionis Fidei) *& exaltamus, atque laudamus Ecclesiam Romanam, & caput ejus Papam Sanctum, atque omnes proles ipsius benedictas: nam ita habetur in libris nostris, quod Sacerdotium nostrum ex ista Ecclesia Romana sit, ac propterea venimus ad accipiendum fermentum à vobis, sicut scriptum est in Epistola nostra*: nimirùm in ea, quam ex urbe Mosal secum attulerat, ubi Assyriorum gens sic Papam Julium alloquitur apud Masium p. 265. *Præterea hoc scito, Pater noster excelse, quod Sacerdotium nostrum à priscis temporibus ex Roma sit, quæ est Sedes Petri principis Apostolorum: Verùm ex quo confusus est ordo Christianorum à filiis Hagar Ægyptiæ, interrupta est via nostra ad vos inde à spatio trecentorum annorum usque ad hunc diem*. Ab ævo scilicet Aram eorum Patriarchæ, quem Panvinius in Julio III. & Masius in epistola ad Augerium pag. 231. ex Sulacæ nostri & Caleph ejus socii ore *Maraum* appellant, his verbis. *Sæpè autem audivi ego, quum duo isti memorarent* (Sulaca & Caleph) *in tabulariis populi sui scriptum exstare inter recentissima suorum gentilium erga Pontificem Romanum obligationis atque obsequii exempla ante annos plus minus trecentos pari casu Romam amandatum venisse Nestorianum alium, nomine Maraum, qui etiam ipse ab illius temporis Pontifice fuerit sacro illo munere imbutus, atque Patriarcha gentis suæ factus: neque dubitare populum Nestorianum, quin ejus rei memoria maneat etiam in Romanorum Pontificum ἀρχείοις conservata*. Præter Aramum seù Maraum, antiquissima etiam aliorum Patriarcharum exempla producit Abdjesu in laudato Carmine de Sulacæ ordinatione, quos vel à Romano Pontifice, vel ab Antiocheno Patriarcha impositionem manus accepisse refert in hæc verba:

ܡܪܝ ܐܒܐ ܪܒܐ ܕܐܬܪܡܝ
ܠܡܠܟܘܬܐ ܡܢ ܩܕܡ ܐܒܐ ܘܐܬܩܪܝ
ܠܡܬܪܓܡܢܘܬܗ ܐܒܪܝܣ ܗܘ ܕܐܬܩܕܫ
ܠܡܪܝܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ : ܘܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܚܘܗ
ܕܩܝܢܐ ܕܐܒܐ ܕܦܐܪܐ . ܗܘ ܕܐܬܩܕܫ
ܒܪܝܫ ܥܕܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܦܪܝܣ
ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܐܦ ܠܡܠܦܢܘܬܐ . ܘܐܦ ܠܗ
ܠܡܪܝ ܐܚܝܗ ܕܐܒܐ ܕܦܐܪܐ ܕܗܘ ܡܫܬܡܥ
ܒܦܝܫܝܬܐ ܕܐܬܘܪ ܕܫܘܡܪܝܐ
ܘܠܡܪܝ ܐܚܝ ܕܐܒܐ ܕܡܬܡܢܐ ܐܦ
ܗܘ ܠܗ ܕܟܠܗ ܕܒܝܬ ܡܠܦܢܘܬܐ
ܕܒܪܝܬ ܡܕܝܢܬܐ :

Mar-Aba magnus Romæ per Papam ordinatus est. Item præclarus ac insignis Abres, qui Ambrosius interpretatur, Antiochiæ consecratus fuit Patriarcha: & Mar Jacobus Josephi Fabri affinis Antiochiæ etiam Catholicus (hoc est, Primas) *ordinatus est: & Achadabues Antiochiæ item Patriarchatus insignia accepit: Demùm Raban Aram, qui ex urbe Soba* ad Patriarchalem Sedem *evectus est, ipse etiam omnium novissimè universæ Ecclesiæ* (Chaldæorum) *in urbe Roma Patriarcha præfectus fuit*. Hæc totidem ferè verbis in Cod. Amidensi 5. pag. 101. in quo tamen Abres, Jacobus, & Acadabues Romæ, non Antiochiæ ordinati fuisse dicuntur: uti existimavit etiam Elias Babylonis Patriarcha in Epist. ad Paulum V. Summum Pontificem, apud Petrum Stro-

Strozam in Disputatione de Dogmatibus Chaldæorum: ubi hæc de illius Patriarchatus institutione: *Et Sedes nostra Babylonica non ex se electa est, sicut aliorum hæreticorum, qui sine lege multiplicaverunt Patriarchas in mundo, sine Sede Ecclesiæ magnæ Romæ; sed ex præcepto Papæ, & ex consilio Ecclesiæ Romanæ electa est Sedes Babylonis, & ita scriptum invenitur apud nos in annalibus: quod videlicet Patres Orientales Romæ ordinabantur. Sed factum est postea, ut quum mitterent homines propter confirmationem, in itinere interficerentur: & quum diu hoc fecissent, omnes peribant: Hoc autem Ecclesiæ & Pontifici narrato; Pontifex consilio inito decrevit, & dixit: Ordinemus eis Patriarcham, & permittamus, ut Patriarchas sibi eligant, ne in via intereant propter confirmationem, neque eis mala accidant, & non peccemus, aut ipsi sint extra ovile Romæ. Sic itaque accepimus potestatem usque adhuc, & non à nobis ipsis aliquid fecimus, ut reliqui, qui Apostolorum Canones conculcaverunt, & leges Patrum, & impleverunt terram Patriarchis sine necessitate. Propter hoc vocata est Sedes Babylonis quinta propter quatuor Sedes quatuor Evangelistarum; & ex eo quod electus est Patriarcha cum confirmatione Romana, & dedit nobis facultatem, ut constituamus Pastores, tunc vocata est Babylonis, quæ quatuor comitatur Sedes, & quidem numerata est, sicut una ex his.*

Verùm hanc recentiorum Assyriorum opinionem de Abre, Jacobo, Achadabue, Mar-Aba aliisque antiquis Chaldæorum Patriarchis, quos Romæ ordinatos fuisse asserunt, tùm ex notissima Ecclesiæ Orientalis praxi, tùm ex priscorum Nestorianorum auctoritate commentitiam esse liquet. Nam Salomon Episcopus Bostrensis in libro Apum cap. 51. ubi seriem Patriarcharum Chaldæorum usque ad sæculum decimum tertium recenset, neminem eorum, quorum suprà fit mentio, Romæ ordinatum scribit, sed omnes Antiochiæ: quod & in emendatioribus Codicibus Ritualibus illius nationis legitur, si Aramum & Sulacam nostrum, atque Abdjesu hujus Successorem excipias. Præterea ab ineunte Christiana religione, Antiocheni Patriarchæ fuit, Ecclesiarum Orientis curam gerere, uti ex Canone sexto Concilii Nicæni colligitur: idque exactè observatum, donec Chaldæi in communione Ecclesiæ Catholicæ perstiterunt, etiam postquam ex ejusdem Concilii decreto, seù alia quavis ratione proprios Catholicos, seù Patriarchas habere cœperunt, quorum institutio indicatur in Canone Arabico 38. quem retuli suprà pag. 9. & hìc repetam, ut ostendam, unde ortus sit Recentiorum error, ordinationes præfatorum Patriarcharum Romæ factas asserentium. Canon Arabicus Concilii Nicæni. *Honoretur quoque similiter princeps Sedis Seleuciæ, quæ est in regione Orientis & Modaina vocatur: atque iste etiam appellari debeat nomine Catholici, & possit deinceps ordinare Metropolitas, sicuti faciunt Patriarchæ: ut Orientales Patriarcham Antiochiæ ob necessitates suas consulentes, aut ab eodem in patriam remeantes, nullum detrimentum patiantur: & ne Ethnici occasionem inveniant nocendi eis: quia Patriarcha Antiochiæ hac in re consensit, postquam à Synodo rogatus fuit, ne de sublata ipsi Orientis potestate contristaretur. Nihil enim aliud hoc in negotio quæritur, quàm ut Christiani regionis Persarum incolæ pace & quiete fruantur.* Ubi vides, ex hoc Canone petitas esse omnes Assyriorum rationes, quas pro vetustissima illa sua consuetudine consulendi Romam jactant; ut nullus dubitandi locus sit, quin ipsi ad Romam Summosque Pontifices falsò traduxerint, quæ de Antiochia Antiochenisque Patriarchis dicere debuissent: Ab his enim, non à Romanis Pontificibus prisci illi Seleuciæ seù Chaldæorum Primates impositionem manus, vel electionis confirmationem petebant.

CA-

CAPUT XLVIII.

Moses Mardenus.

I. Moses Mardenus, seù Meredinæus, Patriarchæ Jacobitarum ad Julium III. Legatus.

MOSES ab Andrea Masio ejus in Syriacis discipulo *Mardenus* appellatus, quod ex urbe Mardin seù Merdin, quæ *Marde* Ptolemæo est, genus duceret, ab Ignatio Syrorum Jacobitarum Patriarcha Romam ann. 1552. ad Julium III. Papam allegatus, ibidem orthodoxæ fidei professionem tùm suo, tùm Patriarchæ sui nomine emisit, quam idem Masius Latinam fecit. Inde in Germaniam profectus, Viennæ novo Testamento Syriaco typis imprimendo operam dedit: ubi & Joannem Albertum Vvidmanstadium, qui pridem Syrorum elementis à Theseo Ambrosio Viterbiensi & à Simeone Syrorum, qui juga Libani incolunt, Episcopo Catholico imbutus fuerat, auditorem habuit, eundemque in promovenda Syriaca literatura studiosum æmulatorem, ut idem Vvidmanstadius testatur in Præfatione ad Testamentum Novum Syriacum impressum anno 1555. *Et quum jam in ea cura versaremur*, inquit, nimirùm Syriacos libros imprimendi, *ex improviso mihi à conventu Principum, qui Helioprunæ agebatur, revertenti, Moses Meredinæus ex Mesopotamia Catholicus Sacerdos in Rhetia Ripensi occurrit: qui ut in Pontificio diplomate, literisque amicorum ipsi ad me datis patet, ab Ignatio Patriarcha Antiocheno cùm ob alias gravissimas causas, tùm ut Novi Testamenti volumen prælo excusorio multiplicatum, in Syriam reportaret, Romam missus Orator fuit: quo Ignatius ipse, tamquam Pastor prudens & attentus, sacrorum librorum inopiam, ex qua Christiani Syri multorum memoria majorem in modum laborassent, Latinæ Ecclesiæ beneficentia sustentare posset. Et quum nec Romæ, neque Venetiis, quamvis amplissimorum hominum favore & gratia niteretur, quemquam reperisset, qui magnum hoc & difficile opus attentare vellet; tandem nonnullorum, qui eadem ferè sollicitudine urgeri me norant, consilia sequutus, in comitatu Rainaldi Poli, sanctitate vitæ Christianaque doctrina præstantissimi Senatoris, qui tùm in Britanniam legatus proficiscebatur, ad me contendit &c.*

II. A Margarino Binio cum Mose Bar-Cepha confunditur.

Porrò hallucinatur Margarinus Binius, qui Mardenum nostrum cum Mose Bar-cepha unum eundemque facit: nam is Episcopus fuit Beth-Raman, Beth-Ceno, & Mosal, obiitque *anno Græcorum* 1224. *die Sabato, qui tùm decimus tertius erat ejus mensis, quem Syri Seboth, nostri plerumque Februarii interlunio inchoatum appellant, hoc est, anno à Christo nongentesimo decimo quarto* (imò, decimo tertio) ut ex Syrorum monumentis tradit Masius in Præfatione ad Commentarium ejusdem Bar-Cephæ de Paradiso. Noster verò Moses Masii ipsius in Syriaca lingua præceptor erat, ut idem in eadem Præfatione & alibi passim scribit & anno Christi 1555. in Germania imprimendis Syriacis Codicibus vacabat, ut suprà ex Vvidmanstadio ostensum est.

III. Ejus Fidei professio.

Exstat ejus fides, quam Romæ professus fuit anno 1552. ex ipso Mosis autographo Syriaco per Masium translata, quæ incipit, *In nomine Patris & Filii* &c. Ubi postquam Chalcedonense Concilium se amplecti erroremque Dioscorianum reiicere affirmavit, *Obtestor* (inquit) *Patrem Patrum & Pastorem pastorum Pontificem Julium tertium, qui accepit signaculum nominis Trinitatis, ut dignetur acceptare hanc meam professionem meo nomine, atque etiam nomine Patriarchæ nostri. Insuper vos Patres electos, qui estis sepes Ecclesiæ Sanctæ, Vos, inquam, Cardinales sanctissimos obsecro, ut acceptetis hanc professionem fidei ab humilitate mea, pro me & pro Patriarcha nostro, qui jussit me confiteri coram Vobis fidem hanc vestram veram, dicens se acceptare professionem*

per

per me factam. Ego verò ex quo huc adveni, non sum illicò eam professus; quia ille iussit, ne præproperus essem in profitendo, donec ipsam professionem probè assequutus essem. Nunc verò animadverti professionem vestram esse veluti lucernam, quæ super candelabrum posita est, ad quam nullæ pertingunt tenebræ, etsi vel totus mundus tenebras offuderit, illa nihilominus luxerit, ceù Sol, super omnes. Plùs quàm illa verò, aut minus non accepto. Hæc ille: cujus tamen fidem Ignatius ejusdem Patriarcha nequaquam ratam habuit, ut postmodum compertum est: sed neque Davides Ignatius, qui Jacobitis posteà præfuit, Catholicam veritatem ex animo amplexus est, licet eam se profiteri, missa etiam cum Leonardo Abel Episcopo Sidoniensi ad Gregorium XIII. fide sua, quæ Cod. Vat. Arabico 169. exstat, scripserit, ut narrat Petrus Stroza in Disp. de Chaldæorum Dogmatibus, his verbis. *Ad quem*, idest ad Davidem, *Gregorius XIII. Nuncium Apostolicum misit, cum confirmatione Patriarchatus, ac Patriarchali pallio, Leonardum Episcopum Sidoniensem anno Salutis* 1583. *spe motus, quam in eo excitaverat reconciliationis illius Patriarchæ cum Sancta Apostolica Sede Nehemes*[1] *eius frater, olim & ipse Jacobitarum Patriarcha; qui declinandæ Turcarum persecutionis causa, ad Gregorii caritatem confugerat. Legationis suæ successum parùm felicem Episcopus Sidoniensis reversus, infecta re, renunciavit posteà Sixto Quinto, commentario diligenter conscripto, in quo multa scitu digna leguntur de hac natione.*

Sub ejusdem Mosis nomine edidit Masius *Theologicam de Sacrosancta Trinitate contemplationem, ab eo* (ut ait) *scriptam anno* 1552. cujus initium, *Laudetur arcanus ille & sublimis*: quæ tamen Mosis fœtus non est, sed ab eo ex Ecclesiasticis Syrorum officiis descripta, ut Syriaci Ritus perito liquet: continet enim *Proœmium*, ut vocant Syri, & *seriem*, quæ in Festo, seù Commemoratione SS. Trinitatis in Ecclesia leguntur.

CAPUT II.

Abdjesu Patriarcha Chaldæorum.

ABDJESU Joannis filius post Sulacæ obitum, à quo Gozartæ seù Insulæ Tigris Episcopus initiatus fuerat, Chaldæorum Patriarcha designatus, Ecclesiam illam summa cum probitatis laude rexit ab anno Christi 1554. de quo hæc Panvinius in Vita Pii IV. *Per id tempus Abdjesu, idest Servus Jesu, Christianorum Orientalium trans Euphratem commorantium maximus Patriarcha, vir*

I. Abdjesu à Pio Quarto Patriarcha Chaldæorum initiatus.

NOTA.

1 *Nehemes*. Aliam ejus fugæ causam legi in ms Catalogo Patriarcharum Jacobitarum, qui exstat in Cella Archiepiscopali ejusdem nationis Alepi ad calcem Catalogi Dionysii Barsalibæi, in hæc verba:

ܡܪܝ ܐܝܓܢܛܝܘܣ ܡܪܕܝܢܝܐ ܡܪܝܢ ܕܝܥܩܘܒ ܒܪ ܣܠܝܒܝ ܕܡܢ ܫܘܠܐ ܕܢܚܡܝ ܐܠܗܐ ܕܗܢܐ ܗܘ ܕܗܓܪܝܐ ܗܘܐ ܕܗܘ ܡܫܡܥ ܕܗܘ ܡܘܫܠܡܢܘܬܐ ܕܬܪܟܐ ܗܘ ܕܗܘ ܡܫܡܥ ܕܗܘ ܡܘܫܠܡܢܘܬܐ ܕܬܪܟܐ .

Mar Ignatius Mardinæus ex genere τοῦ μακαρίου Joannis Bar-Silæ de familia benedicta, qui & Nehemet-Alla (seù Nehemes.) *Hic Hagarenus factus est*: hoc est, Mahometicam superstitionem, Christiana religione ejurata, amplexus: quamobrem pœnitentia ductus, in Italiam ad Summi Pontificis, ut ait Stroza, caritatem confugit. Ejusdem meminit & Michael Mercatus in Metallotheca, quam Sanctissimi Pontificis auctoritate & munificentia è tenebris in lucem nuper eduxit Doctissimus idem & amicissimus Joannes Maria Lancisius Archiater Pontificius, cujus nomen à multiplici eruditione, & à summo, quo literatos omnes amore prosequitur, ubique commendatur. Ubi pag. 227. hæc de Neheme. *Ab Antiocheno Patriarcha Syriacæ nationis homine, ut illius dignitatis ornamentis, ita scientiæ medicinæ præclaro relatum est (quem Romæ convenimus ad Gregorium XIII. Pontif. Max. profugientem, ac summam religionis suæ, Ecclesiæ Catholicæ deferentem) &c.*

vir doctus, Chaldaicis, Arabicis, & Assyriis literis ornatus, cujus jurisdictio interiores usque ad Indos penetrat, Romam ad Apostolorum limina, & Pontificem salutaturus, cum aliquot sociis longissimo itinere pervenit, ut ab eo confirmatus, Pallium de Corpore S. Petri acciperet. Pontifici oblatus, ei perpetuam obedientiam promisit, & per Interpretem, S. R. E. fidem
1 *professus est, cujus Syngrapha* 1 *in Concilii Tridentini sessione* 22. *lecta ejusmodi fuit. Confessus sum puro corde, & fide non ficta coram Reverendissimis Dominis Michaele tituli Sanctæ Sabinæ Alexandrino, & M. Antonio tituli S. Marcelli Amulio S.R.E. Presbyteris Cardinalibus in hanc formam. Ego Abdisu filius Joannis de*
2 *domo Marcia* 2, *ex civitate Gezira* (Gozarta) *in Tigridi flumine, olim Monachus Sancti Antonii Monasterii SS. Rochæ* 3 *& Joannis fratrum,*
3 *electus Primas, sive Patriarcha civitatis Muzale in Assyria Orientali, juro quod ita corde credo, & ore confiteor S. R. E. fidem, approbatis omnibus & singulis illis, quæ ipsa approbat, & damnatis similiter omnibus quæ ipsa damnat, amplector & promitto, & omnes fratres meos Metropolitas sive Episcopos, ac Diœcesanos, quovis modo meæ jurisdictioni subjectos, ita tenendum & credendum esse docebo, & modis omnibus pro quibus potero, persuadere conabor. Ita me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. In quorum fidem, hanc meam fidei professionem, & attestationem manu mea scripsi &c. Actum Romæ die* 7. *Martii anno* 1562. *De multis & difficillimis quæstionibus interrogatus scitè respondit. Cunctos veteris novique Testamenti libros, antiquos Græcos Latinosque Patres, quibus nos Catholici utimur, Chaldaica, Assyriaca, & Arabica lingua versos, & alios nobis ignotos, quos memoriter tenebat, se legisse dixit. Cunctos ferè Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ritus, & Sacramenta apud suos servari docebat. Ut Concilii Tridentini decreta ad se mitterentur, rogavit. Fidem Christi ab Apostolis Thoma, Thaddæo, ipsorumque discipulo Marco* (Mari) *majores suos accepisse, & hodie retinere professus est. Redeuntem in patriam Pontifex, auctore M. Antonio Amulio Cardinale, qui eum Romæ agentem fovit, amplis muneribus liberaliter donavit. Eum aliquando per interpretem alloquutus, virum eruditum & gravem animadverti. Ejus jam ad suos reversi literas Romam allatas vidi.* Hactenus Panvinius. Cui consonant Card. Amulius in epistola ad Concilium Tridentinum apud Raynaldum in Continuatione Annalium Baronii ad annum 1562. Leonardus Abel Episcopus Sidoniensis apud Miræum in Biblioth. Eccles. pag. 58. Genebrardus in Chron. lib. 4. & Ciaconius in Vitis Pontificum.

II. Ejus gesta, & successores.

Ejusdem Abdjesu gesta prosequitur Petrus Stroza in Præfatione ad Disputationem de Chaldæorum Dogmatibus, ubi seriem Patriarcharum ejusdem Nationis à Julii III. temporibus ad Paulum V. recenset in hæc verba: *Sulaca deinde à Turcis, adversariorum opera, ut fertur, è vivis sublato, sufficitur in ejus locum Abdjesu, ejusdem Ordinis Monachus, vir mirificæ eruditionis, linguarum varietate, & sacrarum literarum notitia; de quo in vita Pii IV. præclara sit men-*

NOTÆ.

1 Alia à Professione Fidei, quæ exstat Syriacè in Cod. Arab. Vatic. 150. de qua infrà.

2 *Marcia*. In Professione Syriaca legitur. ܕܒܝܬ ܡܪܝܐ *de domo Maronis*.

3 *SS. Rochæ & Joannis fratrum*. In eadem Professione Syriaca, ܕܒܝܬ ܪܘܟܐ ܘܝܘܚܢܢ ܐܚܘܗܝ *Ex Cœnobio Sanctorum Mar Achæ, & Mar Joannis*. Et hujus quidem, quem Ægyptium Chaldæi appellant, memoria celebratur die 15. Octobris; Achæ verò, ejusdem fratris, die 1. Novembris, ut in Cod. Amid. I.

mentio; cujus Pontificatu Romam venit pro confirmatione; qui & Tridentino Concilio interfuit. Ejus autem effigies depicta conspicitur in Aula Regia Palatii Vaticani inter Cardinales, cæterosque Prælatos Alexandro III. assistentes, Imperatorem Fridericum pœnitentem Venetiis recipienti. Plurimum quidem profecit Abdjesu, multos ex Nestorianis ad Ecclesiam Catholicam convertit; acceptamque ab Apostolica Sede auctoritatem valde propagavit; quam ejus successores posteà conservare sibi aut nescierunt, aut non potuerunt. Pergit, de successoribus ejusdem disserens:

1 *Nam qui ei successit Abatalla* [1], *& ipse Monachus ejusdem Ordinis, parum vixit. Et Denha Simon postea ex Archiepiscopo Gelu & Seert factus Patriarcha, nec ætate, neque doctrina idoneus tanto muneri, tempore quo Episcopus Sidoniensis* (Leonardus Abel) *in Orientem profectus est Nuncius Apostolicus, relicto Charemet,* (Amida urbe) *ubi alii Patriarchæ Orientalium Assyriorum resederant, in provinciam Zeinalbech secesserat ad fines Persidis, potentiæ cedens Patriarchæ Babylonis. Quo loco etiam hodie* (hoc est, anno 1617. quo Stroza scribebat) *manet ejus successor, Simon quoque & ipse vocatus; existimatione ac numero subjectorum, ut accepimus, prædecessoribus longè inferior. Ita ut Patriarchæ Babylonis status nunc videatur in pristinum restitutus, æmulo sponte sua quasi in exilium relegato. Igitur qui modò sedem Babylonis obtinet, Mar Elia Chaldæorum Patriarcha multò minus, quàm prædecessores sui domestico dissidio laborat; subjectamque ejus obedientiæ nationem pacificè gubernat: Metropolitis & Episcopis, Cleroque non modò obtemperantibus ei, sed ipsum valdè diligentibus.*

III. Cum Sobensi confunditur ab Ecchellensi, à Nairono, & à Renaudotio.

Abraham Ecchellensis in Præfatione ad Catalogum Scriptorum Syrorum existimat, Sobensem Hebedjesu illius Catalogi Auctorem, unum eundemque cum nostro Abdjesu fuisse: ipsum enim asserit jam senem sub Julio III. Romam venisse, ubi ejurata Nestoriana hæresi Catholicam fidem amplexus sit: Deinde sub Pio IV. in Urbem reversum, ab eodem Pontifice pallio Patriarchali donatum. Eadem apud Nironum in Evopl. pag. 116. 117. & Renaudotium de Perpetuitate Fidei tom. 5. pag. 656. Verùm hallucinantur viri docti, quum inter Sobensem Abdjesu, & nostrum Patriarcham anni ferè bis centum quadraginta effluxerint. Noster enim à Pio IV. in Patriarcham Chaldæorum confirmatus est anno Christi 1562. Sobensis verò circa annum 1300. vivebat, uti de seipso testatur in Libro Carminum, quem Paradisum inscripsit, in Præfatione his verbis: ܒܝ ܗܘܝܠܐ ܕܝ ܗܢܐ ܟܬܒܐ ܕܡܬܩܪܐ ܦܪܕܝܣܐ ܕܥܒܝܕ ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܩܫܝܫܐ ܘܡܪܝܐ ܕܣܘܒܐ ܘܐܪܡܢܝܐ ܕܐܬܝ ܠܪܘܡܐ ܠܡܪܝ ܐܠܝܐ ܩܕܡܝܐ ܕܡܬܩܪܐ ܫܠܝܛܐ ܘܐܬܝ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕ

sti 1316.) &c. obiit autem anno Christi 1318. uti ex elegantissimo Syriaco Evangeliorum Codice colligitur, qui scriptus esse dicitur mense Decembri anno Græcorum 1888. Christi 1576. exstatque in Biblioth. Collegii Urbani de Propaganda Fide, præclarum Josephi I. Patriarchæ Chaldæorum munus; ubi hæc ad calcem de Sobensi notantur.

ܟܬܒܐ ܕܢܐ ܗܘܐ ܐܬܬܩܢ
ܘܐܬܬܩܢ ܡܢ ܐܪܟܐ ܕܟܬܒ ܡܢ ܦܘܡ
ܡܪܝ ܐܒܕܝܫܘܥ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܣܘܒܐ
ܘܐܪܡܢܝܐ ܕܒܪ ܒܪܝܟܐ ܗܘ ܕܥܒܕ ܣܦܪܐ
ܕܢܝܢ ܕܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܪܝܢ ܡܐܐ ܘܫܡܢܝܢ
ܘܫܬܐ ܕܝܘܢܢ ܕܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܩܬܝܠܐ
ܕܒܝܬ ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ ܒܪ ܝܥܩܘܒ ܕܗܘ ܩܫܝܫ
ܘܗܘ ܕܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܡܫܒܚܬܐ ܕܡܪܝ
ܡܪܝ ܐܒܕܝܫܘܥ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܣܘܒܐ
ܘܐܪܡܢܝܐ ܕܒܪ ܒܪܝܟܐ ܕܗܘ ܡܢ ܩܕܡ
ܟܘܪܝܐ ܕܒܪ ܥܠܝ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ
ܩܫܝܫܐ ܕܒܝܬ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܙܝܢܐ
ܕܗܘ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܐܒܕܐܠܐ ܒܪ ܙܝܢܐ
ܕܝܢܐ ܕܗܘ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ ܩܫܝܫܐ
ܕܒܝܬ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܙܝܢܐ ܕܗܘ ܡܢ ܩܕܡ
ܡܪܝ ܐܒܕܐܠܐ ܒܪ ܙܝܢܐ ܕܝܢܐ ܕܗܘ ܡܢ ܩܕܡ
ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ ܩܫܝܫܐ ܕܒܝܬ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ
ܒܪ ܙܝܢܐ ܕܗܘ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܐܒܕܐܠܐ
ܒܪ ܙܝܢܐ ܕܝܢܐ ܕܗܘ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ
ܩܫܝܫܐ ܕܒܝܬ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܙܝܢܐ
ܕܗܘ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܐܒܕܐܠܐ ܒܪ ܙܝܢܐ

tholici. Tertium versibus heptasyllabis & pentasyllabis, Epitaphium ejusdem Sulacæ. ܗܢܘܢ ܡܥܫܘܢ ܕܐܠܗܐ : ܒܪܟ ܡܫܝܚܐ : ܕܒܪܝܬܗ ܕܥܠܡܐ : ܡܬܪܚܡ ܗܘܐ : ܠܝܘܚܢܢ ܡܪܝ ܡܬܪܘܢ : ܒܛܝܒܘܬܟ ܕܪܚܡ ܒܢܝ :

Benedictus Christus, qui generis nostri pro amoris sui clementia misertus est. Propitius esto electo tuo Mar Joanni propter miserationes tuas, Fili clementissime. Exstant in tribus Codicibus Syriacis: nimirùm in Vaticano 27. in Amiden. 9. & in Amiden. 13. quorum hic quidem recens exaratus est à Josepho primo Chaldæorum Patriarcha anno 1701. Alter anno Græcorum 1914. Christi 1603. Primus verò anno Christi 1556. uti ex hac epigraphe liquet, quæ legitur pag. 176. ܫܠܡ ܗܢܐ ܦܬܪܐ ܒܝܘܡܐ ܪܒܥܝܐ ܒܫܢܬܐ ܕܫܒܥ ܡܐܐ ܕܝܘܠܝܢ ܒܡܪܝܐ ܕܡܫܡܒܟ ܕܐܬܝܘܦܝܐ ܕܐܬܝܘܦܝܐ ܕܒܝܬ ܫܠܝܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܥܡܘܪܬܐ ܕܙܒܕܝܐ ܕܗܘ ܫܪ

& una Filiatio. Itaque facta unione manserunt duæ naturæ duæque personæ, omnino inseparabiles in æternum. Manent naturæ absque confusione, & Personæ absque corruptione &c. Nomen Christi duas verè formas significat, quas in unam unitatem collegit: Divinitatem scilicet, & Humanitatem. His autem duabus formis, quæ in Domino nostro coëunt, una inest virtus & voluntas, una dominatio, una potestas. Quæ ipsissima est Nestorianorum & Monothelitarum hæresis. In secundo verò Carmine Nestorius hæresiarcha summis laudibus celebratur, & S. Cyrillus veluti hæreticus rejicitur: ܘܡܢܐ ܚܢܡܢܐ ܩܕܝܫܐ ܕܠܐ ܡܬܪܘܡܐ : ܗܘܝܢ ܕܠܐ ܬܗܘܝܢܢܢ ܘܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܫܚܝܢ .

Similis est insanus Bar-Mama (Nestorianus scilicet Patriarcha, qui Sulacam orthodoxum interfici curavit) *Cyrillo Ægyptio; & hic* (idest, Joannes Sulaca) *Mar Nestorio, qui in desertam solitudinem relegatus fuit.* Nestorii denique consortium Auctor in tertio carmine Sulacæ precatur, inquiens: ܐܠܐ ܗܘܝܢ ܕܠܐ ܬܗܘܝܢܢ ܘܐܝܟܢܐ : ܡܬܝܐ ܕܠܐ ܐܬܝܐ :

Perge, & exulis Nestorii atque celebratissimi Joannis (Chrysostomi) *contubernio fruere.*

Quod certè amanuensis fraude, vel oscitantia factum, quum producta ex secundo & tertio Carmine verba, in Codicibus Amidensibus desiderentur: & jure quidem: nam Abdjesu utriusque Carminis auctor, utpote orthodoxus, orthodoxum item Sulacam nequaquam Nestorio hæresiarchæ, aut impium Bar-Mamam Sancto Cyrillo parem fecisset. Sulacam verò ipsum à Nestorianorum, & Monothelitarum hæresi abhoruisse, liquet tùm ex ejus fide, quam Masius Latinam fecit; tùm quia Julius Papa hominem Nestorianum & Monothelitam ad communionem Ecclesiæ Romanæ nequaquam admisisset, nec Patriarchali dignitate exornasset. Quem demùm ex primo Carmine produximus locum, in utroque Amidensi Codice sic habet: ܐܝܟ ܕܡܬܝܚܕܐ ܠܐܠܗܘܬܐ ܫܪܝܐ ܗܘ ܕܟܝܢܐ ܕܐܠܗܘܬܐ : ܗܟܝܠ ܕܟܝܢܐ ܕܐܢܫܘܬܐ : ܐܦܝ ܟܝܢܐ ܕܡܠܬܐ . ܕܟܝܢܐ ܫܪܝܐ ܕܡܬܝܚܕܐ : ܕܐܦ ܟܝܢܐ ܕܫܘܠܛܢܐ : ܐܦ ܟܝܢܐ ܕܫܘܠܛܢܐ : ܕܡܬܝܚܕܐ ܕܫܪܝܐ ܕܡܬܝܚܕܐ . ܗܢܘܢ ܕܡܬܐ ܕܠܐ ܕܚܝܠܐ ܐܝܟ ܕܡܬܝܚܕܐ ܫܪܝܐ ܕܠܐ ܫܚܝܠܐ ܡܢ . ܡܢ ܡܢܝܢ ܕܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܕܡܬܝܚܕܐ ܐܝܟ ܕܡܬܝܚܕܐ ܕܐܢܫܘܬܐ ܕܫܪܝܐ ܕܐܠܗܘܬܐ . ܕܡܬܝܚܕܐ ܐܝܟ ܕܡܬܝܚܕܐ ܕܡܬܝܚܕܐ ܕܫܪܝܐ ܕܐܢܫܘܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܕܡܬܝܚܕܐ ܕܐܢܫܘܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ :

Et sicuti essentia Deitatis una est & tres complectitur personas; ita in persona Verbi duæ sunt naturæ & unica Filiatio. Itaque mansit unitas Filii altissimi in duabus naturis, & una persona, duabusque voluntatibus, uti in vivifico ejusdem Evangelio definitur. Manent naturæ absque confusione, cum unica persona absque corruptione &c. Nomen Christi duas verè formas significat, quas in unam unitatem collegit, Divinitatem scilicet & humanitatem. His autem duabus formis quæ in Domino nostro coëunt, una inest virtus & potentia, una dominatio & una potestas.

Ita Chaldæi ex inolito errore loquebantur, etiam quum Catholici essent, aut esse viderentur, ut colligitur ex Sermone Adami Abbatis *de Fide Domini Papæ magnæ Romæ & Domini Eliæ Patriarchæ Orientis*, apud Petrum Strozam de dogmatibus

bus Chaldæorum pag. 28. & 30. ubi ille Chaldæos suos ab hæresi purgare conatur, ajentes, *unam in Christo virtutem, unam potentiam, unam potestatem, unam dominationem, unam voluntatem, & unam operationem*: quasi voce tenus à Catholicis dissentiant, dum per unitatem hujusmodi (ut asserit) non simplicitatem adstruere, sed contrarietatem excludere intendunt: quam tamen expositionem meritò refellit idem Stroza p. 143. & ex Nestorii atque Theodori impiis assertionibus natas hujusmodi voces doctè ostendit pag. 146. & seqq. Quare Paulus V. in Epistola ad præfatum Eliam Patriarcham, data VIII. Kal. Aprilis 1614. cujus initium, *Duplici affectu*, id Nestorianorum subterfugium appellat: *Declarationes*, inquit, *expositiones, conciliationes omnes, quæ vel contrarias sententias defendunt, vel eas ad sensum orthodoxæ veritatis redigere conantur; non modò vanæ, ac superfluæ; sed damnatæ, ac reprobatæ. Sunt enim hæreticorum commenta, quibus eorum impietatem, quam profiteri ampliùs manifestam non poterant, fucatam defendere conabantur. Nam sectatores Nestorii, nefaria ejus dogmata ex commentariis, ut diximus, Theodori Mopsvesteni, à quo virus perditissimæ hæresis hauserat, & ex his, quæ ab ejus fautoribus contra B. Cyrillum Sanctamque Ephesinam Synodum scripta fuerunt, callidè instaurare atque in vulgus serere studuerunt. Unde magna Orientis pars posimodum infecta fuit; præcipuè Chaldæi, qui hac de causa deinceps Nestoriani dicti sunt.* Hæc Summus Pontifex.

2. Carmen in laudem Pii IV.

Carmen de Laudibus Romani Pontificis. ܡܕܝܢܬܐ ܕܪܘܡܝܐ ܘܩܪܝܢܗ ܕܦܝܘܣ

Dodecasyllabum ordine Alphabetico. Initium: ܐܘ ܕܡܗܝܢ ܒܚܕ ܐܠܗܐ ܬܠܬܐ ܒܦܪܨܘܦܐ :

O qui creditis in unum Deum trinum in personis. Prodiit Syriacè & Latinè ex interpretatione Isaaci Sciadrensis Maronitæ apud Petrum Strozam in opere, quod *Synodalia Chaldæorum* inscripsit pag. 62. Exstat & ms. in Codice Collegii Urbani de Propaganda Fide, qui olim ad Ravennatense Maronitarum Collegium pertinuerat, uti initio adnotatur.

3. Professio Fidei.

Professio Fidei, manu ipsius Abdjesu exarata anno Christi 1562. Exstat Cod. Arab. Vatic. 150. cujus initium: ܐܢܐ ܥܒܕܝܫܘܥ ܒܪܗ ܕܝܘܚܢܢ ܡܢ ܒܝܬ ܡܪܘܢ ܕܡܢ ܩܘܙܪܬܐ ܕܥܠ ܢܗܪܐ ܕܕܓܠܬ ܘܐܝܟ ܚܕ ܡܢܙܪܐ ܗܘܝܬ . ܘܒܡܢܙܪ ܡܢܝܚܘܬܐ ܘܒܡܢ ܚܕܝܬܐ ܘܒܡܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܬܪ ܩܕܝܫܬܐ ܕܡܪܝ ܐܚܐ ܘܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܘܐܦܣܩܘܦܐ ܩܕܡܝܐ ܕܐܡܝܕ ܘܒܟܠܗ ܐܬܪ ܐܬܘܪܝܐ ܘܒܐܬܪ ܐܬܘܪܝܐ . ܗܢܐ ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܚܕܐ ܒܠܒܝ ܡܗܝܢܢܐ ܐܢܐ ܚܕܐ ܒܦܘܡܝ ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܠܡܠܐ .

Ego Abdjesu filius Joannis de domo Maronis ex urbe Gozarta apud Tigrim fluvium, olim monachus cœnobii Sanctorum Mar Achæ & Mar Joannis, electus Primas & Patriarcha civitatis Amidæ in regionibus Orientis seù in Assyria, toto corde credo, & ore confiteor, quod unus est Deus verus omnipotens: & cætera, ut in Professione fidei à Pio IV. vulgata: quam tamen Abdjesu noster Syriaco sermone parùm feliciter reddidit, ut legenti eam liquet. Adeò Latinas voces Syrus homo non intellexit, aut Syriacis vocabulis ad explicandas res fidei aptis parùm instructus erat. Nec meliora Sergius Risius Archiepiscopus Damascenus in ea Professione Fidei, quam anno 1633. è Latino in Syriacum transtulit in ms. Cod. Bibliothecæ Collegii Urbani de Propaganda Fide. Sed omnium ineptissimè Fidem suam Syro sermone expressit Melchisedech Presbyter ex Hasan-Cepha Mesopotamiæ oppido, qui nec Grammaticæ Syriacæ regulas callebat. Exstat in laudato Cod. Vatic. Arab. 150. propria ejusdem

dem Melchisedech manu exarata Romæ sub Clemente VIII. anno Christi 1598.

CAPUT L.

Elias Chaldæorum Patriarcha.

I. Elias Babylonis Patriarcha Legatum cum professione Fidei ad Paulum Quintum mittit.

ELIAS Babylonis Patriarcha, à Paulo V. ad orthodoxam fidem invitatus, eandem cum Episcopis suis suscepit, ut narrat Petrus Stroza in Libro de Dogmatibus Chaldæorum, ubi causam conversionis ejus hanc fuisse memorat: *Contigit*, inquit, (*ita disponente divina providentia*) *ut inter eos pauperes, quibus anno primo sui Pontificatus Sanctissimus D. N. Paulus V. solemni ritu pedes lavit quinta feria majoris hebdomadæ, duo reperirentur Chaldæi, unus monachus, alter laicus, qui Sanctorum Apostolorum limina visitaturi, paulò ante Romam venerant. Hi posteà domum reversi, quum renunciassent Eliæ Babylonis Patriarchæ, cujus obedientiæ subjacebant, quanta paterni amoris significatione eos Summus Pontifex excepisset, ejusque nomine nonnulla munera illi attulissent, & libellum reddidissent professionis Fidei, quæ Orientalibus ad Urbem venientibus credenda confitendaque proponitur; ipse tanta in se suosque commotus caritate, quamprimùm legatos ad Summum Pontificem decrevit, qui ei gratias agerent, utque communem Patrem ac dominum agnoscerent, & illius obedientiæ subjectum se esse significarent &c. Legati statim ac iter ingressi sunt, in latrones inciderunt, itaque alios decernere oportuit. Multis & hi quoque calamitatibus afflicti, etsi Romam pervenerint, nihil egerunt, imò legationem suam suspectam reddiderunt. Perterriti enim quia audivissent, quàm execrabile esset & quàm odiosum apud nos Nestorii nomen; ut Nestorianæ hæresis invidiam declinarent, nonnullas abstulerunt paginas ex libris, quos ad recognoscendam doctrinam fidei, quam profitentur, & Ecclesiasticos eorum ritus, obtulerant; ita persuasi à subdolo quodam interprete neophyto anteà hebræo. Propterea dimissi, re infecta abierunt. Quod quum in eorum reditu Patriarcha postea intellexisset, & ex his quæ legatis in Urbe acciderant, cognovisset, negocium imprudentia eorum perturbatum inversumque fuisse; statuit, inito cum Episcopis suis consilio, denuò legatum mittere, qui non tantùm officia obedientiæ atque observantiæ Summo Pontifici debita præstaret; sed rationem Fidei, quam Chaldæi profitentur, redderet, ac si error aliquis in eorum professione reperiretur, correctionem humiliter ab eo postularet. Legatio demandatur Adæ Archidiacono Cameræ Patriarchalis, monachorum Chaldæorum Archimandritæ, viro docto & prudenti. Is ad Urbem anno tertio à discessu priorum legatorum venit, & Sanctissimo D. N. literas Patriarchæ sui reddidit; & cum illis Fidei professionem, atque Commentarium à se jussu Patriarchæ sui compositum de conciliatione dogmatum Chaldæorum cum Fide Catholica; postulavitque summa animi demissione, ut cuncta diligenter examinarentur expenderenturque, & pro necessitate saluti eorum consuleretur.*

Eadem Elias ipse in Epistola quam ad Paulum V. anno Christi 1610. dedit apud eundem Strozam; ubi amantissimum nationum Orientalium Pontificem sic alloquitur. *Sciat tua erga nos Caritas, quòd pervenerunt ad nos literæ, & Fides tua firma, & benedictiones quas misisti humilitati meæ, & accepi benedictionem simul cum populo meo, & gratias Christo egi, eo quod dignus benedictionibus Sanctitatis tuæ atque memoriæ illustri factus sum, & numerasti me inter filios tuæ Paternitatis, præter mea merita. Ego verò statim misi gratiarum actionem, & literas, & Fi-*

dem

dem meam. Sed obviam venerunt legatis meis pessimi homines, & omnia abstulerunt ab eis, & evacuati reversi sunt ad me, & iterùm misi alios, nec etiam hi venerunt ad tuam Sanctitatem: quod ægrè tuli simul cum Episcopis & Archiepiscopis meis, & dixi: Quid faciam, non possum ire, quoniam non relinquunt me Principes oppressores nostri neque etiam Jerusalem adire: tenent nos tamquam servos, & non relinquunt nos facere voluntatem nostram. Tandem misi tuam Fidem, literasque tuæ puritatis cum filio meo fideli, consiliorumque meorum conscio Patre Ada, ut ostenderet eas in omnibus regionibus nostris, ut videremus quid nobis Orientalibus faciendum esset: & permansit in his regionibus per annum integrum, & simul omnes consuluimus, & misimus ad tuam Sanctitatem hunc ipsum Patrem Adam, & misi cum eo Fidem, literasque meas, & dixi de his, ut coram Paternitate tua extra ea quæ scripta sunt, ageret; quoniam ipse est caput Patrum, & Abbas monachorum Orientalium, & neminem habemus eo nobiliorem, ut tota pars Orientalis fatetur. Et infrà. *Etenim, ò Pater, ecce Fides mea pervenit ad tuam Sanctitatem cum Epistolis, & videas si est dolus in professione nostra, aut est error, aut recessio quædam à matre nostra Ecclesia Romana; admone, & faciemus; doce, & obediemus.*

II. A Paulo V. errores Nestorianorum corriguntur: & Legatus cum muneribus ad Eliam remittitur.

Admonuit errantem Patriarcham Summus Pontifex, docuitque quantum à Catholica veritate distaret, tametsi ab ea se nunquam discessisse is jactabat, affirmabatque discrimen Chaldæos inter & Ecclesiam Romanam in verbis tantummodò consistere, non in sensu verborum. *Duplici* (inquit in Epistola ad eundem data VIII. Kal. Apr. 1614.) *affectu, lætitia, atque commiseratione, nec sanè levi, commoverunt caritatis nostræ viscera literæ, quas à Fraternitate tua Nobis reddidit dilectus filius Adam Archidiaconus, ut scribis, Cameræ tuæ Patriarchalis, & monachorum tuorum Archimandrita, quem ad Nos misisti. Lætabamur quidem summoperè, ex reverentia ac devotione, quam profiteris summam erga Sanctam Beatissimi Petri Principis Apostolorum Sedem; eòque magis, quia hoc verè Christianæ pietatis studium perpetuò viguisse in Ecclesia tua scribis. Miserebamur autem, vel potiùs angebamur, quod cum hac veneratione Apostolicæ Sedis, non eandem doctrinam Catholicæ Fidei, quam ipsa profitetur, reperiebamus.* Et infrà. *Et quia, Venerabilis Frater, à Nobis efficaciter postulasti, ut tibi errores significaremus, quos in Fide vestra reperissemus, illosque corrigeremus; paratum quippe te exhibebas cum Archiepiscopis & Episcopis obedientiæ tuæ subjectis, ad correctionem recipiendam; justo pioque tuo desiderio satisfacere cupientes, ac simul ut adimpleremus præceptum, quod à Domino in beati Petri persona accepimus; ut videlicet confirmaremus fratres nostros in fide: mandavimus, ut cuncta quæ dilecto filio Adæ Archidiacono tuo ostensa fuerunt de sacrorum Conciliorum Decretis, diligenter describerentur, & in Chaldæum idioma fideliter verterentur, & ad fraternitatem tuam mitterentur.* Nimirùm, *Catalogus* blasphemiarum Nestorii, ut in Concilio coram Patribus recitatæ fuerunt, in 2. Par. Ephes. Synod. act. 1. *Epistola* à S. Cyrillo atque Synodo Alexandrina ad Nestorium scripta, qua fraternè illum erroris sui admonent; atque duodecim capitibus, quid de ineffabili mysterio Incarnationis tenendum Catholicè sit. *Synodalis* sententia, qua Nestorius damnatus est. *Acta* Quintæ Synodi, in qua Theodori Mopsvesteni dogmata recitata, diligenterque animadversa & examinata, ac demùm damnata & anathematizata fuerunt. *Decretum* Sextæ Synodi, quo Sancti Patres act. 18. definierunt, eadem ratione consitendum duas in Christo esse voluntates atque operationes, qua credimus duas ejus esse naturas in una subsistentia & persona; nec ulli licere aliam fidem profiteri aut docere. Postremò

De-

Decretum Unionis, ab Eugenio IV. in Synodo Florentina factum.

His & sacra munera adjunxit, quæ ad eundem Eliam cum Adam ipsius Archidiacono misit; *Particulam*, scilicet, *salutiferi ligni sanctissimæ Crucis Domini nostri, inclusam parva cruce aurea, ornata lapidibus cœlestis coloris, in majoris crucis formam; atque librum sanctorum Evangeliorum, Arabico idiomate typis excusum, & cum his argenteum calicem, & patenam, atque thiaram, ac vestes Pontificales pro solemni celebratione incruenti sacrificii, divinorumque officiorum; nec non duos alios libros iisdem characteribus Arabicis impressos, utiles ad medicinæ corporalis doctrinam & ad intellectus acumen augendum: nam fore tibi valdè gratos* (inquit) *ipse communis noster filius Adam Nobis ostendit.*

III. Synodus Amidæ celebratur.

Reversus ex Urbe cum Pontificio diplomate sacrisque muneribus in Assyriam legatus, apud Eliam egit, ut Synodus Amidæ convocaretur, in qua Pauli V. Epistola, Instructio de Fide, & Libellus de erroribus Nestorianorum detestandis legerentur, & Patriarchæ ipsius atque Episcoporum subscriptionibus firmarentur. Gesta hujus Synodi describit Stroza in Præfatione ad *Synodalia Chaldæorum*, his verbis. *Convocaverat Elias Patriarcha Babylonis, statim ac Archidiaconus, quem legavit ad Sanctissimum D. N. Paulum Papam V. reversus fuit, Archiepiscopos, quorum consilio decrevit legationem, ut responsum, quod ad omnes pertineret, communiter reciperetur: & siquid ulterius necessarium esset, omnes pariter communicatis sententiis conjunctisque animis atque studiis exequerentur. Locum Synodo opportunissimum statuit civitatem Amed, in media ferè Mesopotamia; tempus sanctissimos Natalis Domini dies. Sed convenire ante Kalendas Martias non potuerunt. Nam quum Patriarcha accersivisset Custodem monasterii Franciscanorum Alepi, Fratrem Thomam Novariensem, ut conventui interesset, pro duobus religiosis viris, qui hac de causa dati fuerant Legato comites in ejus ab Urbe discessu, confirmaturi postmodùm certo testimonio apud Sanctam Apostolicam Sedem, quæ acta fuissent; ipse ad eos proficisci diu renuerat. Verebatur enim, ne temerè imprudenterque fecisse videretur, si alieno se immiscuisset negotio. Propterea Alepo anteà egredi nolebat, quàm intellexisset Summi Pontificis voluntatem: cui Patriarcha in ipso Legati reditu, suum hoc desiderium per literas significaverat; ac simul quid eum impulerat, ut hoc postularet. At urgente acriùs semper Patriarcha, Custos denique obsequi coactus est. Etenim nisi ad eos properavisset, contestabantur Archiepiscopi, se ad proprias Ecclesias redituros, atque infecta re, Apostolicum Breve obsignatum adhuc ad Summum Pontificem remissuros. Igitur Kalendis Martii 1616. omnes Amed convenerunt. Inchoatur sequenti die Synodus, continuaturque quotidie usque ad VII. Kal. Apr. hac ratione, ut singulis diebus postquam primo conventu lecta fuerunt, quæ scripsit ad eos Summus Pontifex, & quæ de erroribus Nestorii, Theodori, ac Macarii ex actis Conciliorum misit; mane post consuetam orationem disputaretur in Ecclesia, occlusis januis, de unico capite ex controversis; vesperi autem ad orationem reversi, unusquisque sententiam diceret. Recognita eodem quoque pacto fuerunt omnia de Fide à Legato scripta Romæ. Cunctis demùm sedulò & accuratè expensis examinatisque, rescribunt ad Summum Pontificem, seque ejus dicto audientes profitentur, rejicientes omnia Catholicæ & Apostolicæ ejus doctrinæ contraria, à qua se nunquam discessisse, quantum ad voluntatem, conantur ostendere. Literas Custode Alepi præsente, obsignant, eique tradunt. Is Alepum reversus diligenter quæcumque acceperat, curavit ad Sanctissimum Dominum perferenda. Ea nos modo edimus ex Chaldaico in Latinum sermonem conversa à pio & erudito viro Isaac Sciadrense Maronita in sacra Theologia magistro,*

stro, Collegii ejusdem nationis Alumno: qui unà itidem cum Joanne Hesronita, genere, doctrina & educatione æquali, Apostolicum Breve, cæteraque illi adjuncta anteà transtulerat.

IV. Ejus Epistolæ. Exstant ejus Epistolæ ad Paulum V. è Syriaco in Latinum conversæ ab Isaac Sciadrense, & Joanne Hesronita Maronitis, apud Petrum Strozam in Opere, quod *Disputationem de Dogmatibus Chaldæorum*, & in altero, quod *Synodalia Chaldæorum* inscripsit: nimirùm.

Epistola scripta anno Christi 1610. cujus initium: *Ab humili Elia Orientali, qui per gratiam Dei Sedi sanctæ Babylonis inservit, adorationes continuæ & inclinationes perpetuæ, genuflexionesque sempiternæ ante sanctos pedes tuos, ò Pater benedicte, & caput Patrum, Sol Christianitatis, & nomen in quo situm est ædificium Ecclesiæ Ecclesiarum. Dominus meus, & Pater meus Papa, Dominus Pater Patriarcharum omnium, qui in universo sunt.* Ubi Primatum Romanæ Ecclesiæ agnoscit, seque Summo Pontifici subjectum esse fatetur, his verbis: *Atque nunc, ò Pater, submisso capite adoramus ante Sedem tuam sine fraude & dolo, & præceptum tuum à me est receptum ex præcepto illius, qui claves tradidit tibi. Neque negabo illam vocem dictam Petro: quod tibi tradidi claves Regni, & quod ligabis in terra, sit ligatum in cælis, & quod solveris in terra, sit solutum in cælo. Et non obsistam, sicuti reliqui hæretici, contra præceptum sanctorum Apostolorum & Patrum orthodoxorum, qui affirmaverunt, quod Sedes Romæ magnæ teneret principatum, & ipse est caput omnium Sedium: absit à me; sed fateor, quod Ecclesia Romana sit mater Ecclesiarum. Et qui hoc non ita fatetur, sit anathema.* Suos verò Chaldæos, tamquam hæreticos à Latinis in Oriente tractari conqueritur, eosdemque in Palæstina Latinis subjectos esse decernit: *Et ministri vestri Jerusalem* (inquit, hoc est, Patres Franciscani sacrorum locorum custodes) *tenent omnes, qui sunt ex professione mea, tamquam exteros atque rebelles ab Ecclesia Romana: & non gratificantur nobis sicut antea; quoniam interpretes eorum sunt ex professionibus quæ nos habent odio, & ipsi ministri vestri non inquirunt veritatem. Petimus à Sanctitate tua, ut admoneas eos, ut tamquam eos, qui sunt ex professione tua, nos teneant, & benevolos se reddant iis, qui sunt ex professione nostra. Ego verò literas misi ad præceptores vestros, ut dominarentur in Jerusalem iis, qui sunt ex professione nostra, quoniam apud nos scriptum est in annalibus, quod Archiepiscopus noster, qui erat in Cypro, & ii qui sunt ex professione nostra, qui habitant in Jerusalem, & Clerus, qui erat in monasterio Sancti Jacobi Nisibi, inter filios Ecclesiæ Romanæ numerantur, propter amorem Paternitatis vestræ erga humilitatem nostram.*

Professio Fidei ad eundem Paulum V. cum Adam Archimandrita transmissa. Initium: *Fides Domini Eliæ Patriarchæ Babylonis ad Dominum Papam Patrem omnium Patrum, anno secundùm Græcos* 1920. *nimirùm anno* 1612. *per Patrem Adam.*

Epistola ad eundem Paulum V. præfixa Commentario, quem Adam Archimandrita de conciliatione fidei Chaldæorum cum fide S. Romanæ Ecclesiæ scripsit. Initium: *Fides servi fidelis est, qui Domino suo nihil abscondit, sed omnia sicut sunt, Domino suo aperit. Propter hoc me servum humilem & peccatorem Eliam Sedem Babylonis custodientem, decet aperire verum ante Paternitatem Sanctam tuam, ò Domine Papa Paule Quinte, corona Christianitatis, & caput capitum & Pastorum Ecclesiæ sanctæ & alienæ ab omni hæresi:* Apud Strozam pag. 15. Coram Gabriele Archiepiscoporum seniore & Adam monachorum Archimandrita, de Romanæ Sedis primatu præfatur, ejusque decretis obtemperandum esse, ex ipsorum Chaldæorum libris ostendit: *Nam ecce libri nostri*, inquit, *admonent nos de Ecclesia sancta, & Sede Apostolica Domini Papæ Romæ, quoniam ipse est Pa-*

ter Patrum, caput Pastorum, eum audite, & non declinate à præcepto suo: & Patres nostri Orientales, omnes eos qui ab Ecclesia Romana defecerunt, excommunicaverunt, & simul omnes conculcatores præcepti Domini Papæ, qui est loco Sancti Petri fundamenti Ecclesiarum, & capitis Apostolorum. Mox discutiendos proponit articulos, in quibus Chaldæi à Romana Ecclesia discrepant. *Sed video* (inquit) *in professione nostra, quod sit aliquid, quod non videatur juxta professionem Papæ; & Patres nostri de hoc nihil scripserunt, sed hoc solùm admonuerunt, ne nos ab Ecclesia Romana deficeremus, neque à præcepto Domini Papæ habentis claves Regni declinaremus; & definiverunt, & excommunicaverunt omnes transgressores horum verborum.* Variationes verò, quas Chaldæos inter & Ecclesiam Romanam intercedere observavit, has enumerat. 1. *Dominus Papa cum omnibus Patribus magnæ Ecclesiæ Romæ, vocant Virginem Sanctam Mariam* Dei genitricem. *Nos verò Orientales eam* Genitricem Christi *vocamus.* 2. *Illi duas naturas Christi confitentur, duas virtutes, & duas voluntates: Nos autem fatemur unam virtutem, & unam voluntatem.* 3. *Illi etiam unam Personam fatentur in Christo: nos quidem fatemur duas personas.* 4. *Et dicunt, quod Spiritus ex Patre & Filio procedit: nos verò fatemur, quod ex Patre Spiritus procedat.* 5. *Etiam Patres Romæ dicunt, quod illud, quod egreditur ex sepulcro Domini nostri, non sit verum lumen: nos verò cum omnibus nostris illud tamquam lumen accipimus.* Ad hæc Gabriel Archiepiscopus respondit: *quod nos ita accepimus à nostris antecessoribus, quod non sit divisio inter nos & Ecclesiam Romanam, nisi per ceremonias; & illi ita in omnibus regionibus suis suas ceremonias tenent.* Et infrà. *Quantum ego è libris nostris antiquis percepi, sanè non est ulla alia divisio, nisi quod alter alterum non intelligit:* quod & Adam Archimandrita probare conatus est in Commentario suo, qui huic epistolæ subnectitur: sed meritò is rejectus fuit, & sententiam mutare coactus à doctis viris, qui eundem, jussu Pauli V. Catholicam veritatem docuerunt, ut mox dicam.

Epistola Synodica ejusdem Eliæ & Archiepiscoporum Chaldæorum ad Paulum V. data Amidæ feria 6. die 8. Martii anno Græcorum 1927. Christi 1616. Initium: *A minimo filiorum tuorum humili Elia per gratiam Dei Patriarcha Babylonis, salus. Magnum autem laborem sumpsimus super nos, ò Pater universalis, ob præcepta Sanctitatis vestræ &c.* Exstat apud Strozam in Synodalibus Chaldæorum pag. 11. cui subscribunt se *Elias Patriarcha, Gabriel Archiepiscopus Hesno* (Hasan-Cephæ) *Elias Archiepiscopus Sehert, Joseph Archiepiscopus Insulæ, Timotheus Archiepiscopus Jerusalem & Amed* (Is erat Adam Archimandrita, quem ex legatione ad Paulum V. revertentem, Elias Archiepiscopum ordinavit, eique Timothei nomen imposuit) *Abraham Episcopus Vehdonfores* (idest, ditionis Persarum, quæ Syriacè dicitur ܐܘܗܕܘܢ ܦܘܪܣ Uhdon-Fores,) *& Joannes Jesu* (lege, ܐܢܢܝܫܘ Ananjesu) *Archiepiscopus loci civitatis Van*, qui post Synodum venit & subscripsit. Ejuratis Nestorii ac Theodori erroribus, doctrinam Ecclesiæ Romanæ recipiunt, à qua tamen se nunquam recessisse affirmant, Nestoriique nomen ab hostibus sibi immeritò affictum conqueruntur. *Et nos*, (inquiunt) *refutamus quodcumque est in libris nostris, si non convenit cum hac sententia* (nimirùm cum sententia Ecclesiæ Romanæ) *Verùm nomen Nestorii adhæsit nobis, & non possumus illud rejicere, quantumvis contendamus: ut scripsimus ad Vestram Sanctitatem, cum Fide Domini Timothei* (olim Adam Archimandritæ) *etiam de hac re, ex nostris libris antiquis Syriacè, & Arabicè.* Et infrà. *At nos multo tempore per-*

mansimus, & misimus Alepum, & duximus Patrem Thomam ad civitatem Amed, & fecimus Congregationem hanc, & misimus ad Sanctitatem vestram hæc scripta, idest hanc epistolam, & fidem Domini Timothei; & commentarios quos fecit adversùs verba Nestorii & Theodori, quæ vidit Romæ; & exemplar, quo demonstrat, quomodo adhærere fecerunt nobis inimici nostri nomen Nestorii, Arabicè & Syriacè. Mox addunt. *Et si fuerit aliquid, quod non placet vobis ex his, quæ misimus; faciemus, ut placeat vobis; quia scimus non fuisse contentionem unquam nec apud nos, neque apud vos adversùs invicem, sed hostes nostri miserunt contra nos blasphemias ad vos*. Ita blandiebantur sibi boni Chaldæi, perinde ac si orthodoxi semper fuissent, nec unquam Nestoriana hæresi infecti. *Verùm res aliter se habet* (respondet ad hanc eorum Epistolam Paulus V. in Diplomate, cujus initium, *Repleti sumus consolatione*. Dat. III. Kal. Julii 1617.) *Ecclesia namque Sancta Catholica Apostolica Romana, vestrum de dispensatione Verbi Dei incarnati dogma, Nestorianum esse apertè declaravit; ipsumque damnavit; eaque de causa vos separatos esse ab ea universus Christianus Orbis novit. Et ipse Adam post diuturnam continuamque unius anni & ampliùs disputationem, hoc ipsum confessus est, agnitosque errores alacriter abjuravit & anathematizavit: atque insuper magna cum pietatis & doctrinæ suæ laude libellum eruditissimum de Orthodoxa Fide, & Sermonem adversùs hæreses dissentientes à veritate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ posteà composuit. Quibus scripturis à vobis postmodùm in Synodo receptis & approbatis, vos quoque subscripsistis*. Demùm Chaldæos Hierosolymis & in Indiis commorantes, & harum literarum interpretes Maronitas, Summo Pontifici commendant. *Et etiam nos*, inquiunt, *ecce tradimus omnia negotia nostra, quæ sunt in Jerusalem, Domino Timotheo: & quodcumque facit, acceptum est apud nos omnes; quia omne bonum, quod vultis facere nobiscum, in Jerusalem volumus fieri, & monebitis fratres vestros, ut multiplicent amorem erga filios nostræ professionis, sicut etiam nos diligimus eos*. Et infrà. *Item rogamus vos, ut ad nos mittatis bonas literas propter professionem nostram & adventum nostrum in Indiam, omni modo; quia in Ormos, & in Goa, & ultra valdè tribulant nos scrutantes de Fide, & homines nostrarum regionum non sunt periti omnes; & hac de causa tribulant eos valdè, vel accipiunt ab eis pecunias, & deinde dimittunt eos: & unus Sacerdos ex Amed civitate mortuus est propter angustias, in quas redactus ab eis fuerat: & nos omne, quod faciemus, mittemus in Indiam, ut etiam ibi multiplicetur lætitia in hac nostra concordia*. Et paucis interjectis. *Commendamus vobis fratres nostros Maronitas interpretes, quia valdè laboraverunt in hoc ministerio*,

Epistola Synodica ejusdem Eliæ & Episcoporum Chaldæorum ad Paulum V. Data Amidæ Sabbato die 9. Martii, anno Græcorum 1927. Christi 1616. Apud Strozam pag. 16. Initium: *Minimus filiorum tuorum Elias humilis, per gratiam Dei Patriarcha Babylonis, inserviens Sedi Sancti* 1 *Thaddæi, & cui crediti sunt omnes greges Orientalium Chaldæorum &c.* Approbant quæ Adam ejusdem Patriarchæ Legatus scripserat de Fide Catholica in ejus ab Urbe discessu. Synodi verò Amidensis acta his verbis describunt. *Lætitia infinita multiplicata est in nostris regionibus, in adventu carissimi filii nostri Patris Adæ Legati nostri: & sic eo ipso tempore quo pervenit, subito ordinavimus eum Archiepiscopum Jerusalem & Amed magnæ urbis, & nominavi-*

NOTA.

1 *S. Thadæi*. Hunc speciosum titulum sibi arrogarunt Chaldæi, quasi Thaddæus Sedem Babylone aut Seleuciæ fixerit.

navimus eum Mar Timotheum: sicut Timotheus discipulus dilectissimus Apostoli Pauli, ita & hic Timotheus discipulus Papæ Pauli; & honoravimus eum magnoperè, quemadmodum Sanctitas vestra scripsit in literis suis; & accepimus ab eo munera cum literis, quæ misit pietas vestra: & fecimus Congregationem in Urbe Amed, in principio Dominici Jejunii, & istæ personæ inveniebantur in congregatione nostra. Mar Gabriel Archiepiscopus Hesno. Mar Elias Archiepiscopus Amed, quam dedit propter filium suum spiritualem Mar Timotheum. Mar Joseph Archiepiscopus Insulæ. Mar Abraham Episcopus Huchdon-Fores, cum hoc fratre mansueto & persona benedicta Patre Thoma Guardiano Alepi. Et legimus Epistolas Sanctitatis vestræ, & intelleximus rectè sensum, qui est in eis. Et etiam ostendit nobis Mar Timotheus noster sensus & intelligentias Fidei, quam explicavit apud vos; & rectè placuerunt nobis, & acceptavimus ea. Verumtamen ex omnibus, quæ fecit apud vos, hæc elegimus, in quibus est utilitas ejus rei, quæ est inter nos, & vos, & adjumentum propter nostras regiones. Et hoc est exemplar eorum, quibus nos omnes assentimur. Nimirùm, *sermo de fide Catholica*, cui subscribunt die 9. Martii, & *sermo contra hæreses dissentientes à veritate Ecclesiæ Catholicæ Romæ*, quem die 15. ejusdem mensis approbant.

Illud autem in Epistolis Patriarchæ Chaldæorum notandum, quum ad suos scribit, quod formulam hanc iis præponere, vel subnectere consuevit:

ܡܢ ܩܘܒܠܐ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܝܐ
ܡܚܘܝܐ ܢܗܘܢ ܒܪܟܬܐ :

E cubiculo Patriarchali orationes & benedictiones concedantur vobis. Quam quidem formulam in laudatis ad Paulum V. literis usurpatam, bona Patriarchæ aut scriptoris fides solùm excusaverit: neque enim Assyriorum Patriarcham Episcopis sibi minimè subjectis, multoque minus Summo Pontifici, cui ipse subjectum se esse profitetur, benedicere fas est.

Denique in Cod. Arab. Vatic. 156. habetur *Fides Eliæ Chaldæorum Patriarchæ*, scripta mense Decembri anno Græcorum 1897. Christi 1586. de qua hæc Miræus in notitia Episcopatuum cap. 18. *Mar-Elia* (Mazeliam perperàm legit) *Nestorianorum in Musal Patriarcha, monachum quendam cum professione sua literisque ad Gregorium XIII. Romam misit, teste Leonardo Sidoniensi*: nam hujus Pontificis obitus fama nondum in Assyriam pervenerat, quum literæ illæ scriptæ sunt. Hunc verò Eliam à nostro alium fuisse, conjicio, quia ejus legationis mentionem nullam fecit Elias noster in literis ad Paulum V. datis: cujus sanè meminisset, ut ostenderet, se Romanæ Ecclesiæ communionem à temporibus Gregorii XIII. postulasse. Cæterùm ea Fides Nestorianis erroribus scatet, ut meritò à Xysto V. Gregorii successore rejecta sit, nec ejus Auctor ad Ecclesiæ Romanæ communionem admissus.

CAPUT LI.

Adam Archimandrita, qui & Timotheus Amidæ Episcopus.

ADAM Monachorum Chaldæorum Archimandrita, Eliæ Babylonis Patriarchæ Archidiaconus, & ad Paulum V. Legatus, postquam Nestorianum errorem Romæ agnovit, & suo ac Patriarchæ sui nomine ejuravit, in Assyriam reversus, Amidæ Archiepiscopus ab eodem Patriarcha instituitur, cedente ipsi Sedem suam Elia ejus urbis Antistite, qui ad Ecclesiam Sehert transf-

I. Adam Archimandrita Chaldæus, qui & Timotheus Episcopus Amidæ & Jerusalem.

translatus fuit, ut ex Epistolis ad Paulum V. datis suprà demonstravi. Mox adjuncta eidem fuit Hierosolymorum Sedes, ut scilicet Chaldæos ibidem commorantes Archiepiscopus pasceret; pessimo Nestorianorum & Jacobitarum exemplo, qui plures easque procul positas Ecclesias uni Antistiti commendant, & Hierosolymitanam Sedem, quæ Patriarchalis est, Archiepiscopali dumtaxat honore dignantur. Virum gravem, & bene moratum appellat Paulus V. in epistola ad Eliam Patriarcham data VII. Kalend. Aprilis 1614. *Quem*, inquit, *tuum Archidiaconum valdè tibi commendamus; & pro peculiari nostro in eum amore, tanquam filium nobis valdè carum, ut præcipuè diligas, desideramus. Toto enim tempore, quo apud nos mansit, piè admodum vixit; monasticæ vitæ suæ institutum religiosè observavit; zelum veritatis agnoscendæ eximium prætulit; assiduus in expeditione negotii sibi à te commissi fuit; in exponendis vestris de Fide opinionibus diligens & accuratus; sed minimè pervicax; in recipienda vestrorum errorum correctione docilis atque morigerus: demùm ita se in omnibus gessit, ut merito benevolentiam omnium, qui aliqua de causa cum eo egerunt, sibi conciliaverit.*

II. Ejus sermones de Fide.

Scripsit *tres de Fide sermones*, qui exstant apud Strozam in Disput. de Dogmatibus Chaldæorum pag. 19. 205. & 225. Primum ex mente Nestorianorum, quum ipse Nestoriana hæresi adhuc implicitus esset: ex Catholicorum sententia duos posteriores, postquam Orthodoxam fidem Romæ edoctus fuit. Et primus quidem inscribitur, *Sermo de Fide Domini Papæ Romæ magnæ, & Domini Eliæ Patriarchæ Orientis, habitus à Patre Adam Abbate Monachorum Orientis*, in Proœmium ad Eliam Patriarcham, & Capita 7. divisus, in quibus ostendere conatur, Chaldæos Nestorianos verbo tenus à Romana fide distare, dum ajunt Mariam Christiparam, duas in Christo personas & unum Parsopa, seù Prosopon, unam voluntatem & unam operationem, Spiritum Sanctum ex Patre procedere, & Lumen miraculosè accendi in die Sabbati Sancti ad Sanctissimum Domini nostri Sepulcrum. Tractatus perutilis ad mentem Nestorianorum recentiorum perspiciendam. Quod verò *de Lumine* subjungit, quæstio est à Græcis schismaticis potissimùm Jerosolymæ excitata, propter solemnem Luminis benedictionem, quæ Sabbato Sancto fit: contendunt enim ipsi & turpissimis artificiis suadere conantur, miraculosum lumen ex sepulcro Domini quotannis Sabbato Sancto prodire: idque ab eis commentum ad hoc unicè excogitatum, ut insipientibus suadeant, suam orthodoxam esse & miraculis à Deo insignitam Ecclesiam, utque fidem Calendario veteri adstruant, & Gregoriano detrahant; perinde ac si miraculum illud Sabbato Sancto juxta Calendarium ipsorum nequaquam contingeret, nisi Gregorianum falsum esset. A Græcis ad reliquos Orientales schismaticos vel hæreticos fraus hæc derivata. Nestorianos suos Adam noster ab errore abducere satagit in hæc verba: *Lumen verò, quod in Jerusalem lampadibus ostenditur, Patres Ecclesiæ magnæ Romanæ meritò affirmant falsum & apparens esse; quoniam lumen verum & naturale* (divinitùs immissum) *non eget materia ceræ, aut olei, ut illuminare possit*. Et infrà. *Et si lumen est, quare in ignem convertitur? Et si omne lumen mutatur & convertitur in lumen, ergo lumen non est, sed ignis est. Forte ne probi homines propter eorum opera bona igne induuntur?* (nam sæpè contingit, ut id lumen vestes aut barbam adstantium exurat). *O animi perculsio magna! quoniam aliquis homo ingreditur, portamque obserat, & ille homo Deum orat, ut super Sepulcrum sui filii lumen descendere faciat, & si ille homo non vult, qui mediatorem inter Deum & hominem facit, lumen non descendit &c.* Lege de putidissimo hoc

Græ-

Græcorum commento Franciſcum Quareſmium in Eluc. Terræ Sanctæ.

Alteri *de Fide* Sermoni titulus eſt: *Sermo Adæ Archidiaconi Cameræ Patriarchalis Babylonis de Fide Catholica ad fratres ſuos Chaldæos.* Proœmium, in quo agit de Primatu Sanctæ Apoſtolicæ Sedis, & de præeminentia auctoritatis & doctrinæ Summi Pontificis: & Capita ſex de unitate divinæ eſſentiæ, de Trinitate perſonarum divinarum, de generatione æterna Verbi Dei ex Deo Patre, de ſecunda generatione Filii æterni, qui incarnatus eſt & natus eſt iterùm cum carne, de diſtinctione recta perſonæ, de duabus voluntatibus & duabus operationibus in Chriſto. Opus ab Elia Patriarcha ejuſque Archiepiſcopis in Synodo Amidenſi recognitum, & approbatum die 9. Martii 1616. & ad Paulum V. tamquam fidei ſuæ teſſeram tranſmiſſum. Exſtat iterùm apud Strozam in *Synodalibus Chaldæorum* pag. 18.

Tertium inſcribit, *Sermonem contra hæreſes diſſentientes à veritate Eccleſiæ Catholicæ Romæ*, ubi Neſtorii præcipuè ac Theodori Mopſveſteni errores recenſet & impugnat. Eundem ſermonem Patriarcha & Epiſcopi Chaldæi in Synodo Amidenſi receperunt, & ſubſcriptionibus firmatum, ad Paulum V. die 15. Martii 1616. tranſmiſere: ut in Synodalibus Chaldæorum pag. 37. Initium, *Neſtorius ait, Jeſum Chriſtum eſſe hominem ſimplicem*: reſecto proœmio, quod apud Strozam in priore Libello legitur.

CAPUT LII.

Gabriel Archiepiſcopus Chaldæus.

GABRIEL Haſan-Cephæ urbis, quæ & Heſno dicitur, Archiepiſcopus, unàcum præfato Elia Chaldæorum Patriarcha plurimum ſtudii contulit, ut nationem ſuam cum Sancta Romana Eccleſia conciliaret. Quamobrem legationem ad Paulum V. de qua ſuprà dictum eſt, communibus ſuffragiis decernunt, traditamque ab eodem Pontifice fidem in Synodo Amidenſi anno 1616. ejuratis Neſtorianis erroribus amplectuntur. I. Gabriel Epiſcopus Haſan-Cephæ.

Scripſit poſt abſolutam Synodum *Carmina duo* in laudem Pauli V. quæ interprete Iſaac Sciadrenſe Syriacè & Latinè prodierunt apud Strozam in Synodalibus Chaldæorum p. 54. exſtant autem ms. in Codice Collegii Urbani de Propaganda Fide, qui olim ad Ravennatenſe Maronitarum Collegium pertinuerat. Primùm II. Ejus Carmina.

Carmen incipit: ܫܡܫܐ ܕܒܫܡܝܐ ܕܥܕܬܐ ܘܢܗܝܪܐ ܕܟܠܗ ܟܢܫܝܐ ܘܪܫܐ ܕܟܠܗ ܐܒܗܬܐ ܦܛܪܘܣ ܫܪܐ ܠܟ ܪܫܐ :

Solem qui eſt in firmamento Eccleſiæ, & ſplendorem omnium Congregationum, & caput omnium Patrum, Petrus te caput radicavit. Alterum:

ܠܫܠܡܐ ܕܢܗܝܪ ܒܢܘܗܪܗ ܠܥܕܬܐ ܕܟܠܗ :

Soli perfecto, qui luce ſua Eccleſiam illuminat. Ingenioſum utriuſque artificium ibi deſcribitur: nimirùm primi Carminis verſus omnes incipiunt à litera *Scin* in medio, tamquam centrum in circulo poſita, & in

in eandem pariter desinunt. Alterum constat quatuor strophis, quarum unaquæque ex sex composita est versibus; ita ut primus versus cujusque strophæ, sex contineat voces, quæ postmodùm initium præbent sequentibus versibus, eodem planè ordine, quo in primo jacent: Prætereà unaquæque vox in suo loco principium est versus: sive vocem accipias in primo uniuscujusque strophæ versu, & ab ipso deorsum per lineam perpendicularem descendas: sive versus seriatim legas: & ambo sunt ejusdem sententiæ, ut patebit exordienti à secunda voce secundæ strophæ, & ita deinceps in sequentibus.

CAPUT LIII.

Georgius Amira Patriarcha Maronitarum.

I. Georgius Amira Patriarcha Maronitarum.

EORGIUS Amira, Michaelis Edenensis filius, Romam studiorum causa anno 1583. in Collegium Maronitarum à Gregorio XIII. recens erectum profectus, emenso Philosophiæ ac Sacræ Theologiæ curriculo in patriam anno 1595. regressus est. Anno sequenti in Canubinensi Episcoporum Conventu, quem Sergius Risius Maronitarum Patriarcha, ut afflictos nationi suæ errores depelleret, jussù Clementis VIII. indixerat; magnam doctrinæ ac prudentiæ famam adeptus est. Quare à Josepho ejusdem Sergii nepote ac successore, exeunte eodem anno Episcopus Edenensis consecratus, post obitum Joannis, qui Josephum Patriarcham exceperat, die 27. Decembris anni 1633. communibus Episcoporum suffragiis in Patriarcham eligitur, & ab Urbano VIII. anno 1635. die 3. Martii pallio & confirmatione donatur. Obiit die 29. Julii 1644. eodem die & anno, quo Urbanus VIII. in sepulcro Patriarcharum apud S. Marinam sepultus.

II. Ejus Opera.

Edidit Latino sermone *Grammaticam Linguæ Syriacæ*, Romæ apud Jacobum Lunam 1596. cujus abbreviatores fuerunt Petrus Metoscita, & Gabriel Avodius Hesronita, quorum Grammaticæ Syriacæ exstant in Bibliotheca Collegii Maronitarum de Urbe, & in Collegio Urbano de Propaganda Fide. Eidem eruditissima Prolegomena præmittit, de ejusdem Linguæ *nominibus ac discrimine, de antiquitate, de dignitate ac præstantia, deque utilitate*: ubi contendit vir doctus, eam Linguarum omnium primam, Hebraicæ etiam matrem fuisse: cujus argumentis respondet Waltonus in Prolegom. ad Biblia Polyglott.

Scripsit etiam Arabico sermone *Librum de structura Ædificiorum*, rogante Facreddino Drusorum in Antilibano Duce: cujus meminit Stephanus Edenensis in Chronico ad annum 1644.

CAPUT LIV.

Isaac Sciadrensis Episcopus.

I. Isaac Sciadrensis, Episcopus Tripolis.

SAAC Sciadrensis, in Collegio Maronitarum de Urbe ab anno 1603. ad annum 1618. Latinis, Syriacis & Arabicis literis instructus, à Georgio Amira tunc Edenensi Episcopo anno 1619. minoribus Ordinibus initiatus, sequenti anno Sacerdos & Berytensis Ecclesiæ Archipresbyter constituitur, postquam uxorem ex Orientalium more duxisset: qua defuncta, anno 1629. die 25. Martii à Joanne Macluphio Patriarcha, Tripolis in Phœnicia Episcopus ordinatur, ut idem de seipso narrat in Præfatione

ad

ad Tractatum Theologicum in ms. Codice Collegii Urbani de Propaganda Fide.

II. Ejus Opera.

Edidit Syro sermone *Grammaticam Linguæ Syriacæ*, Romæ in Collegio Maronitarum 1636. Item bina *Carmina* dodecasyllaba, ordine Alphabetico, in Urbanum VIII. Summum Pontificem, & in Joannem Macluphium Patriarcham Maronitarum: quæ exstant in ms. Codice Collegii Urb. de Propaganda Fide. Demùm Arabicè *Quæstiones Theologicas* per modum Interrogationis & Responsionis, de Opere sex dierum, de Paradiso terrestri, de Peccato originali, de Morte, de Limbo Patrum, de Paradiso & Inferno, de Purgatorio, de Resurrectione mortuorum, deque Judicio extremo. In eodem Cod. Urbano.

CAPUT LV.

Joseph Accurensis Maronitarum Patriarcha.

I. Josephi Accurensis Patriarchæ Maronitarum scripta.

OSEPH, Petri Accurensis Episcopi filius, de domo Alipia من بيت حليب: à Joanne Macluphio Patriarcha anno 1626. Episcopus Sidoniensis factus, insigne Sanctimonialium in Chosroëne in loco, quem Haras dicunt, Cœnobium erexit. Anno 1644. die 15. Augusti Georgio Amiræ Patriarcha substituitur. Obiit die 3. Novembris 1647. ætatis anno quarto suprà septuagesimum. Edidit Syriacè *Grammaticam*, quæ Romæ Typis Sacræ Congreg. de Propag. Fide excusa est anno 1645. & Arabicè *Carmina* diversa, quorum præcipuum locum occupat quod de Maronitis & Melchitis, deque Calendarii restitutione adversùs Orientalium calumnias scripsit. Amplum fragmentum profert Stephanus Edenensis in Vindiciis Maronitarum lib. 1. cap. 9. ubi confirmat quæ suprà de bello Maronitas inter & Melchitas orto notavi p. 504. in hæc verba:

جنوحا من اهلهحما مدهمم :
مدا وهمة احبا معلم :
مالهمم دلب المداوية
مدهلمم : ماحمما حماوم
مالحما المدلحة . هموم من
يلا مدا حالح : مالهمم هم
واهم مسلح : مالحلح من
الحرا اخلح : مالحما الب
المدلحة . واحما هب الشح
مرلهمم : سلم سرلا الامسة
مدهلمو مالمدمهم : مالحماحة
هب اهم مرهمم : مالحما
مما هب المدلحة . اهملحما
الحماو هب اهم : مالهرؤما
وحماحة مماوم : مالنوم
حلب مموهم احسم :
فنهمة الهم مدهمسة .

Ex urbe Constantinopoli castra moverunt (Mauricius & Marcianus) *uno animo cum turba inimicorum & dæmonum. Stricti in Maronitas enses. Marone deserto, Melchitis obsequuti sunt. Quidam dicto audientes fuere, neque refragati sunt, etsi ensis cervicibus eorum immineret. Alii timore perculsi, Melchitis obtemperarunt. Continuatum est bellum, donec Dux Masud descendit cum Principibus. In Amiuno exercitus signa contulere. Melchitarum strages fuit. Duces in Amiuno conciderunt, & à Maronis populo victoria stetit. Romæi autem Mauricio ædificavere templum ad hanc diem celebre.* Hæc ille. Pergit varios Melchitarum errores recensens, ac præsertim quoad Calendarium, cujus correctionem à Gregorio XIII. factam, primus in Oriente suscepit Joseph Risius Maronitarum

Patriarcha anno 1606. & Maronitis suis servandam tradidit, ut refert Edenensis in Chronico ad prædictum annum.

CAPUT ULTIMUM.

Abgarus Rex, & Archelaus Episcopus.

UT Abgari & Archelai mentionem prætermiserim & contra rationem temporis in calcem operis rejecerim, eo factum est, quod de Abgari quidem Epistola diversa esse Eruditorum judicia non ignorarem, ejusque γνησιότητα in dubium revocari; Archelai verò Disputationem ejus nomine non posse certò inscribi.

I. Abgari Edessæ Toparchæ Epistola ad Christum.

Abgari Edessæ Toparchæ Epistolam ad Christum Dominum ex ipsis Edessenorum tabulariis descriptam & è sermone Syriaco in Græcum translatam exhibet Eusebius histor. Ecclesiast. lib. 1. cap. 13. ejusque meminit S. Ephræm in Testamento, & S. Jacobus Sarugensis Homil. de Thaddæo Apostolo & Abgaro Rege, ut alios Auctores taceam, quos citat Gulielmus Cave tom. 1. histor. liter. pag.2. Nam licet Docti viri suppositionis arguant eam, quam Christus Dominus apud eundem Eusebium ad Abgarum misisse dicitur, Epistolam, (quia nimirùm, ut inquit Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, ea Epistola nunquam fuit admissa ab Ecclesia inter Scripturas Canonicas, inter quas sine dubio admissa fuisset, si ab ipso Domino scriptam fuisse constaret;) Abgarianam tamen nullo τοῦ θείου vitio laborare, mihi persuadeo, tùm quia nulla est ratio, quæ contrarium suadeat; tùm quia Abgarus legationem ad Christum misit ex omnium Syrorum Patrum sententia, à Græcis etiam Latinisque Scriptoribus confirmata: cui & Epistolam eum adjunxisse, ex communi hominum more haud improbabile est. Sed & Christi ad Abgarum Epistolam synceram esse ac genuinam, non contemnendis argumentis probat Cave loc. cit. videlicet, quia nullum in toto Epistolæ contextu apparet fraudis vel suppositionis vestigium, nihil quod Domini nostri sapientiæ, bonitati, dignitati non apprimè conveniat: quia rursùs magnum apud doctos pondus habere debet summa Eusebii fides & auctoritas, qui eandem Epistolam ex Archivis Edessenis descripsit; & quum nec ipse facilè falli potuerit, neque nobis fucum facere voluisse censendus erit: quia demùm Eusebio fidem adstruit S. Ephræm ipse Syrus & in Syrorum scriptis versatissimus, & quod propiùs adhuc, Diaconus Edessenus, cujus verba ex Testamento apud Vossium tom.3. Gulielmus producit. Verùm hæc omnia argumenta rationem doctissimi Bellarmini non superant. Quare eruditos viros conciliari posse existimo, si dixero Epistolam illam non propria quidem Christi Domini manu exaratam, aut eo dictante ab alio conscriptam fuisse, sed ex sanctissimo ejusdem ore, ut & cæteri qui in Evangeliis exstant sermones, ab Edesseno legato Jerosolymæ exceptam, mox eodem legato ad Abgarum reverso, Edessæ renunciatam, demùm à Notariis post Thaddæi adventum & Abgari conversionem in Acta publica relatam, præmissa eidem Abgari ipsius Epistola, cujus exemplar in Archivo Edesseno adhuc exstabat. Hinc Christus Dominus non alia ratione ejus Epistolæ auctor dici debet, quàm Sermonum Evangelicorum, quos proprio quidem ore protulit, literis tamen nequaquam ipse mandavit, ut & de Canticis Beatæ Virginis Mariæ, Zachariæ & Simeonis Bellarminus lib. cit. notavit, quæ non ab his, sed à S. Luca scriptis mandata sunt. At quia non à Canonico Scriptore ejus ad Abgarum verba relata sunt & scripto commendata,

data, Canonicam auctoritatem habere non possunt. Demùm de Actis Edessenis, quæ ab Eusebio referuntur, hæc laudatus Cave: *Epistolæ & Acta Edessena mihi non pari nituntur auctoritate; Acta quippè post Christi demùm ascensum confecta sunt; idque forsan à Notariis, qui rem, quam auditu acceperant, parùm accuratè intelligebant, saltem facilè hallucinari poterant; quique non nisi summa orationis Thaddæanæ capita nobis exhibent; quo verò sensu ea tradiderit, non exponunt.* Ubi loquitur Auctor de descensu Christi ad Inferos, quem Thaddæus in iis Actis confitetur.

II. Archelai Cascaræ in Mesopotamia Episcopi Disputatio cum Manete, & Epistola ad Diodorum.

Archelaus anno Christi 277. Manetem hæresiarcham ex Persarum finibus erumpentem docta Disputatione coërcuit. *Mesopotamiæ Episcopum* vocat S. Hieronymus in Catalog. cap. 72. Locum Episcopatus designant S. Epiphanius hæres. 66. Socrates lib. 1. hist. Eccles. cap. 22. & Photius lib. 1. adversùs Manichæos: videlicet, *Cascar*, vel *Carchar* indeclinabiliter, aut singulari vel plurali numero *Cascara*, & *Carchara*, quæ urbs in Mesopotamiæ finibus sita. ܟܣܟܪ *Cascar* malunt Syri antiquiores: ܓܪܓܪ *Gargar*, seù ܟܪܟܪ *Carcar*, vel ܟܪܟܐ *Carcha* recentiores. Ejus urbis Episcopus Abdas laudatur in Actis Martyrum Orientalium, quorum Epitomen suprà retuli pag. 192. In Pontificali Chaldæorum primus Diœceseos Patriarchalis Episcopus & Patriarchæ ipsius post obitum vicarius appellatur in hæc verba: ܗܘܝܢ ܡܬܦܩܝܢ ܠܗ ܠܡܫܡܫܢܐ ܘܩܪܝܢ ܠܗ ܫܡܐ ܡܪܝ ܕܟܪܟܐ ܕܒܝܬ ܟܣܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܒܝܬ ܟܣܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܟܪܟ

affirmat Photius in Biblioth. Codice 85. ubi de libris Heracliani Chalcedonensis Episcopi adversùs Manichæos: *Evertit*, inquit, *Heraclianus id quod Manichæi appellant Evangelium, & Giganteum librum, atque Thesauros. Recenset insuper eos, qui ante se in Manichæorum impietatem calamum strinxerunt, Hegemonium nimirùm, qui Disputationem Archelai adversùs ipsum Manetem perscripsit &c.* Quæ verba licet clara sint & perspicua, non tamen videtur assequutus Gulielmus Cave, dum ait loc. cit. *Photius Cod.* 85. *testatur Hegemonium quendam Disputationem Archelai adversùs Manetem perscripsisse. An verò Archelaus Hegemonii etiam nomen habuerit, vel an diversum à nostro opus fuerit, nodum solvant alii*. Nullus in iis verbis nodus. Archelaus Disputationem fecit, & Hegemonius literis consignavit.

FINIS.

ADDEN-

ADDENDA, ET CORRIGENDA.

PAGINA 15. *columna* 1. *post lineam* 36. *adde*. Sed quum Chaldæi & Assyrii, qualis certè erat Jabachues ejusque laudator Hebedjesu Sobensis, seipsos quidem *Orientales* vulgò appellare soleant, Mesopotamenos verò & Syros *Occidentales*, uti ex Arabicis & Syriacis Abulpharagii seù Barhebræi operibus notissimum est; per *Papam Occidentis* Antiochenum potiùs Patriarcham hoc loco designari existimo. Alludit enim Sobensis per ea verba, ut modò ajebam, ad Canonem Nicænum Arabicum, quem suprà retuli pag. 9. ubi S. Eustathius, qui tùm Antiochenam Sedem regebat, rogatu Nicænorum Patrum consensisse dicitur, ut Episcopus Seleuciæ Primatiali honore decoratus, Assyriis, Chaldæis & Persis Christianis præesset, eisque Metropolitas consecraret, *ne Orientales*, ut in laudato Canone dicitur, *Patriarcham Antiochiæ ob necessitates suas consulentes, aut ab eodem in patriam remeantes, ullum detrimentum patiantur, neve Ethnici* (Persarum nempè Rex & Satrapæ) *occasionem inveniant nocendi eis*, ceù rebellibus, & qui à Persarum ditione ad Romana castra transfugerent. Ad eum igitur, hoc est, ad S. Eustathium, tamquam ad proprium Patriarcham scripsit, ut opinor, Jabachues Chaldæus, fortassè gentilium suorum nomine rogans, ut Christianorum, qui in ditione Persarum degebant, commiseratione motus, Primatem eis ordinari permitteret, qui cunctas eorum necessitates, Patriarcharum instar, sublevaret.

Pag. 19. *col.* 1. *à lin.* 20. *usque ad lin.* 29. *dele*: *scilicet ab iis verbis*: Is nimirùm, qui è monacho ad Episcopatum urbis Telæ seù Constantinæ &c. *usque ad* ann. Græcorum 814. Christi 503. Nam Theodoretus, qui vitam Baradati describit in Philoth. cap. 79. Historiam suam Religiosam terminavit circa annum Christi 444. ut ostendit Pagius num. 14. Si igitur anno 444. Baradatus jam senex erat, fieri nequaquam potest, ut is esset, qui Ecclesiam Telæ seù Constantinæ in Mesopotamia anno Græcorum 814. Christi 503. regebat. Quidquod Baradatum illum ab omnibus quidem Scriptoribus sanctissimum monachum appellari video; à nemine Episcopum.

Pag. 22. *col.* 2. *post lin.* 49. *adde*. Hæc scribebam, quum Armenorum quorundam testatione hìc in Urbe accepi, Venetiis in Hospitio Monachorum S. Antonii ejusdem nationis præclarum Codicem exstare Armeno sermone exaratum, in quo plures Jacobi Nisibitæ Tractatus ad S. Gregorium Armeniæ Illuminatorem scripti legerentur. Itaque Reverendissimum Petrum Mechitar eorundem Monachorum Abbatem, virum pietate & doctrina insignem mihique amicissimum, per literas rogavi, ut eum Codicem à quopiam erudito monacho describi & ad Vaticanam Bibliothecam transmitti curaret. Hæc eo continentur. *S. Gregorii Illuminatoris Epistola ad S. Jacobum Nisibis Episcopum*. Rogat, ut Tractatum sibi perscribat de iis quæ mox recensebo. *S. Jacobi Responsio ad S. Gregorium*. Transmittit ei sequentem Tractatum in Capita 18. divisum: videlicet. 1. *de Fide*. 2. *de Caritate*. 3. *de Jejunio*. 4. *de Oratione*. 5. *de Pugna spirituali*. 6. *de Pietate*. 7. *de Pœnitentia*. 8. *de Resurrectione mortuorum*. 9. *de Humilitate*. 10. *de Pastorum officiis*. 11. *de Circumcisione adversùs Judæos*. 12. *de Sabbato adversùs eosdem*. 13. *de delectu ciborum*. 14. *de Paschate*. 15. *de Gentium electione, & Judæorum reprobatione*. 16. *Christum*

ſtum eſſe Filium Dei. 17. *de Virginitate & caſtitate, adversùs Judæos*. 18. *Adversùs Judæos, qui Meſſiam expectant, ut eorum diſperſionem colligat*. Demùm, *Epiſtola ejuſdem S. Jacobi ad Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos Seleuciæ & Cteſiphontis, de diſſenſionibus & contradictionibus, quæ ex ſuperbia oriuntur, deque ambitione*. Ubi tangit Schiſma, quod in Aſſyria propter Papam Aghæi filium Seleuciæ & Cteſiphontis Epiſcopum obortum eſt, de quo ſuprà in Vita S. Milleſii dixi pag. 186. Et hæc quidem Jacobi opera genuina eſſe, facilè mihi perſuadeo, tùm quia quæſtiones eorum dumtaxat temporum proprias continent; tùm etiam quia eorum pleraque à Gennadio indicantur; tùm demùm quia illud ſchiſma, de quo Jacobus in Epiſtola ad Clerum Seleuciæ & Cteſiphontis loquitur, ſub ejuſdem Jacobi ævum contigit, uti ex laudata S. Milleſii vita colligitur, in qua Milleſius dicitur Jacobum noſtrum Niſibi prius conſuluiſſe, quàm ad Synodum illam in cauſa Papæ Seleuciensis habitam ſe conſerret.

Pag. 117. *col.* 2. *lin.* 14. *poſt ea verba*, damnatus fuit in Synodo ſub Menna, *dele ſequentia, & hæc ſubſtitue*. Antiquiorem iſto Zoaram, eumque martyrem celebrant Syri, cujus Templi in urbe Amida meminit Zacharias Meletinenſis in Chronico Syriaco Vatic. ad ann. Chriſti 503. quo ea urbs à Perſis capta eſt. Ejuſdem mentionem facit & Dionyſius Patriarcha in Chronico fol. 124. *& reliqua, ut ibi*. Nam Templum illud non Zoaræ hæretico, qui circa annum 530. vivebat, dicatum fuit, ſed martyri, cujus nomini inſcriptum erat jam ab anno 503.

Pag. 155. *col.* 1. *lin.* 47. *poſt ea verba*, Metebinos, vel Metebonos nuſquam hactenus in monumentis Syrorum legimus: *adde*, niſi dicamus, id non urbis, aut loci, ſed profeſſionis monaſticæ nomen eſſe, derivatum à voce Syriaca ܡܬܒܢܐ *Methajono*, contemplator: quod etymon huic ſermoni de virtutibus & vitiis ad monachos ſcripto apprimè videtur convenire.

Pag. 192. *adde hanc notam ad vocem Maſebdanum, quæ legitur col.* 1. *lin.* 15. *Maſendanum* malè vertit Pocockius in hiſtor. Dynaſt. ad annum Hegiræ 165. ſub Al-mohdio Calipha, & alibi non ſemel.

Pag. 202. *col.* 2. *lin.* 22. *dele ab iis verbis*, & quidem Ibam &c. *& hæc ſubſtitue*. Et quidem Ibam ineunte anno Chriſti 457. in vivis fuiſſe, colligitur ex Tom. IV. Conc. p. 861. ubi inter illos Epiſcopos recenſetur, quos Leo Imperator per Epiſtolam Encyclicam de Concilio Chalcedonenſi deque ordinatione Timothei Æluri conſuluiſſe dicitur. Vide Baluzium to. 1. p. 1423. Non enim Ibas cum aliis Epiſcopis ſubſcripſit precibus Leoni Imperatori miſſis pro Concilii Chalcedonenſis confirmatione, ut ibi ſcripſi, ſed Leo Imp. ad Ibam ſcripſit, ut modò ajebam. In errorem me induxit Pagius, qui hæc de Iba ad annum 451. num. 53. *In Synodo poſteà Chalcedonenſi Ibas in eam Sedem reſtitutus, eam obtinuit uſque ad annum* 457. *quo cum aliis Epiſcopis ſubſcripſit precibus Leoni Imp. miſſis pro Concilii Chalcedonenſis confirmatione, ut legitur Tom. IV. Concil. pag.* 861. At ibi non legitur, Ibam preces ad Leonem Imp. miſiſſe, aut iis ſubſcripſiſſe, ſed Leonem ad Ibam dediſſe celeberrimas illas circulares literas Evagrio & aliis Scriptoribus memoratas: quibus tamen ille morte præventus ſubſcribere non potuit, ſed Nonnus Ibæ ſucceſſor iis ſubſcripſit.

Pag. 233. *col.* 1. *lin.* 35. *ante ea verba*, Hactenus in Cod. Nitr. V. *adde*. Exſtat & Iſaaci Carmen heptaſyllabum in SS. Sergium & Bacchum ad calcem Codicis Nitrienſis V. acephalum tamen, & cujus vix pauci aliquot verſus legi queant.

Pag. 234. *col.* 2. *ad calcem adde*. Quinque Iſaaci Sermones de Incarnatione laudat Stephanus Edenenſis in

in Vindiciis Maronitarum lib. 3. in Respons. ad Object. 3. de duabus Christi voluntatibus, ubi hæc habet verba: فان مار اسحق تلميذ افرام فى محاورته للذين بلبلوا طبايع الرب هكذا يقول فى الميمر الذى بدوه: [illegible] وهذا الميمر مع اربعة اخر عن تجسد الرب وطبيعتيه من قول مار اسحق المذكور قد اضافهم الشدياق عيسى ابن القس يوسف الحقلانى فى مدخل مئة الف وخمسماية مميحية الى رسالة يوحنا مارون فى طبيعتى الرب. والكتاب هو عندنا بسيدة قنوبين. وتجدها ايضا بين المياموا التى كانوا ابائنا المتقدمين يقرونها فى مدا السنة ونسختها فى سيدة حوقا على رق بخط اسطرنكالى فى العدد اثنين وخمسين: [illegible]

Mar Isaac, Ephræmi discipulus (qua ratione dixi pag. 208.) *contra confundentes Domini naturas disputans, sic loquitur in eo Sermone, cujus initium*, Quamquam, Domine, audacia sit, *quemque cum aliis quatuor de Incarnatione & duabus Domini naturis ejusdem Isaaci operibus Subdiaconus Esau filius Josephi Ecchellensis Presbyteri sub initium anni Christi* 1500. *exscripsit, & Epistolæ Joannis Maronis de duabus Domini naturis adjecit: quem librum habemus penes nos in S. Maria in Canobin: Hi autem sermones cum reliquis à majoribus nostris pro temporibus anni legi solebant, quorum exemplar in cœnobio S. Mariæ in Hauca in membrana charactere stronghilo num. 52. reperies.* Deus se nostro corpore induit: ex ventre, nostri instar, prodiit &c.

Pag. 334. *col.* 2. *lin.* 4. *delenda ea verba*: desinit in hæc verba, & constituta fuit Ecclesia &c. *& horum loco dicendum*: mutilus in fine. Non enim sextus de Moyse sermo in ea verba desinit, sed quintus, qui de Moyse & Amalec inscribitur, ut liquet ex Cod. Nitr. V.

Pag. 360. *col.* 2. *lin.* 7. *ad vocem* Euzeliæ, *hanc Notam appone*: Rectiùs Auzalitarum. Est enim *Auzal* urbs in Arabia Felice juxta mare Rubrum, quæ *Auzara* dicitur Plinio hist. natur. lib. 12. cap. 16. *Auzal*, seù ut vertit Latinus Vulgatæ Interpres Gen. 10. v. 27. *Uzal* Jectanis filius ei nomen dedit. Arabes hodie صنعا *Sanaa* appellant. Vide Sam. Bochart. lib. 1. cap. 21.

Pag. 364. *in fine primæ Notæ*, dilectioni tuæ, *adde*. Insuper corrigendus amanuensis, qui Acta Arethæ & Sociorum Martyrum ex Metaphraste descripsit Codice Græco 1. pag. 180. ubi id factum narratur *anno Justini* 5. *Indictione* 2. Pro anno 5. Justini substitui debet *annus* 7. in quem *Indictione* 2. incidit, ut disertè habetur in altero Codice Græco.

Pag. 384. *in* 2. *Not. col.* 2. *lin.* 14. *post ea verba*, Regem Suachinorum, *delenda quæ sequuntur*, fortassè Nubiæ aut Homeritarum, unde in Æthiopiam aditus ex Ægypto, & *hæc intra parenthesim substituenda*. (Sycominum appellat Philostratus in vita Apollonii Tyanei, ubi, *Ægyptus*, inquit, *Æthiopiaque terminatur*. Vide Photium in Biblioth. Codice 241.

Pag. 424. *col.* 2. *num.* 19. *post ea verba*. Adæus Edessam ingressus die 28. Augusti anno 844. obiit ann. 852. *adde hæc*. Amazonius appellatur in subscriptionibus Patrum Quintæ Synodi, cui & complures Syri Episcopi subscripsisse dicuntur; videlicet, Amazonius Episcopus Edessenorum, Cyriacus Amidenorum, Theodosius Hierapolitanorum, Abrahamus Sergiopolis, Thomas Circesii, Sergius Hymereorum, Theodorus Ingilon urbis, Julianus Zeugmatis, Julianus Betnon, hoc est Batnarum, & Paulus Anchiali.

Pag. 430. *col.* 1. *lin.* 9. *ante numerum* 3. *hæc adde*. Sigebertus Gemblacensis in catalogo cap. 47. ad annum 470. Sixtum Episcopum his verbis memorat: *Sixtus Episcopus scripsit*

psit Librum de vita hominis perfecta. Tres Xysti Papæ sermones (*de divitiis, de malis doctoribus & operibus fidei, & de castitate*) edidit Jacobus Salvator Solanius in Biblioth. Parisiens. tom. 5. pag. 782. Nihil in iis esse, quod cum operibus Xysti nostri conveniat, collatione facta didici. Sed & eos Sermones Xysto Papæ falsò tribui, jam observarunt Viri docti.

Pag. 495. *col.* 1. *ad calcem adde*. De Chrismate Carmen dodecasyllabum, cujus initium: ܡܫܚܐ ܕܫܘܡܢܐ ܕܡܠܐ ܟܠܗ ܒܝܬܐ ; *Purum Chrisma, quod suavi odore Ecclesiam replevit*. Exstat Codice Nitr. V. fol. 452. licet Jacobo Sarugensi perperàm tribuitur Cod. Syriaco VIII. fol. 246. ut notavi p. 332.

INDEX

INDEX
CODICUM MSS.
QUOS
CLEMENS XI. PONT. MAX.
Bibliothecæ Vaticanæ addixit.

CODICES NITRIENSES.

Omnes Syriaci, præter Codicem vigesimum, qui Arabicus est.

I (nunc 12)

Quatuor *Evangelia* Syriacè exarata in urbe Edessa in Mesopotamia, mense Junio anni Græcorum 859. *Christi* 548. cura & sollicitudine Eusebii, pro Monasterio S. Thomæ, sub Abbate Sergio, & Presbyteris Moyse, Sergio atque Sodale, & Archidiacono Isaia: Assuta & compacta primùm mense Augusto anni Græcorum 1029. *Christi* 718. sub Patriarcha Elia, dum Uremam Castrum ad ripam Euphratis situm, in quo Codex iste asservabatur, unàcum reliquis Castris in Mesopotamia sitis tertiùm visitaret, à Presbytero Barhadbesciaba ejusdem Patriarchæ Eliæ Syncello. Iterùm assuta & compacta sub Patriarcha Athanasio Eliæ Discipulo ac successore à Syncellis ac Presbyteris Bar-hadbesciaba & Sergio anno Græcorum 1039. *Christi* 728. Demùm in Scetensi S. Mariæ Syrorum Monasterio, quò Codex è Mesopotamia translatus fuerat, à Denha ex monte Edessæ anno Græcorum 1391. *Christi* 1081. sub Abbate Gabriele, & sub altero Gabriele Baxarumensi. *Quæ omnia initio & ad calcem ejusdem Codicis adnotantur.*

Codex in foliis membranaceis 204. Chaldaicis, seù Estranghelis, ut vocant, hoc est, στρογγύλοις, sivè rotundis, vetustissimisque Syrorum characteribus nitidissimè exaratus. In margine numerantur sectiones Eusebianæ, cum reductione earundem ad decem illos celeberrimos Canones, de quibus vide in Prolegomenis ad Biblia Polyglotta. Ad calcem verò marginis studiosissimè confecta est Harmonia Evangelica, seù Concordia Evangelistarum ex mente Eusebii Pamphili Cæsareensis, positis primùm Evangelistæ, cujus ibi Evangelium describitur, sectionibus, seù potiùs Versiculis; deinde indicatis aliorum Evangelistarum, in quibus cum illis concordant, locis.

cum indice lectionum partim octodecim interstitiorum partim recentiorum in marg. Lectiones autem ex Matth. numerantur 75, ex Marc. 44, ex Luc. 74, ex Joh. 44 (Loesd. f. 124 hist. adulterae) — Inp. Matth. f. 1 — Marc. f. 58 — Luc. 94 — Joh. 1.455. Sectiones parcui cum Lardner alquorum ed. sequente.

I I (nunc 13).

Quatuor Evangelia Syriacè scripta à Joanne in castro Urema sub Theodoro Episcopo, mense Septembri, anno Græcorum 1047. *Christi* 736. Visa, & emendata à Georgio Episcopo: quæ olim pertinuerant ad Abraham Episcopum Hadetensem: deinde ad Lazarum Presbyterum & Monachum Tur-Abdinensem, ex oppido Beth-Manhem, qui mense Julio, die 8. anni Græcorum 1522. (*Christi* 1211.) hunc Codicem assuit, compegit, cooperuitque, & auro argentoque ornatum dono dedit Scetensi Syrorum Monasterio, ut liquet ex annotatione Joannis Episcopi Damasceni, qui à Joanne Antiocheno Jacobitarum Patriarcha ad Joannem Coptorum Alexandrinum in Ægyptum allegatus fuerat, unàcum Abraham Abbate Daximatensi, & Cyrio Lazari Monachi ex sorore nepote.

In foliis membranaceis 338. Chaldaico, seù Estranghelo charactere exaratus. In prioribus quatuor ejusdem foliis

Inp. Matth. f. 6, Marc. f. 93, Luc. f. 154, Joh. f. 264

præfigitur Index Lectionum per anni circulum. Notatur in margine distinctio Evangeliorum in versiculos, seù parvas sectiones, quæ in Matthæo numerantur 426. in Marco 269. in Luca 402. in Joanne 271. Et sub unaquaque Sectione numerus Canonum, ad quos illa reducitur; ut hinc pateat, versiculos Eusebii Cæsareensis alios esse apud Syros ab iis, qui in manuscriptis Græcis & Ægyptiacis cernuntur. Ad calcem singulorum ferè foliorum accuratè descripta est Harmonia Evangelistarum, in qua concordantes inter se Versiculi per literas numerales indicantur. Præterea recentiori manu, quæ videtur esse Lazari Monachi, adjunctus in margine legitur numerus Sectionum, seù Capitum, ut vocant, majorum, quæ in Matthæo in margine sunt 73. in corpore 9. omnes simul 82. In Marco in margine 37. in corpore 6. summatim 43. In Luca in margine 70. in corpore 5. summatim 75. In Joanne in margine 39. in corpore 8. summatim 47. Lectiones verò, quæ in corpore eadem qua Codex manu exaratæ sunt, in Matthæo numerantur 22. in Marco 2. in Luca 14. in Joanne 11. Quæ autem ad marginem recentiori manu ante annum Christi 1211. adnotatæ sunt, in Matthæo 63. in Marco 42. in Luca 64. in Joanne 43. In quibus quum Severi Patriarchæ Antiocheni mentio fiat fol. 302. palàm fit, scriptorem earumdem Jacobitica hæresi infectum fuisse. In fine uniuscujusque Evangelii tàm in hoc, quam in priori Nitriensi Codice, diligenter adnotatur, quo quisque Evangelista sermone primùm conscripserit: nimirùm, Matthæus Hebraicè in Palæstina, Marcus Latinè Romæ, Lucas Græcè Alexandriæ, Joannes item Græcè Ephesi.

I I I (nunc 25)

Cf. Renaudot II, 1-29, sed hic plerique martyrum inveniuntur quam apud ipsum.

Ordo Missæ Syriacæ, juxta Ritum Jacobitarum f. 1

Dionysii Barsalibæi Episcopi Amidæ Precationes duæ, quæ recitantur à Jacobitis ante Orationem Dominicam, dum Hostia frangitur.

Proœmia, & *Lectiones* ex Apostolo & Evangelio per annum f. 17

Dionysii Barsalibæi Orationes duæ, quæ à Jacobitis in Missa recitantur Feria v. & Sabbato Majoris Hebdomadæ, loco Orationis, quæ pro Pace appellatur f. 42v

Anaphora, seù *Liturgia Jacobi* Fratris Domini. f. 47 *Ignatii* Patriarchæ, qui & Joseph f. 61v Bar-Vahib Mardenus. f. 76v *Joannis* Patriarchæ, qui & Bar-Maadani. *Gregorii* f. 89v Catholici, hoc est, Primatis Orientis, qui & Abulpharagius, seù Barhebræus. *Gregorii* Theologi Episcopi Nazianzeni. f. 100 *Clementis* Romani. *Michaelis* Patriarchæ Antiocheni. f. 113v-126v *Athanasii* Patriarchæ Alexandrini. f. 134v *Cælestini* Papæ. f. 145 (mutil.) *Jacobi Baradæi*, seù Zanzali. f. 153-160 *Jacobi* Episcopi Sarugensis. f. 171 *Jacobi* Episcopi Edesseni. f. 179v *Dionysii* Barsalibæi Episcopi Amidæ. f. 192v *Ignatii* Theophori Antiocheni Episcopi. f. 205v. *Cyrilli* Alexandrini. f. 205v-216v = 2a apud Renaudot *Philoxeni*, seù Xenajæ, Episcopi Mabugensis, hoc est, Hierapolitani. f. 227v *Duodecim Apostolorum*, quæ S. Lucæ Evangelistæ inscribitur. f. 233, inp. Sousparis *Petri* Apostolorum Principis. f. 235-245 *Joannis* Evangelistæ. *Marci* Evangelistæ. f. 253v *Joannis* Chrysostomi. f. 264-269 *Matthæi* Pastoris. *Joannis* Episcopi Haran, Chaburæ, & Nisibis. f. 243v *Xysti* Papæ.

Dionysii Barsalibæi altera Anaphora f. 277v

Clausulæ, & *Benedictiones* in fine Missæ. f. 281v

Anaphora S. Petri Principis Apostolorum, quæ major appellatur, inp. Barcelos quia eius sacra solus potest f. 286v

In 4. *Bombycin.* exaratus in Scetensi S. Mariæ Syrorum Monasterio à Jacobo Abdallæ Syro anno Græcorum 1793. (Christi 1482.) & ab eodem amanuensi eidem Monasterio dono oblatus, uti ad calcem adnotatur: quam donationem die 13. Martii anni Græcorum 1827. proprio chirographo confirmavit Gregorius Jerosolymæ Episcopus Jacobita sub Severo, qui & Cyriacus, præfati Monasterii Abbate, uti initio ejusdem Codicis legitur. Constat foliis 293.

I V (nunc 26)

Dionysii Barsalibæi Orationes duæ, quæ à Jacobitis loco Orationis pro Pace in Missa recitantur Feria v. & Sabbato Majoris Hebdomadæ f. 1

Anaphora Jacobi Apostoli fratris Domini f. 1

Preces diversæ, quas Proœmia vocant, & *Lectiones* ex Evangelio in Missa recitandæ f. 35v

Anaphora Ignatii Patriarchæ, qui & Joseph Bar-Vahib Mardenus. f. 61v *Joannis* Patriarchæ, qui & Bar-Maadani. f. 76v *Dioscori* Alexandrini. f. 62 *Cyrilli* Alexandrini. f. 77 *Marci* Evangelistæ. *Joannis* Patriarchæ, qui & Ananias Xenajas. f. 91v-102 *Ignatii* Theophori. f. 122 *Joannis* Chrysostomi. f. 137v *Maruthæ* Tagritensis. f. 150v-163 *Jacobi* Edesseni, qui & Commentator Librorum. f. 175 *Petri* Principis Apostolorum: quæ major appellatur. f. 185v *Philoxeni*, seù Xenajæ, Mabugensis. f. 199v-215 *Gregorii* Theologi. *Basilii*, seù Philoxeni Episcopi Bagdadensis.

denſis, qui & Lazarus Bar-Sabta. *Clauſulæ*, & Benedictiones in fine Miſſæ recitandæ *f. 229v*

Proœmia, & Lectiones ex Evangelio *f. 238v*

In 4. Bombycin. 251. Codex ſcriptus ab Abraham Monacho in Monaſterio Sanctæ Mariæ Syrorum in deſerto Scetes, quod Sciahit, hoc eſt, trutinam cordium vocant, die 5. Junii, anno Græcorum 1795. (*Chriſti* 1484.) ſub Ignatio Antiocheno, & Joanne Alexandrino Jacobitarum Patriarchis, rogatu Monachi ac Presbyteri Joannis Ezechielis Copti, viri in lingua Syriaca, Arabica, & Ægyptiaca peritiſſimi, & ope Moyſis Presbyteri ac Monachi, uti ad calcem adnotatur.

V (nunc 147)

Jacobi Sarugenſis Batnarum Epiſcopi & Doctoris, in Currum quem vidit Ezechiel Propheta, Homilia metro dodecaſyllabo, ſeù tetraſyllabo ter repetito: *quod & de ſequentibus ejuſdem Sarugenſis Homiliis intelligendum*. De Eccleſia Homilia, quæ in ejus Dedicatione legitur. De Encœniis Eccleſiæ. De illapſu Altiſſimi ſuper Montem Synai, quod eſt Eccleſiæ ſymbolum. De Domino noſtro & Jacob, de Eccleſia & Rachel, deque Lia & Synagoga. De Thamar & Eccleſiæ ſymbolo. De Viſione Jacob in Bethel, & de ſymbolo Eccleſiæ. De Velo Moyſis, Homilia, quæ in Dedicatione Eccleſiæ legi poteſt. De Annunciatione Zachariæ *f. 1v*

Joannis Chryſoſtomi homilia de Annunciatione Zachariæ, quando ab Angelo revelata ei fuit Nativitas Joannis Baptiſtæ *f. 28*

Ephræm Syri de Annunciatione Deiparæ, ſermo heptaſyllabus, *quod & de ſequentibus ejuſdem Ephræmi ſermonibus intelligendum f. 29v*

Jacobi Sarugenſis homilia de Annunciatione Deiparæ. De profectione Deiparæ ad Eliſabeth. De Nativitate Chriſti Homiliæ IV. ubi etiam de Stella quæ apparuit Magis, deque Puerorum cæde. In illud Iſaiæ, *& vocabitur nomen ejus Emmanuel*. In illud Iſaiæ, *& vocabitur nomen ejus Admirabile*. De Balaam & Balac, deque Nativitate Chriſti. In illud, *Venite faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, & de Nativitate Chriſti. Quare Dominus triginta annos in mundo egit, antequam miracula edere inciperet: congruit ſingulis Domini feſtivitatibus. De Sancta Virgine Dei genitrice Maria *f. 31*

Ephræm Syri Sermo de Virgine Deipara *f. 67*

Jacobi Sarugenſis de Virgine Deipara, & adverſùs curioſos divinorum myſteriorum ſcrutatores *f. 67v*

Iſaac Syri de Magis & Infantium cæde, ſermo heptaſyllabus *f. 70v* alias a Ephraemo tribuitur

Jacobi Sarugenſis de Infantium cæde. De Moyſe Propheta & de Infantium cæde: deque Pharaone & Herode *f. 74*

Severi Patriarchæ Antiocheni homilia de SS. Baſilio & Gregorio, habita in Templo S. Ignatii Martyris *f. 78*

Jacobi Sarug. de Conſtantino Imperatore, deque Synodo Patrum trecentorum decem & octo, qui Nicææ convenerunt: congruit hæc homilia commemorationi SS. Baſilii & Gregorii. De Chriſti Baptiſmo. De Legis, Joannis, & Chriſti Baptiſmo. De Torrente, quem vidit Ezechiel Propheta. De deſponſatione Rebeccæ, deque myſteriis & ſymbolis, quæ in ea continentur. De Samaritana *f. 80*

Iſaac de Samaritana Sermones V *f. 97*

Jacobi Sarug. de decollatione S. Joannis Baptiſtæ. De laudibus S. Joannis Baptiſtæ *f. 104v. 107*

Georgii Diſcipuli Jacobi Sarugenſis, encomium metro dodecaſyllabo in eundem Jacobum *f. 110*

Jacobi Sarugenſis de Stephano Archidiacono & Protomartyre *f. 115*

Joannis Chryſoſtomi homilia in S. Stephanum Protomartyrem *f. 116v*

Jacobi Sarugenſis de Jona Propheta & Ninivitis *f. 117*

Ephræm ſermo de Jona & Ninivitis *f. 132v*

Jacobi ſermo adverſùs Synodum Chalcedonenſem, qui congruè legi poteſt in Commemoratione Severi Patriarchæ. *Hunc Jacobitæ cujuſpiam fœtum eſſe, oſtendi pag. 294. f. 139v*

Jacobi Sarugenſis de Præſentatione Domini in Templum, & de Simeone ſene. In illud Simeonis ſenis, *Hic poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael*. De Sacerdotibus Epitaphium. De Sepultura Moyſis principis Prophetarum Homilia, quæ congruè legi poteſt in commemoratione Sacerdotum defunctorum. De Sacerdotibus Epitaphium *f. 140v*

Ephræm de Sacerdotibus defunctis *f. 150v*

Jacobi Sarugenſis de Aaron Sacerdote Epitaphium, quod congruè legi poteſt in commemoratione Sacerdotum defunctorum *f. 151v*

Ephræm de Aaron Sacerdote *f. 152*

Balæi de Aaron Sacerdote epitaphium tetraſyllabum *f. 152v*

Jacobi Sarugenſis de Sacerdotibus & Regibus

bus defunctis, deque reliquis defunctorum gradibus f. 153v
Ephræm de Timore Dei & consummatione sæculi. Legitur in hebdomada Sacerdotum defunctorum f. 153v
Jacobi Sarugensis de Constitutione Adæ. De consummatione sæculi, & Judicio homiliæ II. De defunctis homiliæ III f. 158v
Isaac de defunctis II f. 163v
Jacobi Sarugensis de defunctis. De miraculo, quod fecit Dominus in Cana Galileæ. De Jejunio homiliæ III f. 165
Ephræm de Jejunio f. 178
Jacobi Sarugensis in illud Domini, *nolite jurare omnino* f. 179
Ephræm in illud, *Pone Domine custodiam ori meo, & custodiam labiis meis* f. 181v
Jacobi Sarugensis Paræmetica f. 183
Ephræm Testamentum f. 184
Vita S. Ephræm, Auctore Anonymo, quæ in Syrorum Ecclesia in ejus commemoratione legitur f. 187v
Jacobi Sarugensis de miraculis quæ fecit Dominus. In illud, *Quid prodest homini, si mundum universum lucretur; animæ verò suæ detrimentum patiatur?* In illud, *Simile est Regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum*. De Pœnitentia f. 195v
Ephræm de Pœnitentia II f. 202-203v
Jacobi Sarugensis Paræmesis, & de Pœnitentia f. 205
Isaac de Pœnitentia f. 207v
Jacobi Sarugensis de Pœnitentia II f. 208
Ephræm in illud Ecclesiastæ, *omnia vanitas & afflictio spiritus*. Paræmesis. In illud Isaiæ, *tollatur peccator, ne videat gloriam Dei* f. 211-213
Jacobi Sarugensis de consummatione sæculi, & de Judicio, II. In illud Domini, *quum spiritus nequam ex homine exierit, circumvagatur per loca arida*. De decem drachmis & centum ovibus f. 217
Ephræm Deprecatio f. 223v
Jacobi Sarugensis de divite & Lazaro. Paræmesis, & adversùs blasphemos f. 225
Ephræm de reprehensione & correptione, Paræmeses II f. 236
Isaac de Defunctis f. 245v
Jacobi Sarugensis de consummatione sæculi & judicio. De Chananæa. De filia Jairi Archisynagogi. De Zacchæo publicano. De Operariis vineæ Domini. De filio qui bona sua dissipavit, II. De Publicano, & Pharisæo, qui in Templum ad adorandum ascenderunt. De Pœnitentia. De Adæo Apostolo, & Abgaro Edessæ Rege. In illud Domini, *facilius est, camelum per foramen acus intrare, quàm divitem in regnum Dei*: deest initium, quod tamen ex Cod. Arabico suppleri potest. De præceptorum Dei observatione, & Paræmesis. De Oratione Dominica. De juvene, qui dixit Domino, *quid faciam, ut vitam æternam possideam*. In illud Domini effatum, *simile est Regnum cælorum grano sinapis*. In illud *Qui gloriatur, in Domino glorietur*. De Paradiso, & Gehenna f. 246v
Isaac, de Humilitate. *Ephræmo tribuitur in aliis Codicibus* f. 285
Jacobi Sarugensis de consummatione sæculi. De Antichristo, & de secundo Christi adventu. De Sanctis Quadraginta Martyribus. De tribus defunctis, quos ad vitam Dominus vocavit. De illo, qui ab Jerusalem descendens in Jericho, incidit in latrones. In illud, *simile est Regnum cælorum thesauro abscondito in agro*. De Eucharistia, &, quod Dominus in Scripturis cibi potusque nomine agnoscitur. De muliere curva. De quinque panibus, & duobus piscibus. Paræmesis, & de paupertate & humilitate. De amore pecuniæ. In illud, *Vanitas vanitatum*. De pauperis gemitu. Paræmesis f. 287-287
Isaac de filio prodigo, II. In illud, *nisi conversi fueritis, & efficiamini, sicut parvuli*, III. In illud, *Bonum est confiteri Domino*. De Perfectione f. 317v
Jacobi Sarugensis de consummatione sæculi. De filio viduæ, quem Dominus suscitavit. De Hemorrhoissa. De filia Jephte. De Ozia Rege, & Isaia Propheta. Adversùs Judæos, homiliæ VII. De pugna Christi cum Diabolo. De David, & Goliad. De Lazaro, quem Dominus suscitavit f. 324v
Ephræm de Lazaro, & de Ecclesiæ symbolo. De Hosannis, seù de ingressu Domini in urbem Jerusalem f. 362v
Jacobi Sarugensis de Hosannis. De ficu, cui Christus maledixit. De Passione Domini, homilia in sex partes divisa. De parabola Vineæ. De parabola decem Virginum. De Rege, qui fecit nuptias filio suo f. 367v
Joannis Chrysostomi homilia de Passione Domini, habita in Ecclesia Asiæ, ubi exul erat f. 397 inedita
Jacobi Sarugensis de Abraham & Isaac. De Samsone. De Abel & Cain, IV. De Joseph Patriarcha, X. De vacca rubra, quæ pro populo ex legis præscripto comburebatur. De Hirco, qui pro populo mactabatur. De duobus Passeribus, quorum alter ad fontem aquarum juxta legem necabatur, alter pro peccato dimittebatur. De Synagogæ adulterio. De Samsone, & de justorum lapsu. De serpente æneo f. 399

Geor-

Georgii Arabum Episcopi de Chrismate *f. 452v*
Jacobi Sarug. de Peccatrice *f. 457*
Ephræm de Peccatrice. De Fide III *f. 460v*
Isaac de Fide *f. 473*
Jacobi Sarug. de Fide. De crucifixione Domini, homiliæ VI. quarum III. inscribitur, *de abnegatione Petri*, & V. *de cherub & latrone*. De sepultura Christi. Corpus Christi passibile fuisse ac mortale ante resurrectionem. De Resurrectione Domini H. In illud Apostoli, *Unus est mediator Dei & hominum homo Christus Jesus*. De Eucharistia, seù de sacramentorum perceptione. In illud Apostoli, *mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi*. De perceptione sanctorum sacramentorum. De idolorum lapsu. De Thoma Apostolo, & de Resurrectione Domini. De Ascensione Domini. De Pentecoste *f. 476*
De urbe Antiochia, quomodo conversa est per prædicationem Simonis Petri, Joannis & Pauli Apostolorum, Carmen dodecasyllabum ex apocryphis Apostolorum periodis desumptum, & Jacobo tributum *f. 522*
Jacobi Sarug. de Paulo Apostolo II. *f. 526v*
De Thoma Apostolo, & de Palatio quod in excelsis ædificavit, carmen dodecasyllabum Jacobo tributum *f. 532*
De Andrea Apostolo, carmen heptasyllabum Ephræmo tributum *f. 536*
Jacobi Sarug. de monte Thabor, seù de Transfiguratione Domini. De Sancta Cruce. De Constantino Imp. deque lepræ ejus mundatione. De extensione manuum Moysis & de bello adversùs Amalec: quod est symbolum Crucis. De S. Simeone Stylita. De SS. Samona & Gùria martyribus. De S. Abibo martyre *f. 537v*
Isaac de Monachis & Anachoretis. De Sergio & Baccho martyribus *f. 555*
In fol. maxim. bombyc. 559. exaratus circa annum Christi 1100. in Scetensi S. Pisois Syrorum cœnobio ex antiquis ejusdem loci manuscriptis sub Joanne Abbate, Basilio œconomo, & monachis Zoche, Gabriele, Gabriele altero, Sergio, Josepho, Josepho altero, Aaron, Josue, Josue altero Diacono, Simeone, Barsauma, Bricha, Moyse, Michaele Diacono, & Basilio.

V I *(nunc 110)*

Ephræm Syri Expositio in Genesim, & Exodum. *f. 77*
In 4. membran. 96.

V I I *(nunc 111)*

Ephræm Syri de Ecclesia hymni 52. De Virginitate 51. De Fide 87. Adversùs Hæreses 56. De Paradiso 15. *f. 22-57 primi hymni: f. 94v-128.*
In fol. membran. 146. Scriptus die 21. Decembris anni Græcorum 834. (*Christi* 523.) *De Virgin. 3 & aliae variae argumenti.*

V I I I *(nunc 112)*

Ephræm Syri de Paradiso Hymni XI. De Nativitate Domini, XV. *f. 39v*
In 4. membran. 91. Exaratus à Barlaham Scriptore Edesseno in Sarmin pro monasterio S. Danielis, quod in monte Sciulac situm est, die 20. Februarii, anno Græcorum 863. (*Christi* 551.) feria 2. Jejunii. Emptus autem unàcum aliis 250. Codicibus à Moyse Nisibeno Abbate monasterii Deiparæ Syrorum in deserto Scetensi anno Græcorum 1243. *Christi* 932.

I X *(nunc 113)*

Ephræm Syri de Fide Hymni 87.
In 8. membranac. 150. exaratus à Barlaham Scriptore Edesseno: dono autem oblatus Scetensi Syrorum monasterio à Zoara Pauli Tagritensis filio.

X *(nunc 251)*

Jacobi Sarugensis homilia de Hemorrhoissa. In illud, *simile est Regnum Cœlorum grano sinapis*. In illud, *simile est Regnum Cœlorum thesauro abscondito in agro*. De Rege, qui fecit nuptias filio suo. De decem Virginibus. De Baptismo Legis, Joannis & Christi. Quare Dominus triginta annos in mundo egit, antequam miracula edere inciperet. De Eucharistia, seù quod Christus in scripturis cibi potusque nomine agnoscitur. Quod Corpus Christi passibile fuerit ac mortale ante resurrectionem. De idolorum lapsu. De S. Paulo Apostolo 11. In illud Apostoli, *Unus est mediator Dei & hominum homo Christus Jesus*. De Melchisedech. In illud, *tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech*. In illud Isaiæ, *Vocabitur nomen ejus Emmanuel*. In illud, *Vocabitur nomen ejus Admirabile*. In illud, *Qui gloriatur, in Domino glorietur*. De Torrente, quem vidit Ezechiel Propheta. De Thoma Apostolo & resurrectione Christi. De David & Goliad. De tentatione Christi, & ejusdem pugna cum Diabolo. De consummatione sæculi & Judicio, VII. *Inscribuntur*

etiam

etiam de Antichristo, de secundo Christi adventu, & de sponso ac sponsa. De die & nocte, de labore & requie. De Ficu, cui Christus maledixit.

In fol. membranac. 85. Scriptus à Theodoro scriptore Edesseno, & in Bibliothecam monasterii de Columna admissus anno Græcorum 949. (*Christi* 638.) sub Simeone Abbate, & Joanne Presbytero.

X I (*nunc 116*)

Jacobi Sarugensis homilia de Peccatrice. De Achar filio Charmi, qui ob furtum lapidibus obrutus est. De Asa Rege. De Eucharistia, seù Gratiarum actione: *quæ quinta est de Defunctis.*

Responsoria & Antiphonæ pro præcipuis anni solemnitatibus *f. 36*

In 4. membr. 43. exaratus anno Græcorum 1169. (*Christi* 858.) die 12. Novembris, feria 6. sub Joanne Patriarcha, & Cyriaco Callinici Metropolita, *valde mutil. inch. plures 20 hom. continens, et apparet ex indice inferior.*

X I I (*nunc 114*).

Jacobi Sarug. De Moyse Homiliæ X. De Velo Moysis. De Balaam & Balac. De Phinees. De serpente æneo. De duobus passeribus, quorum alter ad fontem aquarum juxta Legem necabatur, alter pro peccato dimittebatur. De Hirco, qui pro populo mactabatur. De Vacca rubra, quæ pro populo ex Legis præscripto comburebatur. De ciborum delectu. De Rahab meretrice. De Josue filio Nun 11. De Gedeone. De Samsone 11. quarum altera *de Justorum lapsu* etiam inscribitur. De Arca Dei à Philistæis ad terram filiorum Israel reducta. De Oza, quem percussit Dominus, eo quod Arcam Dei tetigisset. De David & Goliad. De ira Dei in filios Israel, eò quod David Rex eos censeri jussisset. De Osee Propheta & duabus ejus uxoribus. De filia Jephte.

In 4. membr. 150 (*pervetusta, a. 523*)

X I I I.

Jacobi Sarug. de Elisæo Propheta & Sulamitide. De Publicano & Pharisæo. De Turre Babylonica. De desponsatione Rebeccæ. De S. Paulo Apostolo. De Stephano Protomartyre. De nativitate Domini. De Cherub & latrone. De Eucharistia, & quod non liceat è Templo egredi tempore sanctorum sacramentorum. De Pueris Ephesi, seù *septem Dormientibus.* De filio prodigo. De Amore Dei. De Sanctis martyribus. De Hosannis. De muliere septem virorum, seù de resurrectione mortuorum. De decem Virginibus. De nativitate Domini. De Fide. De Abraham. De nativitate Domini, de stella, quæ apparuit Magis, & de infantium cæde. De Anania, Azaria, Misaële, & Daniele. *De fine mundi et 2° adventu Christi.*

In 4. membr. 228 (*saeculi 7/8.*) *1° et 2° de opere 6 dierum, et Ephrem paraenesis mutil.*

X I V (*nunc 252*)

Jacobi Sarug. homilia de Samaritana. De muliere curva.

Ephræm Syri sermo de lucta spirituali.

Jacobi Sarug. De torrente, quem vidit Ezechiel Propheta. De Ozia Rege & Isaia Propheta.

Ephræm Syri de Job.

Jacobi Sarug. de Job. De Elia Propheta. De Elisæo propheta, & Sulamitide. De Arca fœderis. De circumcisione Moysis. De Moyse & Silice. De Phinees. De Samsone. De Thamar. De Osee Propheta & duabus ejus uxoribus. De illapsu Altissimi super montem Synai. De Velo Moysis. De Moyse & Amalec. In illud Moysis, *ostende mihi gloriam tuam.* De Turre Babylonica. De Melchisedech. De duobus passeribus, quorum alter ad fontem aquarum juxta legem necabatur, alter pro peccato dimittebatur. Adversùs eos, qui dicunt, Angelos sibi uxores duxisse ex filiabus hominum. De Joseph, quatuor postremæ homiliæ, à septima scilicet ad decimam. De Abel & Cain, IV. *S. Ephremi de sorte spiritualis derivatus.*

In fol. membran. 65. *ante 982 exaratus, ut patet ex a. 1800 Nisibenis monasterii Stephanii derivatus.*

X V (*nunc 253*).

Joannis Chrysostomi Homilia de Annunciatione B. Virginis Mariæ. De nativitate Domini. De Luminibus. De S. Stephano. De tentatione Domini. De Hosannis, ex commentario in Evangelium Matthæi. *f. 2v* *f. 5v* *f. 16v* *f. 56* *tot. mutil.* *rapl. f. 16v* *2a hum. ar. quamenti sunt later f. 3v*

Jacobi Sarugensis de Hosannis homilia soluta oratione. De Hosannis homilia metrica *f. 59 · 64v*

Joannis Chrysostomi in illud, *Pater si possibile est, transeat à me calix iste.* De proditione Judæ. De Passione Domini. De cruce & latrone *f. 66v* *f. 76* *f. 79* *f. 81*

Jacobi Sarugensis homilia de feria sexta crucifixionis, soluta oratione *f. 82*

Procli Constantinopolitani de Juda proditore *f. 86v*

Joannis Chrysost. Homil. 85. in Joannem *f. 90*
De Dominica resurrectionis *f. 91*

Ja-

Jacobi Sarug. de resurrectione Domini, homilia soluta oratione *f. 100*

Severi Patriarchæ Antiocheni homilia de Pentecoste *f. 105*

Joannis Chrisostomi de cruce, Adam, & Eva *f. 108*

Jacobi Sarug. de Passione Domini homilia metrica *f. 113*

In 4. membr. 163, *initio valde mutilus.*

XVI (nunc 92)

Ephræm Syri Cantus de defunctis XXXI. De defunctis Odæ XXXVIII. *nimirùm pro quolibet defunctorum gradu, pro Episcopis, Presbyteris, Diaconis, monachis, laicis, viris, mulieribus, & pueris.* De Episcopis defunctis carmen heptasyllabum: *quo metro sequentia Ephræmi & Isaaci carmina alligata sunt.* De monachis II. De Presbyteris & Diaconis.

Isaac Syri de Presbyteris defunctis *f. 59*

Ephræm de mulieribus. De viro qui orphanos relinquit. De mulieribus quæ orphanos relinquunt *f. 61*

Isaac De pueris II. De adolescentibus. De omnibus defunctis. De peregrinis. De omnibus defunctis, III. *f. 66*

Ephræm de divitibus & principibus viris. De omnibus defunctis. De peste XI. De Sacerdotibus & monachis. De Sacerdotibus *f. 79*

Isaac de pueris *f. 90*

Jacobi Sarug. De defunctis, Carmina dodecasyllaba XII. videlicet, de omnibus defunctis V. de pueris, III. de sponsis, de peregrinis, de Virginibus & sanctimonialibus, de Sacerdotibus *f. 91*

Orationes consolatoriæ pro defunctis Sacerdotibus, Diaconis, & laicis *f. 118*

Lectiones ex Scriptura pro exequiis defunctorum Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, & laicorum *f. 123*

In 8. membran. 129. exaratus à Theodoro anno Seleuci Nicatoris Regis Syriæ 1135. (*Christi* 823.) die 8. Octobris, feria quinta.

XVII (nunc 93)

Joannis Apameensis monachi Sermo de recta in Deum & Christum fide; nec non de bonis operibus. De timore Dei. De vita ascetica & de corporis subjectione: & quod per tribulationes & ærumnas aditus in regionem spiritualem agnitionis Christi paratur.

Ephræm Syri de defunctis Odæ II. Adhortatio ad virtutum exercitia: de Patientia, de Pœnitentia, & Paræneses hymni XII. De abnegatione Simonis Petri hymni II. Precatio, de Pœnitentia, de divina longanimitate, & Paræneses, ~~Hymni VII.~~

Isaac Doctoris de monachorum perfectione, & Paræneses, Carmina heptasyllaba II. *f. 108. 114*

Joannis Apameensis monachi Epistolæ V. videlicet I. de Trinitate & Incarnatione: II. Paræneticæ: III. & IV. de Fide, V. ad Leontium de spirituali communione, quam habituri sumus cum Deo in regione vivorum *f. 119*

Severi Antiocheni Cantus de Juliano Patriarcha *f. 144*

Joannis Apameensis monachi Capita doctrinæ XX. de re ascetica *f. 163*

Ephræm Syri Paræneses heptasyllabæ. De defunctis Odæ ~~XII~~ *f. 163. 169*

(*Isaac* de defunctis.

Ephræm de defunctis, Odæ & Carmina VIII.)

Evagrii caput de Acidia, ex Tractatu de septem vitiosis cogitationibus *f. 183*

Balæi Odæ pentasyllabæ VI. *f. 184*

Ephræm de defunctis Odæ IX. *f. 195*

In 8. membr. 204, *omnino 823, ed. Nitriæ non deteriores illegibilis.*

XVIII (nunc 122)

Marci Anachoretæ Sermo de Lege spirituali. Adversùs eos, qui putant, se ex operibus suis justificari. Mentis cum anima consultatio. Paræneses. De Baptismo. De Pœnitentia. Interrogationes scholastici per modum disputationis *p. 1*

Esaiæ Abbatis sermo de recta vivendi forma, & de fide perfecta. Colloquium duodecim senum. Quomodo fratres adinvicem se gerere debeant. De humilitate. Præcepta ad eos, qui mundo abrenunciant. De iis, quæ audivit & vidit apud Senes. De Perfectione. De impassibilitate. Paræneses. De operosis cogitationibus *p. 128*

Macarii Magni Ægyptii discipuli S. Antonii, Sermones III. & Epistolæ VIII. *p. 192. 221*

Macarii Alexandrini Sermones III. & Epistolæ VII. *p. 235. 260*

Ammonæ Abbatis & Episcopi Epistolæ XV. *p. 278*

Quæsita monachorum ad Basilium Magnum Cæsareæ Cappadociæ Episcopum de re monastica, CCCLX. *quibus continetur totus ferè Tractatus S. Basilii de Institutione monastica, qui in Regulas fusiùs breviùsque disputatas dividitur; ordine tamen ab editis diverso: quædam etiam in eis sunt, quæ in impressis desiderantur p. 316*

Abraham Nephrateni Sermones III. *p. 427*

In 4. membran. 219, exaratus anno Alexandri 1080. (*Christi* 769.) die 30. Augusti, feria quarta. *p. 438*

Gre-

X I X (nunc 123)

Gregorii monachi Sermones X. quorum septimus Dialogum continet ipsum inter, & Theodorum atque Epiphanium f. 1

Joannis Apameensis Sermones III. de mundo novo, & de animi affectibus ad Eusebium & Eutropium f. 115v

Abraham Nephtareni Sermones III. f. 172v

Liber Graduum. De arduo ascensu in via civitatis Domini. De iis, qui perfici cupiunt. De justis & perfectis f. 185

Dionysii Areopagitæ Epistola ad Timotheum de martyrio SS. Petri & Pauli Apostolorum. De Sacerdotio, *ex libro de Ecclesiastica Hierarchia* f. 198v

Joannis Apameensis Præcepta ad quendam fratrem peregrinum. Paræneſis. De habitatione cellarum. De caritate. De paupertate f. 205

Apophthegmata Patrum f. 207v

Esaiæ Abbatis Doctrina ad fratres, qui mundo abrenunciant, & monasticam vitam amplectuntur. Paræneſis, quæ inscribitur Doctrina Patrum. De consideratione & intelligentia, & operosis cogitationibus f. 244 De tribus virtutibus, Doctrina, seù sermo Antonii Magni. De institutione fratrum tyronum, sive in cœnobio habitare velint, seù vitam solitariam ducere. De iis, qui simul habitare volunt. De consideratione & intelligentia. De iis, quæ vidit & audivit à Senibus: Inscribitur Sermo Senum.

Mosis & Pœmenis Abbatum sententiæ f. 231v

Interrogationes & Responsiones Patrum Ægyptiorum f. 238

Antonii Magni Epistola ad fratres f. 241v

Historia Actuum Patrum Ægyptiorum. Eadem ac historia Lausiaca Palladii ab initio usque ad caput 35 f. 267v

Joannis Apameensis de animi affectibus ad Eusebium & Eutropium, *ut suprà, sed diverso charactere*. f. 295, incl. defec. multi.

In 4. membran. 303, 8vo dupl. videtur esse.

X X (nunc 118)

Vita Isaaci Ninivitæ Arabico sermone; sed literis Syriacis f. 1

Isaac Ninivitæ Exepiscopi de Institutione monastica Libri IV. è Syriaco in Arabicum sermonem conversi, quorum syllabus in hoc Primo Tomo exhibetur à pag. 446 f. 2v. 50. 140. 239v

In fol. bombyc. 260. Syriacis literis, sed Arabico sermone exaratus à Joanne monacho ex Mansuria anno Græcorum 1827. (*Christi* 1516.) cujus sex postremos quinterniones Moses monachus in deserto Scetensi descripserat anno Græcorum 1712. (*Christi* 1501.) Pertinuit olim ad Thomam Presbyterum ex urbe Hesna, qui eumdem dono dedit Cyriaco Presbytero & Abbati monasterii S. Mariæ Syrorum in deserto Scetensi.

X X I (nunc 124)

Isaac Ninivitæ Exepiscopi de Institutione monastica Liber unus, cujus syllabus in hoc Primo Tomo exhibetur à pagina 449 f. 1

Joannis Sabæ Dilaitensis ad Joannem fratrem suum Sermones ascetici XXIII. de divinis donis & spiritualibus consolationibus, quibus anachoretæ à Deo donantur. De custodia mentis. De tribus gradibus perfectionis. De spiritu fornicationis. De spiritu blasphemiæ. De ira, de vagatione mentis, de tristitia, & de superbia. De Angelorum officiis erga Anachoretas, deque malorum Dæmonum fraudibus. Non esse reprehendendos Patres, qui in suis disputationibus ad auditorum captum verba accommodant. De Institutione Fratrum novitiorum. De oratione. De custodia interiorum & exteriorum sensuum. De voluntaria huic sæculo morte, & de æterna alterius sæculi vita. De Animarum post obitum statu, diversæ Patrum sententiæ. De libertate quam apud Deum habent ii, quorum corda Spiritu Jesu aguntur: & quomodo iidem beneficia per Spiritum Sanctum indigentibus præstent. De diversis donorum generibus, quæ à Deo gratis tribuuntur. De mundi novi Arcanis. De admirabili Dei revelatione in anima: & de admirabili libertate, quam Deus animæ per ardentem erga ipsum amoris flammam impertitur, & in qua animam mysticè alloquitur: deque animæ cum Angelis commistione, & de caritatis officiis, quæ illi istis temporibus homini exhibent. De contemplatione Sanctissimæ Trinitatis. De donis quæ contemplantibus Deum Spiritus largitur: eorum, qui hæc experti sunt testimonium. De jucunda voluptate, qua diligentes Deum fruuntur, dum gloriam ejusdem contemplantur: & de Infantiæ Salvatoris contemplatione. De fuga mundi & de amputanda libertate. Monita & consilia de sancta Pœnitentia. Quomodo Christus Dominus amicis suis seipsum revelet, & qua ratione eos in seipsis lætificet. Visio quam Deus cuidam revelavit, quum ad Divina mysteria consecranda accederet f. 278

In

In 4. membran. 352. Codex scriptus rogatu Marci monachi & Presbyteri, qui olim pertinuit ad monasterium Syrorum in deserto Abbatis Macarii in monte Sciahit, hoc est, Trutinæ cordium, *14i saecl. videtur esse.*

XXII (*nunc 125*)

Isaac Ninivitæ Exepiscopi de Institutione monastica Liber unus, ut suprà Cod. 21. *init. mutil.*

Philoxeni seu Xenaiæ Episcopi Mabugensis, hoc est, Hierapolitani Responsio ad quæsita Patricii Edesseni Eremitæ, de præceptis Dei observandis, de vitanda peccandi occasione, & de causa offensionis proximis non danda *f. 145*

Joannis Sabæ Dilaitensis ad Joannem fratrem suum sermones ascetici, ut suprà Cod. 21 *f. 158*

In 4. membran. 211, *perveteratus.*

XXIII (*nunc 254*)

Dionysii Areopagitæ de divinis nominibus *f. 1* cum commentariis incerti Auctoris.

In 4. membran. 41. *8/9 saecl., init. mutil.*

XXIV (*nunc 106*)

Gregorii Nysseni Epistola ad Theophilum Alexandrinum adversùs Apollinarem. De Oratione Dominica Homiliæ V. De Beatitudinibus Homiliæ VIII. De hominis opificio ad Petrum fratrem. In Cantica Canticorum *f. 3. 17. 41. 79.*

In fol. membran. 151. Codex emptus pro Scetensi S. Mariæ Syrorum Monasterio unàcum aliis biscentum quinquaginta Codicibus à Moyse Nisibeno, ejusdem monasterii Abbate, anno Græcorum 1243. (*Christi* 932.)

XXV (*nunc 137*)

Philoxeni Xenaiæ Episcopi Mabugensis seu *Hierapolitani* Liber de Trinitate & Incarnatione, in tres Dissertationes divisus.

In fol. membran. 162. scriptus anno Græcorum 875. (*Christi* 564.) die 20. Aprilis.

XXVI (*nunc 138*)

Philoxeni Mabugensis Liber de Uno ex Trinitate incarnato & passo, in Dissertationes X. divisus. *f. 114v*

Responsio ad Anonymum, in qua Adversarii capita proponit & refellit. *f. 120*

Epistola ad monachos, quæ fuit causa diffidii Philoxenum inter & Adversarium. De Uno ex Trinitate, Auctoritates Patrum, quas abundè congerit contra propositiones Adversarii. *f. 123*

In fol. membran. 136, *script. a. Gr. 892 = Chr. 581.*

XXVII (*nunc 136*)

Philoxeni Mabugensis Epistolæ V. videlicet, ad monachos Teladenses de recta Fide II. Ad monachos Gugalenses *f. 35* Ad monachum novitium de re ascetica. Ad monachos Senunenses de Incarnatione Verbi adversùs duarum naturarum assertores, transmissa ex urbe Philippopoli in Thracia, ubi Philoxenus exulabat. *init. mutil.* *inp. 2v f. 29v* *f. 53* *f. 53v*

Severi Patriarchæ Antiocheni Professio Fidei *f. 57v*

In 4. membran. 131. Codex emptus unàcum aliis 250. à Moyse Nisibeno Abbate Scetensis S. Mariæ Syrorum monasterii anno Græcorum 1243. *Christi* 932. cujus ad calcem legitur titulus duorum aliorum Philoxeni Tractatuum: videlicet, I. Adversùs Nestorianos & Eutychianistas. II. De Fide in illud Petri, *Jesus Nazarænus, vir qui à Deo &c.* adversùs Nestorianos.

XXVIII (*nunc 139*)

Joannis Episcopi Cæsareensis Apologia pro Concilio Chalcedonensi adversùs Monophysitas. *saec. — in pergolge mutil.*

Severi Patriarchæ Antiocheni Philalethes adversùs Joannem Cæsareensem *f. 62* *Drumessel adhuc prob. abbas in monach. Palaest. Romanus.*

In 4. membran. 156. Codex olim pertinuit ad Bibliothecam monasterii S. David, scriptus sub Daniele Abbate, & Simeone Persa Presbytero, *8vo saeculi.*

XXIX (*nunc 140*)

Pauli Callinici Præfatio de multiplici Corruptionis significatu.

Severi Patriarchæ Antiocheni & *Juliani Episcopi Halicarnassei* Epistolæ sex, quæ disputationi de corruptibilitate & incorruptibilitate Corporis Christi occasionem dedere, quarum 1. 3. & 5. Juliani sunt. 2. verò, 4. & 6. Severi. *f. 2v*

Severi Liber adversùs Julianum, in quo docet, Christi corpus ante resurrectionem quidem corruptioni, hoc est, passioni & morti obnoxium fuisse, secùs post resurrectionem. *f. 20*

Quæsita hæreticorum VIII. & totidem *Responsiones Catholicorum*. Ita Julianistas & Severianos Severus appellabat. *f. 60v*

Severi epistola ad monachos Orientales, qua docet eos de incorruptibilitate Corporis Christi. Sermo Apologeticus *f. 66* *f. 68*

cus adversùs Juliani Appendicem. f. 100 Responsio ad Anathematismos Juliani. Liber adversùs Manichæos, & Apologia pro Philalethe suo adversùs Joannem Cæsareensem, f. 108

In fol. membran. 145. Codex scriptus mense Aprili, anno Græcorum 839, (*Christi* 528.) in urbe Edessa, sub Bar-Aphtonio Abbate S. Thomæ in Sciulac, opera & studio Pauli Callinici, qui eum è Græco in Syriacum transferri curavit. Emptus autem à Moyse Nisibeno Abbate S. Mariæ Syrorum in deserto Scetensi anno Græcorum 1243. *Christi* 932.

XXX (255)

Severi Patriarchæ Antiocheni (Liber) de incorruptibilitate Corporis Christi adversùs Julianum Halicarnassæum, ut suprà Cod. 29.

In 4. membran. 163. Codex emptus anno Græcorum 1243. *Christi* 932. à Moyse Nisibeno Abbate Nitriensi pro Scetensi S. Mariæ Syrorum monasterio.

XXXI (141)

Jacobi Episcopi Edesseni epistola de Punctis & Orthographia Syriaca f. 1

Severi Patriarchæ Antiocheni Homiliæ Epithroniæ, seu Enthronisticæ, quas Antiochiæ ad populum habuit. Universim sunt 125. quarum priores 43. desiderantur. Quæ verò in hoc Codice habentur, à Jacobo Episcopo Edesseno è Græco in Syriacum conversæ sunt: videlicet: Homilia 44. de commemoratione Sanctorum, quæ post hebdomadam Resurrectionis Dominicæ celebratur. f. 5 45. In illud Apostoli ad Timotheum: *exerce teipsum ad pietatem: nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ præsentis & futuræ:* & in illud Salvatoris nostri ad Magdalenam: *noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum:* Et de religiosissimi Imperatoris victoria, quæ nobis annunciata est. 46. Cur media Pentecostes die conventum celebramus: & de congrua illa lectione Evangelii Joannis ajentis, *quum jam medium Pentecostes transiisset, ascendit Jesus in Templum, & docebat &c.* 47. De Ascensione Dei magni & Salvatoris nostri Jesu Christi, Altera. 48. De Pentecoste: habita in sequenti hebdomada, feria sexta, quæ consuetum jejunium præcedit. 49. In illud Apostoli ad Romanos: *Propterea sicut per unum hominem peccatum in mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt: usque ad Legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, quum Lex non esset. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri.* Et in illud ejusdem Apostoli ad Corinthios; *quum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc & ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.* 50. De S. Leontio martyre. 51. De S. Domitio martyre. 52. De Machabæis. 53. De flagellis, quæ urbi Alexandrinorum acciderunt. 54. In eos, qui post peractas Preces, ad Theatrum se conferunt: his enim interesse spectaculis, nefas esse: sed unumquemque ad evitandum imminentis iræ flagellum debere operibus pœnitentiæ sedulò incumbere, & sancta adorandaque mysteria frequenter percipere. 55. Syntacticon, seu Salutatio, quum ad Sanctas villarum oppidorumque Ecclesias & ad sacra monasteria profecturus esset. 56. De suo ipsius in urbem Cansarinum adventu, deque occursu populorum fidelium ejusdem civitatis. Interrupta ob interjectam à quibusdam interrogationem. 57. Quod detentus fuerit à fidelibus Cansarinensibus in commemoratione S. Sergii martyris: & de eodem martyre, deque fratre ipsius Baccho, qui unàcum eo martyrii lauream adeptus est. 58. Quomodo in urbem Cyrum advenerit: & de dispensatione adventus in carne Christi Dei nostri. 59. habita in urbe Cyro de dispensatione adventus in carne Christi Dei nostri, adversùs Theodoreti blasphemias. 60. habita, quum à fidelibus urbis Cyri rogaretur, ut apud ipsos maneret, quo aliam ex ipso doctrinam acciperent. 61. De reditu suo, postquam sacra illa monasteria visitaverat, habita in commemoratione Sancti Præcursoris & Baptistæ Joannis. 62. De crepitibus ac tinnitibus, qui in Palæstina editi sunt: & de carbonibus igneis, quos energumeni evomebant, ostensique fuerunt Sanctæ Dei Antiochenæ Ecclesiæ. 63. De nativitate Christi Domini, Tertia. 64. Quum rogatus fuit à quibusdam fratribus fidelibus, ut quam in urbe Cyro adversùs Theodoreti blasphemias habuerat homiliam, ipsis repeteret. Assumpto, quod commemorationi Jnfantium ab Herode interfectorum conveniret, exordio, repetita fuit eadem illa homilia, pau-

paucis quibusdam ipsi adjunctis. Habita autem fuit in Ecclesia, quæ Καρὰ Καστρ appellatur, ubi Nestorianæ hæ-
f. 84v reseos vulpes latitabant. 65. De SS. Basilio & Gregorio: additis in fine lau-
f. 84 dibus S. Theophori Ignatii. 66. De Luminibus: hoc est, *Epiphania Domi-*
f. 88v *ni*. 67. De S. Dei genitrice semperque
f. 92v Virgine Maria. 68. Quod oportet jejunare: habita initio Jejunii Quadrage-
f. 97v simalis. 69. De præparatione ingressus in Baptisterium, qui fit de more post sanctam Resurrectionis festivitatem. Habita ad vesperas ingressus Jejunii, quum Sacrum Baptisterium clau-
f. 99 deretur. 70. Paranetica III. habita de more feria quarta hebdomadæ Pas-
f. 110v sionis. 71. De Ascensione Dei magni
f. 114v & Salvatoris nostri Jesu Christi. 72. De repositione sacrorum membrorum sanctorum Martyrum Procopii & Phocæ in Domo illa, quæ Michaelis appella-
f. 118 tur. 73. De Sancto Barlaham martyre.
f. 119v 74. habita feria sexta hebdomadæ post Pentecosten quum Jejunium de more celebraretur: In illud, quod legitur ex Actibus Apostolorum: *Petrus autem & Joannes ascendebant ad Templum hora Orationis nona: & vir quidam claudus de utero matris suæ efferebatur, & reliqua.*
f. 123 · 127 75. de S. Juliano martyre. 76. Quum commemoratio & preces de more fierent pro omnibus pauperibus ac peregrinis, qui sepulti sunt & adhuc sepeliuntur in loco, qui Pandecta dicitur. Quumque multi in conventu desiderarentur, dilata fuit ad alterum diem ho-
f. 130v milia. 77. Quod sibi minimè contradicant, diverso licet modo narrent Evangelistæ quæ circa Resurrectionem Dei & Salvatoris Christi contigerunt, quæ nos singulis Dominicis nocte le-
f. 137v gimus. 78. De Sanctis martyribus Ta-
f. 142 racho, Probo, & Andronico. 79. In illud Salvatoris nostri ad Pharisæos & Scribas in Evangelio. *Vos autem dicitis, siquis dixerit patri aut matri, oblatio quæcumque ex me tibi proderit, non honorat patrem & matrem*. Et quomodo intelligendum est illud, *non quæ intrant in os coinquinant hominem, sed quæ procedunt ex ore*: & adversùs eos, qui dilatant
f. 148 phylacteria. 80. De anniversaria Consecrationis suæ die: habita in Templo S. Romani martyris, quum annus quar-
f. 153 tus inciperet: est autem prima. 81. In illud Matthæi, *quum venissent Capharnahum, accesserunt ad Petrum, qui didrachma exigebant, dicentes: magister vester, non solvit didrachma, & reliqua.*
f. 160v 82. In illa Evangelii verba, quæ subjunguntur iis, quæ in præcedenti homilia examinata sunt: *in die illa accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: quis, putas, est major in regno cælorum*: & reliqua. 83. De nativitate Domini. Est
f. 167v IV. habita in Templo Sanctæ Dei genitricis Virginis Mariæ, instaurato à munificentissimo ac religiosissimo Imperatore Anastasio. 84. De Basilio Magno
f. 173 & Gregorio Theologo: habita de more in Templo Theophori martyris Ignatii. 85. De Luminibus. 86. De S. An-
f. 177 · 180v tonio, qui primus in Ægypto vitam monasticam instituit. 87. De Jejunio:
f. 189 quarta. 88. De præparatione ingressus
f. 193v de more in Baptisterium. 89. In Para-
f. 195v bolam illam Lucæ: *homo quidam descendebat ab Jerusalem in Hiericho, & incidit in latrones*. Et de iis, qui medio Jejunio non solverunt de more lineos pannos, quibus colligarentur pauperes fœtidis ulceribus aliisque morbis laborantes. 90. Catechesis de more ad eos,
f. 200 qui Baptismum in venerabili Resurrectionis die suscepturi erant. 91. De
f. 211 Athanasio Confessore & Episcopo Alexandrino: & adversùs eos, qui ludis Olympicis delectantur.

In fol. membran. 215. Codex è Græco in Syriacum translatus à Jacobo Episcopo Edesseno anno Græcorum 1012. (*Christi* 701.) sub Athanasio Patriarcha, & Thoma Episcopo Callinici.

XXXII (*nunc* 142)

Severi Patriarchæ Antiocheni Homiliæ 29. videlicet à septuagesima tertia usque ad centesimam primam quarum priores undeviginti habentur in Codice præcedenti, alia licet versione ab ea, quam Jacobus Edessenus curavit: reliquæ hi-
H. 73 · f. 1, 74 · f. 3v, 75 · f. 9v, 76 · f. 12v, 77 · f. 15v, 78 · f. 24v, 79 · f. 29, 80 · f. 32v, 81 · f. 36v, 82 · f. 42, 83 · f. 45v, 84 · f. 49v, 85 · f. 53, 86 · f. 55v, 87 · f. 62v, 88 · f. 66v, 89 · f. 68, 90 · f. 72v, 91 · f. 82
sce titulis prænotantur.

Homilia 92. De feria sexta post Penteco-
f. 86v sten. 93. habita antequam Synodicæ
f. 90 religiosissimi Timothei Archiepiscopi Alexandrini literæ legerentur. 94. Re-
f. 91v sponsio ad interrogationes quorumdam, quum lectum fuisset initium Evangelii Matthæi, de genealogia in carne Domini Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi. 95. De ea, quæ apparet, dis-
f. 96v sensione Matthæi & Lucæ circa genealogiam in carne Domini, Dei, ac Salvatoris nostri Jesu Christi. Ad calcem homiliæ in eos invehitur, qui ethnico ritu Daphnem petebant. 96. Præmissis
f. 101 auditorum laudibus, Interrogationes & Responsiones circa reliqua, quæ spectant ad genealogiam & nativitatem Domini, Dei, ac Salvatoris nostri Jesu Christi. 97. De S. Tecla protomarty-
f. 106 re. 98. In illud Isaiæ Prophetæ: *ecce ser-*
f. 109v

vus meus, in quo mihi complacui: dictus meus, in quo complacuit sibi anima mea, & reliqua. Et in illud Salvatoris nostri, *omne peccatum & blasphemia dimittentur hominibus; blasphemia verò in Spiritum Sanctum non dimittetur neque*
f. 114 *in hoc sæculo, neque in futuro.* 99. De anniversaria Consecrationis suæ die.
f. 119v 100. De Sancta Droside martyre. Ad calcem adhortatio, ut unusquisque pro facultate sua offerat ad perficiendum sacri Altaris apparatum. 101. De nativitate Domini. *Titulus dumtaxat hujus homiliæ habetur.* f. 2 in fine incidit.

Alias Sinuessi statutae seu Macario Aegypt. tribuitur!

Theophili Episcopi Alexandrini homilia de exitu animæ a corpore. f. 124.

In fol. membran. 124. Codex emptus pro Scetensi monasterio sub Theodoro Abbate die 30. Julii, Anno Græcorum 887. *Christi* 576.

XXXIII (nunc 143)

Severi Patriarchæ Antiocheni homiliæ viginti quinque: nimirùm à centesima ad centesimam vigesimam quintam, hisce titulis prænotatæ. Homilia 101.
f. 1 De nativitate Domini: *Deest initium.*
f. 1v 102. De Basilio Magno & Gregorio
f. 6v Theologo. 103. De Luminibus. 104.
f. 11 In illud Evangelii, *Tunc venerunt Pharisæi & consilium inierunt, quomodo eum in verbo caperent, & miserunt ad eum discipulos suos cum Herodianis*: & reli-
f. 17-22v qua. 105. De Jejunio. 106. De præparatione ingressus de more in Baptiste-
f. 24v rium. 107. Habita in Jejunio de quibusdam sibi è scriptura propositis interrogationibus, quarum Prima hæc est: Quid sibi vult illud Isaiæ Prophetæ: *in die illa erunt quinque civitates in Ægypto loquentes lingua Chananæa, & jurantes in nomine Domini Sabaoth, quarum una Sadoch vocabitur*: de qua tota hæc homilia est, quum ad reliquas interro-
f. 34v gationes propter hujus primæ prolixitatem accedere nequiverit. 108. Responsio ad cætera quæsita, quæ in præcedenti homilia expedire nequiverat. Sunt autem hæc. I. De Canticis Canticorum, eorumque auctore & causa. II. Quid sibi vult illud libri 2. Regum, quod de Abisai dicitur, quum recensentur principes exercitus David: *Hic erat nominatus in tribus, & gloriosior duobus, quorum & princeps erat; sed usque ad tertium non pervenit.* III. Quare Jeremias maledicit diei, in qua natus est: nec diei tantùm, sed etiam homini, qui annunciavit patri suo, quod natus
f. 46 esset ei filius masculus. 109. Catechesis quinta, habita de more feria quarta hebdomadæ primæ Passionis. 110. De
f. 63 S. Talleleo martyre: habita in Ægea in ejusdem Templo. 111. Habita ibidem
f. 65v ex tempore: Responsio ad hanc interrogationem, *Si Filius à Patre inseparabilis est, cur non & Patrem incarnatum esse dicimus?* 112. Habita in Encæniis
f. 67 magnæ Ecclesiæ, antequam Synodicæ religiosissimi Timothei Archiepiscopi Alexandrini literæ legerentur. 113. In
f. 70v illud Lucæ, *Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum cœlorum. Beati estis, qui fletis nunc, quoniam ridebitis. Væ vobis divites, quoniam accepistis consolationem vestram. Væ vobis, qui ridetis nunc, quoniam lugebitis & plorabitis.* 114. De Sancta Droside martyre, & de
f. 79v sociabus ejus. 115. De nativitate Do-
f. 85 mini. 116. De SS. Basilio & Gregorio
f. 91 Theologo. 117. De Luminibus. 118. In
f. 95v. 101 mulierem peccatricem. 119. De Nu-
f. 107v ptiis, quas scribit Joannes Evangelista factas fuisse in Cana Galilææ, ad quas Christus invitatus, aquam in vinum convertit: ubi matrimonium honorabile esse ostendit adversùs quendam Romanum, qui blasphemè & contrario prorsùs sensu prædictum Evangelii locum exponit. 120. Habita in in-
f. 130 gressu Jejunii, & de congrua Evangelii illius dici lectione. 121. De præpara-
f. 136 tione ingressus de more in Baptisterium. 122. Adhortatio de erogandis
f. 139 de more lineis pannis pro iis, qui ulceribus aliisve morbis laborant. 123. Ca-
f. 146 techesis sexta, in qua fidem orthodoxam proponit, & impias Manichæorum opiniones redarguit, monens, ut ab eorum laqueis caveamus. 124. In
f. 168v illud Matthæi, *Quem dicunt homines esse filium hominis*, & reliqua. Et quod oportet, rectam fidem non ex locis aut potestatibus, sed ex sana & Apostolica confessione agnosci atque probari. 125. De Hymno Trisagio, Sanctus
f. 176v Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis, qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis.

In 4. membran. 184. Codex scriptus mense Augusto, anno Græcorum 874. *Christi* 563. Indictione quarta, sub Georgio Presbytero & Abbate Monasterii S. Joannis, & Presbytero Sergio. (de Nitrab. ofs)

XXXIV (nunc 256)

Severi Patriarchæ Antiocheni homiliæ 25. f. 1; 16; 17, 19, 19, 29, 33v
ut in Cod. præcedenti, n.ri 101-125, init. mutil. 50, 51, 53, 55-65, 72, 79, 84, 87v, 93, 112v, 118, 121, 129v, 149, 159.

In 4. membran. 166. Codex emptus à Moyse Nisibeno Abbate Nitriensi pro Scetensi S. Mariæ Syrorum Monasterio anno Græcorum 1243. *Christi* 933.

sæculi 6 videtur esse. In fine legitur: Universim autem sunt numero 125 homiliae, comprehensae in 4 homil.

CO-

CODICES ECCHELLENSES.

I (nunc 8)

Etus Testamentum Syriacum, recens exaratum à Sergio Risio Maronita Archiepiscopo Damasceno.
In 4. *Chart.* 359.

I I (nunc 47)

Pontificalis Syriaci Maronitarum Pars Prima, in qua descripta sunt, quæ ad Pontificem ordinantem spectant. Videlicet, Ordinatio Psaltæ seu Cantoris, Lectoris, Hypodiaconi, Diaconi, Archidiaconi, Presbyteri, Periodeutæ seu Visitatoris, Archipresbyteri seu Chorepiscopi, i. fin. mutil.
In 4. *bombycino* 127. satis 15, ut videtur.

I I I (nunc 48)

Pontificalis Syriaci Maronitarum Pars Altera, in qua habentur quæ ad Diaconum vel populum Pontifici ordinanti respondentem spectant. Videlicet, Ordinatio Psaltæ, Lectoris, Hypodiaconi, Diaconi, Archidiaconi, Presbyteri, Periodeutæ, Archipresbyteri, Episcopi, Metropolitæ & Patriarchæ, & Consecratio Ecclesiæ.
In 4. *bombycino* 127. Codex exaratus anno Græcorum 1818. *Christi* 1507.

I V (nunc 51)

Pontificale & Rituale Syriacum Jacobitarum: videlicet. Ordo consecrationis
p. 1 Chrismatis: & confectionis Olei Catechumenorum, Infirmorum, & Pœ-
p. 36 nitentium. Ordo Consecrationis Ec-
p. 39 clesiæ. Ordo Renovationis, hoc est,
p. 63 benedictionis Ecclesiæ pollutæ. Ordo
p. 66 Consecrationis Altarium, seù Tabula-
p. 81 rum. Admonitio ad eos, qui ordinandi sunt Presbyteri aut Diaconi: ubi exigitur professio fidei ex mente Ja-
p. 100 cobitarum. Eadem Arabicè. Admonitio post ordinationem. Eadem Ara-
p. 102 bicè. Admonitio ad ordinandos, auctore *Jacobo Metropolita Maipheractæ*, hoc est, Martyropolis: ubi Jacobiticæ
p. 108 fidei professio exigitur. Cantus, Responsoria, Hymni, & Orationes, quæ in singulis Ordinationibus recitantur.
p. 113 *Ordinatio* Psaltæ seu Cantoris. Anagno-
p. 114-116-119 stæ seu Lectoris, Hypodiaconi, Dia-
p. 127-138 coni, Presbyteri, Archidiaconi, Chorepiscopi, Abbatis, Periodeutæ, p. 141
& Abbatissæ. De iis, qui ex aliqua hæresi convertuntur. Ordinatio Pa- p. 144-145 Jacobi Edessenii
triarchæ, Metropolitæ, & Episcopi. p. 149
Scholion ex Epistola Jacobi Edesseni, quod fores Ecclesiæ occludi debeant, dum sacra officia celebrantur. p. 180
Ordo, quum novus Episcopus, aut Metropolita, aut Patriarcha possessionem Sedis suæ capit p. 181
Dionysii, seù *Jacobi Barsalibæi* Episcopi Amidæ Oratio habita in Templo Sancti Ananiæ propè urbem Mardin, in anniversaria consecrationis Michaëlis Patriarchæ die p. 186
Expositio mysteriorum, quæ in Ordinationibus continentur p. 195
Ordo Baptismi, qui ad *Apostolos* refertur. p. 199
Ordo Baptismi *Severi* Patriarchæ Antiocheni. Ordo Baptismi *Philoxeni* p. 220 (brevior!) p. 223 (pro morte proxima)
Episcopi Mabugensis.
Ordo Tonsuræ Monachorum, in quo exstat hymnus auctore *Said Bar-Sabuni*, qui ad Episcopatum Meletinensem evectus, Joannis nomen assumpsit: initiales verò singulorum versuum literæ auctoris nomen exprimunt p. 224
Expositio mysteriorum, quæ in Tonsura Monachorum continentur, auctore *Moyse Bar-Cepha* Episcopo Beth-Raman p. 257
Ordo Tonsuræ Monialium p. 264
Ordo Benedictionis Aquæ in nocte Epiphaniæ juxta novam & accuratam emendationem *Jacobi* Episcopi Edesseni cujus habentur fragmenta ex epistolis ad Joannem Stylitam, ad Adæum Presbyterum, & de rebus mysticis de eadem Aquæ benedictione p. 275
Ordo Benedictionis Olivarum, quæ fit mane Dominicæ Hosannarum p. 296
Ordo accessus ad Portum, nocte feriæ secundæ Passionis (idest majoris habdomadæ, in qua officium Quadragesimale terminatur.) p. 300
Ordo ablutionis pedum Feria quinta mysteriorum p. 304
Memoria Crucifixionis, idest, *Adoratio Crucis* feria sexta majoris hebdomadæ p. 309
Ordo Indulgentiæ ac veniæ, quæ fit Sabbato Annunciationis, idest Sabbato Sancto p. 309
Ordo salutationis, quæ fit in magna Dominica Resurrectionis p. 309
Ordo genuflexionis in Dominica Pentecostes p. 316
Ordo receptionis Hæreticorum & Apostatarum p. 342

Ordo

p. 351 *Ordo receptionis* Peccatorum publicorum.
p. 355 *Ordo Confessionis*, seu absolutionis peccatorum, qui ad Confessionem accedunt.
p. 367 *Orationes* & absolutiones ab omni genere peccatorum.
p. 389 *Orationes* & benedictiones variæ.

In fol. bombyc. N. 307. 199. Codex Syriacus scriptus ab Abulpharagio pro Bibliotheca Patriarchali anno Græcorum 1883. *Christi* 1572. ex autographo Michaëlis magni Patriarchæ Jacobitarum, qui Ritum hujusmodi collegit & correxit.

V (nunc 29)

Anaphora Petri Apostoli, quæ major appellatur. *Duodecim Apostolorum*, quæ S. Lucæ inscribitur. *Joannis* Apostoli & Evangelistæ. *Xysti* Papæ Romani. *Petri* Apostoli, altera. *Dionysii* Episcopi Amidæ. *Joannis Chrysostomi*, initium, *Deus magne & æterne*, quæ potiùs est Joannis Episcopi Haran, Chaburæ & Nisibis, ut liquet ex Cod. Nitriensi III. *Joannis* Patriarchæ, qui & Josue Barsusan. *Julii* Papæ. *Eustathii* Patriarchæ Antiochiæ. *Marci* Evangelistæ. *Philoxeni* Episcopi Mabugensis, initium, *Deus vita omnium*, quæ ad Simeonem Persam in aliis Codicibus refertur. *Jacobi* Apostoli fratris Domini. *Cyrilli* Alexandrini. *Lazari* Barsabtæ, seu Philoxeni, Episcopi Babylonis. *Jacobi* Sarugensis. *Marutha* Tagritensis. *Thomæ* Germaniciæ. *Matthæi* Pastoris. *Joannis Maronis* Patriarchæ Antiochiæ. *Gregorii* Theologi. *Ignatii* Theophori.

Ordo Missæ Maronitarum

In fol. bombyc. 139. Codex Syriacus scriptus Gamblini in Cypro à Presbytero Jamino sub Joanne Metoscita Episcopo anno Græcorum 1846. Christi, ut notat Scriptor, 1536. Sabbato die 19. Februarii, *mendis scatet.*

V I (nunc 70)

Officium Feriale Syriacum Jacobitarum. *Prodiit Romæ impensis Athanasii Saphar Episcopi Mardensis, typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide anno 1696. hoc titulo:* Breviarium Feriale Syriacum, SS. Ephræm & Jacob Syrorum, juxta Ritum ejusdem Nationis, quod incipit à feria secunda, usque ad Sabbatum inclusivè.

In 4. bombyc. 153, *script. a. 1673*

V I I.

Chronicon Arabicum *Ismaëlis* Ben-Ali (*idest, filii Ali*) Ben Machmud, Ben Mohammad, Ben Omar, Ben-Sciahinsciah, Ben Ajub, ab Adamo usque ad annum Hegiræ 487. Continet Præfationem, & Partes V. In prima disserit de Patriarchis, Prophetis, & Regibus ab Adam usque ad excidium Templi sub Tito. In secunda de Regibus Persarum, Chaldæorum, Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum ante & post Mahometanam Sectam, Francorum, Syrorum, Indorum, Sinensium & Arabum. In tertia de diversis Gentium Sectis. In quarta de historia Arabum, eorumque genealogia. In quinta Chronicon Moselmanorum, hoc est Mahometanorum, à Mahomete pseudopropheta usque ad Mostadherum, qui imperare cœpit anno Hegiræ 487.

In fol. bombyc. 278.

V I I I.

Ebnarrahebi Christiani Ægyptii Chronicon Arabicum ab Orbe condito ad annum Martyrum 955. Hegiræ 657. quod sub nomine Chronici Orientalis prodiit in Historia Byzantina Interprete Abrahamo Ecchellensi anno 1651. Continet Præfationem, & sequentes Tractatus, videlicet: Series Patriarcharum ab Adam ad Moysen, qui vigesimus septimus numeratur, cum exacta annorum eorundem collectione. Series Judicum Israel à Josue ad Samuelem Prophetam, qui quinquagesimus primus est ab Adam. Series Regum Juda & Israel à Saul ad Transmigrationem Babylonis. Series Regum Chaldæorum, Persarum, Græcorum & Ægyptiorum ab Evilmerodach filio Nabuchodonosor, qui septuagesimus sextus, ad Alexandrum Philippi Macedonem, qui nonagesimus secundus: & ab hoc ad Ptolemæum Philadelphum, qui nonagesimus octavus. Series Ducum Assamonæorum, seu Machabæorum à Matathia filio Johanan ad Agrippam. Series Regum Ægypti à Ptolemæo Philadelpho, qui suprà, ad Cleopatram, quæ centesima sexta. Series Imperatorum Romanorum ab Augusto Cæsare ad Heraclium, qui centesimus sexagesimus sextus est ab Adam: sub quo Mahometanorum cœpit Imperium feria v. die 1. mensis Moharram, hoc est die 21. mensis Abib, seù die 15. mensis Tamuz, hoc est Julii, anno

Ale-

Alexandri 933. *Christi* 622. Series Chalipharum à Mahomete, qui primus, ad Hosnum Ben-Ali, qui sextus. Series Calipharum Amiatarum à Moavia Ben-Abi-Sophian, ad Meruan Ben-Mohammad Gahadi, qui vigesimus primus. Series Calipharum Abbasitarum, ab Abul-Abbas Assaphahi Abdalla, qui vigesimus secundus, ad Al-Mostasem-billa, qui quinquagesimus octavus. Series Calipharum Phatemitarum in Africa & in Ægypto imperantium ab Al-Modhi Abu-Mohammad Abdalla, qui primus, ad Al-Aded-Ledin-Alla Abu-Mohammad Ben-Al-Haphed, qui decimus quartus. Series Calipharum Ajubitarum ab Annadero Saladdino Joseph, Ben-Alamir Negemaddin Ajub, qui primus, ad Al-Mansur Nureddinum Ali, qui decimus quartus. Series Patriarcharum Alexandrinorum usque ad annum Martyrum 955. Hegiræ 657. à Sancto Marco Evangelista usque ad Athanasium Ben-Colail, qui septuagesimus sextus, cujus tempore hoc Chronicon conscriptum. Sequuntur recentiori manu nomina aliorum undeviginti Patriarcharum post Athanasium, quæ in Chronico Orientali edita non sunt, à Gabriele nimirùm Tanbadi, qui septuagesimus septimus, usque ad Gabrielem Saidensem, qui nonagesimus quintus. Historia septem Synodorum Oecumenicarum, videlicet, Nicænæ, Constantinopolitanæ, Ephesinæ primæ adversùs Nestorium, Ephesinæ secundæ adversùs Eutychen (*hanc enim recipiunt Copti Monophysitæ*) Chalcedonensis (*quam auctor Monophysita refert & rejicit, ejus loco quartam Synodum appellans Ephesinam secundam*) Constantinopolitanæ quæ quinta, Constantinopolitanæ iterùm quæ sexta, & Constantinopolitanæ demùm, quæ septima adversùs Iconoclastas (*quæ tamen Nicæa, non Constantinopoli habita est.*)

In fol. bombyc. 96. Codex archetypus, unde Chronici Orientalis editionem Ecchellensis curavit, scriptus Alexandriæ feria 2. mense Bescentio die 13. anno Martyrum 1023. Hegiræ 706. die 3. mensis Dilchede.

IX.

Chronicon Arabicum, inscriptum, *Praxis speculantium de historia priorum & posteriorum*, in Præfationem & duas Partes divisum. Pars 1. de Adam & reliquis Patribus usque ad Mahometis tempora: ubi de Regibus Græcorum, Romanorum, Ægyptiorum, & Arabum. Pars 2. historia Moselmanorum ab ortu Mahometis pseudoprophetæ usque ad annum Hegiræ 806.

In 4. bombyc. 127. Codex scriptus feria 4. die 3. mensis Safar, anno Hegiræ 992. à Mohammad filio Achmed, filii Abdarrachmani, filii Ali Carani Ansarensis.

X.

Chronicon Arabicum *Gregorii Abulpharagii* seu Bar-hebræi, Episcopi Tagritensis & Primatis Orientis, ab Adamo ad annum Alexandri 1589.

In 4. bombyc. 351.

XI (nunc 169)

Gregorii Bar-hebræi Episcopi Tagritensis, Theologia, quæ inscribitur *Liber Radiorum*, ubi de opere sex dierum: de Deo Uno & Trino: de Incarnatione Verbi: de Angelis: de malis spiritibus: de Anima: de Sacerdotio: de Libero arbitrio & exitu hominis: de consummatione sæculi: & de Paradiso. — Nb

In 8. bombyc. 246. Codex Syriacus scriptus à Josue Monacho & Presbytero Joannis filio ex Belidra territorii Hasan-Cephæ sub Ignatio Patriarcha, anno Græcorum 1641. feria 6. die 28. Septembris.

XII (nunc 172)

Gregorii Bar-hebræi Libri Ethicorum IV. de corporis animique motibus & affectibus, deque virtutibus & vitiis.

In 4. bombyc. 109. Codex è Syriaco in Arabicum translatus, Syriacis tamen literis exaratus à Presbytero Joanne Gariri filio Damasceno die Dominico, 20. Julii, anno Græcorum 1956. Hegiræ 1056. die 6. Gemadi posterioris.

XIII.

S. Antonii Magni Regulæ, Sermones, Documenta, Admonitiones, Responsiones & Vita, ex Arabico Latinè reddita & exarata ab Abrahamo Ecchellensi.

Joannis Maronis Patriarchæ Antiochiæ Expositio Liturgiæ Syrorum: Syriacè usque ad caput 21.

In fol. chart. 64. Codex propria Abrahami Ecchellensis manu exaratus.

Joan-

XIV (nunc 146)

Joannis Maronis Patriarchæ Antiocheni Libellus Fidei adversùs Nestorianos & Monophysitas ad Libani incolas transmissus. Liber adversùs Monophysitas. f. 102 f. 113 Liber adversùs Nestorianos. Epistola de Trisagio: Syriacè, cum versione Arabica, ut videtur, Thomæ Haranitæ Episcopi Caphartabensis f. 125v

Davidis Pauli filii Episcopi Jacobitæ, Dialogus Græcum inter & Syrum, de Trisagio. Syriacè f. 128 init. mutil.

Thomæ Haranitæ Episcopi Caphartabensis Liber de unica Christi voluntate in X. Propositiones divisus, & ad Joannem Antiochenum Melchitarum Patriarcham anno Græcorum 1400. transmissus, Arabicè charactere Syriaco f. 131

In 8. *bombyc.* 157. exaratus à Joseph ex oppido Hachel territorii Byblienſis anno Græcorum 1703. die 20. Februarii.

XV.

Fr. Bruni à S. Ivone Vicarii Carmelitarum Discalceatorum Alepi, compendium Arabicum S. Joannis Damasceni de Fide orthodoxa, inscriptum, *scutum orthodoxæ fidei*, in libros IV. divisum. Liber 1. de Deo. 2. de opere sex dierum, & de actibus humanis. 3. de Providentia Dei, de lapsu hominis, de duabus Christi naturis & unica persona, Mariam esse matrem Dei, de duabus Christi voluntatibus & operationibus, de passibili & impassibili. 4. de iis quæ post Christi resurrectionem acciderunt, videlicet de ejus impassibilitate, de sessione à dextris Patris &c. de Baptismo, de recta fide, de Sancta Cruce, de adoratione ad Orientem, de Sacramentis Ecclesiæ, de Sanctorum cultu & reliquiis, de cultu Imaginum, de Sacra Scriptura, de Antichristo, de resurrectione mortuorum, Peroratio ad hæreticos Jacobitas, Armenos, & Græcos.

In 8. *bombyc.* 147.

XVI (nunc 100)

Joannis Episcopi Darensis de Resurrectione corporum libri IV. f. 1 f. 80 De cœlesti Hierarchia in S. Dionysium Areopagitam. f. 92v De Ecclesiastica Hierarchia in eundem. f. 115v De Sacerdotio libri IV.

In fol. membran. 137. Codex Syriacus Chaldaicis literis exaratus; emptus autem pro Scetensi S. Mariæ Syrorum Monasterio unàcum aliis Codd. 259. à Moyse Nisibeno, ejusdem Monasterii Abbate, anno Græcorum 1243. (*Christi* 932.)

XVII (nunc 176)

Hebedjesu Episcopi Sobæ & Armeniæ *Liber Margaritarum* de veritate Christianæ fidei, in quinque Tractatus divisus, quorum duo priores exciderunt, videlicet, de opere sex dierum, & de Deo trino & uno: reliqui exstant in hoc Codice, nimirùm Tractatus tertius de Incarnatione Verbi & Ecclesia; Quartus de Sacramentis Ecclesiæ, videlicet, de Sacerdotio, de Baptismo, de Chrismate, de Eucharistia, de Fermento, de Pœnitentia & remissione peccatorum, de Conjugio & de Virginitate. Quintus de mundo novo; idest, de adoratione ad Orientem, de adoratione Crucis, de die Dominica & de festis, de feria sexta, de Jejunio, de oratione & de eleemosyna, de cingulis, de resurrectione, de judicio, & de vita æterna. f. 1

Ejusdem Hebedjesu Catalogus Librorum Ecclesiasticorum, à Sacra Scriptura ad suam usque ætatem, metro heptasyllabo digestus f. 26

Salomonis Episcopi Maisan ad Euphratem, seu Bostrorum, *Liber Apum*, qui & *Spicilegium* inscribitur, Narseti Episcopo Cuni-Saporis in Regione Rozicorum nuncupatus & in duas Partes divisus: Pars 1. continet Capita 32. de opere sex dierum, de Adam & Eva, de Paradiso, de peccato Adæ ejusque è Paradiso ejectione, de Adæ filiis, de inventione instrumentorum musicorum, de Noe, de Melchisedech, de generationibus Noe à diluvio ad Abraham, de turri Babylonica & linguarum confusione, de Abraham, de Job, de Isaac & Jacob, de Joseph, de Moyse & filiis Israel, de Josue, de Judicibus & Regibus Israel, de Prophetis & quo quisque mortis genere obierit. Pars 2. continet capita 28. de genealogia Christi, de conceptione & nativitate B. Virginis, de Annunciatione ejusdem, de nativitate Christi, vaticinium Zardastæ (*Zoroastris*) de Christo, de stella quæ apparuit Magis, de Magorum ex Persidè adventu, de Christi fuga in Ægyptum, de Joanne Baptista & baptismo Domini, de Jejunio Christi ejusque lucta cum diabolo, de Paschate quod Christus celebravit, de passione Domini, de ejus resurrectione & ascensione, de illapsu Spiritus Sancti in cœnaculum, de Apostolis & quo quisque

loco

loco prædicaverit, aut mortis genere obierit: nomina LXX. Discipulorum: narrationes variæ: Nomina Patriarcharum Orientis, & loca ubi quisque sepultus est: Reges Medorum, Ægyptiorum, Romanorum & Persarum: septuaginta Interpretes Sacræ Scripturæ: de consummatione sæculi: de Gog & Magog: de Antichristo: de animæ exitu à corpore: de resurrectione universali, & de mundo novo: qua forma homines resurgent: de Sanctorum beatitudine, & de impiorum pœnis, & an hæ finem aliquando habituræ sint f. 42v.

In 4. *bombyc.* 129. Codex Syriacus charactere Chaldaico exaratus à Gabriele Monacho in Beth-Selom vico regionis Baz anno Græcorum 1787. feria 4. die 14. Februarii = Chr. 1476.

XVIII (nunc 244) rarissimi.

Gabrielis Barclai Episcopi Nicosiensis de Deo uno & Trino Tractatus imperfectus, mutil.

Ejusdem Carmina de Christo Domino ejusque Matre. De Ecclesia & fide orthodoxa. De Monte Libano & Maronitis. Paræneſis. De morte. De Sancto Simeone Stylita. De S. Lucio martyre. De meteoris & constellationibus. Planctus Virginis sub Cruce. Paræneſis. De S. Alexio Romano. De S. Antonio Abbate. Paræneſes 11. De Astrologia & stellis errantibus fixisque, & de elementis. De veritate & mendacio adversùs Jacobitas & Nestorianos, deque erroribus, quos Jacobitæ in monte Libano disseminarunt. De Gabriele Hagiulensi Patriarcha Maronitarum, qui ob Catholicam fidem à Mahometanis Tripoli extinctus est anno Christi 1367. De Moyse Æthiope, qui ex latrone monachus factus fuit. De Pœnitentia 11. Paræneſes 11.

In 4. *Char.* 126. Codex Arabicus Syriacis literis exaratus, mutil. 16.

XIX (nunc 231) rarissimi.

Gabrielis Barclai Episcopi Nicosiensis
f. 1. 4v Carmina de S. Jacobo Interciso. De
f. 9 Tripolis urbis expugnatione. De Mo-
f. 14 nastica vita. De S. Maria Magdalena.
f. 21v. 32. 38v De Hosannis. De Pœnitentia. Paræ-
f. 40 neſis. Planctus Virginis sub Cruce.

Sergii Samareni Episcopi Carmen de contemptu mundi f. 16v

Joannis discipuli Barclai carmen paræneticum f. 26v

In 8. *Char.* 41. Codex Arabicus, literis tamen Syriacis exaratus à Joanne Edenensi, Michaelis filio, in Monasterio Cuzajæ anno Christi 1609.

XX (nunc 210) rarissimi.

Gabrielis Barclai Episcopi Nicosiensis Carmen de Joseph Patriarcha. De f. 1. 32 monte Libano & Maronitis.

In 4. *Chart.* 47. Codex Arabicus, literis tamen Syriacis exaratus (anno Græcorum 1867 = Chr. 1556 Gabriel carmen de Joseph exaravit.) Fa. Chr. 1654. a Joseph Basilhiensi.

XXI (nunc 251)

Gabrielis Barclai Episcopi Nicosiensis Carmen Arabicum de hæresibus & Conciliis.

Canticum Syriacum, in quo præcipuæ hæreses anathematizantur, inscriptum, demonstratio fidei Maronitarum adversùs hæreticos.

Adnotatio Arabica de expugnatione Montis Libani, transcripta ex vetustissimo officio Syriaco, quod in ipso Monte Libano in Monasterio Mar Abun extabat.

Eliæ Monachi S. Artemii Carmina Arabica de Urbe Roma. De Alumnis Collegii Maronitarum de Urbe. De Joanne Saphrensi Patriarcha Maronitarum.

In 8. *Chart.* 64. literis Syriacis exaratus ab Elia Gazirensi Monacho S. Artemii anno Christi 1669.

XXII.

Divan, seù Carmina Arabica 426. ordine Alphabetico desinentia, auctore *Zohair* ben-Mohammad ben-Ali Al-Mohlabi, qui vivebat anno Hegiræ 657.

In 4. *bombyc.* 107. Codex scriptus die 17. mensis Dil-Hege, anno Hegiræ 976.

XXIII.

Ebn-Alvardi Carmina Arabica 891. quæ ad usum P. Joannis Baptistæ Eliani collegit Abul-Teda ben-Abbas, ben-Teda, ben-Sadaca, ben-Amran, Jerichuntæus, feria 5. ineunte mense Scioaban, anno Hegiræ 990.

Grammatica Arabica, *Agrumia* inscripta, auctore Gemaleddino Abi-Mohammad Abdalla ben-Mohammad, ben Agerum Senhagensi.

In 4. *bombyc.* 118.

XXIV.

Carmina Arabica & Turcica diversa.

In 16. *bombyc.* 126.

XXV.

Carmina Persica, & Turcica, nitidissimè exarata anno Hegiræ 967. mense Rabi posteriori. *In fol. bombyc.* 53.

XXVI.

Abu-Batri Carmen Arabicum, cum scholiis anonymi.

Abi-Ismael Al-Hosni, ben-Ali, ben-Mohammad, ben-Abdassamad, Aspahanensis, Carmen de vita sua, scriptum anno Hegiræ 515. cum Scholiis anonymi.

Abdarrachmani ben-Abi-Bacr Asiutensis Carmen scriptum die Dominico 21. Regeb, anno Hegiræ 1032.

In 4. *bombyc.* 53.

XXVII. (numer 194)

Eliæ Episcopi Nisibis Grammatica Syriaca f. 1

Joannis Bar-Zugbi Grammatica Syriaca soluta, & ligata oratione f. 5 v. 67

Josephi Bar-Malcun, Episcopi Mardensis, de interpungendi ratione f. 171

De vocibus æquivocis Tractatus Syriacus f. 175

Eliæ Episcopi Nisibis Nomenclator Syro-Arabicus f. 82

Josue Bar-Ali Medici Lexicon Syro-Arabicum f. 114

In fol. 156. Codex descriptus ex archetypo exarato à Josue Presbytero Joannis filio in urbe Bagdad sub Sabarjesu Patriarcha feria 4. die 10. Novembris anni Græcorum 1558. Hegiræ 644. die 26. Gemadi prioris. Ann. 1246

XXVIII.

Rudimenta linguæ Persicæ à Joanne Baptista Raimundo Cremonensi composita anno 1614. Romæ in Ædibus S. Laurentii in Lucina; collecta & in compendium redacta à Flaminio Clementino Amerino. *In fol.* 89.

XXIX.

Agrumia, seu Grammatica Arabica, auctore Gemaleddino Abu-Mohammad Abdalla ben-Mohammad, ben *Agerum* Senhagensi. *In* 4. *Char.* 15.

XXX.

Abul-Hosni, Ben Taher, ben-Achmed, ben-Babisciad, *Grammatica* Arabica, scripta à Nicolao Banensi filio Michaelis. *In* 4. *Char.* 140.

XXXI.

Tasriph, seù Grammatica Arabica.

Gregorii Bar-hebræi Carmen Syriacum de sapientia Divina: quod Syriacè & Latinè prodiit sub nomine *veteris Philosophi Syri*. De perfectione carmen dodecasyllabum. Carmina varia heptasyllaba.

In 4. *Char.* 46.

XXXII.

Abul-Hosni, ben-Taher, ben-Achmed, ben-Babisciad Grammatici, Tractatus de Syntaxi Arabicæ linguæ. *In fol.* 286.

XXXIII.

Gabrielis Zaineddini scholia in Grammaticam Arabicam, quæ *Agrumia* appellatur.

Abdalcaberi ben-Abdarrachmani Georgiani elucidatio Agrumiæ.

Athir-addin Abharensis Isagoge in Dialecticam.

Theses Arabico-Latinæ.

In 4. *Char.* 252. Scriptus à Ludovico Melitensi die 8. Septembris 1624.

XXXIV.

Achmed ben-Ali, ben-Masud Grammatica Arabica, quæ *Quies spirituum* appellatur. *In* 4. *Char.* 73.

XXXV.

Lexicon-Arabico-Latinum. *In* 4. *Char.* 541.

XXXVI. (numer 102)

Dionysii Barsalibæi Episcopi Amidæ, expositio Liturgiæ Syrorum, ad fratrem Ignatium Episcopum Jacobitarum Hierosolymis commorantium. *Codex Syriacus in fol.* 19. scriptus à Joseph Hesronita Chateri filio anno 1646.

XXXVII.

Controversiæ Arabicæ de Primatu, Infallibilitate & Serie Romanorum Pontificum. Adversùs Nestorianos. Adversùs Monophysitas. Quod Spiritus Sanctus ex Patre Filioque procedit. De Purgatorio. De Indulgentiis. De Beatitudine Sanctorum, & de pœnis impiorum ante universalem resurrectionem. De Kalendarii correctione. *In* 4. *bombyc.* 98.

Pre-

XXXVIII.

Preces Mahometanorum Arabicæ & Turcicæ. *In* 16. *bombyc.* 109.

XXXIX.

Preces Turcicæ. *In* 16. *bombyc.* 32.

XL.

Suræ ex Alcorano, seu Capita 38. *In* 4. *bombyc.* 17.

XLI.

Suræ ex Alcorano, & Preces Turcicæ atque Arabicæ. *In* 16. *bombyc.* 56.

XLII.

De Jure Mahometano fragmenta: & miscellanea Arabica & Turcica. *In* 4. *bombyc.* 86.

XLIII.

Achmed Callipolitani Liber, cui titulus, *Lumen auxantium*, ubi plures tabulæ de creatione mundi, de Christo, de Mahomete, & de altero sæculo. *In* 8. *Char.* 71. Codex Turcicè scriptus ab auctore anno Hegiræ 855. translatus autem in linguam Arabicam & literis Syriacis exaratus ab Athanasio Saphar anno Christi 1688.

XLIV.

Gemaleddini Abdallæ Ebn-Hasciam, de Syntaxi linguæ Arabicæ.
Abdarrachmani Abi-Zaid, Ebn-Abi-Mackardi, expositio Agrumiæ.
In 4. *bombyc.* 58.

XLV.

De Ascetis Mahometanis.
Mahometis ad Ali sententiæ.
Dicta, & gesta quorundam Mahometicæ sectæ primipilorum.
Grammatica Arabica, quæ *Lampas* inscribitur.
Carmen Arabicum cum scholiis.
Isagoge in Dialecticam.
Arabicè in 8. *bombyc.* 67.

XLVI.

Statuta de Ablutione & Oratione juxta morem Mahometanorum.
Mohammad Abu-Abdalla, ben-Joseph, Sanuasensis Al-Hosaini, Liber de Jure Mahometico.
Achmed ben-Mohammad, ben-Lotfalla Carmen, quo Liber Mohammad Sanuasensis in compendium redigitur.
Mohammad Sanuasensis Tractatus de statutis. Expositio Orationis Procemialis, seu primi capitis Alcorani.
Othmani Abu-Bacri, ben-Abi-Bacr, ben-Jonæ, cognomento Ebn-Al-Hageb, compendium Theologiæ Mahometicæ.
Negemaddini ben-Mohammad, ben-Achmed, Nasephensis, de Sonna, hoc est, Lege Mahometica.
Veziri Arachensis de Jure Mahometico.
Abdallæ ben-Mohammad Habetensis quæsita.
Mohammad Sanuasensis medicina.
Carmina Ben-Hagiari, Ali ben-Abi-Taleb, & Taalabensis.
Kalendarium Mahometanorum.
Adalvahebi Bagdadensis carmen.
Astrologia & Physionomia.
Mohammad Abu-Abdalla, ben-Omar, Al-Hosaini, Al-Razi, Amuleta.
Abi-Amran Fezensis carmina.
Abi-Said Al-Busi carmen in Mahometem.
Iais ben-Phares, de Talesmanis.
Arabicè in 4. *Char.* 261.

XLVII.

Abullaithi Samarcandi Thesaurus Juris Mahometici, in capita 95. *In* 4. *bombyc.* 88. Codex Arabicus, qui pertinebat ad Tah Hanephitam Gesnensem, antistitem delubri Gaurienſis in urbe Cairo anno Hegiræ 985.

XLVIII.

De hæreditate, & gradibus consanguinitatis. De Testamento, Tractatus anonymi.
Arabicè in 8. *bombyc.* 66. scriptus mense Moharram anno Hegiræ 1019.

XLIX.

Theologia & Jus Mahometicum.
Kalendarium Mahometanorum.
Arabicè in 8. *bombyc.* 65.

L.

Mohammad Sanuasensis Liber de Jure Mahometico, cum commentariis *Jahiæ* Abi-Zachariæ Cartabensis, & *Mohammad* Ben-Ibrahim Malali Talmasensis. *In* 8. *Char.* 100.
Codex Arabicus à Fr. Dominico Germano exaratus Jerosolymę anno Christi 1635.

L I.

Zachariæ Abi-Jahiæ Ansarensis Sciaphaitæ Liber fundamenti, de principiis Juris, seu vocabulorum Juris definitiones. *Arabicè in* 4. *bombyc.* 30. absolutus ab auctore feria 6. die 13. Rabi posterioris anno Hegiræ 911. exaratus verò feria 5. die 2. Saphar, anno Hegiræ 914.

L I I.

Liber subtilitatum de scientia rerum revelatarum: ubi de creatione mundi & hominis, de animarum statu post mortem, de resurrectione, de gehenna, & Paradiso, ex mente Mahometanorum. Tractatus Arabicus Anonymi, scriptus feria 2. exeunte Regeb, anno Hegiræ 920.

Preces Turcicæ, & Amuleta, scripta feria 4. ineunte Gemadi priore, anno Hegiræ 967.

In 4. *bombyc.* 53.

L I I I.

Mohammad Abu-Abdalla, Ben-Ismael, Bocharensis, de Jure Tomus trigesimus & ultimus, exaratus ab Abdalla feria 2. die 9. Gemadi prioris anno Hegiræ 776. *Arabicè in fol. bombyc.* 91.

L I V.

Marochiana historia, ab anno Hegiræ 462. quo Marochium urbs condita, usque ad annum 783. cum accurata Regum serie. *In* 4. *Char.* 138. Codex Arabicus exaratus à Nicolao Nairono.

L V.

Gelaleddini Asiutensis Tractatus de Floribus. *Arabicè in* 4. *bombyc.* 44.

L V I.

Mohammad Sciahrazuri Liber Arcanorum de Anima & Spiritu, scriptus in urbe Cairo anno Hegiræ 611.

Achmed Algazelis de consolatione ad eos qui asceticam vitam ducunt.

Ejusdem Tractatus de Anima & Spiritu. *Arabicè in* 4. *bombyc.* 124.

L V I I.

Didaci Massani Andalutii medicina. *Arabicè in* 4. *Chart.* 122. Codex scriptus anno Christi 1580.

L V I I I.

De proprietatibus hominis, jumentorum, volucrum, & aliorum animantium, Opus medicum in capita 45. divisum. *Arabicè in* 8. *bombyc.* 83.

L I X (numer 209) cartium

Alexandri Magni Epistola ad Aristotelem f. 1

Aristotelis Responsio ad Alexandrum Magnum, de Arte magna f. 2v

Arabicè, literis Syriacis, *in* 4. *Char.* 14. Codex scriptus à Joseph Basluchita anno Christi 1654.

L X (numer 232) cartium

Athanasii Saphar Syri, Episcopi Mardensis, historia expeditionis Francisci Piqueti Episcopi Babylonis ad Regem Persarum. Arabicè literis Syriacis *in* 12. *Chart.* 105. Codex ipsius auctoris manu exaratus anno Christi 1685.

L X I.

Alphabetum Arabicum, cum omnibus literarum nexibus, scriptum in rotulo oblongo, anno Hegiræ 1076.

L X I V (numer 101)

Joannis Maronis Patriarchæ Antiochiæ Libri duo. I. de Sacerdotio in capita 40. f. 1 divisus. II. Expositio Liturgiæ Syrorum in capita 50. f. 98 *In* 4. *Chart.* 249. propria Abrahami Ecchellensis manu exaratus (a. 1664.)

CO-

CODICES AMIDENSES.

I (nunc 83)

Hudra

Officium Chaldæorum per totum anni circulum juxta Ritum Monasterii SS. Gabrielis & Abraham, qui communiter à Chaldæis observatur: ubi præter Officia Dominicarum & dierum ferialium totius anni, habentur etiam propria Sanctorum,
f. 36+44 videlicet: Commemoratio Beatæ Virginis Mariæ post Nativitatem Christi:
f. 66+70 S. Joannis Baptistæ post Epiphaniam:
f. 78v+79v SS. Petri & Pauli Apostolorum post
f. 82v+90v Dominicam primam Epiphaniæ: Evangelistarum post Dominicam secundam:
f. 90v+95v S. Stephani protomartyris post tertiam:
f. 98+98v Doctorum Græcorum post quartam:
f. 143+150 Doctorum Syrorum post quintam.
f. 150v+160 Unius Sancti post sextam: Quadragin-
f. 163+163v ta Martyrum post septimam: Fidelium
f. 166+174v defunctorum post octavam: Confesso-
f. 334v+338v rum post Dominicam primam Resur-
f. 345+349v rectionis: S. Georgii martyris post ter-
f. 403+405v tiam: S. Ezechielis Dacuchensis in Dominica septima Apostolorum. Se-
f. 405v+411v ptuaginta Discipulorum feria 6. post
f. 416v+421 eandem Dominicam: S. Thomæ Apo-
421v stolii & S. Jacobi Nisibeni post Dominicam primam æstatis: SS. Machabæorum post quartam æstatis: S. Moysis
f. 437+439 Beth-Sajore, & S. Simeonis Bar-Saboë
f. 441v+442v post sextam: S. Cardag martyris post
f. 455+463 septimam: S. Crucis post Dominicam
479v quartam Eliæ: S. Joannis Ægyptii die
489v 15. Octobris: & S. Achæ ejusdem fratris die 1. Novembris.
f. 28+33v *Liturgia Theodori* Mopsvesteni: & *Nestorii* Patriarchæ Constantinopolitani f. 59v+66.
Eliæ III. Patriarchæ Chaldæorum, cognomento Abu-Halim, Homiliæ quæ recitantur à Chaldæis in Nativitate Domini, in Commemoratione B. Virginis Mariæ, & in Epiphania Domini.
hic inde spar. das per festa
Scialitæ Episcopi Rhesainæ, hymnus de Beata Maria f. 40+41v
Georgii Vardæ hymnus de Beata Maria f. 41v+44
Hormisdæ hymnus de Sanctis f. 151
Cyriaci hymnus de Machabæis.
Cantus 28. Chaldæorum, cum diversis subalternis tonis f. 523 sq.
In fol. ex papyr. 579. literis Nestorianis, ut vocant, hoc est, Chaldaicis recentioribus exaratus à Diacono Atia, seu Jaballaha, filio Pharag Presbyteri in insula Zebedæa, Sabbato die 19. Octobris anno Græcorum 1850. sub Jesujab Metropolita & Patriarchalis Sedis administratore post obitum Patriarchæ Chaldæorum, & sub Gabriele Episcopo Insulæ Zebedææ.
Chr. 1538
ad 18. in hoc cod. f. 265-266v tantus Sois Stylitæ, a quo et compositus dicitur, et in Sabb. hebd. 6a ieiunii, f. 285+287v

I I (nunc 84)

Officium feriale Chaldæorum per totum annum, excepto Quadragesimali tempore & hebdomada Resurrectionis, juxta Ritum Monasterii SS. Gabrielis & Abraham, quod juxta urbem Mosal situm est, scriptum ab Elia die 21. Julii, feria 2. anno Græcorum 1889. à nativitate Christi 1571. Hegiræ 979.
Cantus 28. Chaldæorum, exarati ab eodem Elia juxta Sepulcrum Domini anno Græcorum 1882. Christi 1571. f. 157+287
Simeonis Metropolitæ Amidæ, hymni de B. Maria & de Sanctis, è Syriaco in Arabicum conversi anno Græcorum 1962. f. 284+84v syriac.; vid. arab. f. 284v-88v; hymni alii syriac. anonym. f. 288v
Georgii, Bergnii sectionem
In fol. bomb. 289. literis Chaldaicis.

I I I (nunc 61)

Officium Defunctorum juxta Ritum Chaldæorum, seu Monasterii SS. Gabrielis & Abraham: pro viris & mulieribus, & pro pueris baptizatis. Ritus quoque sepeliendi pueros nondum baptizatos.
Hymni paracletici de Defunctis 154. videlicet de Patriarchis 4. De Episcopis & Archiepiscopis 3. De Sacerdotibus 20. De Monachis 13. De Diaconis 11. De Clericis 5. De Doctoribus 2. De quolibet 33. De divitibus 4. De peregrinis 4. De senibus 3. De mediçis 1. De occisis 3. De suffocatis 2. De sponsis 2. De Adolescentibus 2. De sponsabus 2. De mulieribus 18. De Virginibus 1. De pueris 14. De Defunctis ad sepulcrum 4. Ad missam 4. f. 82v+114
~~Israel Sapt~~ Hymnus de Defunctis Sois. metrop. Arbel. Jath. f. 80+80v
Jesujab Metropolitæ Arbelæ Hymni de Sacerdotibus defunctis 2. De Diaconis 1. De Clericis 2. f. 86v+93 (inter)
sep. (medicus corporum et animarum)
Officium Defunctorum pro secunda & tertia ab obitu die, pro viris, mulieribus, & pueris: nec non de iis, qui ruinis ædificiorum opprimuntur f. 114+119
Ritus translationis Cadaveris ex uno sepulcro in aliud f. 119+120
Orationes paracleticæ de Defunctis 3, f. 120+125
Cantus de Defunctis 6. f. 125+128v
Salibæ Presbyteri Mansurensis, ex Insula Zebedæa, Carmen flebile de obitu Hanniesu Patriarchæ Chaldæorum f. 128v+133
In 8. bombyc. 133. literis Chaldaicis, sarchi. 13, ut videtur.

Horæ

I V (nunc 224)

Horæ diurnæ & nocturnæ ad usum Maronitarum sæcularium. Arabicè Syriaco charactere *in* 12. *Chart.* 62. Codex scriptus a Petro Edenensi die 15. Aprilis 1646 a Tanto (Mar-thegi) Nairone Bannisi.

V (nunc 24)

Lectiones per annum è Scriptura selectæ, juxta ritum Monasterii SS. Gabrielis & Abraham. Syriacè *in fol. bomb.* 152.

V I (nunc 23)

Lectiones ex Apostolo per anni circulum ad officium Chaldæorum accommodatæ, juxta Ritum Monasterii SS. Gabrielis & Abraham. Syriacè & Arabicè *in fol. bombyc.* 141.

V I I (nunc 184)

Georgii Vardæ Carmina Syriaca CXXI.
f. 1-4 videlicet de nativitate Domini II. De
f. 6-10 Infantia Domini. De vaticiniis Pro-
f. 13 phetarum de Christo. De B. Mariæ
f. 15-30v conceptione & nativitate. De B. Ma-
f. 30v-32 ria VI. De Epiphania Domini II. De
f. 38-41 Joanne Baptista. De Petro & Paulo
f. 42v. Apostolis. De Evangelistis. De Apo-
f. 45v stolis. De S. Stephano protomartyre.
f. 47-50v De Doctoribus Græcis. De Rogationibus IV. De Jona Propheta & Ninivitis II. De Pœnitentia IX. Deprecatio-
f. 67v-78 nes V. De Pater noster II. De tempo-
f. 81-90 rum calamitate. De seipso IV. De Amore doctrinæ. In idem aliud carmen
f. 91 cujus initium, *Deus largire doctrinam*, quod tamen S. Ephræmo tribuitur. De
f. 94-96 Diluvio universali. De fame, peste, & siccitate II. De calamitatibus anno-
f. 100 rum 1535. 1536. 1537. & 1538. Epo-
f. 103v chæ Græcorum. De fame & peste anni
f. 107 Græcorum 1536. De commemoratio-
f. 108v ne unius Sancti. De talentis & gradi-
f. 110v bus ecclesiasticis. De decem Virgini-
f. 112v-116 bus. De defunctis. De resurrectione
f. 117-119 mortuorum. De Antichristo. De pau-
f. 123v peribus & divitibus hujus sæculi II. De
f. 129-131 Jejunio IV. De misericordia. De fide II. De consummatione sæculi. De
f. 138-140v Lazaro quatriduano. De Hosannis.
f. 142-144 De Paschate. De passione Domini.
f. 146-149v De resurrectione Domini II. De duobus discipulis, quibus in urbem Emmaus proficiscentibus Christus apparuit.
f. 152-154 De Confessoribus. De S. Tahemazegerd martyre sub Sapore. De S. Jacobo interciso sub Vararane. De Christo
f. 156
f. 158
f. 159 Domino & Thoma Apostolo. De Sancto Georgio martyre II. De Ascensione
f. 163v Domini III. De Pentecoste II. De dispensatione Domini in carne. De Ado-
f. 170v-171v-174 ratione in spiritu, & Samaritana. De
f. 176 Maria peccatrice. De homine qui de-
f. 178 scendens in Jericho, incidit in latrones.
f. 179 De sermone Domini in monte. De
f. 182-184 divite. De ficu, cui Christus maledixit.
f. 185 De muliere curva. De septuaginta duo-
f. 186-188 bus Discipulis, eorumque nomina & mortis genus. De duodecim Apostolis II. De hydropico. De filio prodigo.
f. 190v-192v
f. 193-195v De murmuratione Judæorum, eò quod
f. 197 Discipuli non lotis manibus manducabant. De divite & Lazaro. De Adam.
f. 198v
f. 200-201v De Eva. de decem leprosis. De judi-
f. 202v-204 ce & vidua, & de pharisæo & publica-
f. 205 no. De cæco qui sedebat secùs viam,
f. 208 & de Zachæo publicano. De piscibus,
f. 209 quos Apostoli in verbo Domini rete jacientes, ceperunt. De semine bono
f. 210v & zizaniis, & de sex parabolis Domini. De Cruce. De beatitudinibus
f. 212-213v De duobus stateribus, quos à Domi-
f. 215 no exegerunt. De Chananæa, & de quinque panibus. De humilitate, &
f. 219 indulgentia. De vinea & operariis.
f. 220 De fermento & utre. De paralytico pi-
f. 222-224 scinæ Siloe. De Angelicis, & Eccle-
f. 225v siasticis ordinibus. De S. Eugenio &
f. 228 sociis. De monte Thabor & Transfi-
f. 229-233 guratione Domini II.

Hachimi Beth-Kasa Carmen de Epiphania Domini f. 35-38

Salibæ Presbyteri carmen de Doctoribus Græcis f. 49v, undecim folia nonsa sunt (fortasse a Josepho I. Sab.)

Marè Archidiaconi & Archiatri, qui Bar-Messia nuncupatur, deprecatio Alphabetica, & carmen de S. Phetione martyre f. 162-163v

Eliæ metropolitæ Sobæ deprecatio alphabetica: de amore doctrinæ, f. 93-94 (in qua nullum est Alef)

Sabarjesu filii Pauli Mosolani carmen de Jejunio Oeconomiæ f. 135-36.

Chamis carmen de Ascensione Domini f. 169v-170v

Abdjesu Bar-Sciaaræ carmen de S. Michaele, & de discipulis S. Eugenii martyris f. 235-39v

Carmen de S. Cudave in monte Izla, cujus cœnobium situm est in Maare vico f. 233-35

Carmen de Sabarjesu Cuchensi, & de Raban Hormisda Persa f. 240v-44

Carmen de Patriarchis Orientis: ubi eorum series texitur ab Adæo & Mari Orientis Apostolis usque ad Timotheum Jaballæ successorem, qui circa annum 1300. vivebat f. 244-46

Carmen de Diacono apostata ex pago Mescaleg territorii Arbelensis f. 246-47v

In fol. bomb. 168. literis chaldaicis exaratus ab Abdalla Presbytero Assyrio feria 3. die 2. Julii anno Græcorum 1871 a Chr. 1560

NB. f. 171v sq. enumerantur a Varda festa Domini, vid. Annuntiatio, Nativitas, in Epiphania, Jejunium, Passio, Resurrectio, Ascensio, Pentecoste.

in monasterio S. Phetionis martyris in regione Mardensi sub Mar Elia Patriarcha Chaldæorum, & Jesujab Metropolita Sobæ, Armeniæ, & Mardæ.

VIII (nunc 90)

f. 1 - 72 *Eliæ III. Patriarchæ Chaldæorum* Homiliæ, quæ ad matutinum in Officio Chaldæorum recitantur: videlicet, De nativitate Domini II. De S. Maria II. De Epiphania II. De feria secunda Ninivitarum, seu Rogationum ad primam Sessionem II. De eadem ad secundam Sessionem II. De Sanctis II. De feria sexta defunctorum II. De Dominica ingressus Jejunii II. De feria secunda majoris hebdomadæ II. De Dominicis Jejunii. De Dominica in Hosannis II. De Dominica Resurrectionis II. De Ascensione Domini II. De Pentecoste. De Adoratione ad missam II. De Transfiguratione Domini II. De Cruce II. *interspersis aliorum Homiliis*

Scialitæ Episcopi Rhesainæ Homiliæ II. de S. Maria, & de feria tertia Ninivitarum seu Rogationum ad primam sessionem f. 8v + 9v - 21v + 24v

Eliæ Episcopi Nisibis, de feria tertia Ninivitarum ad secundam sessionem homiliæ II. De feria quarta ad primam sessionem II. De eadem ad secundam sessionem II. f. 25v + 32

Georgii Episcopi Arbelæ homilia de feria tertia Ninivitarum ad primam sessionem. De Dominicis Jejunii f. 24v + 25v (44 + 45)

Pauli Episcopi Anbar de Pentecoste homilia f. 59v + 61v

Abu-al-Ez Chadri Presbyteri de Ecclesiæ Dedicatione homiliæ II f. 72v + 74v + 77

Officium feriale Chaldæorum f. 77 + 96

Kalendarium Chaldæorum, seu modus inveniendi festa mobilia, epactam &c. f. 96

Bantæ Chaldæi de Christo carmina II f. 113 + 130

Georgii Vardæ carmen de Transfiguratione Domini f. 130 + 137

Salibæ Mansurensis Presbyteri de Pœnitentia & compunctione carmina III f. 137

Anon. carm. de pœnitentia, f. 141 + 43

Quæsita diversa *in Sac. Scripturam, f. 141 + 141*

Epist. ad igneolas monast. a. Petiaqis, f. 143v + 44

Joannis Bar-Caldun carmina 33 *phraque monalia.*

De S. Eugenio & sociis carmen f. 152v + 54 f. 144 + 52v

De S. Onesima filia Antiochi regis carmen f. 154 + 57.

In 4. bomb. 152. literis Chaldaicis exaratus ab Elia in urbe Jerusalem apud Sanctum Sepulcrum feria 5. die 28. Septembris anno Græcorum 1881. *Chr. 1570/71.*

IX (nunc 63)

Ordo Sponsalium juxta Ritum Chaldæorum, *syriace cartaceus.*

Benedictio sponsi, sponsæ, & thalami nuptialis f. 1 + 29v (*item carium f. 29v + 32v*). *Sermo de humilitate, f. 32v + 34v*

Ordo confessionis sacramentalis, f. 34v + 37, *cartaceus.*

Tonsura monachorum, & monialium f. 37 + 58 + 66. *Ordo Petionis, + interdatus a Joseph 1. Sab.*

Ordinatio Diaconissarum f. 66 + 69v

Abdjesu Patriarchæ Chaldæorum carmina III. de Joanne Sulaca Patriarcha f. 69v + 97v + 106v + 107v

Joannis Sulacæ historia, soluta oratione. f. 107v + 110

In 4. bomb. 110. exaratus à Josepho 1. Patriarcha Chaldæorum *a. Chr. 1701*

X (nunc 42)

Officium feriale Chaldæorum f. 1 + 25v

Liturgia Apostolorum. *Theodori Mopsvesteni*, cognomento Commentatoris. *Nestorii* Patriarchæ Constantinopolitani. f. 25v - 51 f. 51

Ordo Baptismi f. 62

Ordo Pœnitentiæ, auctore Jesujab Patriarcha f. 81v

Dubia de Altari, 30 de Eucharistia, & de Baptismo 53 f. 87 - 94 - 103v

Benedictiones mensæ, agapes, vini, infirmorum, puerorum f. 104v

Consecratio Calicis, & Altaris f. 107v - 108

Eliæ III. Patriarchæ Chaldæorum Homiliæ, ut suprà Cod. 8 f. 121 + 165 (*cum iis aliorum*)

Scialitæ Episcopi Rhesainæ homiliæ 11. de S. Maria, & de feria tertia Rogationum.

Eliæ Episcopi Nisibis de Rogationibus homiliæ VI.

Georgii Episcopi Arbelæ homiliæ 11. de Rogationibus, & de Jejunio.

Pauli Episcopi Anbar homilia de Pentecoste. - *Benedictio mensæ post festis. f. 165 (recentiori addita).*

In 4. bomb. 169. literis chaldaicis exaratus à Diacono Bahdino filio Atiæ feria 4. die 17. Novembris in Insula Zebedæa anno Græcorum 1914. *Chr. 1603.*

XI (nunc 43)

Consecratio Altaris cum chrismate f. 1

Liturgia Apostolorum f. 23v

Evangelia pro aliquot Festis & feriis Arabicè literis chaldaicis f. 34

Clausulæ V. in fine missæ recitandæ, auctore Hebedjesu Bar-Bricha, Episcopo Sobensi, quarum duæ priores Abdjesu f. 45 Gozartensi tribui solent. *Aliæ* 11. auctore Mara Archidiacono, qui & Bar- f. 50 Messia. *Aliæ* 11. auctore Presbytero f. 52v Atia Bar-Oteli.

Ordinatio Diaconi. Presbyteri. Episcopi. Catholici, seu Patriarchæ, juxta traditionem Mar-Abæ Patriarchæ, Gabrielis metropolitæ Bassoræ, & Cypriani Nisibis. f. 55 - 62 - 68 f. 82v

De Patriarcharum numero & dignitate, & de Romanæ Sedis primatu Canones Nicæni Syriaci f. 94v

De

De electione Patriarchæ Chaldæorum, Canones Mar-Abæ, & Jesujabi Patriarcharum.

Patriarchæ Chaldæi, qui à Romanis Pontificibus ordinati dicuntur.

Jesujabi canon de Diaconis, Presbyteris, & Episcopis.

Ordinatio Archidiaconi *f. 106*

Tonsura Monachorum *f. 107v*

Benedictio Directoris, seu magistri novitiorum, *Hegumeni*, *f. 109v*

Absolutio Sacerdotis à suspensione & irregularitate *f. 111v*

Absolutio Laici ab interdicto vel excommunicatione *f. 112*

Orationes super energumenum & infirmum *f. 112v*

Benedictio seminum *f. 113*

In fol. bomb. 113. literis chaldaicis exaratus à Josepho Amidensi Patriarcha Chaldæorum, Romæ die 26. Augusti anno Christi 1701.

XII (*nunc 44*)

Ordo Baptismi Chaldæorum *f. 1v*

Missa Apostolorum *f. 19*

Lectiones Evangelii per annum, Arabicè literis chaldaicis *f. 35*

In 4. bomb. 179. literis chaldaicis exaratus à Josepho Patriarcha Chaldæorum feria 4. die 24. Junii anno Christi 1691.

XIII.

Nunc deesse dicitur, sed videlic. supra IX!

Ordo Sponsalium, juxta ritum Chaldæorum.

Absolutio sacramentalis à peccatis.

Tonsura monachorum, auctore Phetione Presbytero ac monacho.

Abdjesu Patriarchæ Chaldæorum de Joanne Sulaca carmina III. videlicet, de ejus profectione in Urbem atque in Patriarcham Chaldæorum inauguratione. De ejusdem Sulacæ reditu ex Urbe in Assyriam, deque ejus obitu instigatione & fraudibus Bar-mamæ Patriarchæ Nestorianorum. Epitaphium ejusdem Sulacæ.

Joannis Sulacæ Patriarchæ Chaldæorum vita, soluta oratione.

In 4. bomb. 102. literis chaldaicis exaratus à Josepho Patriarcha Chaldæorum feria 2. die 23. Octobris anno Christi 1701.

XIV. (*nunc 73*)

Liber Diaconi, juxta Ritum Syrorum Jacobitarum, continens quæ Diaconus Sacerdoti celebranti respondet. *Tres tantum synodi occumen. prædicantur suppressa 4a Chalcyden. inter sanctos colunt Dioscur. Timoth., Philox., Severr., Anthim. Jacob. Baraed. & Barsauma! 16 sanctos videtur esse. (atque ar. recod. Prop. XII = nunc 38)*

In 8. bomb. 41. literis Syriacis.

XV (*nunc 228*)

cantuum

De Fide, spe, caritate, pœnitentia, & adoratione in spiritu, Tractatus moralis *f. 1*

Expositio Orationis Pater noster *f. 17*

Modus recitandi Rosarium B. Virginis *f. 24v*

Professio Fidei *f. 35*

Arabicè in 12. char. 50, *exarat. Romæ a. 1675*

nr XVI = IV!

XVII (*nunc 206*)

cantuum

Paradisus monachorum, seu Patrum dicta & gesta, Liber in capita 313. divisus, quo continentur Apophthegmata ferè omnia per Cotelerium edita. *e Græco in Arabicum versa ab Jacobita anonymo*

In 4. bomb. 118. Codex Arabicus, chaldaicis tamen literis exaratus à Josepho Patriarcha Chaldæorum mense Octobri anno Christi 1705.

XVIII (*nunc 221*)

cantuum

Agapii Cretensis, monachi in monte Atho, Dux peccatoris: liber asceticus è Græco in Arabicum translatus à Presbytero Joseph filio Abdallæ Alepino.

In 8. bomb. 118.

XIX (*nunc 201*)

cantuum

Theodori Lascaris Imperatoris cantus VIII. in B. Virginem, è Græco in Arabicum conversi *f. 1*

Agapii monachi cantus XXIV. in eandem, è Græco in Arabicum conversi *f. 4*

Miracula LXVIII. edita à B. Virgine Maria *f. 8v*

In fol. 121. Codex Arabicus, chaldaicis literis exaratus.

XX.

Conciones 11. Arabicæ de Pœnitentia & Sacramento Confessionis, deque præceptis Dei & Ecclesiæ.

In 8. char. 34.

CO-

CODICES BERŒENSES.

I (nunc 159)
partim syr., partim cars.

Acobi Bartelensis ex monacho cœnobii Sancti Matthæi Episcopi Tagritensis, Liber Thesaurorum, ab eodem absolutus die 10. Maii anno Græcorum 1542. & in quatuor Partes divisus: Prima de Deo uno & Trino capita 13. Altera de Incarnatione Verbi, de Ecclesia, de Sacramentis, & Ritibus Ecclesiasticis, capita 41. Tertia de Providentia Dei & Actibus humanis, capita 11. Quarta de Angelis, de opere sex dierum, de Antichristo & fine mundi, de Paradiso & Inferno, capita 40. Codex Syriacè scriptus ab Ephræm Phigana monacho sub Ignatio Hudaia Patriarcha Jacobitarum, feria 2. die 8. Julii, anno Græcorum 1933 = Chr. 1622

f. 3v
f. 9v
f. 40
f. 50

Excerpta 2 ex libro (Causa causarum) f. 78v-78v

Dionysii Barsalibæi Episcopi Amidæ, expositio Symboli Nicæni. Syriacè f. 80v

Philoxeni, seu Xenaiæ, Episcopi Mabugensis sive Hierapolitani, Professio fidei. Syriacè f. 82v – Diosceri fidei, f. 86v

Severi Patriarchæ Antiocheni Professio fidei. Syriacè f. 86

Joannis Thebæi Sermo de præceptis Evangelicis. Syriacè f. 87

f. 98v-104 *Evangelium* de Infantia Christi Syriacè
f. 106v & Arabicè. In illud, *mane Techel, Phares*, Syriacè. De novem choris Angelorum, Syriacè. De vittutibus & vitiis Arabicè.
f. 114v
f. 116v

f. 125 *Severi Mokaffai* Episcopi Asinonæorum in Ægypto, historia quatuor priorum
f. 139 Synodorum. Tractatus adversùs errores Armenorum = Arabicè Petri Melignis

f. 150v *Basilii Magni* & Gregorii Theologi Dialogus. Arabicè.

f. 155 *Dionysii Barsalibæi* expositio in sacrum chrisma. Arabicè.

f. 160 *Hicar* sapientis fabulæ Arab.

f. 166v *Caleb* sapientis fabulæ Arab.

f. 168-171v *Vita Marci* monachi. *Abraham* Patriar-
f. 181v-184 chæ. *Jonæ* Prophetæ. *Job* justi. *Pauli*
f. 176-177v Apostoli. *Joseph* sponsi B. Virginis.
f. 213v-217 Arabicè. Zinethum

f. 172v *Joannis Chrysostomi* homilia de Pœniten-
f. 188v tia. In Psalmum VI.
f. 176v *Jacobi Sarugensis* homilia de sacris myste-
f. 180-191v riis. De pœnitentia, Arab.
f. 186v-194 *Ephræm Syri* sermo de pœnitentia. De
f. 222v-210 peccatrice. De Elia propheta. Paræsis de morte, & peccato, deque pœnitentia. Arabicè.

Pauli Apostoli Apocalypsis. Arab.

~~Clausulæ, seu benedictiones super popu-~~ Homilia de Paschate

Tom. I.

~~lum in fine missæ recitandæ~~. Arabicè f. 217

Homilia de feria sexta, & paschate. Arab f. 219-220. S. Ephraemi de Elia f. 222v

Petri Apostoli Apocalypsis sub nomine Clementis. Arab. f. 228

Moysis Barcephæ, seu Severi, Episcopi Mosolani Homiliæ in præcipuas anni festivitates. Arab. f. 313v

Prophetarum & Apostolorum Vitæ. Syriacè, f. 448-454, desunt ultimum fol.

~~*De Eucharistia* tractatus anonymi Syr.~~

~~*Joannis* Episcopi Daræ de resurrectione corporum fragmentum. Syr.~~

In fol. bomb. 467. Syriacis literis exaratus anno Græcorum 1933, Chr. 1628/32

II.

Paradisus monachorum Arabicè: videlicet, *Sophronii* Patriarchæ Hierosolymitani Paradisus in capita 66. divisus: qui idem est ac Pratum spirituale Moschi. *Anastasii Synaitæ* libri III. de dictis & gestis monachorum. *Apophthegmata Patrum* in capita 897. eadem ferè ac ea quæ edidit Cotelerius.

Pauli Episcopi Memphcos narrationes morales XXXI.

Joannis Chrysostomi epistola ad Theodorum monachum lapsum.

Nili Abbatis Paræsis ad Virginem sanctimonialem.

In fol. bomb. 464. Codex Arabicus exaratus à Joanne Zendo Presbytero Maronita anno mundi 7192. Christi 1684. Hegiræ 1095.

III (nunc 243)
cars. Syri

Synaxarium, seu martyrologium Maronitarum, sermone Arabico & literis Syriacis exaratum sub Georgio Besbelensi Patriarcha Maronitarum, & Gabriele de Blauza Archiepiscopo Alepi anno Christi 1666. *in fol. bomb.* 268.

IV (nunc 130)

Conciliorum generalium & particularium Canones è Græco in Arabicum conversi: videlicet, *Nicæni I.* Canones 20. f. 2
Canones 84. & Canones 26. *Constanti-* f. 13-36-50v
nopolitani I. Canones 4. *Ephesini* defini- f. 55v
tio fidei. *Chalcedonensis* canones 27. f. 59
Constantinopolitani II. definitio. *Con-* f. 70v-71v
stantinopolitani III. definitio. *Trullani* ca- f. 88
nones 102. *Nicæni* II. canones 22. *Flo-* f. 116-125v
rentini Acta & definitio, cum subscriptionibus Episcoporum Orientalium.

f. 146v-153 *Ancyrani* canones 24. *Carthaginiensis* canones 14. *Gangrensis* canones 20. *Sardicensis* canones 21. *Antiocheni* canones 25. *Laodiceni* canones 52.
f. 156v-162
f. 170v
f. 178

Constantini, *Theodosii*, & *Leonis* Imperatorum Statuta 130 f. 186v

Tituli Juris canonici & civilis 21 f. 201

In fol. bomb. 218. Codex Arabicus, sed literis Syriacis exaratus à Joanne Zendo Presbytero Maronita sub Stephano Patriarcha Antiochiæ, & Gabriele Archiepiscopo Alepi die 3. Maii anno Christi 1690.

V (numer 131) cartuni

Conciliorum generalium & particularium canones è Latino in Arabicum conversi à Joanne Carmelita Discalceato anno Christi 1662. videlicet, *Interpretis* nuncupatoria ad B. Virginem, & *Præfationes* duæ de Conciliorum natura, materia, & auctoritate. *Concilii Nicæni* I. brevis historia, symbolum, & canones 20. *Constantinopolitani* I. historia, symbolum, & canones 7. *Ephesini* historia & canones 12. *Chalcedonensis* historia, canones 26. epistola ad Dioscorum, & altera ad Alexandrinos de condemnatione Dioscori. *Constantinopolitani* II. historia & canones 14. *Constantinopolitani* III. historia. *Nicæni* II. historia, & canones 11. *Constantinopolitani* IV. historia & canones 26. *Lateranensis* IV. sub Innocentio III. historia & sectiones 70. *Lugdunensis* II. sub Gregorio X. historia & canones 12. *Florentini* sub Eugenio IV. historia, instructio ad Armenos de septem Sacramentis, & definitio fidei.

In fol. bomb. 103. Codex Arabicus, sed literis Syriacis exaratus à Joanne Zendo sub Stephano Patriarcha Antiochiæ, Gabriele Archiepiscopo Alepi, & Josepho Hesronita Archiepiscopo Tripolis Syriæ, anno Christi 1676.

V I (numer 202) cartuni

f. 1 *Vitæ Sanctorum*, videlicet, *Joannis Eleemosynarii* Patriarchæ Alexandrini: *Barbaræ* & *Julianæ* sororum: *Mariæ* seù
f. 51
f. 61v
f. 75 *Margaritæ* Virginis & martyris: *Catharinæ* V. & M. *Basilii* Magni: *Pelagiæ*
f. 86-114
f. 126v Antiochenæ: *Samonæ* & septem filiorum Macabæorum: *Pauli* Apostoli.
f. 136
f. 147-151 *Abraham* Patriarchæ: *Arethæ* & sociorum MM. Nagranensium: *Domitii* martyris: *Pauli monachi* in Samaria.
f. 168-184
f. 170
f. 189-201 *Cypriani* & *Justinæ*: *Marci* Eremitæ.
f. 256v-262 *Teclæ* protomartyris. *Alexii* Romani.

Historia & miracula Imaginis B. Mariæ Virginis in Saidnaia f. 195+201

Ephræm Syri sermo de lucta cum diabolo f. 226+245

Isaac Syri sermo de contemptu mundi. f. 246+256

Homilia anonymi in illud, *multi vocati, pauci verò electi* f. 208+217. De nota predestinatorum f. 217+226.

In 4. bomb. 264. Codex Arabicus, literis Syriacis exaratus die 14. Octobris, anno Christi 1672.

V I I.

Georgii Elmacini Homaidi, Ebn-Abi-Eliaser, ebn-Abi-mocarem, Ebn-Abi-Attib, Chronicon ab Orbe condito ad Heraclium Imperatorem.

Nomina portarum Byzantii.

Series Imperatorum Othomanorum ab anno Hegiræ 641. ad annum 1031.

Menses Arabici.

In 4. bomb. 213. Codex Arabicus exaratus an. Græcorum 1932. Christi 1621.

V I I I (numer 121)

Marci Eremitæ sermones 8. de Lege spirituali: Adversùs eos, qui se putant ex operibus suis justificari: mentis cum anima consultatio: Paræneſis: De Baptismo: De Pœnitentia: Disputatio cum Scholastico: Adversùs Melchisedechianos.
f. 1
f. 9
f. 21
f. 23v-32v
f. 49-57
f. 69

Macarii Ægyptii sermones III. & epistolæ VIII.
f. 77-91v

Macarii Alexandrini sermones II. & epistolæ IX.
f. 98-107

In fol. bomb. 119. Codex Syriacus exaratus à Joanne monacho in monasterio S. Behenami & Saræ ejus sororis, & quadraginta martyrum sociorum, anno Græcorum 1889. Chr. 1576.
ex cod. monast. Mar Mattai: continebat primitus etiam omnia opp. Isaiæ & Gregorii.

I X (numer 170)

Gregorii Barhebræi Episcopi Tagritensis Liber inscriptus, *Horreum mysteriorum*, in quo sacram Scripturam commentariis illustrat à Genesi usque ad Psalmum 36.

In 4. bomb. 99. Codex Syriacus, sectii. 14.

X.

Bahairæ monachi historia, & ejusdem cum Arabe quodam disceptatio.

Calipharum historia.

Arabicè in 8. bomb.

X I.

Formulæ epistolarum, Turcicè *in 4. bombycin.*

Ho-

XII.

Hosaini Abu-Ali Isagoge in Dialecticam, & Meteora, Syriacè *in fol. bomb.*

XIII.

Petri Apostoli Apocalypsis, Arabicè

Athanasii Alexandrini Revelatio, Arab.

Kalendarium Orientalium, Syriacè

Canones Apostolorum 81. & Constitutiones eorundem per Clementem. *Constantini* & *Theodosii* Imperatorum statuta. *Nicæni* Concilii canones 23. *Neocæsariensis* canones 14. *Ancyrani* canones 20. *Laodiceni* canones 59. *Chalcedonensis* canones 27. Arabicè. *In 8. bomb.* 269.

CODICES PETRI A VALLE.

I.

Pentateuchus Samaritanus emptus Damasci in Syria à Petro de Valle anno 1616. *In fol. bomb.* 278.

II.

Quatuor Evangelia Ibericè *in 4. membran.* 303.

III.

Quatuor Evangelia Ibericè *in 4. bomb.* 178.

IV.

Vita S. Gregorii Illuminatoris Armenicè *in 4. bomb.* 14.

V.

Psalterium Copto-Arabicum, cum *Canticis* Moysis II. Annæ, Habacuc, Jonæ, Ezechiæ, Manassæ, Isaiæ III. Trium puerorum, B. Mariæ, Zachariæ, & Simeonis. *In fol. bomb.* 225. Codex exaratus in monasterio S. Antonii Sabbato die 14. Barmahat, anno martyrum 1101. *Christi* 1386.

VI.

Evangelium S. Joannis Copto-Arabicum, exaratum anno martyrum 1062. *in fol. bombyc.* 108.

VII.

Samannudi Grammatica Coptica, Arabico sermone, quæ *Sollom*, idest, *Scala* inscribitur.

Cæsaris Ben-Cateb Grammatica Coptica, quæ *Tabossara*, hoc est, *contemplatio* prænotatur.

Alasaadi Abulpharagii Benassali Grammatica Coptica.

Alvagi Calliopæi Grammatica Coptica, Tom. I. quæ *Caphaia*, idest, *sufficientia* appellatur.

Altechi Ebn-Dohairi Grammatica Coptica.

Abu-l-Barcati Ben-Cabari Presbyteri *Scala magna*, hoc est, Lexicon Copto-Arabicum, in decem partes & 32. sectiones divisum.

Abu-Isaac Ben-Assal Lexicon Copto-Arabicum, in quo voces Copticæ, quæ in Testamento novo occurrunt, Arabicè redduntur.

In fol. bomb. 168. scriptus à monacho Gabriele ebn-Arrascid, cognomento Cateb Catlabac, in monasterio Thmuis feria 6. die 2. Babæ, anno martyrum 1036.

VIII.

Samannudi Scala, seu Institutiones linguæ Copticæ Arabico sermone.

Abu-Isaac Ben-Assal Lexicon Copto-Arabicum, seu voces Copticæ Arabico sermone expositæ, quæ occurrunt in Testamento novo, in Psalmis, in Liturgia, & in Officio feriali Coptorum. *In 4. bomb.* 131.

IX.

Liturgia Æthiopica. In 8. membran. 157.

X.

Liturgia Æthiopica. In 8. membran. 140.

XI.

Pentateuchus Arabicus. *In fol. bomb.* 269.

XII.

Carmina septem Poëtarum Arabum, qui ante Mahometis tempora claruerunt, videlicet: *Amr al-Cais*, ben-Hagiar, ben-Amr Candensis: *Tarpha* ebn-al-Abd Bacrensis: *Zohair* ebn-abi-Salma Mozenitæ: *Labid* ebn-Rabia Ameritæ:

ritæ: *Amri* ben Calthum Taalabensis: *Antara* ebn Scedad Abesitæ: & *Arethæ* ebn Halza Jascarensis: *cum scholiis Hosaini* Abu-Abdallæ ben-Achmed Zuzenitæ. Dicuntur autem *Sabaa Taval*, idest *septem longi*, & *Sabaa Moallaka*, idest, *septem appensi*, quia eorum carmina tamquam rara apud Mahometanos & singularia, in septem longis tabulis exarata sunt, & in delubro Meccano appensa.

Carmina quatuor aliorum celeberrimorum Poëtarum Arabum, cum Scholiis ejusdem *Hosaini Zuzenitæ*: videlicet, *Scenfari* Arabis: *Sciammul* ebn-Ad: *Mohammad* Abu-Bacr ebn-Doraid Azeditæ: & *Chaled* ebn-Saphuan al-Cannàs, idest venatoris.

In 4. bomb. 173. Codex exaratus Sabbato die 12. Regeb, anno Hegiræ 1022.

XIII.

Alcoranus, idest, Mahometis pseudoprophetæ Liber, quem tamquam delapsam è cœlo Legem venerantur ejus sectarii. *In 4. bomb.* 345. Codex nitidissimè exaratus, & auro miniatus.

XIV.

Alcorani pars ultima, quæ *Suras*, idest capita 38. complectitur. *In 8. bomb.* 27.

XV.

Ali ebn-Abi-Taleb Poëmata Arabica 452. *In 4. bomb.* 52.

XVI.

Mohammad Abu-Abdalla ben-Said Dallasensis Carmen Arabicum in laudem Mahometis pseudoprophetæ, cum scholiis quinque Auctorum: videlicet, *Mohammad* Naseraddini Phajumensis, *Salemi* Aladdini ben-Aminaddini Gazæi, *Mohammad* Sciamsaddini ben-Mansur ben-Abade, *Achmed* Sciahabaddini ben Salem Magedaddini Adraënsis, & & *Sceich*, seu senis *Damiatensis*: *collectore Ali* Nuraddino ben Giaber ben Mosis Jamanita, idest ex Arabia Felici oriundo.

In fol. bomb. 41. exaratus die 2. Gemadi prioris, anno Hegiræ 998.

XVII.

Carmina Arabica XII. *In 8. bomb.* 19.

XVIII.

Mohammad Abi-al-Taber ben Joseph Tamimitæ Cæsaraugustani Andalutii, *Orationes* Arabicæ quinquaginta, quas *Macamat*, idest, *similiter cadentes* appellant: scriptæ ab auctore in urbe Corduba ad imitationem Orationum, quas *Abu-Mohammad Hariri* celeberrimus inter Arabas Orator in urbe Bassora scripserat.

In 4. bomb. 217. elegantissimo charactere exaratus à Saleh ben Mohammad ben-Vatech in urbe Bagdad feria 4. die 4. Regeb, anno Hegiræ 650.

XIX.

Abi-Ali Hosaini Ben Al-Hosain, de Quadratura circuli Arabicè *in 16. bomb.* 6.

XX.

Abdarrachmani Africani Tagiuri, hoc est, Tingitani, Tractatus mathematicus de anno, mensibus, & diebus, deque meridie & statis horis Orationis, quæ ex lege Mahometica præscribitur.

Achmed Garsaddini ben Sciahabaddini Tractatus de Quadrante.

Mohammad Badraddini Mardinensis de Quadrante Tractatus II.

De Quadrante Tractatus anonymi.

Ali Abul-Hosn ben-Ibrahim, cognomento ebn-al-Sciater, Tractatus de Quadrante.

In 4. bomb. 151. exaratus anno Hegiræ 981.

XXI.

Historiæ Arabicæ fabulosæ *Bibi* Regis Arabum, Mogamesi ejus filii, Abuzaidi, & Said: *Senan* filii Jaser ex familia Halalitarum: *belli Halalitarum* cum familia Tajorum in regione Cyrenensi: & *Scedad* ben-Sciahabaddini ben Hasab: partim soluta, & partim ligata oratione. *In 4. bomb.* 89.

XXII.

Camus, idest Oceanus, seu Lexicon Arabicum, auctore *Mohammad ben Jacob ben Mohammad*. *In fol. bomb.* 736.

XXIII.

Grammatica Arabica, quæ *Caphia*, idest, *sufficiens* appellatur.

Naseraddini Abulmocaremi Matrazensis Grammatica Arabica, quæ *Masbah*, idest, *Lampas* inscribitur.

Abdal-

Abdalcaberi Ben-Abdarrachmani Georgiani de Particulis Orationis. *In* 4. *bomb.* 88.

XXIV.

Ebn-Hagebi commentaria in Grammaticam Arabicam, quæ *Caphia* appellatur: opus ab auctore absolutum Sabbato die 11. Romadan, anno Hegiræ 897. exaratum autem Alepi à Senan Ben-Ali ineunte Gemadi priore anno Hegiræ 985. *In* 4. *bomb.* 255.

XXV.

Achmed Ben-Ali, Ben Masud Grammatica Arabica, quæ *Marab-Al-Aruah*, idest, *Quies Spirituum* appellatur.
De Tasriph, seù conjugatione Verborum Tractatus II.
In 4. *bomb.* 73. Codex elegantissimè exaratus.

XXVI.

Achmed Ben-Ali, Ben Masud Grammatica Arabica.
De Tasriph Tractatus III.
In 4. *bomb.* 124. Cod. exaratus die 29. Moharram, anno Hegiræ 1024.

XXVII.

Scholia in Grammaticam Achmed Ben-Ali, *in* 4. *bomb.* 95.

XXVIII.

Ali ebn-Abi-Taleb carmen Arabicum, cum paraphrasi metrica Turcica interlineari.
Historia Regum Persarum usque ad initium Chalipharum Mahometanorum, Turcicè.
Historia Calipharum, ab Omaro Ben-Alchettab usque ad Almotasem-Billa, Turcicè.
In 4. *bomb.* 192.

XXIX.

Lexicon Arabicum cum Turcica interlineari explicatione, *in* 4. *bomb.* 224. exaratum exeunte Rabi posteriore, anno Hegiræ 945.

XXX.

Lexicon Arabico-Turcicum, *in* 4. *bombyc.* 464.

XXXI.

Vocabularium Arabico-Turcicum *in* 8. *bomb.* 54.

XXXII.

Vocabularium Arabico-Turcicum.
Mohammad Ben Mohammad Ben Machmud *Samarcandi Hamdanensis* Carmen Arabicum de recta Alcorani lectione, cum scholiis *Naseraddini Abilcasemi Samarcandi*: opus absolutum die 13. Moharram anno Hegiræ 758. feria 5. exaratum verò ab Abdalla Ben Abi-Bacro feria 2. die 12. Scioaban anno Hegiræ 766.
Ejusdem Mohammad Samarcandi Hamdanensis de recta Alcorani lectione Liber Turcicus in Præfationem & capita 30. divisus.
Ejusdem Auctoris dê variantibus Alcorani lectionibus Libri III. Arabicè. Codex exaratus ab Ali Ben Mohammad Ben Abigrada Jazerensi feria 5. die 21. Gemadi posterioris, anno Hegiræ 754.
Poëma Turcicum morale, exaratum die 23. Rabi prioris anno Hegiræ 1003.
Isagoge in Dialecticam, Turcico sermone exar. anno Hegiræ 1004. *In* 4. *bombycino* 244.

XXXIII.

Senani Abi-Sud Bidavensis Scholia de Prophetia & Angelis, Arabicè.
De sphæra Tractatus Persicus cum figuris Astronomicis.
Ali Cialabi de Sphœra cum figuris & tabulis Astronomicis, Tractatus Turcico sermone, absolutus ab Auctore Alepi exeunte mense Dil-hege anno Hegiræ 955. exaratus autem anno Hegiræ 982. exeunte Rabi posteriore, feria 2.
De vocibus Tractatus Dialecticus, Arabicè.
Mohammad Abu-Abdalla Ansarensis Andalusii de Poësi & versibus, Arabicè, cum scholiis anonymi.
In 4. *bombyc.* 129.

XXXIV.

Thesaurus linguæ Turcicæ, *in* 4. *bomb.* 574. exaratus Dominica, die 12. Safar, anno Hegiræ 1031.

XXXV.

Grammatica linguæ Turcicæ, auctore *Petro à Valle*, Italico sermone composita, & in Libros VII. divisa. *In fol.* 149.

Saed

XXXVI.

Saed Abul-Hosn, Ben-Ali, Georgiani Geographia cum Tabulis septem Climatum, & descriptione altitudinis Poli præcipuarum Asiæ urbium: Turcicè *in* 8. *bombyc.*89.

XXXVII.

De Astronomia Tractatus in Capita 28. divisus: Turcicè *in* 4. *bombyc.* 32.

XXXVIII.

Moanæ de signis Zodiaci & Astrologia: Turcicè *in* 4. *bombyc.* 49.

XXXIX.

Mohammad Antistitis delubri Solimanæi, historia Alexandri Macedonis, Turcicè *in* 4. *bomby.*229.

XL.

De Joseph Patriarcha & *Zalicha* uxore Putipharis, Poëma Turcicum elegantissimè exaratum *in* 4. *bombyc.* 138.

LXI.

Medulla Chronologiæ, de Chaliphis, de Regibus Persarum, deque illustribus apud Mahometanos viris. Turcicè *in* 4. *bombyc.* 231.

XLII.

Historia familiæ Othomanorum, auctore *Mohammad*, in duas partes divisa: quarum prima complectitur Chronologiam ab orbe condito usque ad Mahometem pseudoprophetam ejusque in Imperio successores Caliphas: Altera res gestas Othomanorum usque ad Solimanum Selimi filium, hoc est, usque ad annum Hegiræ 974. *In* 4. *bomb.*160.

XLIII.

Formularium epistolarum, & libellorum supplicum, Turcicè *in* 4. *bombyc.* 24.

XLIV.

Lexicon metricum Turcico-Arabicum, auctore *Sciahedi*, in classes 34. divisum: *in* 4. *bombyc.* 33.

XLV.

Encomia in quosdam Soltanos & illustres viros, Turcicè *in* 4. *bombyc.* 49.

XLVI.

Pheduli Carmina Amatoria, Turcicè, exarata ab Aslan Sen-Hader Dadianensi exeunte Gemadi posteriore anno Hegiræ 1004. *in* 4. *bombyc.* 90.

XLVII.

De fundamentis sectæ Mahometanæ, idest, de unitate Dei, de Prophetia, de successione, & de resurrectione, Turcicè *in* 4. *bombyc.* 54.

XLVIII.

Vocabularium Persicum & Italicum, quo explicantur voces omnes, quæ in Doctrina Christiana in urbe Lahor à Patribus Societatis Jesu in Persicum sermonem conversa occurrunt, auctoribus Studentibus Collegii SS. Petri & Pauli in urbe Aspahan Carmelitis Discalceatis: *In fol. bombyc.* 140.

XLIX.

Doctrina Christiana Persicè: exarata à Mohammad Aspahanensi die 29. Romadan anno Hegiræ 1029. *in* 4. *bombycino* 85.

L.

Petri à Valle ad Mohammad Abdalvehab Aspahanensem epistola de quibusdam Christianæ religionis mysteriis, Persicè *in* 4. *bombyc.* 18.

LI.

Petri à Valle ad Mohammad Aspahanensem epistolæ aliud exemplar, Persicè *in* 4. *bombyc.* 41.

LII.

Mohammad Bacher Aspahanensis Refutatio Religionis Christianæ: opus ab auctore absolutum mense Romadan anno Hegiræ 1031. Persicè *in* 8. *bombyc.* 194.

LIII.

Ephemeris anni Hegiræ 1031. Christi 1622. ad meridianum civitatis Sciraz, auctore Mirtagian Giuneidita, Sciraz urbis

urbis totiusque Persidis Præfecti Astrologo. Persicè *in* 4. *bombyc.* 20.

LIV.

Tabulæ Lunationum & Ascendentium, Persicè cum Latina interpretatione, *in fol. bombyc.* 19.

LV.

Tacuim, idest, *Directio*, de Lunationibus, Persicè, *in* 4. *bombyc.* 14.

LVI.

Compendium Tractatus P. Christophori Borri Soc. Jesu de nova mundi constitutione juxta systema Tichonis Brahe aliorumque recentiorum Mathematicorum, è lingua Latina in Persicam translatum à Petro de Valle in urbe Goa anno Christi 1624. & ad Zaineddinum Lari Astronomum Persam transmissum, addita è regione interpretatione Italica, quam idem Petrus Romæ confecit anno 1631.

LVII.

Japhi fabulæ metricæ XXXIV. cum figuris XI. Persicè *in* 4. *bombyc.* 129.

LVIII.

Chelestan, idest, Rosarium, auctore *Saadi Sciirazensi*: opus morale partim soluta, & partim ligata oratione conscriptum anno Hegiræ 656. & in 8. capita divisum, in quibus agitur de indole & consuetudinibus Regum: de moribus religiosorum: de præstantia cultus divini & de temperantia: de silentio: de amore & juventute: de senectute & decrepita ætate: de efficacia educationis, & institutionis: de regulis & statutis conversationis. Persicè *in* 4. *bomb.* 110.

XLIX.

Bostan, idest, Hortus, auctore *Saadi Sciirazensi*: opus metricum morale, Atabeco Abubacro Ben Saad Regi Persarum ejusque filio nuncupatum, & in Præfationem & capita X. divisum: Ubi præmissis Mahometis pseudoprophetæ & quatuor ejus amicorum laudibus, agit de justitia, æquitate & laudabili mundi regimine: de beneficentia & liberalitate: de amore, & qualitate eorum, qui sanctioris vitæ semitam terunt: de humilitate: acquiescendum esse divinæ dispositioni: de temperantia, & contenti animi tranquillitate: de bona disciplina & educatione: de gratiarum actione pro beneficiis à Deo acceptis: de pœnitentia & resipiscentia à peccatis: de precibus ad Deum fundendis. Persicè *in* 4. *bombyc.* 123.

LX.

De magia Liber ex Indico in Persicum sermonem translatus. *In* 4. *bombyc.* 56. exaratus mense Regeb anno Hegiræ 1031.

LXI.

Musæum Regum, idest, de Regibus illustribus Tractatus.

Musæum Justorum, idest, de piis, religiosisque apud Mahometanos viris.

Tacuim, idest, *directio*, seù de Lunationibus & Kalendario. Persicè *in* 4. *bombyc.* 77.

LXII.

Hafed celeberrimi Persidis Poëtæ Poëmata amatoria, seù odæ 392. Persicè *in* 4. *bombyc.* 152.

LXIII.

Carmina Persica 68. de Deo, de Mahomete pseudo-propheta ejusque sodalibus, de Solimano cæterisque Othomanicæ familiæ Soltanis: nec non de amore. *In* 4. *bombyc.* 76. Codex elegantissimè exaratus.

LXIV.

Carmina Persica 185. de Chosroë & Scirin: Liber nuncupatus Morad, seu Amurati Soltano: *in* 4. *bombyc.* 207. elegantissimè exaratus.

LXV.

Carmina de Chosroë & Scirin, ut in Cod. præcedenti: *in* 4. *bombyc.* 216.

LXVI.

Carmen de Bello Chesem, Persicè *in* 8. *bombyc.* 34. exaratum mense Moharram anno Hegiræ 1032.

LXVII.

Carmina Persica diversa, *in* 4. *oblong.* 56.

Hi-

LXVIII.

Historia Indica, *in* 16. *bombyc.* 15.

LXIX.

Liber Indicus de Arcanis, *in* 8. *bombyc.* 33.

LXX.

Diarium Petri à Valle de rebus ab ipso gestis in Thracia, in Perside, & in India, propria Auctoris manu exaratum sermone Italico, & in tres Tomos divisum. Tomus I. de rebus gestis ab anno Christi 1614. usque ad diem 14. Aprilis 1618. *In fol. bombyc.* 108.

LXXI.

Diarii Petri à Valle Tomus II. à die 20. Aprilis 1618. usque ad diem 17. Februarii 1623. *In fol. bombyc.* 98.

LXXII.

Diarii Petri à Valle Tomus III. à die 18. Februarii 1623. usque ad diem 21. Novembris 1626. *In fol. bombyc.* 66.

LXXIII.

Epistola Petri à Valle propria ipsius manu exarata in urbe Cazuin in Media, die 25. Julii 1618. ubi res ab ipso gestæ in Perside narrantur. Italicè *in fol. bombyc.* 32.

LXXIV.

Epistolarum familiarium Petri à Valle Tomi III. *in fol. bombycino*. Tom. I. *Epistolæ* 46. ad Franciscum Crescentium ab anno 1614. ad annum 1619. ex diversis Orientis regionibus transmissæ. Italicè propria ipsius Auctoris manu.

LXXV.

Epistolarum Petri à Valle Tomus II. *Epistolæ* 13. anonymæ. Italicè *in fol. bombycino*.

LXXVI.

Epistolarum Petri à Valle Tomus III. *Epistolæ* 5. Item testamentum. Italicè *in fol. bombyc.*

LXXVII.

Libri Orientalium linguarum impressi, qui ad eundem Petrum de Valle pertinebant: videlicet: I. *Chaldææ* seu *Æthiopicæ linguæ Institutiones*: necnon omnium Æthiopiæ Regum, qui ab inundato terrarum orbe usque ad nostra tempora imperarunt, Libellus. Romæ 1552. typis Valerii Dorici Brixien. opera Angeli de Oldradis, in quarto. II. *Quatuor Evangelia Arabica* cum versione Latina interlineari. Romæ typis Mediceis 1591. in fol. III. *Abu-Ali Ebn-Sina*, hoc est, *Avicennæ* Canonis de Medicina Libri quinque, Dialectica, Physica, & Metaphysica, Arabicè. Romæ typis Mediceis 1593. in fol. IV. *Euclidis* elementa, Arabicè, cum commentariis Naseraddini Tausensis. Typis Mediceis in fol. absque anno & loco: ad calcem Privilegium Turcicum Soltani Morad seù Amuratis, datum Constantinopoli ineunte mense Dil-hege, anno Hegiræ 996. V. *Liber Tasriph*, seù de conjugatione verborum, auctore Sene Alemamo, à Joanne Baptista Raymundo editus Arabicè cum versione Latina, & commentariis. Romæ typis Mediceis 1610. in folio. VI. *Institutiones linguæ Arabicæ* tribus libris distributæ &c. auctore P. Francisco Martellotto Martinensi Clerico Regulari Min. Romæ typis Stephani Paulini 1620. in 4. VII. *Fabrica linguæ Arabicæ* cum interpretatione Latina & Italica &c. auctore P. F. Dominico Germano de Silesia Ord. Min. de Observ. Reform. Romæ typis Sac. Congregat. de Propag. Fide 1639. in fol. VIII. *Breves Arabicæ Linguæ Institutiones* P. Philippi Guadagnoli Cleric. Regul. Min. Romæ typis Sac. Congreg. de Propag. Fide 1642. in fol. IX. *Syntagmatwn linguarum Orientalium*, quæ in Georgiæ regionibus audiuntur, Liber I. complectens *Georgianæ*, seu *Ibericæ* vulgaris linguæ Institutiones Grammaticas, auctore D. Francisco Maria Maggio Cler. Reg. Panormitano, Romæ typis Sac. Congreg. de Propag. Fide 1643. in fol. X. *Syntagmatwn linguarum Orientalium &c.* Liber II. complectens Arabum & Turcarum orthographiam, ac Turcicæ linguæ Institutiones, auctore D. Francisco Maria Maggio, Romæ typis Sac. Congreg. de Propaganda Fide 1643. in fol.

CO-

CODICES GRÆCI,

Qui ad domesticam Pii II. Bibliothecam pertinebant.

I.

Catena Patrum in Job.
Sapientia Salomonis.
Sapientia Jesu filii Sirach, seù Ecclesiasticus.
Esther.
Tobias.
Judith.
In fol. Chart. 239.

II.

Vita S. Athanasii Alexandrini.
S. Athanasii Alexandrini Oratio contra Gentes. *Epistola* de Synodis Arimini in Italia, & Seleuciæ in Isauria. *Epistola* ad Joannem & Antiochum. *Epistola* ad Palladium Presbyterum. *Epistola* ad Dracontium. *De Incarnatione* Dei Verbi, & contra Arianos. *In Passionem* & Crucem Domini. *In Passionem* Salvatoris. *Disputatio* contra Arium in Concilio Nicæno. *Contra Arianos* Oratio III. *Epistola* ad omnes ubique Orthodoxos, quum persecutio ab Arianis mota est. *Epistola* ad Serapionem Episcopum de Spiritu Sancto. *Epistola* ad eundem Serapionem adversùs eos, qui dicunt Filium creaturam esse. *Epistola* Catholica. *Refutatio* hypocriseos Meletii, & Eusebii Samosatensis. In illud, *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, dimittetur ei* &c. *De Virginitate*. *Testimonia* ex Sacra Scriptura de naturali communione similis essentiæ inter Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. *Contra* omnes hæreses. *Epistola* Præfationis loco scripta, in qua motuum Ecclesiasticorum *Tragœdia*: Tractatus in 17. Capita divisus. *Apologia* pro Dionysio Episcopo Alexandrino adversùs Arianos.
Gregorii ex Protosyncello Patriarchæ, Apologia pro Synodo Ephesina.
Theodoti Episcopi Ancyræ, Expositio Symboli Nicæni.
Zenonis Imperatoris Henoticum, seù Decretum unitivum.
Leontii Episcopi Cypri contra Judæos.
Gregorii Archiepiscopi Antiocheni sermo in Sepulturam Domini, & in Joseph ab Arimathea, & de Resurrectione.
Joannis Thessalonicensis sermo, quod Evangelistæ circa resurrectionis Dominicæ historiam sibi minimè repugnant.
Anonymi de sanctis & œcumenicis Synodis, ubi, quando, & adversùs quos celebratæ sint.
In fol. Chart. 386.

III.

Basilii Magni in Isaiam Prophetam Homiliæ 13.
Origenis Philocalia de obscuris Sacræ Scripturæ locis, à Sanctis Patribus Basilio Magno & Gregorio Theologo ex variis Origenis commentariis excerpta, & ab horum altero Gregorio Theologo ad Theodorum Tyanensium Episcopum missa, uti ad eundem Epistola præfefert.
In fol. Chart. 364.

IV.

Gregorii Nysseni Sermones, de Beatitudinibus 8. De Oratione Dominica. Adversùs eos, qui differunt Baptisma. Ad Harmonium, quale sit Christianorum nomen, vel promissio. Adversùs Judæos, de Deo Verbo & de Spiritu Sancto. Ad Simplicium, de Fide. Ad Olympium Monachum. In illud Apostoli, *quando sibi subjecerit omnia, tunc & ipse Filius subjicietur &c.* Ad Hierium, de infantibus qui præmaturè abripiuntur. In eos qui obdormierunt. In Pulcheriam oratio funebris. Catechetica oratio. In eos qui ægrè ferunt reprehensiones. Adversùs usurarios. In sextum Psalmum, de octava. In Placillam Augustam oratio funebris. In Martyres, & contra Arianos. Epistola exhortatoria ad frugi vitam, & de Virginitate. Tres Deos dici non oportere, ad Ablabium. Adversùs Fatum. In suam ordinationem. Adversùs Manichæos. De fugienda fornicatione, in illud Apostoli, *omne peccatum quodcumque fecerit homo &c.* De jejunio & de pauperibus sustentandis.
In fol. membran. 316.

V.

Gregorii Nazianzeni Orationes, cum interpretatione Nicetæ, in Resurrectionem Christi. In Sanctum Pascha. In

Dominicam novam. In Pentecosten. In Macabæos. De suis sermonibus, & ad Julianum tributorum exæquatorem. In Nativitatem Christi. In Magnum Basilium oratio funebris. In adventum CL. Episcoporum. In plagam grandinis.

Anonymi argumenta in 16. orationes ejusdem Gregorii: videlicet, in Resurrectionem Domini, in Sanctum Pascha, in novam Dominicam, in Pentecosten, in S. Cyprianum, in Macabæos, in Julianum, in Nativitatem Christi, in Basilium Magnum, in SS. Lumina, in S. Baptisma, in Gregorium Basilii fratrem, in Athanasium Magnum, in adventum CL. Episcoporum, de amore pauperum, & in plagam grandinis.

Mensium nomina Latinè, Græcè, Hebraicè, & Ægyptiacè.

Anonymi Scholia in quatuor Gregorii Theologi Orationes: videlicet, In funere Basilii Magni, in S. Athanasium, in Gregorium Nyssenum, in S. Cyprianum martyrem.

In fol. Chart. 437.

V I.

Gregorii Theologi Orationes cum interpretatione Eliæ Cretensis, De recto ordine in disputationibus servando. In laudem Heronis Philosophi Alexandrini. In Eulalium Doarensium Episcopum. In patrem suum, quum ei curam Ecclesiæ Nazianzenæ commisisset. Ad cives gravi timore perculsos, & Præfectum irascentem. Adversùs Arianos, & de seipso.

In fol. Chart. 118.

V I I.

Anthologium ex Orationibus Gregorii Theologi, collectore anonymo, in capita LX. divisum, in quibus agitur de Deo, de appellationibus Filii, de Angelis, de Timore Dei, de sermone, & doctrina, de sapientia, de divina philosophia, de quiete &c.

In fol. Chart. 94.

V I I I.

Joannis Chrysostomi expositio in Psalmos.

In fol. Chart. 483.

I X.

Joannis Chrysostomi Epistolæ ad diversos CCXXVI.

Joannis Damasceni Epistola ad Cosmam Majumæ Episcopum.

Ejusdem Damasceni Logica.

Michaelis Pselli ad Michaelem Ducam Imperatorem.

Eusebii fragmentum ad Marinum.

In fol. Chart. 14.

X.

Joannis Chrysostomi de Incomprehensibili Homiliæ VI. *Ejusdem* expositio in Psalmum C.

In fol. Chart. 121.

X I.

Anastasii Synaitæ Episcopi Antiochiæ, Interrogationes & Responsiones CLIV. de variis capitibus, ex divinis scripturis, & ex diversis Patribus excerptæ.

Polycarpi Episcopi Smyrnensis, Epistola ad Philippenses.

Methodii Patarensis Episcopi, de regno gentium, & in ultima tempora accurata demonstratio.

Cæsarii fratris S. Gregorii Nazianzeni, Interrogationes & Responsiones.

In fol. Chart. 406.

X I I.

Anastasii Synaitæ spiritualis Anagoge in Hexaëmeron de creatione, Sermones X.

In fol. Chart. 169.

X I I I.

Andronici Comneni Dialogus adversùs Judæos.

Michaelis Proconsulis, & Judicis Ataliatæ, Pragmatica, seù Opus de Jure, Proœmium ad Michaelem Imperatorem, & Titulos XXXVII. complectens.

Sylloge Novellarum.

In fol. Chart. 279.

X I V.

Procli Diadochi Platonici, in Parmenidem Platonis Libri VI. *In fol. Char.* 176.

X V.

Lexicon, In *fol. membran.* 109.

X V I.

Archimedis de Sphœra & Cylindro Libri II. De Cycli dimensione. De Conicis & Sphœricis. De Lineis spiralibus. De Planis æquiponderantibus Li-

Libri II. De Arenarum numero. De Tetragonismo.
Eutochii Ascalonitæ Hypomnemata in Archimedis libros de Sphœra & Cylindro: de Cycli dimensione: de Planis æquiponderantibus.
In fol. Chart. 195.

XVII.

Lycophronis Chalcidensis Alexandra, cum expositione Isaacii Tzetzis.
In fol. Chart. 118.

XVIII.

Catena Patrum in Jeremiam, in Baruch, in Ezechielem, in Habacuc, in Isaiam, & in Danielem.
Cyrilli in Habacuc Prophetam.
In fol. Chart. 728.

XIX.

Demosthenis Orationes, Olynthiaca III. Philippica I. De Pace. In Philippum II. De Haloneso. De Chersoneso. In Philippum III. In Philippum IV. De Rhodiorum libertate. De Corona. De falsa legatione.
In fol. Chart. 110.

XX.

Pentateuchus.
In 4. Chart. 152.

XXI.

Gregorii Nazianzeni Oratio in Nativitatem Christi.
Basilii Magni Homilia in Nativitatem Christi.
Procli Archiepiscopi Constantinopolitani Encomium in S. Stephanum Protomartyrem.
Basilii Episcopi Seleuciæ in Isauria, Homilia in SS. Pueros, qui in Bethlehem interfecti sunt.
Amphilochii Episcopi Iconii, de vita & miraculis S. Basilii Magni.
Joannis Chrysostomi in Sancta Lumina.
Basilii Magni in Sanctum Baptisma.
Gregorii Nazianzeni in Sancta Lumina.
Nonni Abbatis explanatio Orationum S. Gregorii Nazianzeni in SS. Lumina, & in Nativitatem Christi.
S. Parasceves martyrium.
Epiphanii Constantiæ in Cypro Archiepiscopi sermo de Festo Palmarum.
Joannis Chrysostomi de S. Joseph, & de temperantia.

Ephræm Syri sermo de S. Joseph.
Martyrium Sanctorum Quadraginta Martyrum.
Theodori Presbyteri & Hegumeni Monasterii Studii, encomium in Inventionem Capitis Præcursoris.
Amphilochii Iconiensis in Sanctam Dei Genitricem, in S. Annam, & in S. Simeonem Senem.
Joannis Chrysostomi de filio prodigo.
Ephræm Syri sermo de Cruce, de Pœnitentia, & de secundo Domini adventu.
Joannis Chrysostomi de exilio Adæ.
Anastasii Synaitæ sermo in VI. Psalmum.
Gregorii Nysseni sermo in ingressum Jejuniorum.
Joannis Chrysostomi de muliere Samaritana. De Annunciatione Deiparæ II.
Martyrium S. Luciæ Virginis.
In 4. membr. 156.

XXII.

Martyrium S. Andreæ Apostoli.
Martyrium S. Barbaræ Virginis.
Vita S. Nicolai Episcopi Myrorum.
Encomium in S. Nicolaum Myrensem.
Martyrium SS. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii, & Orestis.
Encomium in tres Pueros Babylonis.
De Susanna, quæ per Danielem liberata est.
Danielis Visiones.
Theodosii Grammatici Scholia in Visiones Danielis.
Anonymi interpretatio in septimam Ode Luminum.
Methodii Patarensis Episcopi fragmentum.
Severiani Episcopi in illud, *faciamus hominem ad imaginem nostram.*
Anonymi interpretatio in nonam Ode Canonis Nativitatis.
Anonymi de Quadragesima.
Nicænæ Synodi Constitutio de Festis, de Jejuniis, & de Quadragesima sancti Paschatis.
Joannis Chrysostomi de eleemosyna, & de Parabola decem Virginum. De Peccatrice, & de Chrismate. In illud Matth. *Tunc ductus est Jesus à Spiritu in desertum.* In illud Evangelii, *simile est regnum cœlorum homini patrifamilias.*
Pantaleonis Diaconi & Chartophylacis magnæ Ecclesiæ enarratio miraculorum Michaelis Archangeli.
In 4. membr. 92.

XXIII.

Joannis Chrysostomi de Jejunio & eleemosyna. De tentatione Christi. De

Filio prodigo. De Annunciatione Deiparæ. De Lazaro quatriduano. Sermo de doctrina, ubi de Dominica, & de divina Liturgia. In feriam secundam, in illud, *& congregaverunt Judæi concilium*. De decem Virginibus. De Peccatrice, & Chrismate. In Feriam quintam, de ablutione pedum discipulorum. De Resurrectione Domini.

Ephræm Syri Encomium in omnes ubique terrarum Sanctos Christi Martyres. De Sancta parasceve, de Latrone, deque Cruce.

Leontii Presbyteri Hierosolymitani de muliere Samaritana.

Athanasii Alexandrini sermo in cœcum à nativitate.

Epiphanii Episcopi Constantiæ in Cypro sermo in Festum Palmarum.

Gregorii Nazianzeni Theologi Oratio in Pascha.

In 4. membr. 59.

XXIV.

Gregorii Papæ Dialogorum ad Petrum Archidiaconum Libri IV.

In 4. membr. 315. Codex scriptus ab Athanasio Monacho anno mundi 6580. Christi 1072.

XXV.

Basilii Magni in Hexaëmeron Homiliæ.

In 4. membr. 80.

XXVI.

Catena Patrum in Psalmum CXVIII.

In 4. Chart. 109.

XXVII.

Isidori Pelusiotæ Epistolarum Libri II.

In 4. Chart. 94.

XXVIII.

Menæum, Januarius mensis.

In 4. membr. 54.

XXIX.

Paracleticum.

In 4. membr. 28.

XXX.

Triodium.

In 4. membr. 243.

XXXI.

Triodium.

In 4. membr. 70.

XXXII.

Euchologium.

In 4. membr. 49.

XXXIII.

Evangelia per annum.

In 4. membr. 158.

XXXIV.

Euchologium.

In 4. membr. 311.

XXXV.

Joannis Chrysostomi Liturgia.

In 4. membr. 35.

XXXVI.

Martyrium Sanctarum Menodoræ, Metrodoræ, & Nymphodoræ.

Vita Sanctæ Theodoræ Alexandrinæ.

Martyrium S. Euphemiæ.

Certamen S. Teclæ Iconiensis.

Martyrium S. Julianæ.

Martyrium S. Anastasiæ.

Martyrium S. Eugeniæ.

Basilii Magni sermo præparatorius in Sanctum Baptisma.

In 8. Chart. 176.

XXXVII.

Appiani Sophistæ Alexandrini, Romana Historia.

Ejusdem Lybica Historia.

Xenophontis Oeconomicum.

Joannis Eugenici Nomophylacis ad Imp. Porphyrogennetam liber.

In 4. Chart. 125.

XXXVIII.

Homeri Ilias.

In Homerum versus.

Herodoti Halicarnassæi de vita Homeri.

Dionis Chrysostomi Oratio in Homerum.

In 4. Chart. 111.

XXXIX.

Michaelis Pselli expositio in Synopsim Juris.

Theo-

Theodori Balſamonis expoſitio in Titulos XXIV.
Sylloge Juris, in Titulos XXIV. diſtributa.
Proprietates SS. Trinitatis.
De metrorum quantitate.
Significationes duodecim ſignorum Zodiaci.
Epiphanii Epiſcopi Cypri ad Diodorum Tyri, de duodecim lapidibus.
De Byzantio.
Genealogia Deiparæ.
Septem climata mundi.
Hippolyti Epiſcopi & Martyris ſermo de conſummatione mundi, de Antichriſto, & de ſecundo Domini adventu.
Papiæ Neſtorgi de Divina Liturgia.
Nicephori Xanthopuli Catalogus Imperatorum, & Patriarcharum Conſtantinopolitanorum.
Dies, quibus ab omni opere vacandum.
In 4. *Chart.* 256.

X L.

Matthæi Cantacuzeni Imperatoris, expoſitio in Cantica Canticorum.
Arriani Diatribarum in Epictetum Libri IV.
In 4. *Chart.* 215.

X L I.

Demoſthenis Orationes in Cononem de inflictis verberibus. Adverſùs Calliclem de prædio. In Olympiodorum dati damni. In Dionyſodorum dati damni. In Aphobum, III. In Onetorem II. Exceptio adverſùs Pantænetum. Adverſùs Lacriti exceptionem. Exceptio adverſùs Nauſimachum, & Xenopithem. Exceptio adverſùs Zenothemin. Exceptio pro Phormione. Exceptio adverſùs Apaturium. Adverſùs Macartatum de Hagniana hæreditate. Adverſùs Bœotum, de nomine. Adverſùs Bœotum, de dote materna. Adverſùs Spudiam, pro dote. Adverſùs Timotheum, de ære alieno. Adverſùs Nicoſtratum, de deſcriptione mancipiorum Arethuſii.
In 4. *Chart.* 167.

X L I I.

Phalaridis Epiſtolæ.
Pythagoræ Epiſtola ad Hieronem.
Mithridatis Epiſtola ad Regem Mithridatem conſobrinum.
Mithridatis collectio Epiſtolarum Bruti.
Bruti Epiſtolæ.
Pergamenorum Epiſtolæ ad Brutum.
Rhodiorum Epiſtola ad Brutum.
Coënſium Epiſtola ad Brutum.
Patarenſium Epiſtola ad Brutum.
Epiſtolæ & Reſponſiones anonymi.
In 4. *chart.* 90.

X L I I I.

Arriani Diatribarum in Epictetum Libri III.
In 4. *chart.* 63.

X L I V.

Lexicon. *In* 4. *membran.* 147.

X L V.

Conſtantini Manaſſæ Synopſis Hiſtorica.
In 4. *chart.* 96.

X L V I.

Octoëchus. *In* 8. *membran.* 99.

X L V I I.

Gregorii Theologi verſus paranetici ordine Alphabetico.
Ignatii Diaconi verſus paranetici ad juvenes ordine alphab.
Grammatica anonymi.
Dionyſii de Pedibus.
Theodoſii Grammatici Alexandrini Iſagogici canones de declinatione nominum.
De Orthographia anonymi.
De Literis anonymi.
Prognoſticon ex ſeptem diebus.
De Ventis.
De menſuris & Ponderibus.
Dialogus Chriſtiani & Judæi, habitus Alexandriæ ſub Cyrillo Archiepiſcopo Alexandrino.
Teſtimonia è Scripturis de Trinitate.
De Duodecim Apoſtolis.
In 8. *membr.* 153.

X L V I I I.

Joannis Chryſoſtomi Sermo de Vanitate hujus vitæ, & de dignitate animæ.
Ephræm Syri de Defunctis.
Joannis Damaſceni Sermo de fidelibus defunctis, quod Liturgiæ & bona opera quæ pro iis fiunt, ipſis proſunt.
In 8. *membr.* 49.

CODICES GRÆCI

Abrahami Massad Maronitæ.

I.

Joannis Chrysostomi Sermo in conceptionem S. Joannis Baptistæ.

Andreæ Cretensis in Decollationem S. Joannis Baptistæ.

Joannis Chrysostomi in Decollationem Sancti Joannis Baptistæ, & in Herodiadem, Sermones II.

Inventio venerandæ Vestis B. Mariæ Virginis, & quomodo repositum in Blachernis sanctum & gloriosum lipsanum sub Leone Imp.

Joannis Damasceni in S. Barbaram V. & M.

Encomium in tres Pueros, Ananiam, Azariam, & Misaelem.

Joannis Chrysostomi in Principes Apostolorum Petrum & Paulum.

Epiphanii Cyprii in sepulturam corporis Christi, & in Joseph ab Arimathæa.

Ephræm Syri in Transfigurationem Domini.

Joannis Damasceni in Dormitionem Deiparæ.

Vita & conversatio matris Theodoræ Alexandrinæ.

Vita S. Nicolai Myrensis.

Vita S. Joannis Eleemosynarii per Leontium Neapoleos in Cypro Episcopum.

Historia S. Silvestri Papæ, & Constantini Imp.

Martyrium Sancti Arethæ & Sociorum in Homeritide.

Gregorii Nazianzeni in nativitatem Domini.

Basilii Magni in nativitatem Domini.

Gregorii Nysseni in S. Stephanum protomartyrem.

Vita S. Basilii Magni per Amphilochium Iconiensem.

Gregorii Naz. in SS. Lumina.

Vita S. Mariæ Ægyptiacæ.

In fol. membr. 237.

II.

Athanasii Alexandrini contra Arianos Oratio sexta. De æterna Filii & Spiritus Sancti existentia adversùs Sabellianos. Quod unus sit Christus. Epistola ad Maximum Philosophum. Refutatio hypocriseos Meletii & Eusebii. Epistola Catholica ad omnes ubique locorum Episcopos & Fratres. De decretis Synodi Nicænæ. Apologia pro Dionysio Alexandrino. Fides in Synodo promulgata. Apologiæ II. pro fuga sua. Epistola ad omnes ubique monasticam vitam agentes. Epistola encyclica ad omnes ubique locorum Episcopos. Epistola ad Serapionem. Epistola de Synodis Arimini, & Seleuciæ. Apologia ad Imperatorem Constantium. Epistola ad Joannem & Antiochum Presbyteros. Epistola ad Palladium Presbyterum. Epistola ad Dracontium. Epistolæ II. ad Jovianum Imp. De Incarnatione Dei Verbi. Quæstiones ad Antiochum. Ad omnes ubique monachos de rebus gestis ab Arianis sub Constantio.

Macarii Diadochi sermo.

Eusebii Cæsareensis epistola ad suos Diœcesanos.

Alexandri Alexandrini epistola ad omnes ubique gentium fratres.

Nicæni Concilii epistola contra Arium.

Fidei formula in Concilio edita.

Constantini Imp. epistola ad Alexandrinorum Ecclesiam. Ad Episcopos & populos. Ad Arium & Arianos. Ad Ecclesiam Nicomediensium. Ad Theodotum.

Synodus Alexandrina omnibus Episcopis.

Julii Papæ epistola Danio, Flacillo, Narcisso, Eusebio, Mari &c. Item epistola Presbyteris, Diaconis & populo in Parœcia Alexandriæ.

Sardicensis Concilii epistola Presbyteris, Diaconis, & universæ Ecclesiæ Alexandrinorum. Item epistola Ecclesiæ Catholicæ Episcopis.

Constantii Imp. epistolæ III. ad Athanasium. Item epistola ad Episcopos & Presbyteros Catholicæ Ecclesiæ. Episcopis, Presbyteris & Populo Alexandriæ. Nestorio & præfectis Augustamnicæ, Thebaidis, & Africæ. Ad Synodum Ariminensem. Æzanæ, & Sazanæ.

Jerosolymitanæ Synodi epistola ad omnes Ægypti & Libyarum Episcopos, ac Presbyteros, Diaconos, populumque Alexandriæ.

Ursacii & Valentis epistola ad Julium Papam. Item ad Athanasium.

Ischiræ epistola ad Athanasium.

Alexandri epistola ad Athanasium.

Pinnæ Presbyteri monasterii Ptemencyrceos epistola ad Joannem.

Arse-

Arsenii Episcopi Hypselitarum epist. ad Athanasium.

Constantini Imp. epistola ad Clerum & Populum Alexandrinum. Ad Athanasium. Ad Joannem. Ad Episcopos qui Tyri convenere. Nestorio Ægypti præfecto. Episcopis & Clericis Catholicæ Ecclesiæ.

Breviarium à Meletio datum Alexandro Episcopo.

Presbyterorum & Diaconorum Ecclesiæ Alexandrinæ epistola Theognio, Mari, Macedonio, Theodoro, Ursacio, & Valenti Episcopis, qui Tyri convenere.

Presbyterorum & Diaconorum Mareotæ epistola ad Synodum Episcoporum Ecclesiæ Catholicæ. Item ad Curiosum & ad Philagrium.

Episcoporum qui ex Ægypto cum Athanasio huc accessere, epistola ad Episcopos Tyri congregatos. Item ad Flavium & Dionysium comitem.

Alexandri Episcopi epistola ad Dionysium.

Dionysii comitis rescriptum ad Eusebianos.

Narratio, quomodo Athanasius Tyro ad Imp. concesserit.

Flavius Hemerius exactori Mareotæ.

Ariminensis Concilii epistola ad Constantium Imp. Item Decretum.

Arii blasphemiæ.

Presbyterorum & Diaconorum epist. ad Alexandrum Episcopum.

Joviani Imp. epistola ad Athanasium.

Petitiones ad Jovianum Imp. Antiochiæ factæ à Lucio, & Berniciano aliisque Arianis contra Athanasium.

Juliani Imp. epistola ad Basilium M.

Basilii M. epistola ad Julianum Imp.

In Pentateuchum Sermones anonymi.

Joannis Damasceni Dissertatio adversùs Nestorianos.

Theodoreti Episcopi Cyri epistola ad monachos Euphratesiæ, Osrhoënæ, Syriæ, Phœniciæ, & Ciliciæ. Item quod post assumptam humanitatem unus sit filius D. N. Jesus Christus. Item epistola adversùs S. Cyrillum.

Cyrilli Alexandrini epistola ad Evoptium adversùs impugnationem duodecim capitum à Theodoreto editam. Item Anathematismi duodecim, eorumque Declarationes: nec non Theodoreti totidem Reprehensiones, & S. Cyrilli Defensiones.

In fol. maxim. papyr. 362.

III.

Vita S. Ephræm Syri.

Ephræm Syri Sermones: videlicet, epistola ad Joannem monachum de patientia &c. De virtute ad novitium monachum, Adhortationes IV. De virtute Capita X. In illud *attende tibi ipsi* Capita XII. Non esse ridendum, sed potiùs lugendum. Consilia de Vita Spirituali ad novitium monachum, Capita XCVI. Beatitudines II. Paræneses, seù Adhortationes ad monachos L. *quarum* 33. *inscribitur, controversia de Virginitate & continentia*: 42. *Ad quem dictum illud pertineat, melius est nubere, quàm uri*. 43. *Apologia ad fratrem, de Heli Sacerdote interrogantem*. De humilitate Capita C. De Divina Gratia. De morbo linguæ, aliisque vitiis.

In fol. membran. 209. Codex exaratus à Barnaba Presbytero Indictione 8. anno mundi 6548. sub Michaele Imp. & Zoë Augusta.

IV.

Gregorii Nazianzeni Orationes, in Pascha. In novam Dominicam. In Pentecosten. In S. Cyprianum M. In Macabæos. Ad Julianum tributorum exæquatorem. In nativitatem Domini. In Basilium Magnum. In SS. Lumina. In Baptisma. In Gregorium fratrem Basilii. In Athanasium Alexandrinum. Oratio habita coram CL. Episcopis. De Amore paupertatis.

Menologii fragmenta.

In fol. membr. 311.

V.

Matthæi Blastaris Syntagmata Canonum Apostolorum, Synodi Carthaginiensis, Dionysii Alexandrini, Antiochenæ primæ, Gregorii Thaumaturgi, Petri Alex. Ancyranæ, Neocæsariensis, Nicænæ, Sardicensis, Laodicenæ, Athanasii, Basilii, Gregorii Nysseni, Secundæ œcumenicæ, Timothei, Theophili, Cyrilli Alex. Tertiæ œcumenicæ, Carthaginiensis, Quartæ œcumenicæ, Gennadii Constantinopolitani, Quintæ œcumenicæ, Sextæ, Quinisextæ, Septimæ, Tharasii Constantinopolitani, Synodi in Templo SS. Apostolorum habitæ quæ prima & secunda dicitur: Synodi sub Photio: de sacris Synodis: de Politicis legibus, unde ortum habuerunt, & quomodo constitutæ sunt. Index Alphabeticus continens materias canonum.

Joannis Jejunatoris nomocanon.

Nicephori Constantinopolitani Canones.

Joannis Episcopi Citri Responsa ad Cabasilam

filam Episcopum Dyrrhachiensem.

Officia magnæ Ecclesiæ: Ordines sex.

Leonis sapientis Imp. Regula de ordine, quem debent habere Throni Ecclesiarum subditarum Patriarchæ Constantinopolitani.

Ordo præeminentiæ Patriarcharum, Metropolitanorum, Episcoporum: quique dicantur Exarchæ & super venerandi, & qui super venerandi tantùm.

Formularium epistolarum Patriarchæ, & Metropolitæ.

Episcoporum ad Metropolim, & Metropolitarum ad altiorem Metropolim translatio.

In fol. bomb. 201.

V I.

Joannis Zonaræ Commentaria in sacros Canones, videlicet, Apostolorum 85. Nicænæ Synodi 20. Constantinopolitanæ 8. Ephesinæ 8, Chalcedonensis 30. Quintæ, Sextæ, Trullanæ 102. Septimæ 22. Tharasii Constantinopolitani, Synodi in Templo Apostolorum habitæ quæ prima & secunda Constantinopolitana dicitur, 17. Synodi in Templo S. Sophiæ, 3. Carthaginiensis sub S. Cypriano. Ancyranæ 25, Antiochenæ 25. Neocæsariensis 15. Gangrensis 31. Laodicenæ 60. Sardicensis 21. Carthaginiensis 133. Basilii ad Amphilochium 75. ejusdem Basilii epistolæ aliæ canonicæ 4. Gennadii Constantinopolitani epistola ad Papam Romanum adversus Simoniacos. Nicolai Constantinopolitani ejusque Synodi sub Alexio Comneno Imp. Responsa ad interrogationes monachorum. Joannis Chrysostomi caput canonicum. Timothei Alexandrini Responsa canonica. Gregorii Theologi de libris Canonicis. De pœnitentiis injunctis homicidio. Patriarchæ Constantinopolitani & Metropolitanorum atque Archiepiscoporum expositio canonica. De pœnitentiis. De sponsalibus, & secundis nuptiis. Nicephori Constantinopolitani canones. Eliæ cretensis Responsa ad interrogationes Dionysii. Nicetæ Heracleensis Responsa ad Constantinum Episcopum.

In fol. bomb. 323.

V I I.

De nativitate Deiparæ, ex historia Jacob.

Joannis Damasceni sermo in nativitatem Christi.

Christophori Archiepiscopi Alex. sermo in parabolam serpentis & avari.

Ephræm Syri in Transfigurationem Domini.

Procli Constantinopolitani in Transfigur. Domini.

Joannis Damasceni in Dormitionem Deiparæ, II. In nativitatem ejusdem.

Amphilochii Episcopi Iconii de occursu Domini, deque Deipara & Anna, atque Simeone.

Ephræm Syri Encomium in omnes Sanctos martyres.

Joannis Damasceni in Transfigurationem Domini.

Joannis Chrysostomi Sermo in Abraham & Joseph. In S. Stephanum protomartyrem. In S. Crucem, & Apostolos. In decollationem S. Joannis Baptistæ & Herodiadem, II. In Sanctos pueros ab Herode occisos, & de Rachel. In nativitatem Joannis Baptistæ. II. In Baptismum Domini & in Joannem Baptistam. In Præcursorem & in Theophania. In Ascensionem Domini, II. In Pentecosten.

In 4. bomb. 435.

V I I I.

Origenis Philocalia per Basilium & Gregorium collecta, & ad Theodorum Episcopum transmissa.

Theophanis Medorum Episcopi Enchiridion adversùs Judæos ex Homiliis Joannis Chrysostomi elaboratum.

Josephi monachi cognomento Bevenii, homiliæ II. de SS. Trinitate, Constantinopoli recitatæ, sub Emmanuele Palæologo, & Josepho Patriarcha, in Palatio, quod est in Triclino.

Michaelis Glycæ Annales mundi breves, de opere sex dierum &c.

In fol. bomb. 282.

I X. (nunc Otto ben. 411)

Epiphanii in sepulturam Corporis Christi. & in Joseph ab Arimathæa.

Joannis Chrysostomi invectiva in corruptores Virginum Christi. In illud, *& frustra conturbabitur omnis homo*. In illud, *mari assimilatur vita præsens*, & in illud, *conscendit Jesus navim, & obdormivit*. In Joseph pulchrum. In Susannam. De patientia in Dominica SS. Patrum. Quod mundities manuum ac vestium nihil nobis prodest. In Lazarum, & quod Potestates Angelorum futura non prævideant. De oratione. De paupertate, & contra divites, & de eleemosyna. In publicanum & pharisæum. In filium prodigum, & de pœnitentia. De secundo adventu. De Ramis palmarum

marum. In proditionem Judæ. In ablutionem pedum. In judicem iniquitatis. In crucifixionem Domini III. De vita monachorum. In Ascensionem Domini II. In Pentecosten. In omnes Sanctos encomium. De eleemosyna. Reprehensio eorum, qui Scripturas non legunt. In Ascensionem ex Actibus. In Pentecosten ex Actibus II. In Joannem Evangelistam encomium. In eos, qui immoderatè dolent de mortuis. De divinis mysteriis. In S. Stephanum protomart. In SS. pueros, quos Herodes interfecit. In nativitatem Christi. In SS. Lumina. In Annunciationem Deiparæ. In nativitatem Præcursoris. In principes Apostolorum Petrum & Paulum. In Decollationem Præcursoris. In 3. Dominicam SS. Jejuniorum. Quod diligendi sunt inimici. De justitia II. In Transfigurationem Domini. In exaltationem S. Crucis. Quod honorandi sunt Sacerdotes, licet stulti. De Justitia & de eleemosyna in Viduas. De Amicitia.

Theophili Alexandrini in Cœnam mysticam. 1195-1201

Procli Constantinopolitani in magnam feriam quintam. In Joannem Apostolum & Evangelistam. In Transfigurationem Domini.

Georgii Nicomediensis in magnam Parasceven, & in sepulturam Corporis Christi.

Narratio de Passione Domini, deque sancta ejus resurrectione, conscripta a Juda nomine *Ænæa*, & ex lingua Hebraica in Græcam traducta per *Nicolaum* Præfectum Romanorum.

Antipatri in nativitatem Præcursoris.

Severi Antiocheni in Pentecosten.

Andreæ Cretensis in exaltationem S. Crucis. In magnum Nicolaum encomium. In nativitatem Deiparæ II.

S. Demetrii martyrium.

Leonis encomium in Michaelem Archangelum.

S. Parasceves martyrium.

S. Mennæ Ægyptii martyrium.

Monodia in mortem cujusdam Constantini.

S. Catharinæ martyrium.

Ephræm Syri in Abraham & Isaac.

Hesychii Jerosolymitani encomium in S. Antonium.

Lucæ Evangelistæ vita & obdormitio.

Germani Constantinopolitani in Præsentationem Deiparæ in Templum.

S. Georgii martyrium.

Marci Evangelistæ martyrium.

S. Theodosiæ martyrium.

S. Marinæ martyrium.

SS. Apostolorum Petri & Pauli martyrium.

S. Mariæ Magdalenæ martyrium.

S. Pantaleonis martyrium.

S. Annæ matris Deiparæ commemoratio.

Transfiguratio Domini.

Cosmæ Vestitoris encomium in Joachim & Annam.

Encomium in S. Mariam Ægyptiacam. In S. Georgium martyrem. In S. Onuphrium. In S. Apostolum Titum. In Decollationem Præcursoris.

Historia de obdormitione Deiparæ.

Antiochi Pandecti de gula. De ebrietate. De jejunio. De avaritia. De acceptione munerum. De mutuum dantibus.

In 4. bomb. 494.

X.

